Doppreo

AEMILII PROBI,

SEV CORNELII NEPOTIS
LIBER DE VITA EXCELLENTIVM
IMPERATORVM, A DIONYSIO LAMBINO
Monstroliensi, litterarum Graec. Lutetiae doctore regio, complurib. locis emendatus, & commentariis plenissimis, atque vtilissimis explicatus:

Nunc primùm in lucem editus.



LVTETIAE, CIϽ. IϽ. LXVIIII.

Oliua Petri L'Huillier, via Iacobaea.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRIVILEGII SVMMA.

CAROLI Maximiliani Valesii Galliarum regis Christianißimi lege singulari sancitum est, ne quis typographus librum Æmilii Probi, seu Cornelii Nepotis, de vita excellentium imperatorum à Dionysio Lambino, litterarum Græcarum Lutetiæ doctore regio, commentariis amplis. & vtilis. explicatum, locisque plurimis emendatum, Petri Lullerii librarii, seu bibliopolæ, & Io. Bene-nati typographi sumtibus & typis impressum, in Gallia imprimere, ne've quis bibliopola, ne've quis alius alibi impressum hic diuendere ante sexennium audeat. Qui secus faxit, pœna litteris regiis declarata, multabitur.

Dionys. Lambinus Monstroliensis, Græcarum litterarum Lutetiæ doctor Regius,

ERRICO VALESIO, ANDIVM DVCI, REGIS CHRISTIANISS. CAROLI NONI Fratri, liberalissimo, & maximi animi Principi, P. S. D.

CVM semper antea bonarum litterarum studium mihi ad innumerabileis animi molestias, quas fert vita, leniendas, & moderatè ferendas, tranquillúmque animi statum comparandum, magno adiumento fuisse expertus sim, Errice Valesi, princeps clarissime, & generosissime: tum superioris anni tumultu ciuili, pæne dicam, salutem attulisse cognoui. Nam cùm Galliam, communem omnium nostrûm parentem, bello domestico ardere, multósque ad hoc incendium amplificandum vndique conuolare, paucos ad restinguendum accurrere viderem, incredibilíque animi dolore ex calamitate reip. afficerer: quibus in rebus illo tam atroci, & turbulento tempore acquiescerem, aut vnde potissimùm tanto mærori vel remedium, vel alleuamentum quærerem, præter libros & litteras, reperire non potui. Quamuis enim illius belli ciuilis secundi initiũ in id tempus inciderit, quo tempore docendi munus mihi, ceterísq; collegis meis, doctoribus Regiis, post intermissiones vsitatas, & more maiorum concessas, repetendum erat, neque me à meo necessario docendi munere tanta reip. perturbatio, ciuitatisq; trepidatio abduxerit, cùm præsertim viderem, omneis bonarum artium magistros ac doctores in huius scholæ vniuersæ gymnasiis suas docendi parteis diligenter agere: non

tamen hæc mea quotidiani muneris functio ita me tenere poterat occupatum, vt à præsentium malorum, quæ quotidie ante oculos versabantur, cogitatione animum auocare posset. Porrò autem vt vel miles castra sequerer, vel armatus in vrbe volitarem, homo rei militaris imperitus, & ad bellum ineptus natura, sempérque in litteris vsque à puero versatus, &, quod caput est, corpore imbecillo, & ætate iam ingrauescente, animum inducere non poteram: & verò si hoc facerem, æquè me ridiculum hominibus futurum existimabam, atque si bos piger venari, aut in stadio currere conaretur: ceteroquin ad patriam, & religionem Christianam antiquam, & καθολικὴν, nobísque à maioribus per manus traditam, retinendam, ac defendendam, animo & voluntate promtus ac paratus. Itaque, quod ipse per me efficere atque exsequi nequibam, id per aliam personam, communi omnium bonorum ciuium incommodo, periculóque excitatus, & communi dolore commotus, subrogato meæ operæ, meiq; laboris vicario, homine tractandorum armorum non imperito, libenter, & diligenter obibam: qui pro me & noctu statis diebus excubabat, & interdiu ad certam vrbis portam in præsidio stabat: quod ab illo vsque tempore ad hodiernum diem fieri desitum non est, propterea scilicet quòd res ne pace quidem constituta, vt pote parum certa & firma, satis tranquillatæ fuerunt. Sedulitatem autem eorum, qui vel corporis robore pollentes, vel ætatis maturitate florentes, vel in laboribus militaribus exercitati, pro patria, pro aris & focis, pro reip. statu, pro regni incolumitate, pro religione denique arma capiebant, séque ipsi in discrimen capitis offerebant, non solùm laudabam, verùm etiam æmulari cupiebã. Imperatam ac descriptam in capita, aut in ostia ad belli

ſumtus tolerandos pecuniam, pro facultatum mearum tenuitate conferebam, ceteráque munera & onera ciuilia mihi communiter cum aliis ciuibus à præfectis vrbanis impoſita, æquo animo ſubibam, ac ſuſtinebam. Cùm igitur patriæ in peßimum locum certorum hominum culpa adductæ, neque conſilio, neque lacertis, neque facultatibus rei familiaris magnopere opitulari poſſem: conſilio, quia, cùm priuatus ſim, in conſilium publicum non adhibeor: lacertis, quia ætas, & imbecillitas corporis, & inualetudo ab hoc munere fungendo me vindicant: facultatibus, quia res mea familiaris eiuſmodi eſt, vt, quantulumcumque de ea detrahatur, ac decedat, id mihi quidem & meis valde incommodum ſit futurum, fiſcum autem non multo pleniorem ſit facturum: cúmque non ſolùm ex præſenti, verùm etiam ex impendente toti Galliæ calamitate, & vaſtitate maiorem animo, quàm vt eam ferre poſſem, moleſtiam caperem: vnum ſolatium, vnúmque adeò perfugium nactus ſum, quo vterer, muſas & litteras. Quæ cùm latè pateant, cúmque non vnius generis ſint: (nam partim philoſophorum diſputationibus, partim poëtarum carminibus, iíſque multùm inter ſe diſsimilibus, partim oratorum dictionibus, atque actionibus, partim hiſtoricorum narrationibus continentur:) oratores & poëtas, vt parum ad eam rem, quam quærebam, vtileis, in præſens tempus ſepoſui. Philoſophi & hiſtorici reſtabant, quorum lectio mihi maximè animi moleſtias abſtergêre poſſe videretur. Ex his igitur duobus ſcriptorum generibus cùm viderem, philoſophos res præclaras illas quidem, & vehementer ad vſus vitæ quotidianæ, animíque tranquillitatem vtileis, litteris mandaſſe: ſed vel non omnibus facileis, vel non omnibus probabileis, nimíſque ferè ab ho-

minum sensibus, & vulgi opinionibus remotas: magis denique ad cognitionem, mentisque agitationem, quàm ad actionem accommodatas: historicos sumsi, ac delegi, quibus illo quidem tempore me totum traderem: ídque eo magis, quòd volebam totam hanc lectionem, quam institueram, ac susceperam, non mihi solùm, sed etiam omnibus hominibus, qui bonis artibus eruditi, & litteris politi sunt, fructum aliquem ferre. Cùm itaque hoc consilium cepissem, vt meæ vigiliæ multis prodessent, historicósque omneis Græcos, ac Latinos, aut, ne mentiar, probatissimos, ac nobilissimos, maximéque ad eam rem, quam meditabar, & moliebar, necessarios, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Plutarchum, Diodorum Siculum, Appianum, Sallustium, T. Liuium, Cornelium Tacitum, & nonnullos alios simileis, accuratè perlegissem: existimaui, me, si, quæ ab illis de excellentibus, & præstantibus Græciæ, & Italiæ, & Asiæ imperatoribus, multis verbis exposita sunt, ea ad Aemilium Probum, seu Cornelium Nepotem (non enim satis constat, quis sit harum vitarum scriptor) illustrandum, quibus in locis breuior, atque iccirco obscurior esset, congessissem, & contulissem: ad propositum mihi huius mei consilij finem facillimè peruenturum. Fuit porro mihi, (verè loquar) harum commentationum conscriptio, & confectio, operosa illa quidem, & laboriosa, sed tamen dulcis & iucunda. Nam primùm aberrationem à molestiis, quam optabam, & quærebam, hinc sum consecutus: deinde non parua voluptate afficiebar, cùm multorum sæculorum historiam iucundissimæ varietatis plenam, clarorum virorum aliorum optabileis, aliorum miserabileis exitus, magnorum imperatorum res vel secundas, vel aduersas, rerumpublicarum commutationes,

vrbium oppugnationes, & euersiones, potentium regum fortunas prostratas, atque afflictas, bellorum & externorum, & domesticorum calamitates, populorum iracundias, & insanias, cetera huius generis innumerabilia cognoscebam, & considerabam. postremò legentem me & scribentem, & singula suo loco disponentem, ac digerentem mirificè excitabant litteræ tuæ, sexdecim circiter abhinc menses ad me datæ, breues illæ quidem, sed tamen liberalitatis & singularis in litteratos & eruditos viros amoris plenæ: quibus, præterquàm quòd mihi significabas, libros Aristotelis de optima reip. administrandæ forma à me Latinitate donatos, quos tuo nomini consecraram, & ad te mittendos curaram, fuisse gratissimos, atque acceptissimos, præterea ascribebas, si te hoc modo studiorum meorum participem facere perseuerarem, maximam abs te, pro eo, quanti me, meíque simileis, faceres, & omni vitæ tempore facturus esses, gratiam initurum. ad extremum hac clausula vtebare, iudicij istius tui, quo mihi, ac nostri ordinis hominibus plurimum tribueres, optimam ac promtissimam voluntatem faciendi mea causa quamcumque occasionem nactus esses, si quid abs te postulandum esse existimarem, comitem assiduam, & perpetuam futuram. Quem non vel ignauissimum ac tardissimum tam liberales, & munificæ litteræ, & à tali tantóque principe missæ ad scribendum incitarent? quis non tanta spe proposita omneis corporis & animi labores perferret, omnéisque ingenij vireis contenderet, vt aliquid tanti principis exspectatione dignum ederet? Sic igitur feci: hoc est, maximam diligentiam adhibui, summóque studio elaboraui, vt Aemilius Probus, siue, vt alij volunt, Cornelius Nepos, hac nostra editione non solùm quàm emendatissimus, verùm

etiam nostris commentariis quàm ornatissimus, & quàm explicatissimus in publicum sub tuo nomine prodiret. Quamquam, ne quid dissimulem, maiora paro. Cogito enim res vestras gestas, eas, inquam, quas tu, & frater tuus Carolus, rex Christianissimus, & augustissimus, & gessistis iam, & geretis, litteris mandare, memoriaéq; sempiternæ prodere, si modò vos operam meam non aspernabimini, & si mihi vita suppetet. Quamuis enim vestrorum in remp. meritorum, vestrarúmque rerum bene, fortitérque gestarum aliam fortasse mercedem non desideretis, quàm conscientiam rectæ voluntatis, & testimonium bonorum, qui hodie viuunt: tamen laus posteritatis, & gloria sempiterna, quæ sine litterarum monumentis constare non potest, non est pro nihilo putanda. Hanc enim fortissimi, & omnibus virtutibus præstantes viri non contemserunt. neque id immeritò. Gloria enim, quæ laus est rectè factorum, magnorúmque in remp. meritorum, fructus est veræ virtutis honestissimus, vnáque res est, quæ vitæ breuitatem posteritatis memoria consoletur, vt scripsit optimus auctor quodam loco. Nam præter illam immortalitatem, quam nos religionis Christianæ sacris initiati, & diuinis oraculis confisi post hanc vitam, quæ corpore, & spiritu continetur, cuiúsque curriculum breuibus à natura terminis est circumscriptum, exspectamus, est & illa altera, quæ in memoria virorum est posita, quámque multorum sæculorum posteritas alet: quæ sine litterarum præsidio suum ius tueri non potest. Sed hac de re aliàs. Nunc ad hoc quod agimus. Hoc igitur multorum dierum, multarúmque noctium opus, Errice princeps magnanime, cùm cuperem omnibus doctrina excultis hominibus mecum esse commune, sub tuo potissimùm illustrissimo, &

mo, & auspicatissimo nomine in eorum manus peruenire volui, primùm vt tu, qui amore & studio in litteras ac litteratos viros, Carolo regi Christianissimo, fratri tuo nihil concedis, primus vtilitatem aliquam ex hoc meo labore, si qua omnino capi potest vtilitas, perciperes: deinde vt omnes viri liberali doctrina ornati, qui nostras in hunc scriptorem commentationes in manus sument, siquid sibi eas profuisse sentient, huius rei tibi potius, qui mihi tam acreis ad scribendum stimulos admoueris, quàm mihi, gratiam habeant. Noli autem existimare, Errice, huius libri lectionem nihil, aut parum tibi profuturam. Quamuis enim tu iam vel ortu ipso, & stirpe generis, ac seminis, vel spe, atque indole virtutis, his omnibus imperatoribus antecellas: quia tamen tua ætas, (non enim dicam tua animi magnitudo) ab eis rerum gestarum amplitudine, gloriáque superatur: persuasum tibi esse debet, magno tibi adiumento fore ad gloriam bellicam, cuius tu studio inflammatus es, vt par est adolescentem tali loco natum, comparandam, si non solùm domestica, quibus abundas, maiorum tuorum, eorundémque Galliæ regum, verùm etiam externa præstantissimorum, & clarissimorum Græciæ, & Italiæ, & Asiæ ducum exempla, tibi ipse ad imitandum, seu potius ad superandum, proponas. Quemadmodum enim Themistocles cùm assiduè in publico noctu ambularet, somnúmque capere non posset, amicis causam quærentibus respondebat, se Miltiadis tropæis è somno excitari: ita tu cùm ab Aemilio Probo, siue Cornelio Nepote commemorari audies non solùm communeis horum omnium imperatorum, quorum hic res gestas scripsit, sed etiam vniuscuiusque proprias virtutes, vt Themistoclis sollertiam, & prudentiam, & celeres ingenij mo-

tus: Aristidis iustitiam, atque abstinentiam: Cimonis liberalitatem & munificentiam: Thrasybuli fidem, constantiam, & animi magnitudinem: Agesilai religionem & modestiam: Eumenis Cardiani vigilantiam & patientiam: Phocionis bonitatem, & in sententia perseuerantiam: Timoleontis clementiam, & moderationem animi cum incredibili felicitate coniunctam, aliorúmque præcipuas quasdam, & singulareis virtutes: hæc, inquam, multáque generis eiusdem cùm apud hunc scriptorem leges: igniculi isti plurimarum, diuinarúmque virtutum tibi à natura dati, quamuis quotidie per se emicantes, tamen his veluti fomentis magis ac magis in dies excitati, maximum sument incrementum, clarissimúmque lumen in omneis terrarum oras longè latéque diffundent. Neque verò eorum virtutes solùm, & fortia, laudabiliáque facinora, & res bene gestas: verùm etiam vitia, & offensiones, & peccata, & res malè gestas cognoscere iuuabit. Quemadmodum enim virtutis pulchritudo, & honesti species sua sponte adolescenteis bene à natura informatos ad se allicit: ita vitij deformitas, & turpitudinis spurcities alienat ac deterret. Nam quem honesto loco natum, & liberaliter educatum, atque institutum adolescentem non Lysandri perfidia, & crudelitas: Pausaniæ superbia, & contumacia, & sceleratus in patriam animus: Tissaphernis periurium, & impietas: Alcibiadis morum inæqualitas, & ingenij mobilitas, & inconstantia, & luxuria, & intemperantia: Dionysii tyranni Siculi prioris sæuitia, & inhumanitas, & importunitas: posterioris libido, & incontinentia, & iniustitia: C. Terentij Varronis arrogãtia, ac temeritas, cetera denique propria quædam singulorum vitia, & flagitia non offendunt, atque à similibus fa-

ctis reuocant ac retrahunt? Quamuis autem tu maximo negotio à fratre tuo Carolo rege nostro (cuius regnum deus optimus maximus incolume seruet) præpositus, & in bello difficili, periculosóque gerendo occupatus, & iis, qui religionem nobis à maioribus traditam, atque vsu receptam improbant, aliámque publicè profiteri, & colere sibi licere, exercitu comparato, & vrbibus Galliæ occupatis postulant, obsistere ac repugnare iussus, vix satis vacui temporis habere videare, quod talium narrationum auditioni, nedum librorum lectioni impertias: non putaui tamen, me munus intempestiuum, aut à castris alienum, ad te missurum, si Aemilium Probum, siue Cornelium Nepotem, commentationibus nostris explanatum, atque illustratum ad te misissem. Nam siquod aliud scriptorum genus tibi donassem, vt philosophum aliquem, aut poëtam: (quamquam præstantes quidam imperatores philosophos quondã, & poëtas non solùm in prouincias, verùm etiam in castra secũ duxisse narrantur) verùm tamen si taleis scriptores ad te misissem, fortasse temporis & loci rationem non habuisse videri possem. Nunc autem cùm historicum, & eum historicum, qui varia bella multis antè sæculis gesta, prœliáque commissa refert, tibi bellum administranti, & in castris versanti, donem: videri non debeo munus ἀπροσδιόνυσον, aut non satis opportunum, ad te perferendum curauisse. Iam verò siqua tibi in commentariis nostris obscuriora videbuntur: (quamquam nequid esset, operam dedimus. nihil enim Græcè scriptum à nobis relatum est, quod non continuò Latinè reddiderimus) verumtamen si quid erit eiusmodi, vt id non facilè intelligere queas, quòd te penitus iam in litterarum studia ingressum, cùm magnos in eis progressus fecisses, tempora

Reip. ad rerum maiorum curas, & magis necessarias cogitationes à libris quasi in medio cursu auocarunt: habes Io. Paullum Seluam, antistitem ecclesiæ D. Flori, virum eruditissimum, & in omnibus liberalibus doctrinis diu, multúmque versatum, olim doctorem tuum: qui tibi res obscuras declarabit, difficileis explanabit, impeditas expediet, atque explicabit. Nam, vt fratri tuo Carolo, regi nostro, ab ineunte ætate doctor contigit cùm singulari doctrina præditus, tum linguæ Græcæ cognitione omnibus, qui hodie viuunt, antecellens, aut certè nemini secundus, Iac. Amiotus, nunc magnus eius eleemosynarius, & D. Cornelij cœnobiarcha: ita tu Seluam puer nactus es, virum cùm in primis doctum, tum prudentem, & sollertem animorum, ingeniorúmque regiorum fingendorum artificem. Habes præterea Fr. Carnaualetum, equitem auratum, custodem quondam ac rectorem tuum, virum non solùm artibus omnibus militaribus, & virtutibus bellicis ornatum, verùm etiam optimis disciplinis eruditum. Quare siue per te leges, ita ingenio vales, vt nihil te in his commentariis fugere, aut fallere queat: siue domesticorum tuorum, quos modò commemoraui, opera vti voles, omnia tibi plana erunt, & expedita. Vnum reliquum est, quod abs te petam, prius quàm finem faciam, vt memor promissi tui, litteratis, & bonarum artium studiosis suffragari pergas, tibíque persuadeas, te beneficium, quod in eos conferes, bene collocaturum. Ij enim sunt, qui virtutes tuas ab obliuione vindicare, & eas suis eruditis scriptis, sine quibus illæ parum ab inerti, & otiosa vita distarent, immortalitati commendare possunt. Quàm multos enim præter eos, quos vel poëtæ, vel historici sempiternæ memoriæ consecrarunt, multa fortiter fecisse, & optimè de rep. meritos

esse existimas, qui tamen nobis incogniti iacent? Innumerabileis scilicet. Quid ita? quia nullum suarum rerum bene gestarum nacti sunt præconem, aut prædicatorem. Nam, vt verè Flaccus cecinit, PARVM SEPVLTAE DISTAT INERTIAE CELATA VIRTVS. Quare, vt tuæ virtutes commemoratione posteritatis sempiterna viuant ac vigeant, complectere, si me audis Errice, Musarum sacerdotes, hoc est litteratos & doctos viros, quibus cùm res laudabileis, & prædicatione dignas præbueris, ac tradideris, hi vicissim tibi earum rerum testimonium, & præconium suis immortalibus scriptis consignatum reddent. Neque hoc tibi veniat in mentem, Marti cum Musis nihil esse commune. Nam vel hoc eò valet, vt intelligamus, Musis in ipso belli strepitu, & clamore nullum relinqui locum, non vt bellicæ virtutes Musarum ope nihil egeant: vel hoc esse falsum facilè demonstrare possum, cùm summi imperatores alij poëtarum carminibus monumentorum suorum aditus exornarint, alij Martis manubias Musis consecrarint. Vale, & rem benè gere. Lutetiæ, a. d. XII. Kal. Decembr. anno à salute hominum generi data,

CIↃ. IↃ. LXVIII.

Scribe in superiore epistola, pag. 6. versu 24 in memoria viuorum, &c. pro in memoria virorum &c.

IDEM AD LECTOREM.

Historiæ scriptorem explicaturus, lector erudite, siue sit is Æmilius Probus, vt pleriq; putant, siue Cornelius Nepos, vt nonnulli malũt, siue quis alius, nihil me alienũ ab eo, quod suscepi, facturũ esse arbitror, si prius quàm ad negotium susceptũ aggrediar, nonnulla primùm de historia dicam, deinde de huius libri auctore, quibus temporibus eum vixisse existimem, & vtru assentiar, is'ne, qui Æmilium Probum, an is, qui Cornelium Nepotem esse arbitrantur. Atque historiæ quidem laudes si enumerare velim, longior habenda sit oratio, quàm vt eas vel multæ, & amplæ paginæ capere queant: nedum paucæ & angustæ pagellæ continere poßint. Sic igitur de historia dicam, non vt eius laudes persequi voluisse (rem & ab hoc loco ac tempore, & à meo instituto alienã) sed vt ne planè vi & natura historiæ ignorata ad historiam virorum totius Græciæ clarißimorum, & summorum imperatorum explicandam videar acceßisse.

Dicta igitur historia est à Græco verbo ἱστορεῖν, quod valet inquirere, visere, inspicere, cognoscere, memoriæ tradere: vel à nomine ἵστωρ, quod significat scientem, & vsu peritum, & rerum cognitione præditum: vel, vt vult Plato in Cratylo, παρὰ τὸ ἱστάναι τὸν ῥοῦν, id est, eo quòd sistat fluxionem. sistere fluxionem autem, est errorem comprimere, & ignorationem sedare. Nam qui sunt inscientes & ignari, eorum vagatur animus, fluit, & labitur: quib. malis scientia liberat. Est autem historia rei gestæ, ab ætatis nostræ memoria propter vetustatem remotæ, cognitio, seu inspectio. Cõuenit porrò inter omneis, hanc esse primam historiæ legem, ne quid falsi dicere historicus audeat: secundam, ne quid veri non audeat: tertiam, vt in rebus gestis scribendis, ac narrandis, ab omni perturbatione liber sit & vacuus, hoc est, ne quid vel odio, vel amore adductus scribat, aut nequa suspicio gratiæ sit in scribendo, nequa simultatis: quæ postrema lex prioribus illis duabus continetur. nam qui nihil falsi dicere audet, nihilque veri non audet: is ab omni affectu liber & solutus sit necesse est. Neque tamen satis est historico non esse mendacem, si talis esse debet historicus, vt debet, quales omnes fere Græci fuerunt, hoc est, eruditus, disertus, copiosus: cuius generis sunt, Herodotus, Thucydides, Ephorus, Timæus, Theopompus, Ctesias, Xenophõ, Polybius, Plutarchus, Dion, Appianus, Herodianus, ceteri: non quales Latini veteres, Cato, Pictor, Piso, qui rudes erant, & impoliti. Olim enim historia apud Romanos nihil aliud erat, quàm annalium confectio, vt scripsit M. Tullius quodam loco. Itaque memoriæ publicæ retinendæ causa ab initio rerum Ro. vsque ad P. Mucium pontificem max. res omneis singulorum annorum mandabat litteris pontifex max. referebátque in album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi: qui annales maximi nominabantur, inquit ille. Ex quo T. Liuius, & Cornelius Tacitus, & ante hos Attius, suos historiarum libros, annaleis appellarũt. Non est igitur, vt cœperam dicere, historico satis, non esse mendacem. Debet enim præterea historici oratio esse illustris, & luculenta, non multo secus, quàm orato-

ris. Regio ſæpe, aut pugna ab eo deſcribenda: interponendæ contiones, & hortationes: explicandæ cauſæ rerum nouarum: oſtendenda remedia incommodorum: ciuilium commutationum ratio exponenda: vituperanda ea, quæ vituperanda ducat: laudãda quæ ei rectè facta videantur: quæ omnia accuratè facere ſolent Xenophon, Polybius, Plutarchus, Diodorus Siculus, Herodianus, *ceteri* Græci: *& ex* Latinis T. Liuius, C. Cæſar, Cornelius Tacitus. *Itaque in eo fere hiſtoricus, & philoſophus ſunt inter ſe ſimiles, quòd vterque vult prodeſſe docendo, hoc eſt, & ad virtutes cohortando, & à vitiis deterrendo.* Hoc *tantùm inter hos intereſt, quòd philoſophi diſputatio in rebus vniuerſis, & generib. pertractandis verſatur: hiſtorici ſermo potius parteis, & perſonas, & temporum momenta atque inclinationes, & res ſingulareis perſequitur.* Quo *pluribus vtilior eſſe poteſt hiſtoria, quàm philoſophia, aut poëtica.* Poëſis *enim, vt ſcribit* Ariſtoteles *in libello de arte poëtica, eo differt ab hiſtoria, quòd hiſtoria, ea, quæ facta ſunt, ita vt facta ſunt, exponit: poëſis verò qualia probabile eſt eſſe facta, fingit.* Itaque *hoc propius ad philoſophiam accedit poëſis, quàm hiſtoria, quòd poëſis res vniuerſas, hiſtoria res ſingulareis tractat, ac demonſtrat.* Res *autem vniuerſas tractare ac demonſtrare, eſt quali perſonæ qualia dicta, factáque conueniant, veriſimiliter docere: res verò ſingulareis explicare, eſt, verbi gratia, quid* Themiſtocles, *aut* Ariſtides, *aut* Alcibiades, *aut* Scipio Africanus, *aut* Pompeius Magnus, *aut aliquis alius egerint, quid ve eis acciderit, narrare.* Atqui *non omnes homines ad rerum vniuerſarum doctrinam, id eſt, ad philoſophiam, apti ſunt natura: ſed ij tantùm, qui ingenio ſunt acuto, & ſollerti, & ad cogitandum, contemplandúmque idoneo atque accommodato. ad res ſingulareis autem percipiendas quilibet idoneus eſſe poteſt natura, qui modò ſit homo tolerabilis, neque communis ſenſus expers.* Nam *rerum ſingularium, & perſonarum, & temporum, in quib. explicandis hiſtoria vertitur, cognitio, ſub ſenſum cadit, atque ad ſenſum pertinet, neque ſubtilem illam mentis agitationem, quam in ideis, & principiis rerum, & primis cauſis, fixíſque atque immotis cognoſcendis deſiderari philoſophi dicunt, requirit: ſed ſatis eſt ei, qui hiſtorias legere, & ex eis vtilitatem aliquam capere velit, mediocris hominis iudicio, & ſenſu communi, & ea virtute, quæ in delectu rerum bonarum ac malarum verſatur, non carere.* Quoniam *autem hiſtoriam ad veritatem, tamquam ad finem, referri diximus, veritatíſque in hiſtoria ſcribenda, prima & præcipua cura eſſe debet: ſecunda, & proxima voluptatis, contrariè planè atque in fabulis, in quibus voluptati quidem decipiendo rebus fictis, & falſis, modò probabilibus, auditore, maximè ſeruitur: veritatis verò nulla fere ratio habetur:* Quoniam *igitur hiſtoriæ finis eſt veritas, oportet hiſtoricum non voluptatem lectoris omni ratione captare, neque vndique verborum floſculos, & orationis lenocinia, quibus lectorem demulceat, aucupari, & colligere, neque perſonarum caſus, & rerum euenta, quibus lectorem aut terreat, aut admiratione afficiat, aut dulcedine titillet ac delectet, confingere, quæ poëtis ſunt vſitata: ſed vtilitatem lectoris, rebus geſtis, ita vt geſtæ ſunt, exponendis, nihilque ad eas affingendo, ſpectare.* Hoc *enim à tragœdia maximè differt hiſtoria, quòd in illa quidem verbis ſpecioſis, & figmentis rerum probabilibus oportet auditori in*

præsens tempus consulere, immò verò partim timorem iniiciendo, partim spem & voluptatem afferendo fucum facere: in hac verò veris dictis, ac factis explicandis lectorem in perpetuum docere, & prudentiorem, cautiorem, meliorem denique reddere. Neque tamen historia voluptate caret, quamuis eam data opera non quærat: sed hæc non quæsita, neque arcessita, illam sequitur vltrò, immò verò cum illa coniuncta, & connexa est. Nam primùm vtilitas ipsa, quæ ex historia percipitur, voluptatem parit: deinde, quod dictu mirum est, etiam ipsa rerum atrocium, & acerbarum, & tristium, & miserabilium narratio incredibili quadam voluptate lectorem perfundit. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris (vt scribit M. Tullius in epistola ad L. Luceium) quàm temporum varietates, fortunæq; vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen sunt iucundæ. Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationem: ceteris verò nulla perfunctis propria molestia, casus alienos sine vllo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem enim nostrûm ille moriens apud Mantinéam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquàm ei percontanti dictum est, clypeum esse saluum, vt etiam in vulneris dolore, æquo animo cum laude moreretur. Cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, obitúque retinetur? Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione Fastorum. At viri sæpe excellentis ancipites, variíque casus habent admirationem, exspectationem, lætitiam, molestiam, spem, timorē: si verò exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissimæ lectionis voluptate. Hactenus M. Tullius. Videtur tamen hæc res distinctionem aliquam desiderare. Nam cùm videmus, adulteros, periuros, sceleratos, sicarios, impios, patriæ proditores, tyrannos dare pœnas suis flagitiis & sceleribus dignas, non est mirum, nos, qui rebus bonis delectamur, offendimúrque contrariis, ex vitiosorū & improborum supplicio voluptatem percipere: quemadmodum cùm apud Diodorum Siculum, aliósque historicos legimus, Philomelum, & Onomarchum, audaceis, & impios, & sacrilegos homines, cùm Icetam, cùm Dionysium Siculum minorem, cùm Alexandrum Pheræum, cùm Clodium, cùm Cæsarem, cùm Neronem, & ceteros simileis tyrannos, dignos suis sceleratis factis, indomitisq; atque iniustis cupiditatibus exitus habere, non immeritò lætamur. Cùm verò Miltiadis, Themistoclis, Phocionis, Demosthenis, Pompeij Magni, Catonis, Ciceronis, & similium virorum miserabileis casus, exitúsque legimus, mirum est nos ita dolore affici, vt tamen pariter delectemur. Cuius rei, cùm attentius considerare cœpi, duas rationes reperio: alteram, quòd cùm hæc legimus, quanta sit fortunæ varietas, & mobilitas, quanta rerum humanarum imbecillitas, quanta naturæ mortalis fragilitas, cognoscimus: & ita alieno periculo meliores efficimur: quod discendi genus pulcherrimum est. Discere autem non modò res vtileis, & serias, & necessarias, verùm etiam inutileis & superuacaneas, & inaneis, in rebus iucundis numeratur. Alteram, quòd ita natura comparatum est, vt, qui ex tuto aliquo loco aliena pericula, alienósq; casus aduersos, atque acerbos prospiciunt, gaudeant, non quòd cuiquam bono viro aliena incommoda voluptatem afferant,

afferant, sed quòd se quisque magis amet, quàm alterum: atque ita cùm alterum ab aduersa fortuna grauiter, misereque iactari ac vexari videt, ipse saluus, integer, atque intactus: sua incolumitate magis, quàm aliena calamitate delectatur: quod Lucretius præclarè in procemio libri secundi.

Suaue mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem,
Non quia vexari quemquam est iucunda voluptas:
Sed, quibus ipse malis careas quia cernere suaue est.

Cùm enim plurimarum vtilitatum plena sit historia, tum has in primis habet, hisque potissimùm nominibus magnæ historicis habēda est gratia, primùm quòd suis laboribus & vigiliis vitæ communi prodesse studentes, rerúmque ad vitam vtilium doctrinam ab omni periculo vacuam, tradentes, hoc scripturæ genere pulcherrimam ac tutissimam cognitionem lectoribus præbent. nam ea, quam è rerum singularium vsu consequimur, doctrina, magna mercede nobis constat: rerúmque earum, quæ ad bene, beatéque viuendum sunt vtiles, cognoscendarum facultatem magno cum labore & periculo nostro nobis suppeditat, ac subministrat. Itaque sapientissimus & prudentiss. ille heroum Vlysses multis detrimentis acceptis, multisque laboribus exhaustis,

Multorum mores hominum cognouit & vrbeis,
Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. inquit Homerus.

Ea verò, quæ ex lectione historiæ comparatur alienarum rerum siue secundarum, siue aduersarum cognitio, omnium incommodorum expertem doctrinam in se inclusam continet. Deinde quòd historici, omneis homines cognatione quadam inter se coniunctos, sed temporib. & locis distanteis & disiunctos, sub vno quasi aspectu constituere, & in vna quadam tabula picta spectandos proponere conantur, tanquam diuinæ prouidentiæ siue æmuli, siue administri atque adiutores. Nam quemadmodum deus siderum atque astrorum ornatum pulcherrimè distinctum ac discriptum, omniúmque hominum mores, & naturas multùm inter se dissimileis, hoc cælum continenter, assiduéque versando, & circumagendo, ad communem quandam atque æqualem proportionem adducit, suámque cuique quanta cuique debetur rerum fatalium (quarum ipse arbiter ac dominus est) partem distribuit, ac dispensat: ita qui communeis orbis terrarum, tanquam vnius ciuitatis, actiones descripserunt, libros suos vnius cuiusdam tabulæ, aut officinæ, omnia, quæ olim facta sunt continentis instar, lectoribus esse voluerunt. Præterea scitum est ex aliena ignoratione & inscientia, ad vitæ suæ conformationem aut emendationem exemplum sibi ac documentum sumere, & ad multipliceis, varios, atque ancipiteis huius vitæ casus, non eorum, quæ agenda sunt, quæstionem, sed eorum, quæ rectè facta sunt prosperéque euenerunt, imitationē ante oculos positam habere. Iam verò quis est, qui non grandeis natu in consilio dando, aut capiendo iuuenibus anteponat? Atqui cognitio rerum ex historiæ lectione comparata, tanto senum prudentiæ antecellit, quanto rerum cognitarum ac perceptarum multitudine hæc ab illa superatur. Quare ad omneis vitæ fortunas, casus, ætates, colores vtilissimam esse cognitionis ex historiæ petitæ accessio-

nem, meritò quis esse iudicarit. Nam iuuenib. senilem prudentiam affert: senib. prudentiam ætate ac tempore partam auget: priuatos imperio, & potestate dignos efficit. magistratus & reip. gubernatores, vt benè de rep. merendo gloriam sibi immortalem cóparent, excitat: homines militareis laudib. & honorib. honestæ morti propositis ad pericula pro patria adeunda facit paratiores, atque alacriores: ignauos sempiternæ ignominiæ metu à flagitio & dedecore reuocat ac deterret. Quid multa? Propter spem laudis & gloriæ ex benè factis ad se peruenturæ alij vrbeis condiderunt: alij leges ciuitatibus vtileis ac salutareis scripserūt: alij arteis ac disciplinas hominum generi aut necessarias, aut opportunas, aut iucundas vel excogitarunt, vel amplificarunt, vel expoliuerunt, atque illustrarunt: alij vias publicas munierunt, ponteisque impensò pretio vel nouos fecerunt, vel vetustate collapsos refecerunt: alij pro libertate & patria sese diis manibus deuouerunt, mortémque libenter, atque adeò alacriter oppetiuerunt. Iam verò hoc præterea vtilitatis habet historia, quòd reip. moderatorem, hoc est politicum, instruit, & ornat exemplis vsque ab vltima hominum memoria, & à longè superiore ætate repetitis: quæ quanto sint ei adiumento ad omneis reip. administrandæ formas, atque parteis, non necesse habeo pluribus verbis demonstrare, cùm res ipsa per se sit clarissima, atque apertissima. Sed quòd quidam existimant, aut nullam esse prudentiam, siue scientiam politicam, aut eos, quos appellant Græci politicos, esse reip. inutileis, ac perniciosos, minuenda est hæc opinio, & quibus hoc persuasum est, hoc errore sunt liberandi. Cùm igitur philosophi peripatetici philosophiam moralem in treis parteis distribuant, in rationem eam, quæ vnius hominis bonum quærit, quæ'que proprio nomine moralis appellatur, quæ denique in virtutum & vitiorum explicatione occupata est: in procurationem rei familiaris, quæ œconomica à Græcis dicitur: in prudentiam ciuilem, quā iidem politicam nominant: neq, dubitari, neq, in controuersiā vocari debet, quin & philosophi moralis sit de ciuitate regenda, ac rep. administranda disputare: & contrà viri politici, singulorum hominum mores & naturas considerare, & conformare, & emendare: idque ex sententia Platonis, apud quem nihil ferè interest inter virum politicum, & philosophum moralem, & regali quadam potestate dignum, quem ille appellat basilicum. Tanto tamen præstabilior, & honoratior est prudentia ciuilis tum ratione rei familiaris tuendæ, tum scientia vitæ singulorum hominum benè ac beatè instituendæ, quanto ciuitatis, & multorum populorum, quàm vnius hominis, aut paucorū hominum bonum exquirere maius, & optabilius, & perfectius est. Absurdum sit autem vniuscuiusque hominis vitæ ad virtutem, & vitam beatam dirigendæ, & rei familiaris tuendæ artem esse aliquam confiteri: ciuitatis verò, & reip. regendæ artem esse aliquam negare, cùm præsertim rerum & actionum multo minorum ac leuiorum, vt terræ subigendæ, nauis gubernandæ, citharæ pulsandæ, calcei efficiendi, & similiū artem esse videamus, nihilque omnino ab homine sine arte, aut scientia, aliquo vsu comparata præclarè agi, aut effici possit. Quòd si nauis sæpe aut fluctibus obruitur, aut scopulis illisa frangitur vel quòd imperitos gubernatores nacta sit, vel quòd gubernatoribus careat: quanto credibilius est ciuitatem vel propter

eorum, qui eam regendam susceperint, inscientiam & culpam, vel quòd rectoribus careat, interituram? Ex quo intelligere licet, quàm sit omnibus ciuitatibus optandum, vt bonos & sapienteis, & temperanteis, & abstinenteis, & bene erga se animatos gubernatores consequantur. Nam qui tales sunt, saluti sunt ciuitatibus. contrà quàm sit eis horribile nancisci moderatores imperitos, insipienteis, intemperanteis, libidinosos, maleuolos, auaros, ac rapaceis. Nam qui tales sunt, euersores, & planè calamitates sunt ciuitatum. Quòd autem is, quem paullo antè commemoraui, Plato scribit in eo dialogo, qui politicus inscribitur, fuisse quoddam tempus, cùm homines à diis regerentur, vt nunc oues, & reliquae congregabiles animantes ab hominibus, hoc est ab opilionibus, & bubulcis, & similibus curantur & pascuntur: id eo consilio à Platone confictum esse arbitror, vt ostenderet, eos, qui respubl. administrant, quíque ciuitatum gubernacula tenent, tanto eis, quos regunt, praestantiores esse debere, quanto opilio ouibus, & bubulcus bobus antecellit: quod item à Xenophonte quodam loco positum est. Quare qui scientiam ciuilem vel esse negant vllam, vel eos, qui ea instructi, atque ornati sunt, vituperant, & maledictis insectantur, partim grauissimè peccant. partim vehementer errant. Quemadmodum enim nauis sine arte gubernandi salua ad portum peruenire nequeat: ita ciuitas sine prudentia ciuili perniciem atque interitum effugere nullo modo possit. Quid? potéstne ciuitas sine legibus, sine iudiciis, sine facultate dicendi, sine disciplina, atque institutione puerorum, sine arte militari aut florere, aut diu incolumis permanere? nihilo magis, quàm corpora nostra possunt sine manibus, & neruis, & sanguine, & spiritu constare. Atqui legum scribendarum facultas & ars dicendi, & institutio eorũ, qui sunt in ciuitate, & iudiciorum constituendorum ratio, & disciplina militaris, prudentiae ciuili subiectae sunt, tanquam generi partes. Est enim politici & legum scribendarum rationem tenere, & iudicia constituere, & quae artes in ciuitate discendae sint, praescribere, & vtrùm bellum suscipiendum sit, an paci consulendum, videre, & imperatorem idoneum bello gerendo praeponere. Quin etiam quae ad religionem, & pietatem, & cultum diuorum pertinent, politici est, adhibitis tamen in consilium theologis ac pontificibus, ordinare, statuere, edicere, ac sancire: & ne vel sacra externa, & nouae caeremoniae in ciuitatem recipiantur, atque inducantur, vel patria instituta & ritus antiqui temere varientur, atque immutentur, prouidere. Qui autem politicos, hoc est ciuitatum regendarum scientia praeditos, vituperant si eos remp. male administrare arguunt, ij hominibus ipsis non scientiae ciuili maledicunt, & quod politici verbo profitentur, ac specie ostentant, id eos re non praestare conqueruntur: sin autem vel vno nomine politicos omneis ob id ipsum, quòd politici sint, non propter aliam causam, improbos, sceleratos, atque impios esse dicunt, vel iis, qui quod nomine profitentur, id re praestant, hoc est, prudentibus, & cordatis, & sapientibus, & integris, & religiosis reip. gubernatoribus, obtemperandum esse negant: ij non tam homines laedunt, quàm pro ordine & tranquillo ciuitatis statu; & otio communi, ac publico, omnium rerum perturbationem, & dissensionem, discordiámque ciuilem, & vitam immanem ac ferinam in remp. velle inducere videntur, & reip. saluti

ciuitatis interitum anteponunt, & leges, iuráque omnia perfringunt, ac peruertunt: totum denique ciuitatis statum, & omnia ciuilis societatis vincula dissoluunt, labefactant, & conuellunt. Quid est enim ciuitas sine politico, id est, sine rectore? quod grex sine pastore, quod nauis sine gubernatore. Qualis porrò est illa ciuitas, cui rector imperitus, aut in ciueis suos maleuolus, aut libidinosus, aut auarus, aut iniustus præfectus est? qualis grex, cui pastor imperitus, aut infidus, aut amator, aut carnifex, aut rapax præpositus est: qualis nauis, quæ ab insciente, aut ebrio, aut perfido gubernatore gubernatur. Præterea si nulla ars regendæ ciuitatis esset, sapientia humana, quam philosophiã Græco nomine appellamus, esset inchoata, atque imperfecta. Nam cùm artes omnes aut ad solam contemplationem pertineant, eaque sola contentæ sint, neque quicquam præterea requirant, vt pote quæ veritatem solam, quam petant, sibi propositam habeant, quæ propriè scientiæ dicuntur: aut in actione quadam manente in eo, qui agit, neque vim suam in aliquam materiam externam expromente consistant; aut opus aliquod efficere contendant, & in effectione, quæ in materiam externam transit, versentur: neque artes eæ, quæ ad efficiendum valent, neque scientiæ, quæ totæ in contemplatione, & cognitione veritatis occupatæ sunt, ad ciuitatem regendã vtiles esse possunt: hæ, quia ad ciuitates regendas sola contemplatio satis non est, sed actio præterea requiritur: illæ, quia qui remp. administrant, non efficiunt, sed agunt: exempli gratia, non est philosophi naturalis, aut geometræ, aut theologi, qui solam veritatem earum rerum, in quibus versantur, intuentur ac spectant, quíque in sola contemplatione versantur, remp. administrare: multo autem minus textoris, aut sutoris, aut medici, qui arteis tractant in effectione positas, quique rationem, quam in suis artibus adhibent, in opus aliquod extra se positum conferunt. Quòd si quis dicat, nonnullos aliquando geometras, aut theologos, nonnullos etiam textores, aut figulos, aut simileis opifices, ciuitati regendæ præfuisse, quemadmodum accepimus, Agathoclem, antequàm rex esset, figulũ fuisse, P. Terentium Varronem ex lanio consulem & imperatorem factum esse: ij non iam quà geometræ, aut theologi, neque quà textores erant, aut figuli, sed quà politici, remp. administrarunt. Præterea si scientiæ omnes & quæ in cognitione, & quæ in actione, & quæ in effectione versantur, hominis causa repertæ, & comparatæ sunt: ciuitas autem omneis alias societates dignitate, & magnitudine, & amplitudine superat, omneísque continet: quid dici poterit, quare philosophia humana non sit imperfecta, atque inchoata, si nulla eius pars, nulláque omnino ars, aut scientia ad ciuitatem regendam, & conseruandam vsui erit? Quid est enim imperfectam esse, si hoc non est, arteis ac scientias leuiores, angustiores, inferiores, deteriores, & contemtiores reperisse: grauiorem, ampliorem, superiorem, præstantiorem, & honoratiorem, atque adeò omnium grauissimam, supremam, præstantissimam, atque honoratissimam neglexisse, ac prætermisisse? Politicam autem scientiam omnium scientiarum atque artium humanarum esse præstantissimam, atque honoratissimam vel ex hoc intelligere licet, quòd ceteræ omnes singularis hominis causa inuentæ sunt, eæ'que vel corporis, vel animi, vel alicuius horum duorum partis gratia comparatæ sunt, & ad hominem, tanquam

ad finem, referuntur. Scientia ciuilis verò ciuitatis gratia reperta, & comparata est. At homo ciuitatis & ciuilis societatis pars minima; & simplicissima est, & quodammodo ciuitatis causa natus est. Quòd si ciuitas hominis finis est, vt est: (homo enim ad ciuilem societatem factus est:) sequitur, eam artem, quæ ad ciuitatem regendam & tuendam, & conseruandam reperta, & comparata sit, iis omnibus artibus ac scientiis humanis, quæ hominis causa inuentæ sunt, longe præstare. Quemadmodum enim Aristoteles lib. I. de moribus ad Nicomachum, docet, finem eius artis, cui aliæ artes subiectæ sunt, artium illarum finibus esse præstabiliorem, optabiliorem, & magis expetendum: ita & ea ars, cuius finis est optabilior, & magis expetendus, iis artibus præstantior, & melior est, quarum fines minus sunt optabiles, minúsque expetendi. Quæ cùm ita sint, ergo si philosophia nullam regendæ ciuitatis rationem excogitauit: in minoribus & leuioribus artibus reperiendis elaborauit, maiores & grauiores, & honoratiores neglexit. quo quid absurdius dici, aut omnino fingi potest? Quare hoc tenendum est, esse artem aliquam, siue prudentiam, siue scientiam ciuitatum regendarum, & rerumpubl. administrandarum, πολιτικὴν à Græcis, ciuilem à Latinis appellatam: quæ ab Aristotele ἀρχιτεκτονικὴ & κυριωτάτη, hoc est omnium aliarum artiũ humanarum princeps, & dominantissima, & primaria, & quasi imperatrix dicitur: cui cùm historia proximè atque philosophia maximo sit adiumento, plurimáque exempla ex vltima antiquitate repetita suppeditet, quibus politicus instructus optimè remp. administrare, & ciueis suos quàm beatissimos efficere possit: acerrimo studio expetenda, summísque laudibus ornanda historia est. Itaque non immeritò historia his verbis cùm ab aliis, tum à M. Tullio describitur, siue potius commendatur, lex veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, testis temporum, nuntia vetustatis, custos virtutis eorum, qui benè de hominibus meriti sunt, vltrix iniustitiæ, & crudelitatis, & impietatis tyrannorum, hominúmque sceleratorum, ac reip. perniciosorum, & calamitosorum. Postremò vidit Homerus in iis, quæ de Sirenum cantibus finxit, historiam hominibus esse vtilem ac iucundam. Non enim vocum suauitate, aut cantandi nouitate videntur eos, qui prætervehebantur, euocare consueuisse, sed multarum rerum professione ac promissione, ita vt homines discendi cupiditate capti, ad earum saxa adhærescere non recusarent. Sic enim Vlyssem inuitant:

O decus Argolicum, quin puppim huc flectis Vlysses,
Auribus vt nostros possis cognoscere cantus?
Nam nemo hæc vmquam est trauectus cærula cursu,
Quin prius adstiterit vocum dulcedine captus:
Pòst variis auido satiatus pectore musis,
Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.
Nos graue certamen belli, cladémque canemus,
Græcia quam Troiæ diuino numine vexit,
Omniáque in latis rerum vestigia terris.

En, pollicentur Vlyssi multarum rerum cognitionem, & belli Troiani narrationem, rerúmque in eo gestarum explicationem: quæ sunt historiæ propria mu-

mera. Cùm tanta igitur vtilitas cum incredibili voluptate coniuncta, ex lectione historiæ capiatur: non immeritò reprehendit Herodianus partim eos, qui hoc se suscepisse professi, vt res antiquas posteris prodant, historiámque conscribant: dum sempiternam eloquentiæ, doctrinæque famam quærunt, ne, si tacuerint, cum ignobili vulgo obscuri numerentur: non multum studij in rebus veris narrandis posuerunt: sed omnem ferè suam curam in verborum lepórem, orationísque concinnitatem, & structuram, compositionémque contulerunt, confisi, se, si quid fabulosum loquantur, ex narrationis dulcedine, fructum, vt arbitrantur, vberrimum, ingenij laudem, consecuturos, neque tamen quemquam fore, qui accuratè singula considerans & perpendens, eorum mendacium refellat: partim eos, qui vel priuatis inimicitiis, odióque tyrannorum impulsi, vel ad reges insipienteis assentatione deliniendos, falsísve laudibus ornandos, vel ad ciuitatem aliquam, aut priuatum hominem laudandum prouecti, res contemtas & paruas, & humileis scribendi facultate ad hominum famam veritate maiorem extulerunt. Illi enim primùm leges historiæ, veritate corrupta, migrauerunt ac violarunt: deinde neque quam ipsi captarunt, ingenij famam, assecuti sunt, & quam fugere debuerunt, vanitatis infamiam, sibi contraxerunt, & conflauerunt.

Sed de historia satis. Nunc de scriptore nostro pauca dicamus. quem si ostendo, vixisse Pompeij Magni, & Cæsaris, & Ciceronis, & Attici, & ceterorum eiusdem ætatis hominum temporibus, hoc est, quo tempore res publica Romana populari potentia, siue democratia: & optimatum principatu, siue aristocratia, gubernabatur: vinco, opinor, eum non floruisse Theodosio imperante, quod quidam volunt. Hoc igitur cùm multis argumentis demonstrare possim, duobus contentus ero: quorum hoc erit primum, quòd statim ab initio, & proœmio libri, Atticum nominatim appellat, ipsíq; adeò Attico librum inscribit, ac dedicat, ibi. Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ, &c. Neque est quòd quisquam mihi dicat, alium hunc esse Atticum, quàm eum, ad quem scripsit M. Tullius. Qui hæc loquuntur, nodum in scirpo quærunt. Quòd autem quidam testantur, se in quodam libro manuscr. ita scriptum reperisse, Non dubito fore plerosque, qui Atticæ hoc genus scripturæ, leue &c. atque hanc scripturam probabiliorem esse recepta sibi videri dicunt, næ illi iudicio sunt parum subtili, aut limato, quibus hæc lectio probari omnino potuerit, cùm ea quidem sit ineptissima, atque absurdissima: ratio autem, qua eam tutantur, leuissima, & maximè ridicula, auctorem iccirco hanc scriptionem appellasse Atticam à principe Græciæ ciuitate, quòd imperatorum Græcorum vitas complectatur. Quasi verò sermo à natione personarum, de quibus habeatur, sit appellandus Græcus, aut Latinus, aut Gallicus, aut Hispanus, & item de cet. Ego verò scripturam illam furcis expellendam esse, & hanc receptam mordicus retinendã esse dico. Eodem pertinet, quod in Catone scribit, se plura de vita & morib. Catonis in eo libro persecutum esse, quẽ separatim de eo, rogatu Titi Pomponij Attici, fecit. Alterũ argumẽtũ est, quòd nemo ætate Theodosii sic locutus est, vt hic scriptor loquitur. Est enim filum huius orationis subtile, pressum, limatum, & planè Atticum, genúsque dicendi natiuum, purum, elegans, nitidum, non elaboratum, non longè arcessitum, non

putidum, non insolens, neque teretibus auribus odiosum: sed planè Romanam simplicitatem, & munditiem referens, ac redolens, quali fere sermone aut Cæsar in commentariis suis vtitur, aut M. Tullius in epist. ad Atticum, & in nonnullis ad familiareis. At eorum, qui Theodosiorum ætate floruerunt, nemo sic Latinè locutus est: sed omnes dicendi genus vel longè arcessitum, vel impolitum, vel tumidum atque inflatum, vel (vt appellant) floridum, & fucatum, vel adipatum, & pingue, vel inquinatum, & sordidum, vel peregrinum, & hyposolœcum vsurparunt. Ad hæc argumenta accedat ipsius auctoris testimonium. Ipsum, inquam, huius libri scriptorē, testem citabo, & testimonium contra eos, qui eum Theodosii æqualem fuisse contendunt, dicentem producam. Sic igitur in Miltiade pag. 8. versu vltimo. Cuius victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere, quo facilius intelligi possit, eandem omnium ciuitatum esse naturam: vt populi nostri honores quondam fuerunt rari, & tenues, ob eámque causam gloriosi, nunc autem effusi, atque obsoleti: sic olim apud Athenienseis fuisse reperimus. Hæc verba arguunt, hunc librum scriptum esse, quo tempore penes populum aliqua etiam potestas erat. Nam quo tempore Theodosius imperabat, nihil poterat populus. Sic idem ibidem pag. 10. versu 17. Omnes autem & habentur, & dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quæ libertate vsa est. Quis mediocriter in Latinis historiis legendis versatus, non sentit continuò, cùm hæc audit, aut legit, ea non esse scripta ab homine in regno, vel in potentia singulari nato atque educato? Nam si ita scripsisset, Theodosium eadem opera tyrannum appellasset: qui singularem potentiam, & regnum in ciuitate olim libera obtinebat: quamuis populum non liberum, sed iam seruituti assuefactum, acceperat: quod quantæ imprudentiæ, ac dementiæ fuisset? Nunc autem Pompeio, & Cæsare inter se contendentibus, & vtroque probabilem ac speciosam belli causam afferente, quasi vel libertatem, vel ius tribunitiæ potestatis, vel auctoritatem senatus, & leges antiquas, & morem maiorum defendente, populi libertate denique nōdum prorsus oppressa: liberè quidem hæc dicuntur, sed neque imprudenter, & sine periculo. In Thrasybulo pag. 120. vers. 17. sic. Neq; tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt eius opes. nam iam tum illis tēporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quàm pugnabant. Significat auctor huius libri, homines etiam temporibus illis, quibus vixit Thrasybulus, quemadmodum suis, paratiores ad defendendam libertatem fuisse verbis, quàm factis. Ex quo intelligere licet, eum libertati fauisse, & à potentia singulari animum alienum habuisse: quod longè secus esset, si Theodosij ætate floruisset. Videat lector & quæ ad hunc locum annotauimus. In Dione pag. 150. vers. 29. sic. Hic, sicut antè sæpe dictum est, quàm inuisa sit singularis potentia, & miserāda vita, qui se metui, quàm amari malunt, cuiuis facile intellectu fuit. Etiam hic locus argumento est, non solùm tyrannidem, quæ semper iniusta, & odio digna est, verum etiam singularem potentiam, quæ potest esse iusta, & populo grata, qualis est iustorum regum: huic scriptori inuisam fuisse. Quòd si hic liber Theodosio imperium obtinente scriptus esset, itáne licenter, & apertè huius libri opifex aduersus singularem potentiam, quæ nihil aliud est, quàm μοναρχία,

aut Ϲαπλεία, hoc est, regnum, stili sui mucronē destrinxisset? In Epaminonda pag. 228. vers. 19. sic. Quo tempore duce Pelopida exsules Thebas occuparunt, & præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est cædes ciuium, domi se retinuit, quòd neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem ciuilem victoriam, funestam putabat. Videtur his verbis noster scriptor & belli ciuilis auctores, Pompeium & Cæsarem, in quo tantum sanguinis ciuilis profusum sit, notare, & tacitè Pomponij Attici consilium approbare, qui bellis ciuilibus, quæ in eius ætatem inciderunt, interesse noluerit, sed domi se continuerit, & quieuerit. quod quidem prudentißimi viri consilium, factúmq; exitus comprobauit. Nam alijs omnibus, qui vel has, vel illas parteis secuti erant, aut proscriptis, & iugulatis, aut in acie interemtis, vnus Atticus saluus ex tot, tantísque reip. fluctibus emersit. Itaque de eo ita Cornelius Nepos in eius vita. Quòd si gubernator præcipua laude fertur, qui nauem ex hieme, marique scopuloso seruat, cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, támq; grauibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? In Agesilao pag. 273. vers. 20. sic. In hoc non minus eius pietas suspicienda est, quàm virtus bellica: qui cùm victori præesset exercitui, maximámque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit iussis absentium magistratuum, vt si priuatus in comitio esset Spartæ. cuius exemplum vtinam imperatores nostri sequi voluissent. Hic locus clamat, auctorem huius libri, carpere & notare Pompeij, & Cæsaris, sed maximè Cæsaris, potentiam non ferendam, qui imperium, & exercitum retinere vltra tempus lege concessum voluerit. Etiam ad hunc locum vide quæ annotauimus. In Eumene pag. 311. vers. 31. sic. Itaque eum habuit ad manum scribæ loco, quod multo apud Græcos honorificentius est, quàm apud Romanos. (al. quàm apud nos) nam re vera apud nos, sicut sunt, mercenarij scribæ existimantur, &c. Etiam hic locus indicat, hunc librum esse scriptum Romanis potentia populi, & auctoritate optimatum vtentibus, non imperatoribus dominantibus. quod planius fiet, si quis legat, quæ etiam ad hunc locum annotauimus. Ibidem pag. 313. vers. 13 sic. Macedones verò milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur. Etenim semper habiti sunt fortißimi, qui summam imperij potirentur. Hic quoque locus declarat, hunc librum esse scriptum quo tempore populus Romanus imperij summam obtinebat, non quo imperatores omnia in suam potestatem redegerant. Nam imperatoribus dominātibus, Germani, & barbaræ nationes, firmamentū & robur erant exercituū, non Romani, aut omnino Latini. Ibid. pag. 316. vers. 25. sic. Namque illa phalanx Alexandri Magni, quæ Asiam peragrarat, deuiceratque Persas, inueterata cùm gloria, tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat: vt nunc veterani faciunt. Itaque periculum est, ne faciant quod illi fecerunt sua intemperantia, nimiáque licentia, vt omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quàm aduersus quos fecerint. Hic locus, si attentè consideretur, vnáque legantur quæ ad eum annotauimus, omnium apertißimè indicat, atque arguit, huius libri scriptorem, consulum annuorum, non imperatorum perpetuorum temporibus & floruisse, & scripsisse.

scripsisse. In Catone pag. 529. V. 23. *sic. Ibi cùm diutius moraretur, P. Scipio Africanus, cõsul iterum, cuius in priore consulatu quæstor fuerat, voluit eum de prouincia depellere, & ipse ei succedere: neque hoc per senatum efficere potuit, cùm quidem Scipio in ciuitate principatum obtineret: quòd tum non potentia, sed iure resp. administrabatur. Quis non videt, his paucis verbis potentiam Pompeij, & maxime Cæsaris vellicari, ac notari? His fere argumentis ac testimoniis in hanc opinionem adducor, vt eos magnopere falli existimem, qui huius libri scriptorem ætate Theodosii vixisse pronuntiarunt, quamuis magni nominis sint, in quibus est Robortellus. Fuerit enim quantumuis doctus, multis in rebus fuerit oculatus, & perspicax, sollers, & acutus: ignoscant mihi tamen Robortelli manes: in hac parum vidit, valdéque fuit pinguis, ac tardus. Quòd autem etiam versus ad hoc probandum afferunt, iisque valde mouebatur is, quẽ modò commemoraui, Robortellus: si quis eos attente leget, intelliget, non auctorem, &, vt ita dicam, parentem libri significari, sed scriptorem librarium, id est, eum, qui manu descripserit. quamquam disertè dicit esse descriptum à tribus, patre, matre, & filio. Sed præstat versus ascribere, vt lector eruditus, & ingeniosus, continuò per se intelligat, vnde nata sit vulgata opinio, Æmilium Probum esse huius libri auctorem,*

Vade liber noster, fato meliore memento.
Cùm leget hæc dominus, te sciat esse meum.
Ne timeas fuluo strictos diademate crineis,
Ridenteis blandum vel pietate oculos.
Communis cunctis, hominem sed regna tenere
Se meminit. vincit hinc magis ille homines.
Ornentur steriles: facilis tectura libelli,
Theodosio, & doctis carmina nuda placent.
Si rogat auctorem, paullatim detege nostrum
Tunc domino nomen: me sciat esse Probum.
Corpore in hoc manus est genitricis, auique, meáque,
Felices, Domini quæ meruere manus.

Quis non videt, hos versus non solum inelеganteis, ineptos, & male natos, verùm etiam ab aliquo nebulone indocto, & barbaro, aut, ne quid grauius dicam, à scriptore librario vix semidocto, esse factos? quorũ si velim singula verba iustis ponderibus examinare, & syllabas, pedésque dimetiri, & sententiam perpendere, & vitia omnia digito, aut etiam nutu indicare: probem quantumuis aut peruicaci, aut hebeti, dignos esse, qui leuißimo alicui, & vilißimo ludi magistro, versuum scribendorum prurigine perusto, & versibus inscitiam, atque inscientiam suam omnibus declaranti, nihil præterea assequenti, seu potius coquo fuligine cooperto, & immunditie, sordibúsque popinæ squalido, tribuantur. Hactenus igitur de tempore, & ætate nostri scriptoris sit à nobis disputatum. Nunc de nomine, seu nominibus videamus. Ac primùm ab Æmilio initium sumamus. Æmilius igitur, seu, vt alij scribunt, Aimilius, nomen est gentile, idque perantiquum, & valde nobile, notum denique omnibus, qui libros Latinos vel summis digitis attigerunt.

Fuerunt enim Aemilij Barbulae, Aemilij Papi, Aemilij Paulli, Aemilij Lepidi. Probus autem cognomen est, id est, familiae nomen, antiquis ignotum, & posterioribus temporibus, quibus sub vnius arbitrio & potestate res Romana, atq; adeò orbis terrarũ vertebatur, natum. Exstat Ausonij epistola ordine XVII. ex editione Christophori Plantini, ad Probum quendam praefectum praetorio, cuius epistolae initium est, Oblata per antiquarios mora scio promißi gratiã exspectatione consumtam, Probe vir optime, &c. sequitur deinceps ad eundem, dimetrum iambicum hoc principio, Perge ô libelle Sirmium, Et dic hero meo, & tuo, &c. Ex quibus intelligere licet, hunc Probum magnum quendã, & clarum, & summis honoribus ornatum virum fuisse: &, quod fortasse magis ad rem pertinet, disertum & eloquentem Sic enim Ausonius in illo dimetro. Hunc dico, qui linguas potens Minorem Atridam praeterit Orando pauca, & musica, Qui grandines Vlyssei, & Mellifluentem Nestora, Concinnatorem & Tullium, &c. Porrò autem praeter M. Aurelium Valerium Probum imperatorem, qui imperauit annos quinque, & menses quattuor, anno à Christo nato 279. Probos aliquot reperio lib. 3. Fastorum. In his Sex. Anicium, Sex. fil. Petronium Probum, V. C. consulem anno à partu virginis 374. imperantib. Fl. Valente, & Fl. Valentiniano, altero in Oriente, altero in Occidente: & anno 382. eum, quem suprà commemoraui, Sex. Anicium Sex. fil. Probum, praefectum praetorio: ad quem exstat illa Ausonij epistola: & anno 409. Sex. Anicium, Sex. fil. Sex. nepotem, Petronium Probum consulem, imperatoribus Theodosio iuniore Arcadii filio, & Fl. Honorio Pio. Reperi & alium quendam Maecium Probum, praesidem prouinciae Hispaniae: quẽ cõmemorat Vlpianus lib. XLVIII. digestorũ, titulò de interdictis & relegatis, his verbis: Sed imperator noster cum Diuo patre suo huic rei prouiderũt. Maecio enim Probo praesidi prouinciae Hispaniae rescripserũt, etiã ea prouincia interdici, vnde quis oriundus sit, ab eo, qui regit eam prouinciã, vbi quis domiciliũ habeat, &c. Praetermitto Probianos, & Probinos ab his Probis leuiter deflexos, ac deriuatos. Horum igitur Proborum omnium nullum huius libri auctorem esse persuasum habeo. Si quis alius Probus mihi ignotus, auctor fuisse dicatur: vereor ne numquam in natura rerum fuerit, sed inani cogitatione duntaxat depictus sit, atque informatus.

Iam verò Cornelius Nepos M. Tullii Ciceronis, & T. Pomponii Attici, Cn. Pompeii Magni, & C. Iulii Caesaris propemodũ fuit aequalis, aut certe paullo natu minor: peruenitque ad Caesaris Augusti Diui Iulii filii tempora, vt testatur Plinius lib. 9 cap. 39. his verbis, Nepos Cornelius, qui Diui Augusti principatu obiit, Me, inquit, iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis cẽtum venibat: nec multo pòst rubra Tarentina, &c. Ne quis autem statim nobis occurrat, atque ita dicat, Cur igitur nusquam eum commemorat M. Tullius? Commemorat verò in epistolis ad Atticum quodam loco, &, quod longe maioris põderis est, libros duos epistolarum, & fortasse plureis ad eum scripsit, vt ex Macrobio lib. 2. Saturnal. cognoscere licet: cuius haec verba sunt: Testis idem Cicero, qui in lib. epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait: Itaque nostri cũm omnia, quae dixissemus, dicta essent, quae facetè & breuiter, & acutè locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerũt. Profert & Priscianus lib. 8.

illud ex epist. Ciceronis ad Nepotem. Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis. aggrederer passiuè dixit, inquit Priscianus. Et illud eiusdem ad eundem. Qui habet, vltro appetitur: qui est pauper, aspernatur. Fuit autem Padi accola, vt idem Plin. testatur lib 3. cap. 18. Ex quo Ausonius eum in Gallia facit esse natum, epistola ad Drepanium filiū, quæ est ordine XXIIII. his verbis: quæ eo libentius ascribam, quòd versus non satis sunt emendati, etiam in editione Christophori Plantini, alioqui typographi diligentis. neque tamen spondeo me tibi multo emendatiores traditurum. Cui dono lepidum nouum libellum? Veronensis ait poëta quondam: Inuentóque dedit statim Nepoti. At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quisquilias, ineptiásque Credemus gremio cui fouendum? Inuéni: (trepide silete versus) (vel, vt mauult legi Cl. Puteanus, trepide sileto nate vt per natum, librum suum significet, eúmque sic alloquatur) vt parens filium. quod si recipiamus, malim legi, trepidè silere nati.) Nec doctum minus, & magis benignum, Quàm quem Gallia præbuit Catullo. Hoc nullus mihi carior meorum, Quem pluris faciunt nouem sorores, Quàm cunctos alios, Marone demto. Pacatum haud dubiè poëta dicis. Ipse est. intrepidè volate versus. Hic vos diligere & volet tueri, Et nudos gremio fouere tuto, &c. (Hoc autem ordine hos proximos versus esse legendos, & pro fouete, fouere, reponendum, vidit Cl. Puteanus. idem tamen nudum in gremio legit, vt habet editio Lugdunensis, & Anteurp. vt congruat cum voce nate.) Neque verò quemquam mouere debet, quòd Catullus hunc eundem Nepotem, Italum fuisse significat, primis versibus, Cui dono lepidum, nouum libellum, Arida modo pumice expolitum? Corneli, tibi. namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas Iam tum, cùm ausus es vnus Italorum Omne æuum tribus explicare chartis. Nam ora Gallica ex antiqua descriptione ab Ancona initium ducit, & vsque ad Alpeis porrigitur: & tamen nunc Italia dicitur, Italiáque olim dicebatur. Itaque & qui trans Padum vsque ad Rubiconem, & qui cis Padum vsque ad Alpeis incolebant, Galli dicebantur. illa enim erat Gallia togata, hæc Transpadana (eas appello vt homo Gallus, & in vrbe Lutetia hæc scribens, aliter appellaturus si Romæ scriberem.) Et rursum iidem vtrique Itali dicebantur, siquidem verum est, Italiam à natura Alpibus fuisse munitam, vt est, Alpeisque & nunc esse, & olim fuisse communeis Italiæ & Galliæ terminos. Restat nunc, vt sententiam meam aperiam, videatúrne Æmilius Probus, an Cornelius Nepos harum vitarum scriptor. Difficile quidem & periculosum iudicium est, verùm tamen, cùm & mihi persuasum sit, has vitas, antequàm imperatores perpetui dominatum Romæ obtinerent, esse scriptas, & Probus non sit illorum priscorum temporum cognomen, sed recentiorum, & longe posteriorum: mihi videtur Cornelius Nepos, potius, quàm Æmilius Probus, verus huius libri parens & auctor esse agnoscendus: ita tamen, vt suum cuique iudicium liberum relinquam, neque hoc mihi sumam, vt, qui aliter sentiant, tanquam desipientes, aut errantes, à me condemnentur. Scripsit autē Cornelius Nepos Chronica, vt testatur Ausonius epistola illa, quam suprà commemoraui, cuiusque initium indicaui, Oblata per antiquarios mora, &c. Sic Ausonius in ea epist. non longè à principio. Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quasi

alios apologos, (nam & ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem tuam, misi gaudens, &c. Quæ & à Tertulliano in apologetico aduersus gentes, *fortasse significantur, his verbis:* Saturnum itaque, *quantum litteræ docent, neque* Theodorus Græcus, *aut* Thallus, *neq;* Cassius Seuerus, *aut* Cornelius Nepos, *neque vllus commentator huiusmodi antiquitatum aliud, quàm hominem promulgarunt. eadémque fortasse significat &* Catullus *in primo illo carmine, quod suprà protulimus, versibus illis,* Iam tum cùm ausus es vnus Italorum, Omne æuum tribus explicare chartis. Cornelium Nepotem tanquam *historicum, producit testē &* Plutarchus *cùm alibi, tum in* Marcello *sub extremum, his verbis,* Ἀνίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν. ἀλλ' ἀήττητος ὁ ἀνὴρ δοκεῖ διαγεγονέναι μέχρι Σκιπίωνος· ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι, καὶ Νέπωτι, καὶ τῶν ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀνίβᾳ γενέσθαι. i. Hannibalem autem Marcellus *(vt* Polybius *narrat) ne semel quidem vicit, sed inuictus hic vir fuisse videtur vsque ad* Scipionem: Nos autem Liuio, & Cæsari, & Nepoti, & *ex Græcis scriptoribus, regi* Iubæ *credimus, aliquoties* Hannibalem *à* Marcello *victum, & in fugam versum esse.* Et Aulus Gellius, (Aulus Gellius, *inquam, non* Agellius, *vt quidam nuper exorti homines nouitatis, quàm veritatis cupidiores, nouo &* Romanis *inaudito nomine appellare cœperunt) lib.* XVII. *cap.* XXI. *his verbis.* annis post bellū Troianū, *vt* Cassius *in primo annaliū de* Homero, *atq;* Hesiodo *scriptum reliquit, plus quàm* XL. *vt* Cornelius Nepos *in primo* Chronicorū *de* Homero *dixit, annis circiter* C. & LX. & c. *Idē ibidē infrà.* Et M. Manlius Romæ, *qui* Gallos *in obsidione* Capitolij *obrepēteis per ardua depulerat, conuictus est consilium de regno occupando inisse: damnatúsq; capitis, è saxo* Tarpeio, *vt* M. Varro *ait, præceps datus est: vt* Cornelius *autem* Nepos *scriptum reliquit, verberando necatus est.* Et Lutatius Firmianus *lib.* I. *cap.* XIII. *his verbis.* Omnes ergo non tantùm poëtæ, *sed historiarum quoque, ac rerum antiquarum scriptores hominem fuisse consentiunt (Saturnum) qui res eius in* Italia *gestas memoriæ prodiderunt,* Græci, Diodorus, & Thallus: Latini Nepos, & Cassius. Et Iulius Solinus *cap.* 2. *his verbis.* Cincio Romam duodecima Olympiade *placet conditam:* Pictori *octaua:* Nepoti, & Lutatio *opiniones* Eratosthenis & Apollodori *comprobantibus,* Olympiadis *septimæ anno secundo:* Pomponio Attico & M. Tullio Olympiadis *sextæ anno tertio.* Profert & Carisius *lib.* I. *Instit. gramm. hæc verba* Cornelij Nepotis *ex lib.* XVI. *illustrium virorum,* A fratre patruele, *inquit, non necessitudinem, sed personam ostendat.* Citat *eundem testem in voce subinde ex lib.* 2. Profert & Priscianus *lib.* 8. *hæc ex* Nepote, *non cōmemorato, aut indicato libro.* Ædis Martis *est in* Circo Flaminio *architectata ab* Hermodoro Salaminio. Præterea *harum vitarum scriptor ait in* Dione, *se librum de historicis scripsisse, qui hodie non exstat.* Hæc *enim eius verba sunt, non longè admodum à principio, pag.* 147. *versu* 1. eodémque tempore Philistum historicū Syracusas *reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quàm tyrannidi. Sed de hoc in eo meo libro, qui de historicis conscriptus est, plura sunt exposita.* Scripsit Nepos & T. Pomponii Attici *vitam: quam, quòd ex ea, quanta* Nepoti *cum* Attico *familiaritas intercesserit, cuiuis intelligere licet, iccirco cum clarorum*

imperatorum vitis excudendam curaui. Fuisse autem Nepotem etiam M. Tullio admodum familiarem, declarant epistolarum libri ab hoc ad illum scriptarum, vt suprà diximus. Postremò sententiam meam adiuuat doctorum quorundam testimonium, qui scriptum reliquerunt, se in vno codice manuscr. ad calcem libri hæc verba ascripta reperisse. Completũ est opus Æmilii Probi, Cornelii Nepotis. Quis non videt hæc esse scripta à librario hæsitante, & dubitante, & incerto de huius libri auctore, cùm eum hinc Cornelii Nepotis, hinc Æmilii Probi nomina & cognomina perturbarent? Quòd autem ad titulum, seu inscriptionem libri attinet secutus sum exempla editionis Venetæ & Florentinæ, & Parisiensis, & cet. simil. Malim tamen hanc, quam testantur docti quidam viri se in vno codice manuscripto reperisse, ÆMILII PROBI, SEV CORNELII NEPOTIS DE IMPERATORIBVS EXTERARVM GENTIVM LIBER. *Hæc habui lector, quæ tecum agerem, antequàm ad negotium, quod suscepi, gerendum, atque administrandum aggrederer. Vnum etiam est reliquum, quod pæne præterieram: (quamquam hoc in epistola ad Erricum Regis fratrem attigi:) mihi initiò hoc tantum fuisse propositum, vt legendo, & obseruando, & notando, à molestiis, quas mihi mala horum temporum, & calamitates reip. afferebant, aberrationem quandam quærerem. Postea verò cùm veluti lineamenta huius operis, & tanquam formam rudem & adumbratam totius ædificii futuri vidissent Erricus Memmius Malassiseus, & Io. Huraltus Boëtallerius, supplicum libellorum in regia Magistri: & Germanus Valens Pimpuntius, & Robertus Huraltus Mesius in suprema curia Parisiensi consiliarii Regii: & Cl. Puteanus iurisconsultus, idémq; omni doctrina liberali egregie instructus atq; ornatus: & Io. Auratus poëta Regius, V. C. & Clemens Teueninus, homo cùm omnibus bonis artibus excultus, tum verò Romanæ antiquitatis inuestigator diligentissimus: & Io. Passeratius iurisconsultus, idémque litteris Græcis & Latinis in primis eruditus, & poëta valde bonus, nonnullique alij docti, & clari viri: hortati sunt me, vt, quod ego mihi duntaxat parassem, id aliis impertirem, idque omnibus suis partibus absoluerem, amplificarem, atque expolirem. Quod feci, quantum quidem eniti potui. Quibus autem potissimùm libris ad Cornelium Nepotem illustrandum, eáque, quæ summatim ab eo relata, & quasi percursa sunt, explicanda, vsus sim, tu quidem legẽdo per te cognosces: sed magno mihi in primis vsui fuit, multúmque lucis & ornamenti ad has nostras commentationes atque explicationes attulit Polyænus, Græcus scriptor, qui regum & ducum, seu imperatorum veterum strategemata, hoc est, callida quædã & acuta inuenta militaria collegit, & in octo libros distribuit ac digessit: non editus ille quidem. neque typis impressus, sed ex clariss. viri Io. Huralti Boëtallerij, supplicum libellorum in regia magistri, affinis mei, bibliotheca depromtus, atque ad me commodatò missus. Habent enim hi tres viri Lutetiæ bibliothecas omnium, quas in Gallia vidi, instructissimas & refertissimas, Erricus Memmius, quem sæpe in his commentariis honoris causa nomino, & is, quem modò commemoraui, Io. Huraltus Boëtallerius, & Io. Tillius episcopus Meldensis. Ac de Errici quidem Memmii libris sæpe aliàs verba fecimus, eósque verissimis laudi-*

bus extulimus: ils denique nostro arbitratu, pro singulari illius erga nos liberalitate, & summa in omneis litteratos humanitate, vsi sumus. de Io. Tillij autem librorum etiam præclara supellectile fortasse dabitur aliquando dicendi quoq; locus. de Io. Huralti verò bibliotheca hoc liquido confirmare possu m, eam optimorum librorum Græcorum multitudine & copia, ne bibliothecæ quidem regiæ, quæ est apud Fontem Bellæum, cedere. Continet enim, præter Græcos, incredibilem Hebraicorum, eorúmque optimè & emendatißimè scriptorum, & rarißimorum copiam. atque hac parte ceteras fortasse omneis bibliothecas superarit. Quos omneis libros ille Venetiis, dum apud Venetos regis Christianiß. Karoli IX. nomine, legatione fungebatur, magno labore & sumtu vndique conquisitos, & coëmtos, coaceruauit. Cùm autem Italiam his ornamentis quodam modo spoliasset, ea ipsa in Galliam longa & difficili vectura transportanda curauit, iísque patriam exornauit, decorauit, ac locupletauit. Ne quis autem forte dicat, Io. Huraltum, solum his bonis vti frui, ceteros omneis ab eorum vsu excludere: non est ita. Patet enim illa iis omnibus, qui tali spectaculo delectantur, & qui sciunt quanti talis supellex sit æstimanda, quibus denique hoc pulcherrimum instrumentum, & iucundißimum animi pabulum vsui esse potest. quod idem de bibliotheca Errici Memmij, & alibi verè testatus sum, & hoc loco liquidò confirmare ac testari possum. Sed iam satis multa & hac de re, & de ceteris diximus: Nunc Cornelium Nepotem, siue Æmilium Probum loquentem audiamus. Vale.

AD EVNDEM.

OBSECRO *te lector, vt prius quàm quicquam legere incipias, nonnulla operarum errata emendes: nonnulla etiam partim ab eisdem, partim à nobis, dum multis curis & cogitationibus districti notas quasdam in chartis, & codicillis separatim à toto corpore commentariorum scriptas agglutinare obliuiscimur, prætermissa, restituas, reponas, repræsentes, quemadmodum emendanda, restituenda, reponenda, repræsentanda esse, ad calcem libri, ante indices rerum & verborum admonuimus, atque indicauimus, ducto initio à pagina 565. Quòd si tidi à' ξυώα νι videbitur, quæ prætermissa sunt, suis locis reponere ac restituere: at errata & voces quasdam ab operariis omissas, modis omnibus corrigas, repræsentes, ac restituas facito, ne te legentem aut morentur, aut offendant. Iterum vale.*

I. HVR. BOET. SVPPL. LIB. IN REG. MAG. DE *Æmilio Probo seu Cornelio Nepote, Dionysii Lambini commentariis explicato, & eiusdem opera multis locis emendato.*

Iam ſatis ambigua certatum eſt lite,ſupérque,
  Corneli liber hic eſſet,an AEmilij.
Vindice Lambino liquet id modò.Nam nouus hic eſt
  Lambini totus,nec vetus ille manet.

IN AEMILIVM PROBVM A D. LAMbino enarratum & illuſtratum. G. Valens Guellius P.P.

Dum ſedeo,& meliora deos fruſtra omina poſco,
Et ſterto vigilans,ſomno,ſomníve ſorore
Sic poſitus,ſit vti propè mortua vita videnti,
Lambine,interea rauco inter claſsica cornu,
Tyrrhenæq; tubæ clangorem,affixus & hærens
Vertebris,citharæq; iugis,nil plectra remittis,
Verùm muſarum aſsiduè fers ſacra choragus,
Nunquam animo,aut caſti deiectus vertice Pindi,
De ſpecula vnde velut pelagi tutò aſpicis æſtum,
Exercens vinctis pedibus,muſásque ſolutis.
Nempe Neoclidæ placitos tibi paret in vſus,
Excantat numeris,tempeſtatémque ſerenat
Sancta chelys,recolénsque Probi monimenta labore,
Iuppiter,Herculeo,hinc monſtris atque inde repurgas,
Vincendúmque aliquid ſemper tibi reſtat in orbe.
Tu pacis bellíque modum,& canis integer artes,
Auſonio,& Græco currum ſubuectus olore,
Et ſortem noſtram exemplis & imagine adumbras,
Denique teſtudo rediuiua emergit in auras,

Quæ medio excußit Graiis fera tela tumultu,
Vt tinnitus apum cellis examina reddit.
Naufraga quin tumidis cithara exstat fluctibus, atque
Enatat, & cantu mulcet delphinas, & æquor.
Dij faciant Martis consumpto te audiat astro,
Audiat aurigam, & reuocatus currus habenas,
Et tua iam statuat Pallas de Marte trophæum,
Ipsa triumphales lauros contexat oliuæ
Dona tibi, myrtum Marti, dominæq; remittat,
Inuidiæ tortos obuertat Gorgonis angues,
Sic belli auertat diras tibi dexter Apollo,
Militet & studiis nostris argenteus arcus.
A tenebris tantis asserti nomen vtrúmque
Authoris tibi det merito facundia, virtus,
Vrbs septémque elata iugis cognomine laudet
Hoc decus, Elysióque Probi consentiat vmbra.

IN EVNDEM IO. AVRATVS LEMOVIX *poëta Regius.*

In breue contraxit clarorum facta virorum
AEmilius, longas carpsit & historias.
Vtilis & felix (quis enim neget?) hic labor olim,
Cùm sua quæque duces gens meminisset auos:
At nunc, cùm ob longum fama est obscurior æuum,
Et graue tam multos ire per historicos:
Lambini parcens tanto pia cura labori,
Explicat, atque suis testibus auget opus.

IANVS PASSERATIVS. IVRISCONSVLTVS *ad Dionys. Lambinum.*

At quis erit, Lambine, modus, requiésque laborum?
Te, siue alma dies aperit, seu claudit Olympum
Hesperus, antiquis videt impallescere libris.

Iſta ſuo tandem vt Genio ſit mollior ætas,
Incumbentem animum carioſæ ſubſtrahe chartæ.
Nam famæ ſatis atque ſuper: quæ nomen ab Indo
Gurgite iam vexit Mauras Atlantis ad vndas.
Quòd rediit Calabro decus immortale poëtæ:
Aurea quòd ſplendet ſublimis muſa Lucreti,
Deterſo ſqualore, tuum eſt. quòd purior exit
Romani pater eloquij, & reuocatus ab imis
Quòd tenebris Orci priſcum eſt ſortitus honorem
AEmilius, cui dat probitas cognomen habere,
(Siue Nepos ille eſt Cornelius,) inuida turba
Eſſe tuum inuita vſque fatebitur. Ergo age, mecum
Herculeæ viſas peramœna vmbracula villæ.
Iam dudum exſpectat comites Pimpuntius. illic
Excutient frontis nubem, rugásque ſeueræ
Naiades aſſuetæ chóreis, facilésque Napéæ.
Nunc iuuet in tenero fagorum cortice amores
Inſculpſiſſe meos: nunc tranſiluiſſe virenteis
Graminibus ripas: nunc tempora cingere ramis:
Nunc liquidum lætas iactare per aëra voces,
Collibus aduerſis quas reddat imago iocoſa.
Hîc procul vrbano placet inſanire tumultu,
Purpureo campos æther dum lumine veſtit,
Liber in apricis & pingit collibus vuas.
Præſtat cum Nymphis producere fila ſororum,
Quàm ſemper vigili fatum properare Camœna.

IAC. MANGO, IVRIS CIVILIS STVDIOSVS, CL. MAN-
gonis cauſarum actoris, & patroni in ſuprema curia Pariſienſi eloquentiſs. fil. ad AEmil. Prob, ſeu Cornel. Nep. à D. Lamb. &c.

Olim clarorum ſcribens Probe geſta virorum,
  Vti probo ſermone te probaueras.
Ex qua ſermonis puri probitate probata
  Tu glorioſum inueneras nomen Probi.
Sed cùm infeſta tuæ probitati ſæcla fuiſſent,
  In maximum deueneras periculum,

ăăăăă

Ne, qui nomine eras Probus, idem iam Improbus esses,
    Contaminatus improbatis vocibus.
Verùm Lambinus, probitatis cura peremnis
    Affixa cuius pectori sedet probo,
Eripit haud segnis, Probe, te è discrimine tanto,
    Tibíque nomen pristinum seruat Probi.
Nam tua restituens probitati scripta priori,
    Facit, vocari semper vt queas Probus.
Sic tibi diuino conseruat munere nomen,
    Vtriusque linguæ obrussa Lambinus proba.
Quòd si non Probus AEmilius, plerique quod aiunt,
    Cornelius sed nomen est tibi Nepos:
Hoc quoque restituit nomen tibi, & vsque tuetur
    Lambinus idem, Galliæ decus suæ.

CAR. MARILLIACVS GVL. MARILLIACI, CONSIL. *Reg. & fisci Regij custodis generalis fil. de Dionys. Lamb. in Æmil. Prob. seu Cornel. Nep. comment.*

Quis nos ludificat Lambini nomine? quísve
Emendare Probi sibi pura volumina sumit?
Ne mirare. Probum illustrat Lambinus, Apellis
Vt si quis tabulam, longo quæ forte fuisset
Tempore corrupta, aut cœno spurcata, sitúque,
Demtis ablueret maculis: eiúsque priores
Candidus, & sollers pictor renouaret honores.

GVIDO PIGNARDVS PETRI PIGNARDI DAMPETREI, *rationum regiarum magistri filius, ad Dionys. Lambinum de eisdem.*

Si quis rem pretio æstimabit æquo,
Si iustáque bilance ponderabit:
Fortasse haud facilè expedire possit,
Vtrúmne AEmilio Probo parenti,
(Seu Cornelius huius est habendus
Auctor, atque parens Nepos libelli)
An verò tibi docte debeatur
Lambine, Aonidum sororum alumne,
Græcarúmque diserte litterarum
Doctor regie, & artium bonarum,

Maior gratia: qui Probum, aut Nepotem
Contractum, & nimiùm breuem, sitúque
Squalentem, & maculis coïnquinatum:
Tam latè explicuisti, & abluisti,
Prisco restituens cum nitori.
  Planè difficile, arduum, impeditum est
Hunc dissoluere iudicando nodum.
Sed quod sentio, quódque mi videtur,
Audacter tamen, haud mala inuidorum
Curans fascina, liberéque dicam.
  Auctori AEmilio Probo, aut Nepoti, hoc
Debemus, quòd opus graue, & politum,
Et comtum, nitidúmque, & eruditum,
Et valdè omnibus vtile eruditis,
Vtendum dedit omnibus fruendum:
At, Lambine, hodie quòd explicatus,
Quòd multo amplior, auctiórque multo,
Quódque illustrior, & magis decorus,
Ornatúsque tuis notis acutis,
Doctis, vtilibus, laboriosis,
Exit nunc iterum in manus virorum,
Vt seipso melior, Probus, Nepósve:
Huius muneris aurei & peremnis,
Omnis posteritas subinde in æuo
Nascens innumerabili futuro,
Debebit tibi gratiam peremnem.

Eusthathius Vignardus Guidonis frater ad Lectorem.

Qui legis has vitas, mirari desine. nanque est
  Aut idem, aut probior, qui fuit antè Probus.
Quòd contexta Probo Lambini scripta vides, hæc
  (Ignoscat Nemesis) sunt meliora Probo.

IOANNES LORDERELLVS AD D. LAMBINVM.

Inclyta facta ducum cùm iam inuida carperet ætas,
  Nec suus AEmilij staret in ore decor:
Facta ducum instauras Lambine, suúmque decorem
  AEmilio, calamo vindice, restituis.

NOMINA IMPERATORVM,

quorum vita ab Aemilio Probo, seu Corn. Nepote scripta est, numeris paginarum è regione adscriptis, ex quibus, quota pagina cuiusque vita continuò reperiatur, lector cognoscere queat.

AEMILII PROBI, SEV CORnelij Nepotis, excellentium Imperatorum vitæ.

NON[1] dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ, leue, & non satis dignum summorum virorum personis iudicent,[2] cùm relatum legent,[3] quis musicam docuerit Epaminondam, aut in eius virtutibus commemorari, saltasse eum commodè, scienterque tibiis cantasse. Sed hi erunt ferè, qui expertes litterarum Græcarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conueniat, putabunt.[4] Hi, si didicerint non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia maiorum institutis iudicari, non admirabuntur, nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum secutos.[5] Neque enim Cimoni fuit turpe Atheniensium summo viro,[6] sororem germanam habere in matrimonio, quippe cùm ciues eius eodem vterentur instituto. at id quidem[7] nostris moribus nefas habetur.[8] Laudi in Græcia ducitur adolescentulis quamplurimos habere amatores.[9] Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua, quæ non ad scenam eat mercede conducta.[10] Magnis in laudibus tota fuit Græcia victorem Olympiæ[11] citari. In scenam verò prodire, & populo esse spectaculo[12] nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini:[13] quæ omnia apud nos partim

infamia, partim humilia, atque ab honestate remota, [14] *ponuntur.* [15] *Contra ea pleraque nostris moribus sunt* [16] *decôra, quæ apud illos turpia putantur.* [17] *quem enim Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium? aut cuius materfamilias non primum* [18] *locum tenet ædium, atque in celebritate versatur? quod multo fit aliter in Græcia.* [19] *nam neque in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum, neque sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ* [20] *gynæconitis appellatur. quò nemo accedit, nisi propinqua cognatione coniunctus. Sed plura persequi tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, vt ea explicem, quæ exorsus sum. Quare ad propositum veniemus, & in hoc libro exponemus vitas excellentium imperatorum.*

DIONYS. LAMBINI IN ÆMILIVM PROBVM, *seu Cornelium Nepotem annotationes.*

NON *dubito fore) sic semper loquitur* Probus: *vt in Miltiade, ibi, non dubitans tam multis, &c. & in* Agesilao, *non dubitans eò potißimum hosteis impetum facturos. & iterum, ibid. nec dubitaturos aliud esse facturum, ac pronuntiaret.* M Tullius *diceret, non dubitans, quin plerique futuri sint &c.*

2. *cùm relatum leg.) cùm narratum, seu litteris mandatum, & memoriæ proditum legent.*

3. *quis musicam docuerit* Ep.) *hac de re dicemus suo loco in* Epamin. *& item de saltatione, & de tibiis.*

4. *Hi si didicerint non ead. &c.) verbi gratia,* Karthaginiensibus *erat rectum, & laudabile* Saturno *hostias humanas immolare,* Græcis, *&* Romanis *secus:* Lacedæmoniis *pueris furari, modò laterent, & non deprehenderentur in furto manifesto, honestum:* Græcis, *&* Romanis *turpe. Sic* Plutarchus *in* Themistocle *ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων. ἄλλα δὲ ἄλλοις καλά. καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα σώζειν καὶ κοσμεῖν, &c. id est, ô hospes: leges hominum inter se differunt: alia autem aliis pulchra atque honesta. honestum porrò omnibus est, quæ propria sunt, seruare, & ornare.*

5. *Neque enim* Cimoni *fuit t.) hac etiam de re dicemus in* Cimone.

6. *sororem germanam) sororem ex iisdem parentibus natam.*

7. *nostris moribus) iure ciuili Ro.* Atqui etiam Phocylides, Græcus auctor hoc vetat. μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνήν. i. Ne stratum vetitum geniale sororis inito.

8. *Laudi in Græcia d.)* Cicero lib. 4. de rep. apud Græcos opprobrio fuit adolescentibus, si amatores non haberent. Idem lib. 4. Tuscul. Cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem? mihi quidem hæc in Græcorum gymnasiis nata consuetudo videtur: in quibus isti liberi, & concessi sunt amores. Plato in Symposio: Xenophon similiter in Symposio. Iterum M. Tullius libro suprà proximè commemorato: Philosophi sumus exorti, & auctore quidem nostro Platone, quem non iniuria Dicæarchus accusat, qui amori auctoritatem tribueremus. Stoici verò & sapientem amaturum esse dicunt, &c. Sic & Alcinous Platonicus, cap. XXVI. εἶδος δὲ τοῦ φιλικοῦ ἐστὶ καὶ τὸ ἐρωτικόν, &c. Plutarchus. ἀποφθ. λακων. ἐρᾶν τῶν τὴν ψυχὴν σπουδαίων παίδων ἐξῆν, τὸ δὲ πλησιάζειν αἰσχρὸν νενόμιστο, ὡς τοῦ σώματος ἐρῶντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς. ὁ δ' ἐγκληθεὶς ὡς ἐπ' αἰσχύνῃ πλησιάζων, ἄτιμος διὰ βίου ἦν. i. pueros amare probos concedebatur, rem habere autem cum eis, & commisceri, turpe existimabatur, tanquam corpus amarent, non animum; qui autem eò accusatus fuerat, quòd ob turpitudinem congrederetur, infamis erat per totam vitam.

9. *Nulla Lacedæmoni,* hoc referendum est ad ætatem Probi. nam superioribus temporibus tantum abest, vt hoc esset vsu aut more receptum, vt nec comœdias, nec tragœdias audire Lacedæmonij solerent, vt ne vel iocò, vel seriò eos, qui contraria legibus loquerentur, audirẽt. cuius rei testis est Plutarchus in apophthegm. & institutis Laconicis. Κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας οὐκ ἠκροῶντο, ὅπως μήτε ἐν σπουδῇ, μήτε ἐν παιδιᾷ ἀκούωσι τῶν ἀντιλεγόντων τοῖς νόμοις. Lacedæmoni autem aduerbij loco est. vtroque enim modo dicunt Latini, Est Lacedæmoni, & est Lacedæmone, quamquam hoc est vsitatius.

10. *Magnis laudib.)* M. Tullius orat. pro Flacco. Acinas pugil, Olympionices, quod est apud Græcos propè maius & gloriosius, quàm Romæ triumphasse.

11. *citari)* præconis voce declarari, prædicari. Olympia autem vrbs est inter monteis Olympum & Ossam, non longè à Larissa, & Pheris, quam olim Pisam esse dictam tradit Stephanus de vrbibus.

12. *nemini eiusd gentis)* Itaque Aristodemum tragicum actorem maximis de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses sæpe miserunt. & Æschines Atheniensis Atrometi filius cùm adolescens tragœdias actitasset, remp. capessiuit, & magnam auctoritatem apud Athenienseis ex contionibus & orationibus suis sibi comparauit, vt testatur M. Tullius lib. 4. de rep. quamuis sæpe obiicit Æschini Demosthenes hoc artificium scenicum, vt cùm illum appellat τριταγωνιστὴν deterrimum. sed respondere licet hoc illum ei maledicti loco obiicere, quòd malus actor fuisset, non quòd actor fuisset: quemadmodum eum ὑπογραμματέα appellat, cùm scribæ munus tamen Athenis non esset infame.

13. *quæ omnia apud nos)* Nam Romæ histriones erant munerum, & honorum ciuilium expertes: & ita ἄτιμοι, hoc est infames. neque obstat quòd M. Tullius amauit Roscium, eóque familiariter vsus est, eum denique & sæpe & multis

locis laudat, & maximè in oratione pro Roscio Comœdo, hoc est pro ipso habita. erat enim vir quidem optimus, & singulari fide præditus, honorum tamen reip. non erat particeps. scenam autem non fuisse honestam declarat quod idem M. Tullius de eodem dicit oratione pro Quinctio. Etenim cùm artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur: tum vir eiusmodi est, vt solus dignus videatur, qui eò non accedat.

14. *ponuntur)* τίθενται, *habentur, ducuntur.*

15. *Contra ea) sic fere semper loquitur Probus, pro eo, quod alij boni scriptores vsurpant, contrà: vt in Alcibiade, contra ea si quid aduersi accidisset, &c. & in Agesil: contra ea Tissaphernes nihil aliud quàm bellum comparauit. Sic & Cæsar lib III. de bello ciuili. Contra ea Cæsar neque satis perterritis militibus confidebat, spatiúmque interponendum ad recreandos animos putabat.*

16. *decôra) honesta,* πρέποντα.

17. *quem enim Romanorum) huic rei exemplo sit locus ille apud M. Tullium, lib. V. epistol. ad Atticum epistola I. Sed prandimus in Arcano. nosti hunc fundũ. quò vt venimus, humanißimè Quinctus, Pomponia, inquit, tu inuita mulieres: ego viros arciuero, &c.*

18. *non prim. loc. ten.) non stat in prima parte domus, hoc est* ἐν προθύροις, *& in loco celebri se spectandam prebet? Xenophon Oeconomico.* τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον μένειν ἔνδον, ἢ θυραυλεῖν, τῷ δ' ἀνδρὶ αἴσχιον ἔνδον μένειν, ἢ τῶν ἔξω ἐπιμελεῖσθαι *i. mulieri enim honestius est intus, seu domi se continere, quàm in atrio, seu pro foribus stare: viro contrà turpius est intus manere, quàm ea, quæ sunt extra, procurare. in celebritate, id est in frequentia hominum, in locis celebribus, id est quæ ab hominibus celebrantur. loca celebria desertis opponuntur: celebritas solitudini. Cicero ad Atticum lib. III. Odi enim celebritatem: fugio homines, lucem aspicere vix possum: esset mihi ista solitudo, præsertim tum familiari in loco, non amara.*

19. *Nam neque in conuiu.) Cicero lib. I. accusationum. Tum ille, vt aliquid responderet, negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres.*

20. *gynæconitis)* γυναικωνῖτις, *locus domus, in quo mulieres seorsum à viris habitant: vt* ἀνδρωνῖτις *locus, in quo viri separatim à mulieribus Xenoph. Oeconom.* ἔδειξα δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν αὐτῇ θύραις βαλανείῳ ὡρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος *i. ostendi autem ei & gynæconitidem ianuam balneo ab andronitide distinctam, ac disclusam. Plutarch* ἀποφθεγμ. λακων. Πανθοίδας πρεσβεύων εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπιδεικνύντων αὐτῷ τεῖχος ὀχυρὸν, εἶπε, νὴ τοὺς θεοὺς, ὦ ξένοι, καλὴ ἡ γυναικωνῖτις. *i. Panthoida legatus in Asiam profectus, cùm ostenderent ei Asiatici murum firmum ac probè munitum, Pulchra, profectò est hæc vrbs, ô hospites, gynæconitis. significans viris fortibus non esse opus muris tam firmis. Diogenes Laërtius in Diogene Cynico,* ἐπανήρχετο ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ἀθήνας· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον ποῖ καὶ πόθεν, ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. *i. reuertebatur Diog. Cynicus Lacedæmone Athenas. Ei igitur, qui quæsierat ex eo, quò & vnde, Ex andronitide in gynæconitidem, inquit. significabat Spartam esse vrbem virorum, Athenas, mulierum. De gynæconitide lege & Vitruuium lib. VI. cap. X.*

MILTIADES.

MILTIADES Cimonis filius Atheniensis, cùm &[1] antiquitate generis, & gloria maiorum, & sua modestia, vnus omnium maxime floreret, eáque esset ætate, vt non[2] tam solùm de eo bene sperare, sed etiam confidere ciues possent sui talem futurum, qualem cognitum iudicarunt, accidit,[3] vt Athenienses[4] Chersonesum colonos vellent mittere, cuius generis cùm magnus numerus esset, & multi eius demigrationis peterent societatẽ, ex his delecti Delphos[5] deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimùm duce vterentur. nam tum[6] Thraces eas regiones[7] tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia præcepit, vt Miltiadem sibi imperatorem sumerent. id si fecissent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso Miltiades cum[8] delecta manu classe Chersonesum profectus, cùm accessisset Lemnum, & incolas eius insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensium, ídq; vt Lemnij sua sponte facerẽt, postulasset, illi[9] irridentes responderunt, tum id se facturos, cùm ille domo nauibus proficiscẽs vento aquilone venisset Lemnum. hic enim ventus à septentrionibus oriens aduersum[10] tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tempus non habens[11] cursum direxit, quò tendebat, peruenítque Chersonesum. Ibi breui tempore barbarorum copiis disiectis, tota regione, quam petierat,[12] potitus, loca castellis idonea communiuit: multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocauit: crebrísque excursionibus locupletauit. Neque minus in ea re prudentia, quàm felicitate, adiutus est. nam cùm[13] virtute militum deuicisset hostiũ exercitus, summa æquitate res constituit, atque ipse ibidem

manere decreuit. erat enim inter eos dignitate[14] regia, quamuis carebat nomine. neque id magis imperio, quàm iustitia, consecutus. neque[15] eo secius Atheniẽsibus, à quibus erat profectus, officia præstabat. Quibus rebus fiebat, vt non minus eorum voluntate perpetuò imperium obtineret, qui miserãt, quàm illorum, cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constituta Lemnum reuertitur, & ex[16] pacto postulat, vt sibi vrbem tradant. illi enim dixerant cùm[17] vento borea domo profectus eò peruenisset, sese dedituros: se autem domum Chersonesi habere.[18] Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi præter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secunda fortuna aduersariorum capti, resistere ausi non sunt, atq; ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quæ[19] Cyclades nominantur, sub Atheniensiũ[20] redegit potestatem. Eisdem temporibus Persarum rex[21] Darius, ex Asia in Europam exercitu traiecto,[22] Scythis bellum inferre decreuit. pontem fecit[23] in Istro flumine, quà copias traduceret. eius pontis ([24] dum ipse abesset) custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia & Aeolide duxerat. [25] quibus singulis ipsarum vrbium perpetua dederat imperia. sic[25] enim putauit facillime se[26] Græca lingua loquenteis, qui Asiam incolerent, sub[27] sua retenturum potestate, si[28] amicis suis oppida tuenda tradidisset: quibus se oppresso nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia[29] crederetur. Hic, cùm crebri[30] afferrent nuntij male[31] rem gerere Darium, premíque ab Scythis,[32] Miltiades hortatus est pontis custodes, ne à fortuna datã occasionem liberandæ Græciæ[33] dimitterent. nam si cum his copiis, quas secum transportauerat, interisset Darius, non solùm Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Græci

genere, liberos à Persarum futuros dominatione & periculo. id facile effici posse. [34] *ponte enim rescisso regem vel hostium ferro, vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium cùm plerique accederent, Istiæus* [35] *Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens non idem ipsis, qui summas imperij tenerent, expedire, & multitudini, quòd Darii regno ipsorũ niteretur dominatio, quo exstincto ipsos potestate expulsos ciuibus suis pœnas daturos. itaque adeò se abhorrere à ceterorum consilio, vt nihil putet ipsis vtilius, quàm confirmari regnum Persarum. Huius cùm sententiam plurimi essent secuti, Miltiades non* [36] *dubitans tam multis consciis ad regis aureis consilia sua peruentura, Chersonesum reliquit; ac rursus Athenas demigrauit. cuius ratio etsi non valuit, tamen* [37] *magnopere est laudanda; cùm amicior omnium libertati, quàm suæ fuerit dominationi. Darius autem, cùm ex* [38] *Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, vt Græciam redigeret in suam potestatem, classem* [39] *quingentarum nauium comparauit, eíque Datin* [40] *præfecit, & Artaphernem, hísque* [41] *ducenta peditum milia, & decem equitum dedit, causam* [42] *interserens se hostem esse Atheniensibus, quòd eorum auxilio Iones Sardis expugnassent, suaq; præsidia interfecissent. Illi præfecti regij classe ad* [43] *Eubœam appulsa celeriter Eretriam ceperunt, omneísque eius gentis ciueis abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum* [44] *Marathona deduxerunt. Is abest ab oppido circiter milia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo, támque magno permoti auxilium* [45] *nusquam, nisi à Lacedæmoniis, petiuerunt,* [46] *Philippidémque* [47] *cursorem eius generis, qui hemerodròmi vocantur, Lacedæmonem miserunt, vt nuntiaret;*

quàm celeri opus esset auxilio. Domi autem creati[48] decem
prætores, qui exercitui præessent: in eis Miltiades, inter[49]
quos magna fuit contentio, vtrùm mœnibus se defenderent,
an obuiam irent hostibus, aciéq;[50] contenderent. vnus Mil-
tiades maximè nitebatur, vt primo quoque tempore castra
fierent. id si factum esset, & ciuibus animum accessurum,
cùm viderent de eorum virtute non desperari, & hosteis
eadem re fore tardiores, si animaduerterent[51] auderi aduer-
sus se tam exiguis copiis dimicare. hoc in tempore nulla ciui-
tas Atheniensibus auxilio fuit præter[52] Platæenseis. ea mille
[53] misit militum. itaque horum aduentu decem milia armato-
rum completa sunt: quæ[54] manus mirabili flagrabat pugnan-
di cupiditate. quo factum est, vt plus, quàm[55] collegæ, Mil-
tiades valuerit. eius enim auctoritate impulsi Athenienses
copias ex vrbe eduxerunt,[56] locóque idoneo castra fecerunt.
deinde postero die, sub montis radicibus acie[57] è regione in-
structa, noua arte, vi[58] summa prœlium commiserunt. nam-
que arbores multis locis erant raræ, hoc consilio, vt & mon-
tium tegerentur altitudine, & arborum[59] tractu equitatus
hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis,
etsi non locum æquum videbat suis, tamen fretus numero
copiarum suarum confligere cupiebat, eóque magis, quòd[60]
prius, quàm Lacedæmonij subsidio venirent, dimicare vtile
arbitrabatur. Itaque in aciẽ peditum centum, equitum de-
cem milia produxit, prœliúmque commisit. In quo tanto
plus virtute valuerunt Athenienses, vt[61] decuplicem nume-
rum hostiũ profligarent: adeoq; perterruerunt, vt Persæ non
[62] castra, sed naueis peterent. Qua pugna nihil adhuc est no-
bilius. nulla enim vmquam tam exigua manus tantas opes
prostrauit. Cuius victoriæ non alienum videtur, quale præ-
mium

mium Miltiadi ſit tributum, docere, quo facilius intelligi poßit, eandem omnium ciuitatum eſſe naturam. Vt populi noſtri honores quondam fuerunt rari & tenues, ob eámque cauſam glorioſi, nunc autem[63] effuſi atque obſoleti: ſic olim apud Athenienſeis fuiſſe reperimus. namque huic Miltiadi, qui Athenas, totámque Græciam liberauit, talis honos tributus eſt in porticu, quæ pœcile vocatur, cùm pugna depingeretur Marathonia, vt in decem prætorum numero prima eius imago poneretur, ísque hortaretur milites, prœliúmque committeret. Idem ille populus, poſteaquàm maius imperium eſt nactus, & largitione magiſtratuum corruptus eſt,[64] trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo decreuit. Poſt hoc[65] prœlium claſſem ſeptuaginta nauium Athenienſes eidem Miltiadi dederunt, vt inſulas, quæ barbaros adiuuerant, bello perſequeretur. quo imperio pleraſque ad[66] officium redire coëgit, nonnullas vi expugnauit. Ex his Parum[67] inſulam opibus elatam cùm oratione reconciliare non poſſet, copias è nauibus eduxit, vrbem operibus[68] clauſit, omníque[69] commeatu priuauit. deinde vineis[70] ac teſtudinibus conſtitutis propius[71] muros acceßit. Cùm iam in eo eſſet, vt oppido potiretur, procul in[72] continenti lucus, qui ex inſula conſpiciebatur, neſcio[73] quo caſu, nocturno tempore incenſus eſt: cuius flamma vt ab oppidanis & oppugnatoribus eſt viſa,[74] vtriſque venit in opinionem ſignum à[75] claſſiariis regiis datum. quo factum eſt, vt Parij à deditione[76] deterrerentur, & Miltiades timens ne claſſis regia aduentaret, incenſis operibus, quæ ſtatuerat, cum totidem nauibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offenſione ciuium ſuorum rediret.[77] Accuſatus ergo proditionis, quòd, cùm Parum expugnare poſſet, à rege corruptus infectis rebus à pugna diſceßiſſet. Eo[78] tempo-

re æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater eius Stesagoras. Causa cognita [80] capitis absolutus, pecunia multatus est, eáque lis quinquaginta talentis æstimata est, quantus in classem sumtus factus erat. Hanc pecuniam, quòd soluere non poterat, in vincula publica coniectus est, ibíque [81] diem obiit supremum. Hic & si crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis. nanque Athenienses [82] propter Pisistrati tyrannidem, quæ paucis annis antè fuerat, omnium suorum ciuium potentiã extimescebant. Miltiades multùm in imperiis, magistratibúsq; versatus non videbatur posse esse priuatus, præsertim cùm [83] consuetudine ad imperij cupiditatem trahi videretur. nam Chersonesi omneis illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannúsque fuerat appellatus, sed [84] iustus. non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate. eámque potestatem bonitate retinuerat. [85] Omnes autem & habentur & dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quæ libertate vsa est. Sed in Miltiade erat cùm summa humanitas, tum mira comitas, vt nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omneis ciuitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum [86] innoxium plecti, quàm se diutius esse in timore.

MILTIADES.

ANtiquitate generis) Nam patruus eius Miltiades longissimè ab Æaco & Ægina principium & originem generis repetebat: proximè à Philæo Atheniensi Aiacis filio, in cuius familiam fuerat insitus atque adoptatus, vt scribit Herod. in Eratone. Cimo verò pater ad Codrum Atheniensium regem ortum suum referebat. Nobilitas porrò interdum ex antiquitate generis penditur, præsertim si progenitores sint illustres, & clari vel ob virtutem, vel nomine di-

nitiarum, vel potentiæ: interdum ex præstāti aliqua virtute, aut magnis in remp. meritis, & rectè factis spectatur.

2. *non iam solùm de eo benè sp.) sic* M. Tullius *lib.* VI. *epistolar. ad* Attic. *epistola vltima, Spero, quæ tua prudentia & temperantia est, & Hercule, vt me iubet* Acastus, *confido, te iam, vt volumus, valere.*

3. *áccidit vt* Athenienses Chersonesum *&c.) aut aliud agebat* Probus, *cùm hoc scripsit, aut aliquem* Græcum *historicum, qui non exstet, ab* Herodoto *valde discrepantem, secutus est. nam quæ* Probus *huic* Miltiadi, *cuius nunc vitam scribit, attribuit, ea* Herodotus Miltiadi Cypselli *filio, huius* Miltiadis *patruo adscribit lib.* VI. *Nam (vt narrat* Herod.*)* Miltiades *&* Cimo *fratres fuerunt ex eadem matre nati, non ab eodem patre procreati.* Miltiadis *enim illius antiquioris pater fuit* Cypsellus, Cimonis *autem* Stesagoras *quidam antiquior (duo enim eiusdem nominis fuerunt, vt iam cognoscemus)* Atque *huic* Cimoni *duo filij fuerunt,* Stesagoras *antiquioris* Stesagoræ *nepos, &* Miltiades. Miltiades *igitur ille (vt vult* Herodotus*)* Cypselli *filius, partim ab hospitibus quibusdam* Doloncis Thracibus *inductus, qui ei oraculum quoddam exposuerunt, quo iubebantur eum vrbis conditorē quærere, atque adducere, qui eos ex templo egressos primus ad hospitalem cenam vocasset, hospitióque accepisset: partim* Pisistrati *tyrannide offensus, consulto iterum ab ipso oraculo: cùm* Pythia *consentanea iis, quæ hospites retulerant, sibi respondisset, impositis in naueis iis omnibus* Atheniensibus, *qui nauigationis participes esse voluissent, cum* Doloncus *profectus est, &* Cherroneso *tota potitus est* Apsinthiis *expulsis, qui eam vi occuparant.* Ita *totius regionis tyrannus factus, cùm sine liberis discessisset,* Stesagoram *fratris* Cimonis *filium maiorem natu tyrannidis successorem reliquit. quo etiam sine liberis mortuo,* Miltiades, *eius frater, de quo nunc* Probus, *tyrannidem adeptus est. qui à* Phœnicibus *expulsus, atque ad necem petitus,* Athenas, *vnde profectus erat, reuersus, patre suo à* Pisistratidis *iam antea interfecto, dux populi suffragiis aduersus* Datin Darij *præfectum creatus est. Hæc fere ex* Herodoto *lib.* VI. *ex quibus licet intelligere,* Probum *alucinatum esse, vel alios scriptores nobis ignotos, atque inauditos secutum esse.*

4. Chersonesum*) peninsulam, quæ à mari Ægeo altera ex parte alluitur.*

5. *deliberatum missi sunt) putabam olim vocem deliberatum superuacaneam esse: sed cùm eam in omnibus libris reperissem, & considerassem eos, qui consulunt oracula, de rebus futuris quasi cum diis deliberare, nihil sum ausus mutare. Confirmat hanc lectionem locus ille in* Themist. Deliberantibus Pythia *respondit, &c.*

6. Thraces*)* Dolonci, *immo potius* Apsinthij.

7. *tenebant) sic* Virgilius *lib.* I. *æn.* Qui *teneant (nam inculta videt) hominésne, feræ'ne,* Quærere *constituit. ibid suprà: genitor tum* Belus *opimam* Vastabat Cyprum, *& victor ditione tenebat.*

8. *cum delecta) malim, cum dilecta manu, vt veteres loquebantur.*

9. *illi irridentes respond.) multùm discrepat ab* Herodoto Probus. *ille enim narrat,* Pelasgos, *accepta (vt sibi videbantur) ab* Atheniensibus *iniuria, dierum*

festorum, quos Athenienses agitare solerent, non ignaros, biremibus aliquot ornatis atque instructis, Atheniensibus nihil tale timentibus, aut opinantib. eorúmque vxoribus sacra quædam Dianæ in Braurone facientibus, repente in eas impetum fecisse, earúmque magnam partem abreptam in Lemnum asportasse: ex quibus grauidis factis cùm pueri nati essent, matres eos sermonem Atticum docuisse, moribús que patriis imbuisse: vetuisse denique, nequid cũ Pelasgorum filiis commercij haberent, néue communicarent, aut congrederentur: quòd si quo casu in illos incidissent, & aliqua his ab illis iniuria facta esset, præcepisse, vt omnes fœminarum Atticarum filij vno consensu in Pelasgorum filios, qui vnum aut alterum ex Attica natum læsissent, inuaderent. qua re animaduersa Pelasgi. cùm statuissent hoc ferendum non esse, cúmque cogitassent, nisi malo nascenti maturè remedium adhibuissent, fore vt robustius, & maius factum sanari non posset, consilium huiusmodi ceperunt, vt omneis Atticarum mulierum filios vnà cum matribus necarent. quo scelere admisso, cùm mulieres eorum essent infæcundæ, agríque steriles, cùm denique omnium rerum pænuria conflictarentur, Apollinem consuluerunt, quo modo præsentibus malis liberari possent. quibus Pythia respondit, eos pœnas Atheniensibus taleis luere oportere, qualeis illi constituissent. quo responso accepto Pelasgi Athenas profecti sunt, & se, quas illi vellent, pœnas subire paratos esse dixerunt. Athenienses autem lectis in Prytanéo quàm pulcherrimè stratis, & mensa omnium epularum copia, & genere referta apposita, iusserunt Pelasgos Cherronesum sibi tradere sic instructam. Pelasgi verò responderunt, cùm vento Aquilone eodem die nauis ex Atheniensium portu in Cherronesum peruenisset, tum se id, quod illi iussissent, facturos: hoc significantes id, quod à se peteretur, fieri non posse. Attica enim à Cherroneso Austro opposita est. Miltiades autem Cimonis filius aliquot annis pòst, ventis Etesiis flantibus, (qui sunt iidem atque Aquilones, nisi quòd certo anni tempore spirãt, nempe post solstitium) posteaquàm Cherronesus, quæ Hellesponto adiacet, sub Atheniensium potestatem redacta fuit, naui ex Hellesponto in Lemnum delatus, edixit Pelasgis vt ex insula demigrarent, redigens eis in memoriam oraculum, quod illi non putabant exitum habiturum: &c. Hæc fere ex Herodoto, cuius verba Græca, si quis desiderat, ex ipso auctore petat.

10. *aduersum tenet) locus suspectus, in quo tamen libri omnes congruunt: ego legendũ putarim, aduersum flatũ emittit: vel, aduersus est, vel, aduersatur, &c.*

11. *cursum direxit) cursum etiam de nauigatione dici, licet ex bonis scriptoribus cognoscere, & nos admonuimus in commentariis Horatianis ad illum locũ, licebit Iniecto ter puluere curras. Oda 28. lib. 1.*

12. *tota reg. q. p.) Interdum hoc verbum potiri cum auferendi casu coniungit: vt in Cimone, magna præda potitus: & item alibi: interdum cum generandi casu, vt in Lysandro, classis hostium potitus est: & in Agesilao, Hic simulatque imperij potitus est: &c. sic & M. Tullius vtrumque casum huic verbo iungit: semper autem dicit, rerum potiri. Etiam in accusandi casu dixit lib. 1. Tuscul. q. vrbem nostram gentem aliquam potituram: quo modo & Lucretius loquitur lib. 3.*

13. Nam cùm virtute mil.) sic sæpe Cæsar loquitur, vt infra ostendemus in Thrasybulo.
14. dignitate regia) successit enim in Stesagoræ fratris locum, vt tradit Herod. lib. VI sed hoc regnum non fuit ei diuturnum. à Scythis enim Nomadibus primùm, deinde à Phœnicibus pulsus, quinque nauibus instructis, quarum vna capta est, Athenas confûgit. Plutarchus quoque lib. περὶ θείου βραδέως τιμ. ostendit, hunc Miltiadem, qui aduersus Datin bellum gessit, regem, seu potius tyrannum fuisse. sic Plutarch. Εἰ δέ τις ἢ τὸ γραπτὸν ἀπήχθετο Μιλτιάδην ἐν χερρονήσῳ, &c.
15. neque eo secius) sic sæpe Probus. non item sæpe Cicero. sic & Cornelius Nepos in vita Attici, nō longè à princip. Neque eo secius adolescentem Marium hostem iudicatum iuuit opibus suis. Videbatur hîc aliquid deesse, atque ita legendū: Neque eo secius Atheniensibus, à quibus profectus erat, quàm iis, quibuscum erat profectus off. pr. Nam vulgata lectio, Neque eo secius Athen. quibuscum erat prof. &c. ferri non potest. sed conieci sic legendum esse vt edidi, & natum esse mendum ex hoc, quod sequitur.
16. ex pacto) κτ' συνθήκην, ex conuentione, ex pacto conuento.
17. cùm vento Borea) quem Aquilonem suprà nomine Latino, eum hîc Boream Græco appellat. sic Gellius lib. 2. cap. 21. Sed qui ab æstiua & solstitiali Orientis meta venit, Latinè Aquilo, Græcè βορέας ἀπὸ τῆς βοῆς dicitur.
18. Cares, qui tum &c,) immo Pelasgi, vt tradit Herod. lib. VI. non longè ab extremo.
19. Cyclades) Cyclades insulæ sunt in mari Ægæo, sic dictæ, quòd in orbem sitæ sint, vt tradunt geographi, Strabo, Plinius, Mela, ceteri. Strabo lib. X. ἐν τῷ Αἰγαίῳ μάλιστα αὐτή τε Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν κυκλάδες.
20. sub Atheniensium red. potest.) sic loquitur infrà in ead. vita, & itē alibi.
21. Darius) Histaspis filius, qui qua arte ad regiam potestatem peruenerit, narrat Herod. Thalia.
22. Scythis bellum inferre decr.) post Babylonem expugnatam, vt tradit Herodotus Melpomene princip. ibidémque causam exponit, nēpe quia Scythæ Medis bellum intulerant, & prælio commisso, victores discesserant, & Medos iniuria lacessierant.
23. Pontem fecit in Istro fl.) Herod. ibidem. διέβαινε ἐς τὴν Εὐρώπην, τοῖσι Ἴωσι παραγγείλας πλέειν ἐς τὸν πόντον μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ· ἐπεὰν δὲ ἀπίκωνται ἐς τὸν Ἴστρον, ἐνθαῦτα αὐτὸν περιμένειν ζευγνῦντας τὸν ποταμόν. i. transiit Darius in Europam, cùm Ionibus mandasset vt in Pontum vsque ad Istrum nauigarent: posteaquàm autem ad Istrum peruenissent, ibi se exspectarent, pontem in eo flumine facientes.
24. dum ipse abesset) interea dum ipse abesset.
25. sic enim si reliquisset Ioniæ & Æolidis principes, pontis custodes: & si amicis sing. iisdémque Græciæ principibus oppida tuenda tradidisset, vt mox subiicit.
26. Græca ling. loq.) populos Græcè loquenteis, in Asia habitanteis.
27. sub sua ret. p.) quasi libentius essent obsecuturi Græcis, quàm barbaris, id est Persis.

28. *amicis suis) iisque Ioniæ principibus, quorum nomina commemorat Herodotus lib. 4.*

29. *crederetur) committeretur.*

30. *afferrent) nuntiarent. licet & legere, afferrentur, vt per nuntios significentur res nuntiatæ. nihil tamen immutandum.*

31. *malè rem gerere)* κακῶς πράττειν: *vt re vera malè rem gessit.*

32. *Miltiades hortatus est)* Paullo aliter hoc narrat Herod. lib. 4. ait enim Scythas ipsos, cùm prius ad pontem in Istro factum, quàm Persæ, peruenissent, hanc orationem ad Iones habuisse, ἄνδρες ἴωνες, αἵ τε ἡμέραι ὑμῖν τῶ ἀριθμοῦ διοίχωνται, καὶ οὐ ποιέετε δίκαια ἔτι παραμένοντες. ἀλλ' ἐπεὶ πρότερον δειμαίνοντες ἐμένετε, νῦν λύσαντες τὸν πόρον, τὴν ταχίστην ἄπιτε χαίροντες ἐλεύθεροι, θεοῖσι καὶ σκύθῃσι εἰδότες χάριν, &c. O Iones, numerus dierum vobis præteriit, neque iusta facitis, qui etiam nunc permaneatis: sed quoniam anteà metuentes manebatis, nunc meatu, & ponte rescisso, quàm primùm abite læti, & liberi, diisque & Scythis gratiam habentes. Eum autem, qui vester antea dominus erat, in eum locũ statúmque redigemus, vt aduersus nullos postea mortaleis exercitum ducturus sit. His de rebus consultabant Iones. Ac Miltiades quidem Atheniensium imperator, Cherronesitarum, qui sunt in Hellesponto, tyrannus censebat Scythis esse parendum: Istiæus verò Milesius contrà, &c. Idem Eratone, Καί μιν πυθόμενοι ὡς εἴη Μιλτιάδεω παῖς, ἀνήγαγον παρὰ βασιλῆα, δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι, ὅτι δὴ Μιλτιάδης γνώμην ἀπεδέξατο ἐν τοῖς ἴωσι πείθεσθαι κελεύων τοῖσι σκύθῃσι, ὅτε οἱ σκύθαι προσεδέοντο λύσαντας τὴν σχεδίην ἀποπλέειν εἰς τὴν ἑωυτῶν. i. Cùm audiuissent autem ex eo Phœnices Miltiadis esse filium, ad regem duxerunt, putantes se magnam ab eo gratiam inituros, quoniã Miltiades inter Iones sententiam dicens, suaserat vt Scythis parérent, cum Scythæ orabant, vt rate dissoluta in patriam suam nauigarent.

33. *dimitterent) amitterent.*

34. *ponte enim rescisso) ponte dissoluto,* ζεύγματος τῶ Ἴστρου λυθέντος. *al. reciso.*

35. *Istiæus Milesius, ne v.c. obst.d.)* Videtur hic locus ferè expressus ex Herod. lib. 4. ἱστιαίου δὲ μιλησίου ἐναντίη ταύτῃ λέγοντος, ὡς νῦν μὲν διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτῶν τυραννεύει πόλιος, τῆς Δαρείου δὲ δυνάμιος καταιρεθείσης οὔτε αὐτὸς μιλησίων οἷός τε ἔσεσθαι ἄρχειν, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς οὐδαμῶν: βουλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον, ἢ τυραννεύεσθαι, &c. i. Istiæus autem Milesius dissentiret, cùm diceret, nunc quidem vnumquemque ipsorum in sua ciuitate dominatum & tyrannidem obtinere: Darij verò opibus afflictis, neque se Milesiis imperandi facultatem habiturum, neque alium quemquam vllis populis: Fore enim vt vnaquæque ciuitas malit esse libera, & populari reip. administrandæ forma vti, quàm sub alterius viuere dominatu: Quam sententiam cùm Istiæus dixisset, continuò sese ad eam conuerterunt, cùm antea Miltiadis sententiam sequerentur, & comprobarent. Huc pertinet illud Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. Ἰδάθυρσος ὁ σκυθῶν βασιλεύς, ἐφ' ὃν διέβη Δαρεῖος, ἐπεῖθε τοὺς ἰώνων τυράννους τὸ τοῦ Ἴστρου ζεῦγμα λύσαντας ἀπαλλάττεσθαι· μὴ βουληθέντας δὲ διὰ τὴν πρὸς Δαρεῖον πίστιν, ἀνδράποδα χρηστὰ καὶ ἄδραστα ἐκάλει. i. Idathyrsus autem Scytharum rex, ad quem Darius transiit, suadebat Ionum tyrannis vt Istri ponte rescisso discederent. Cùm autem id facere nollent, propterea

quòd Dario fidem dederant, mancipia frugi appellabat.

36. non dubitans tam mult.) Cicero dixisset, non dubitans tam multis consc. quin ad regis aureis consilia sua essent peruentura, &c.

37. tamen m. est) Atqui nónne fidem violabat Miltiades, & ita non est eius ratio laudanda? respondeo, primùm nullam fidem antiquiorem esse habendam pietate erga patriã: deinde, quod posuit Probus, Miltiadem, si aliud, quàm quod dedit, Græcis consilium dedisset, non tam fidei, quam Persarum regi dederat, quàm suæ dominationi fuisse consulturum. Maluit igitur Græcorum libertati, quàm suæ dominationi seruire fide, quam barbaro aduersus patriam, & libertatem Græciæ dederat, neglecta. Omnino, ne quid dissimulẽ, melius fecisset Miltiades, si fidem Persis non dedisset.

38. Ex Europa) ex Scythia.

39. classem quingentar.) Herodotus tradit fuisse sexcentarum triremiũ classem, sine nauibus hippagógis, in quas equos imposuerunt. sic Herod. lib. VI. ἔπλεον ἑξακοσίῃσι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην. eodem lib. decem circiter paginis antè, dixerat, ὡς δὲ συνελέχθη μὲν χρῆμα πολλῶν νεῶν, &c. i. posteaquàm autem mirabilis quædam nauium multitudo contracta est, &c. Plato in Epitaphio, trecentas tantùm fuisse scribit, vt mox dicemus.

40. Datin præfecit &) Herod. eod. lib. ἄλλους δὲ στρατηγοὺς ἀποδέξας ἀπέστελλε ἐπί τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας, Δᾶτίν τε ἐόντα Μῆδον γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος παῖδα, &c. Cùm alios autem duces creasset, misit in Eretriam & Athenas Datin genere Medum, & Artaphernem Artaphernis filium. &c. Plato in Epitaphio Datin solum commemorat, cuius hæc verba sunt, αἰτιασάμενος δὲ Δαρεῖος ἡμᾶς τε καὶ Ἐρετριέας Σάρδεσιν ἐπιβουλεῦσαι προφασισάμενος, πέμψας μυριάδας πεντήκοντα ἔν τε πλοίοις καὶ ναυσί, ναῦς δὲ τριακοσίας, Δᾶτιν δὲ ἄρχοντα, εἶπεν ἥκειν ἄγοντα Ἐρετριέας καὶ Ἀθηναίους, εἰ βούλοιτο τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἔχειν, &c. i. Criminatus autem nos & Eretrienseis Darius & hac causa prætexta, quòd Sardibus insidiati essemus, missis quingentis hominum millibus in nauigiis, & nauibus, triremibus autem ducentis: Datide autem classi & exercitui præfecto, edixit vt Eretrienseis atque Athienienseis captos adduceret, si caput suum retinere vellet. Idem lib. 3. de Legib. σχεδὸν γὰρ δέκα ἔτεσι πρὸ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας, ἀφίκετο Δᾶτις περσικὸν στόλον ἄγων, πέμψαντος Δαρείου διαρρήδην ἐπί τε Ἀθηναίους καὶ Ἐρετριέας, ἐξανδραποδισάμενον ἀγαγεῖν, θάνατον αὐτῷ προειπὼν μὴ πράξαντι τοῦτο, i. Fere enim decem annis ante prælium nauale ad Salaminem commissum, venit in Græciam Datis classem Persicam ducens, cùm eum misisset Darius disertè & nominatim aduersus Eretrienseis, & Athienienseis, vt eos in seruitutem redactos & captiuos abduceret, morte ei antè denuntiata nisi imperata fecisset. Plutarchus περὶ παραλλ. Δᾶτις ὁ Περσῶν σατράπης μετὰ τριάκοντα μυριάδων εἰς Μαραθῶνα παραγενόμενος πεδίον τῆς Ἀττικῆς. i. Cùm Datis Persarũ satrapes cũ triginta hominũ myriadibus in Marathonem venisset, &c.

41. hisque ducenta ped m.) quingenta dicit Plato.

42. causam interferens) sic fere Plato in Epitaph.

43. Ad Eubœam) quæ insula est non longe distans ab Attica in mari Ægeo.

44. Marathoña) Herod. lib. VI. seu Eratone. καὶ γὰρ ἦν Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον

χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης. i. Erat enim & Marathon locus Atticæ ad inequitandum aptiß. & Eretriæ proximus. Stephanus. Μαραθὼν δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς, &c. M. Tullius lib. I. de Off. Hinc rhetorum campus de Marathone. &c.

45. *auxilium nusquam nisi &c.* Paullo aliter Plato lib. 3. de Legib. ibi enim scribit, eos, cùm in omneis Græciæ parteis legatos misissent, qui auxilium peterẽt, subuenisse tamen, præter Lacedæmonios, neminem: qui nescio qua religione impediti, post pugnam Marathoniam venerunt. Herod. lib. VI. consentanea probo narrans scribit, eos ad Lacedæmonios Philippidem Hemerodromum misisse, qui nuntiaret, celeri opus esse auxilio: illos decreuisse quidem venire, sed non tam citò, quàm Athenienses vellent, propterea quòd esset dies mensis nonus: quo die plena luna non esset: lege autem impediri, ne ante plenilunium exercitum educerent. Itaque Athenienseis cum solis Platæensibus Persarum copias perculisse, ac dißipasse. eadem fere ex Herod. refert Strabo libro 9.

46. *Philippidémque)* sic legendum, & ita nominat Herodotus, non Philippum, vt habent libri vulgati.

47. *cursorem eius generis, qui Hemerodr.)* sic Herod. eod. lib. & loco. κήρυκα Φειδιππίδην, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμην τε καὶ τοῦτο μελετῶντα. appellantur & δρομοκήρυκες, vt testatur Harpocration in voce δρομοκήρυκες. sic ille δρομοκήρυκες. Αἰσχίνης, οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρόμοι. ex quibus verbis nuper cùm Æschinis orationem explicarem, emendaui in ea oratione locum illum, in media fere oratione, quæ est de falsa legatione: οἱ δὲ Φαλαίκου τοῦ Φωκέων πραίτου δημοκήρυκες, &c. & iußi reponi δρομοκήρυκες.

48. *creati sunt decem pr.)* sic Herod. eod. lib. στρατηγοὶ δέκα, τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης. & attende, quos Græci στρατηγοὺς, id est duces exercitus appellant, à Latinis prætores dici: quod ostendit M. Tullius lib. 3. de Legib. & item alibi. & Cæsar lib. de bello ciuili. Lucilius apud Nonium in voce spurcum. Prætor noster adhuc quàm spurcu' st ore: quòd omneis Extra castra, vt stercus, foras eiecit ad vnum. sic contrà Plutarchus, quos Latini prætores, στρατηγοὺς vocat.

49. *inter quos magna fuit cont.)* quam sustulit Miltiades perducto in sententiam suam Callimacho polemarcho, id est quasi belli totius imperium obtinente. Herod. eod. lib.

50. *aciéque contenderent)* συμβάλλειν dicit Herodotus, acie cõtendere, & συμβολὴν conflictum. Itaque ego hanc scripturam probo, ceteras, vt corruptas, reiicio: & paullo antè, vbi vulgati habent, vrbibus defenderent, ego, se defenderent, reposui.

51. *auderi)* sic legendum, non audiri, neque audere. auderi autem est infinitiuus ab impersonali audetur.

52 *præter Platæenseis)* Herod. eod. lib. Ἀθηναίοισι δὲ τεταγμένοισι ἐν τεμένει Ἡρακλέος, ἐπῆλθον βοηθέοντες Πλαταιέες πανδημεί. i. Atheniensibus autem ad fanũ Herculis dispositis opitulatum venerunt Platæenses cum vniuersis copiis: quidam libri habent, præter Platæensium, vt subintelligatur, ciuitatem. & ita aptè quadrabit, quod sequitur, Ea mille misit m.

53. mille

53. *mille misit militum) mille militum, mille hominum, mille nummorum, &c. hoc loquendi genus notauimus ad illum locum* Horatij *satyra* 3. *lib.* 2. Mille ouiū *insanus morti dedit. sic iterum* Probus *in* vita Datamis, *cùm de ipsius exercitu, non amplius mille hominum cecidisset.*

54. *quæ manus mir.) itaque pauci multis sic obuiam ierunt, quasi in alienis animabus, non in suis, periculum facturi, inquit* Isocrates. *sic ille* πανηγυρικῷ. ἀπήντων τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔχοντες ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύσειν.

55. *collegæ)* PolyZolus, Cynægirus, Stesilaus, *ceteri.*

56. *locóque idoneo) in Marathone.*

57. *acie è reg. instr.) quo modo instructa fuerit acies, narrat* Herod. *lib.* VI. *dicitque* Callimachum *duxisse dextrum cornu: quem sequebantur tribus* Atheniensium *suo quoque ordine: sinistrum* Platæenseis.

58. *vi summa)* Narrat Herodotus *ibidem,* Græcos *à suis castris octo ferè stadia in barbaros procurrisse: barbaros autem suo in loco stanteis* Græcorum *impetum excepisse, cùm eorum factum irriderent, quasi imperitè facerent.* Græcorum *tamē consilium euentus comprobauit. addit eodem loco* Herodotus, *primos* Græcorum *tum* Athenienseis *cum* Platæensib. *in hosteis procurrisse.* Cæsar *quidem bonus imperator lib.* 3. *de bello ciuili, talem militum alacritatem, & procursionem probat, his verbis.* Hæc cùm dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum electi milites circiter CXX. voluntariè eiusdem centuriæ sunt prosecuti, &c. Sed Pompeius *suis prædixerat vt* Cæsaris *impetum exciperent, néue se loco mouerēt: aciémque eius distrahi paterentur. &c. quod nobis quidem nulla ratione factum à* Pompeio *videtur, propterea quòd est quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnæ incenditur: hanc non reprimere, sed augere imperatores debent. neque frustra antiquitus institutum est, vt signa vndique concinerent, clamorémque vniuersi tollerent: quibus rebus & hosteis terreri, & suos incitari existimauerunt.*

59. *arborum tractu) id est arboribus productis, & longo ordine positis, longa arborum serie sic tractus æui apud* Lucretium *lib.* I. Quæ neque clara suo percurrere flumina cursu, Perpetuo possint æui labentia tractu, &c. & *lib.* VI. Diuerso motu radentes corpori' tractum.

60. *priusquàm* Lacedæmonij) *qui plenilunium exspectabant.*

61. *decuplicem) alias decemplicem.*

62. *non castra, sed naueis pet) sic* Herod *lib.* VI. φεύγουσι δὲ τοῖσι Πέρσῃσι εἵποντο κόπτοντες, ἐς ὃ ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἀπικόμενοι, πῦρ τε αἴτεον καὶ ἐπελάμβανον τῶν νεῶν. *i. fugienteis autem* Persas Græci *sequebantur cædentes donec, vbi ad mare peruenissent, ignem poscebant, & naueis prehendebant.*

62. *nunc autem effusi & obsoleti) sic legendum potius, quàm aboleti, vt habent libri vulgati. Atque hoc sanè modo erat hic locus emendatus in vno codice iuuenis pereruditi* Cl. Puteani. *obsoletos honores interpretor, tritos, & nimis vsitatos.* Opposuit *autem honores obsoletos raris, effusos tenuibus, vt sit* χιασμός.

63. in porticu, quæ) à picturæ varietate, vt tradit Pausanias Atticis dicta. Hanc rem pulchrè & ornatè tractat Æschines κατὰ Κτησ. his verbis. προσέλθετε οὖν τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην· ἁπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων τὰ ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται. τί οὖν ἐστιν ὦ ἀθηναῖοι ὃ λέγω. ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγός. οὑτωσὶ μὲν ἐρωτηθέντες ἅπαντες ἀποκρίναισθ' ἄν, ὅτι Μιλτιάδης. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται. πῶς; οὐκ ᾔτησε τὴν δωρεὰν ταύτην; ᾔτησεν, ἀλλ' ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας. i. Adite igitur animis ad porticum pœcilam. omnium enim rerum præclararum exstant vobis in foro monumenta. Quid igitur est, Athenienses, quod ego dico? hîc Marathonia pugna depicta est. Quis erat Imperator? neminem sanè vestrûm esse puto, qui non hoc ita rogatus, Miltiadem respondeat. At illic nusquam eius nomen inscriptum est. quid ita? non petiuit hoc præmium? petiuit quidem, sed populus non dedit, verùm ei pro nominis inscriptione concessit, vt primus milites cohortans pingeretur, &c quæ lectorẽ iuuabit legisse. sunt enim ad hunc locum valde accommodata, de honoribus non vulgandis. lege & Plutarchum hac de re in Cimone. Pictor autem huius porticus fuit Polygnotus.

64. trecentas statuas) quæ eo viuo euersæ sunt. Plutarch. præceptis polit.

65. Post hoc prælium classem sept. nau) Herod. lib. VI. paullò aliter. narrat enim, Miltiadem ab Atheniensibus naueis septuaginta, & exercitũ, & pecunias petiuisse, tacentem aduersus quos bellum gesturus esset: hoc tantum eis pollicitũ, se eos locupletaturum, si se sequerentur. ei enim regioni se bellum illaturum, vnde magnam vim auri facile essent laturi, &c. sequitur mox, Accepto Miltiades exercitu nauigauit aduersus Parum, hanc caussam prætendens, quòd Parij priores triremibus vecti in Marathonem vnà cum Persis inuasissent, &c.

66. ad offic. red.) pulchrè dictum, ad officium redire: quo modo dicunt boni scriptores, redire ad sanitatem, ad ingenium, ad mores, ad institutum.

67. Parum insulam) etiã hanc rem multo aliter narrat Herod. eod lib. quod longum sit referre. quare petat lector à fonte hoc vnum summatim de multis referam, Miltiadem, Parum obsessum & oppugnatum iuisse verbo, & simulatione, quòd Parij prius vnà cum Barbaris in campum Marathonium arma intulissent: re, quòd oderat Parios propter Lysagoram quendam Parium, qui eum apud Hydarnem Persam falsò criminatus fuerat. Miltiadem igitur cùm Parios in angustum redegisset, & mœnibus se continere coëgisset, eáque ipsa mœnia, quibus maximè tuti esse poterant, validis machinis ac tormentis diu multúmque non sine magno eorum malo verberasset: præcones, seu nuntios ad illos misisse, qui centum talenta poscerent: quam pecuniam si non darent, Miltiadem obsidendi & oppugnandi finem non facturum, donec vrbem expugnasset. Illos autem non vt pecuniam expedirent, sed vt muri partem tormentis labefactam, & euersam, resarcirent, & redintegrarent, laborasse. Dum hæc geruntur, mulierem quandã bello captam Pariam, nomine Timoam, Deorum Manium sacerdotem, ad Miltiadem æstuantem, & quò se verteret, non habentem, accessisse, & qua via vrbem caperet, ostendisse: Miltiadem in solarium templi Cereris Legiferæ ascendisse, nescio quid facturum, aut dicturum: illíncque, repente horrore perfusum, & metu

correptum desiliisse, & femur, vel, vt alij dicunt, genu luxasse: & ita oppugnatione relicta, & re infecta Athenas ægrum reuertisse. Ephorus verò, cuius verba apud Stephanum reperi, hanc historiam narrans, propius ad Probum accedit, ita vt Probus ex eo sumsisse, quæ hac de re scripsit, videatur. Eius igitur verba ascribam. Πάρον δὲ εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τῶν κυκλάδων, καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων, καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων. ἤδη δὲ τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὴν Μύκωνον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δᾶτιν αὐτοῖς πυρσεύειν ὑπολαβόντες, ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας, καὶ τὴν πόλιν οὐκ ἔτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδοσαν. ὅθεν φησὶν ἡμᾶς ἔτι χρῆσθαι τῇ παροιμίᾳ, τοὺς ψευδομένους τὰς ὁμολογίας ἀναπαριάζειν φάσκοντας: *id est Parum autem Cycladum opulentißimam & maximam diu circumsedens oppugnabat, à mari eos arcens, ac prohibens, & terra ad eius muros machinas admouens. Muris autem iam labefactis, & prope collapsis, & Pariis de vrbe tradenda pactis, accidit vt sua sponte silua quædam circa Muconum vnam ex Cycladibus flamma concepta conflagraret. Qua flamma prospecta Parij Datin sibi igne sublato signũ dare arbitrati, pacta conuenta, & fidem datam fefellerunt, neque amplius Miltiadi vrbem tradere voluerunt. Ex quo ait Ephorus (inquit Stephanus) nos vsque adhuc vti hoc prouerbio, cùm eos, qui pacta infirmant, & mentiuntur, dicimus* ἀναπαριάζειν: *id est quasi repariassare: quod valet, Pariorum more, quod pactum est, irritum facere.*

68. *operibus clausit) fossa, & vallo, & aggere cinxit, circumdedit, intersepsit: quo modo loquuntur Cicero, Cæsar, Liuius.*

69. *omníque comm.) nempe mari prohibitos, atque interclusos: vt dicit Ephorus,* τῆς θαλάττης εἴργων.

70. *vineis & testudinib const.) Vegetius lib. 4 cap. 14. scribit, testudinem ex materia & tabulatis contexi: quæ ne exuratur incendio, coriis, vel ciliciis, centonibúsque vestitur. Hæc extrinsecus accipit trabem, inquit, quæ adunco præfigitur ferro quod falx vocatur, ab eo quòd incuruus est, vt de muro extrahat lapides: aut certè ipsius caput vestitur ferro, & appellatur aries, vel quòd habet durißimam frontem, quæ subruat muros, vel quòd more arietum retrocedit, vt cum impetu vehementius feriat. Idem eod lib. cap 15. de vineis, & pluteis, & aggere scribit.*

71. *propius muros) sic sæpe loquitur Liuius.*

72. *in continenti) immò in insula.*

73. *nescio quo casu)* αὐτομάτως.

74. *vtrisque) & Atheniensibus, & Pariis: quorum alteri oppugnabant, alteri propugnabant.*

75. *à classiariis regiis) regis Persarum.*

76. *à deditione deterrerentur) à deditione demouerentur ac deducerentur. sed cur dixit deterrerentur? quia fortasse metuebant sibi à Persis, si se Atheniensibus dederent.*

77. *Accusatur ergo prod.) à Xantippo Ariphronis filio. Herod.*

78. *eo tempore æger erat vulnerib.) Herod. lib. eod.* Μιλτιάδης δὲ αὐτὸς μὲν παρεὼν, οὐκ ἀπελογέετο. ἦν γὰρ ἀδύνατος, ὥστε σηπομένου τοῦ μηροῦ. *i. Miltiades cùm ipse adesset, caussam pro se non dixit. non enim poterat, propterea quòd femur eius*

putrescebat. Ex Herodoto *autem cognouimus, ei fuisse conuulsum, seu luxatum femur dum desilit ex solario, aut maceria*

79. *frater eius* Stesagoras) Herod. ὑπεραπολογέοντο οἱ φίλοι. Stesagoras *autem legendum, non* Diagoras, *vt habent libri vulgati.*

80. *capitis absolutus)* Herod. προσγενομένου τοῦ δήμου αὐτῷ κατὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ θανάτου· ζημιώσαντος δὲ κατὰ τὴν ἀδικίην πεντήκοντα ταλάντοισι. *id est cùm populus, quod ad absolutionem capitis attinet, se ei adiunxisset: quod ad iniustitiam verò, eum quinquaginta talentis multasset.*

81. *ibique diem obiit supr.)* Herod. τελευτᾷ. M. Tullius *pro* Sextio. Miltiadis *calamitas non deterruit* Themistoclem *à rep. defendenda* Pausan. Atticis Miltiadis *virtuti* Parum *obsidenti cùm minus fortuna fauisset, is non ita multo pòst, quàm populi offensione damnatus est, è vita decessit.* Valerius Max. *refert hoc inter exempla ingratorum lib.* V.

82. *propter* Pisistrati *tyrann.) cuius filium* Hippiam *expulerant.* Pisistratum *tyrannum commemorat &* Cicero *epist. ad* Att. *lib.* 7. *Incertum est* Cæsar Phalarimne, *an* Pisistratum *sit imitaturus. &* Aristoteles *lib.* V. *cap.* V. *de rep. de eodem multa* Herodotus *lib.* I.

83. *consuetudine) quæ altera natura est.*

84. *sed iustus) quia, vt subiungit, non vi, sed suorum voluntate adeptus erat dominatum, seu principatum.*

85. Omnes *autem & hab. & dic. tyr.) hæc videntur esse dicta propter* C. Iulium Cæsarem, *cuius potentiam immoderatam & iniustam siue* Æmilius Probus, *siue* Cornelius Nepos, *vt qui esset bonarum partium, non probabat.* Sed *quòd ad vocabulũ attinet, tyrãnis apud bonos scriptores nunc idem valet quod regnũ, seu* βασιλεία, *nunc significat dominatũ iniustum, & violentum.* Isocrates *in* Euagora *perspicuè tyrannidem posuit pro regno, seu* βασιλείᾳ. ἣν δὲ πάντες ἂν ὁμολογήσειαν τυραννίδα τῶν θείων ἀγαθῶν καὶ τῶν ἀνθρωπίνων μέγιστον τὸ σεμνότατον, *&c. idem paucis pòst versib.* ἡγούμενος μὲν εἰ καλῶς τὴν ἑαυτοῦ φρόνησιν παρασκευάσειε, καλῶς αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἕξειν. *i. existimans si prudentiam suam bene composuerit, regnum quoque suum bene compositum futurum.* Idem *oratione ad* Philippum *disertè separat ac distinguit regnum à tyrannide.* μακεδόνες δὲ χάριν σοι ἕξουσιν, ἂν αὐτῶν βασιλικῶς, ἀλλὰ μὴ τυραννικῶς ἐπιστατῇς. *i.* Macedones *autem gratiam tibi habebunt, si eis regiè, non tyrannicè præsis.* Idem περὶ τῆς εἰρήνης. δεῖ γὰρ μισῆσαι μὲν τὰς τυραννικὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς δυναστείας, ἀναλογιζόμενοι τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γεγενημένας. ζηλῶσαι δὲ καὶ μιμήσασθαι τὴν λακεδαιμονίων βασιλείαν. ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν ἧττον ἔξεστιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. τοσούτῳ δὲ μακαριώτεροι τυγχάνουσιν ὄντες τῶν βίᾳ τὰς τυραννίδας κατεχόντων, ὅσον οἱ μὲν τοὺς τοιούτους ἀποκτείναντες, τὰς μεγίστας δωρεὰς παρὰ τῶν συμπολιτευομένων λαμβάνουσιν· ὑπὲρ ἐκείνων δὲ οἱ μὴ τολμῶντες ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκειν, ἀτιμότεροι γίγνονται τῶν τὰς τάξεις λειπόντων. *i.* Oportet *enim odisse imperia tyrannica, & dominationes iniustas, malis cõsideratis, quæ ab iis profectura sunt: æmulari autem & imitari* Lacedæmoniorum *regnũ. illis enim minus licet iniuriam facere, quàm priuatis: tanto autem sunt iis beatiores, qui per vim tyrannidas retinent, quòd ij quidem, qui taleis homines interfecerunt, maximis præmiis ab iis, qui in eadem*

rep. versantur, afficiuntur: qui verò pro illis non audent in præliis mortem oppetere, maiore notantur infamia, quàm qui locum in acie non tenent. Plutarch. apophth. regum & imperatorum. Πῶρος ἐρωτηθεὶς ὑπ' Ἀλεξάνδρου μετὰ τὴν μάχην, πῶς σοι χρήσωμαι· Βασιλικῶς, εἶπε. καὶ προσερωτηθεὶς, καὶ μή τι ἄλλο· πάντα, εἶπεν, ἔστιν ἐν τῷ βασιλικῶς. Porus ab Alexandro rogatus post prælium, quomodo sese aduersus eum gereret: Regiè, inquit: iterum rogatus, numquid præterea? omnia, inquit, insunt in eo, quod est Regiè. Polyb. lib. 2. καὶ μὴν τό γε τοὺς πολίτας ἀποκτιννῦναι, μέγιστον ἀσέβημα ἡγεῖται. καὶ μεγίστων ἄξιον προστίμων. καὶ μήν γε προφανῶς ὁ μὲν τὸν κλέπτην, ἢ μοιχὸν ἀποκτείνας, ἀθῷός ἐστιν. ὁ δὲ τὸν προδότην, ἢ τύραννον τιμωρῶν, καὶ προεδρίας τυγχάνει παρὰ πᾶσιν. i. Et verò cineis interficere, maximum scelus habetur, & maximis pœnis dignum. Atqui sine dubio siquis furem aut adulterum interfecerit, à culpa solutus est: qui verò proditorem aut tyrannum vlciscitur, etiam primam sedē consequitur apud omneis. Idem ibidem infrà non longè. οὐ μόνον αὐτὸν φησὶ γεγονέναι τύραννον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τυράννων πεφυκέναι. ταύτης δὲ μείζω κατηγορίαν ἢ πικροτέραν οὐδ' ἂν εἰπεῖν ῥᾳδίως δύναιτ' οὐδείς. i. non solùm eum tyrannum fuisse dicit, sed etiam ex tyrannis natum. At nemo quemquam grauius accusare possit, neque acerbius, quàm si quis hoc crimen obiiciat. Virg lib. 7. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni Ex his exemplis licet intelligere tyrannū interdum idem significare, quod regem, & in laude poni: interdum à rege plurimùm differre, & probro duci. Aristoteles lib 3. & 4. polit. multis verbis docet quid intersit inter regem & tyrannum: & item Plato lib. 9 de rep ostendit tyranni vitam esse insuauissimam: regis verò suauissimam, & iucundiss. & Xenophon in Hierone toto dialogo probat vitam priuatam liquidioribus & sincerioribus. voluptatibus potiri, quàm tyrannicam. vbi perspicuè tyrannum accipit pro eo, qui inuitis suis ciuibus, & iniustè dominatur.

76. maluit eum innox. pl.) omnis enim præstantia etiam virtutis, populo libero suspecta, vitanda, & timenda est: contrà æqualitas amica, & omni ratione retinenda, & tuenda est. hinc nata illa per testulam decem annorum exsulia.

THEMISTOCLES.

THemistocles[1] Neocli filius Atheniensis. Huius vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus: adeò vt anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum. Pater eius Neocles,[2] generosus fuit. is[3] vxorem Halicarnassiam ciuem duxit, ex qua natus est Themistocles. qui cùm minus esset probatus parētibus, quòd [4] & liberius iusto viuebat, & rem familiarem negligebat, à[5] patre exheredatus est. quæ[6] contumelia non fregit eum, sed

erexit. Nam cùm iudicasset sine summa industria non posse eam exstingui,[7] totum se dedit reipublicæ, diligentius amicis, famæq;[8] seruiens. Multùm in iudiciis priuatis versabatur, sæpe in[9] contionem populi prodibat, nulla res maior sine eo gerebatur, celeritérque, quæ opus erant, reperiebat. Neque minus in rebus gerendis promtus, quàm excogitandis, erat, quòd[10] & de instantibus (ut ait Thucydides) verißimè iudicabat, & de futuris callidißimè coniiciebat. Quo[11] factum est, vt breui tempore illustraretur. Primus autem gradus fuit capessendæ reipublicæ bello[12] Corcyræo: ad quod gerendum prætor à populo factus, non solùm præsenti bello, sed etiam reliquo tempore[13] ferociorem reddidit ciuitatem. nam cùm pecunia publica, quæ ex[14] metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret, ille persuasit populo, vt ea pecunia claßis centum nauium ædificaretur. Quæ celeriter effecta, primùm Corcyræos fregit, deinde maritimos prędones consectando[15] mare tutum reddidit. In quo cùm[16] diuitiis ornauit, tum etiam peritißimos belli naualis fecit Athenienseis. Id quantæ saluti fuerit vniuersæ Græciæ, bello cognitum est Persico. Nam cùm[17] Xerxes & mari & terra bellum[18] vniuersæ inferret Europę, cum tantis eam copiis inuasit, quantas neque anteà, neque posteà habuit quisquam. huius enim claßis, mille[19] & ducentarum nauium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cuius de aduentu cùm fama in Græciam esset perlata, & maxime[20] Athenienses[21] peti dicerentur propter[22] pugnam Marathoniam, miserũt Delphos consultum, quidnam facerent[23] de rebus suis.[24] Deliberantibus Pythia respondit, vt[25] mœnibus ligneis se muni-

rent. Id responsum, quò[26] *valeret cùm intelligeret nemo, Themistocles*[27] *persuasit consilium esse Apollinis, vt in naueis se, suáq; conferrent. eum enim significari murum ligneũ. Tali consilio probato, addunt ad superiores totidẽ naueis triremeis: suáq; omnia, quæ moueri poterant, partim Salaminẽ, partim*[28] *Trœzenem asportant: arcem sacerdotibus paucisq; maioribus natu,*[29] *ac sacra procuranda tradunt, reliquũ oppidum relinquunt. Huius consilium plerisque ciuitatibus displicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt*[30] *delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui*[31] *Thermopylas occuparent, longiúsque barbaros progredi nõ paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, eóque*[32] *loco*[33] *omnes interierunt. At*[34] *classis communis Græcię trecentarum nauium, in qua ducentæ erant Atheniensium, primùm apud*[35] *Artemisium inter Eubœam, continentémque terram cum classiariis regis conflixit.*[36] *angustias enim Themistocles quærebat, ne multitudine circũiretur. Hinc etsi*[37] *pari prœlio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere, quòd erat periculum, ne, si pars nauium aduersariorum Eubœam superasset, ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, vt ab Artemisio discederent, & aduersum*[38] *Athenas apud Salamina classem suam constituerunt. At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus*[39] *accessit astu, ídque*[40] *nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce inuenerat, incendio*[41] *deleuit, cuius*[42] *fama perterriti classiarij cùm manere non auderent, & plurimi hortarentur, vt domos suas discederent, mœnibúsque se defenderent, Themistocles*[43] *vnus restitit, & vniuersos esse pares aiebat, dispersos testabatur perituros. ídque Eurybiadi regi Lacedæmoniorum,*[44] *qui tum summæ imperij præerat, fore affirmabat. quem cùm mi-*

cedæmonij causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones, qua re negarent oportere extra Peloponnesum vllam vrbem haberi, ne essent loca munita, quæ hostes posiderent, Athenienseis ædificanteis prohibere sunt conati. Hoc longe aliò spectabat, atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis,[57] Marathonia & Salamina[58], tantam gloriam apud omneis genteis erant consecuti, vt intelligerent Lacedæmonij de principatu sibi cum his certamen fore.[59] quare eos quàm infirmißimos esse volebãt. Postquàm autem audierunt muros strui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His[60] præsentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, & solus primò profectus est. réliqui legati vt tum exirent, cùm satis altitudo muri[61] exstructa videretur,[62] præcepit: interim omnes[63] serui atq; liberi opus facerent, neq; vlli loco parcerẽt, siue sacer esset, siue profanus, siue priuatus, siue publicus: & vndique, quod idoneum ad muniendum putarent,[64] cõgererent. Quo factum est, vt Atheniensium muri ex sacellis,[65] sepulcrísque constarent. Themistocles autem, vt Lacedæmonem venit, adire[66] ad magistratus noluit, & dedit operam, vt quàm longißimè tempus[67] duceretur, causam[68] interponens se collegas exspectare. Cùm Lacedæmonij quererentur opus nihilominus fieri, eúmque ea re[69] conari fallere, interim réliqui[70] legati sunt consecuti: à quibus cùm audisset non[71] multum superesse munitionis, ad Ephoros[72] Lacedæmoniorum accesit, penes quos summum imperium erat: atque apud eos contendit falsa his esse delata. quare æquum esse, illos, bonos viros, nobileisq; mittere, quibus[73] fides haberetur, qui rem explorarent. interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos, trésque legati, functi summis

D

honoribus, Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles iussit proficisci: eisque prædixit, vt ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent, quàm ipse esset remissus. Hos postquàm Athenas peruenisse est ratus,[74] ad magistratum, senatúmque Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberrimè[75] professus est, Athenienseis suo consilio, quod communi iure gentium facere possent, deos publicos, suósque patrios ac penateis, quo facilius ab hoste possent defendere, muris sæpsisse: neque[76] eos, quod inutile esset Græcię fecisse. nam illorum vrbem vt[77] propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam iam bis classem regiam fecisse naufragium. Lacedæmonios autem male & iniuste[78] facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quàm quod vniuersæ Græciæ vtile esset. Quare si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent: aliter illos numquam in patriam essent recepturi. Tamen non effûgit ciuium suorum inuidiam. namq; ob[79] eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testarum[80] suffragiis è ciuitate eiectus, Argos[81] habitatum concessit. Hîc cùm propter multas eius virtutes magna cum dignitate viueret, Lacedæmonij[82] legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quòd societatem cum[83] rege Persarum ad Græciam opprimendam fecisset. hoc crimine absens proditionis[84] est damnatus. Id vt audiuit, quòd non satis tutum se Argis videbat,[85] Corcyram demigrauit. Ibi cùm[86] eius principes ciuitatis animaduertisset timere, ne propter se bellum his Lacedæmonij & Athenienses indicerent, ad[87] Admetum Molossorum regẽ, cum quo ei hospitium fuerat, confûgit. Huc cùm venisset, & in[88] præsentia rex abesset: quo maiore religione se receptum tueretur, filiam eius[89] paruulam arripuit, & cum ea se

in sacrarium, quod summa colebatur cæremonia, côniecit, inde non prius egressus est, quàm rex eum data[90] dextra in fidem reciperet: quam præstitit. nam cùm ab Atheniensibus & Lacedæmoniis[91] exposceretur publicè, supplicem[92] nõ prodidit, [93] monuítque, vt consuleret sibi. difficile enim esse, in tam propinquo loco tutò eum versari. Itaque [94] Pydnam eum deduci iussit, &, quod satis esset, præsidij dedit. Hic in nauem omnibus ignotus ascendit: quæ cùm tempestate maxima Naxum ferretur, [95] vbi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eò peruenisset, sibi esse pereundum. hac necessitate coactus domino[96] nauis, quis sit, aperit, [97] multa pollicens, si se conseruasset. At ille clarissimi viri captus misericordia diem, noctémque procul ab insula in salo[98] nauem tenuit in ancoris, neque[99] quemquam ex ea exire passus est. Inde[100] Ephesum peruenit, ibíque Themistoclem [101] exponit: cui ille pro meritis gratiam postea retulit. Scio [102] plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse. sed ego potissimùm Thucydidi credo, quòd ætate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, & eiusdem ciuitatis fuit. Is autem ait, ad[103] Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse. Themistocles[104] veni ad te, qui plurima mala omnium Graiorum in domum tuam intuli, cùm mihi necesse fuit aduersus patrem tuum bellare, patriámque meam defendere. Idem multo plura bona feci, postquàm in tuto ipse, & ille in periculo esse cœpit. Nam cùm in Asiam reuerti vellet, prœlio apud Salamina facto, litteris[105] eum certiorem feci, id agi, vt pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolueretur, atque ab hostibus circumiretur. quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem[106] ad te confugi exagitatus[107] à cuncta Græ-

cia, tuam[108] petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis,[109] quàm fortem inimicum ille expertus est. Ea autẽ rogo, vt de his rebus, de[110] quibus tecum loqui volo, annum mihi temporis des, eóque transacto me ad te venire patiaris. Huius rex animi magnitudinẽ admirans, cupiénsque talem virum sibi conciliari, veniam[111] dedit. Ille omne illud tempus litteris, sermoníque Persarum dedit: quibus adeò eruditus est, vt multo[112] commodius dicatur apud regem verba fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cùm[113] multa regi esset pollicitus, gratissimúmque illud, si suis vti consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, domiciliúmque[114] Magnesiæ sibi constituit. nanque[115] hanc vrbem ei rex donauerat, his vsus verbis, quæ ei[116] panem præberet: ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: Lampsacum, vnde vinum sumeret: Myuntem, ex qua opsonium haberet. Huius ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum[117] prope oppidum, in quo[118] est sepultus: statuæ in foro Magnesiæ. De cuius[119] morte multis modis apud plerosque scriptum est: sed nos eundem potissimùm Thucydidem auctorem probamus: qui illum ait Magnesiæ morbo[120] mortuum: neque[121] negat fuisse famam, venenum[122] sua sponte sumsisse, cùm se quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem ossa eius clàm in Attica ab amicis esse sepulta, quoniam legibus[123] non concederetur, quòd proditionis esset damnatus, memoriæ prodidit.

THEMISTOCLES.

NEocli filius) sic habent boni libri, & ita loquebantur boni scriptores, quo modo sæpe locutus est Cicero, vt admonuimus in notis Ciceronianis. Nicocli autem .i. Nicoclis.

2. generosus fuit) At Plutarchus contrà. πατρὸς γὰρ ἦν Νεοκλέους οὐ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν Ἀθήνησι. i. patre natus erat Neocle, homine non admodũ illustri Athenis.

3. is vxorem Halicarnaßiam ciuem) sequitur eos Probus, siue Nepos, qui matrem Themistoclis Carinam fuisse dicunt, in quibus est Fanias, vt refert Plutarchus. Halicarnassus enim vrbs est, Cariæ vrbium princeps & regia. Quin idem Plutarchus tradit Neanthem quendam memoriæ prodidisse, eam Halicarnaßi natam esse. Alij autem Thressam fuisse volũt, vt declarat auctor huius epigrammatis, Ἀβρότονον Θρῇσσα γυνὴ γένος, ἀλλὰ τεκέσθαι Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα. i. Sum genere Abrotonum, mulier Thressa: at peperisse Me Græcis magnum dico Themistoclea.

4. quòd & liberius iusto) immo nimis licenter, & dissolutè: vt volunt ij, qui Themistoclem ἀκόλαστον καὶ ἄσωτον fuisse in adolescentia dicunt: ob eámque causam à patre abdicatum: in quibus est Ælianus lib. 2. var. histor. & Valerius Max. lib. VI. cap. X. in externis: quos refellit Plutarchus in Themistocle his verbis. ἃ δὲ τούτων ἐξαρτῶσιν ἔνιοι διηγήματα, πλάττοντες ἀποκήρυξιν μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, θάνατον δὲ τῆς μητρὸς ἑκούσιον ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς ἀτιμίᾳ περιλύπου γενομένης, δοκεῖ κατεψεῦσθαι. i. quòd autem nonnulli his assuunt, narrationes confingentes, abdicatum quidem eum esse à patre, matrem autem eius voluntaria morte vitam finiisse ex infamia filij graui mærore afflictam, videntur esse falsa. Idem tamen περὶ τοῦ ζήου βεβαίως ἐπιμέμφ. eorum sententiam videtur probare, cùm dicit, εἰ δέ τις τύραννον ἀπέκτεινε Μιλτιάδην ἐν Χεῤῥονήσῳ πρότερον, ἢ Κίμωνα συνόντα τῇ ἀδελφῇ διώξας εἷλεν, ἢ Θεμιστοκλέους ἐφ' οἷς ἀπηλγαίνων ἐκώμαζε καὶ ὕβριζε δι' ἀγορᾶς, ἀφείλετο τὴν πόλιν, ὡς ὕστερον Ἀλκιβιάδου, γραψάμενος, ἆρ' οὐκ ἂν ἀπολώλεσαν ἡμῖν οἱ μαραθῶνες, οἱ εὐρυμέδοντες, τὸ καλὸν Ἀρτεμίσιον, &c. i. Si quis autem tyrannum interfecisset Miltiadem in Cherroneso antea, aut Cimonem cum sorore rem habentem, accusatum damnasset, aut Themistocli, propterea quòd voluptatibus flagitiosis seruiens comissabatur, & libidinosè viuebat per forum, ciuitatem ademisset in iudicium adducto, vt postea Alcibiadi, nónne nobis periissent Marathones, Eurymedontes, præclarum Artemisium? & similiter in ἀποφθ. βασιλ. καὶ στρατηγ. Θεμιστοκλῆς μειράκιον ὤν, ἐν πότοις ἐκυλινδεῖτο καὶ γυναιξί. i. Themistocles cùm adhuc adolescens esset, in poculis & mulierculis volutabatur.

5. à patre exheredatus est) ἀποκηρυχθῆναι dicunt Græci, id est, abdicatus est, quod valet, repudiatus & reiectus est à patre vt nõ filius, vel vt patre indignus filius,

6. quem contumelia non f.) contumelia patris filium abdicantis. Sed videtur non fuisse illa contumelia, si pater flagitiis filij offensus, & iusto dolore affectus filium abdicauit.

7. totum se dedit reip.) totum se tradidit reip. totum se ad remp. contulit. Ælianus ποικίλ. ἱστορ. lib. 2. ἐπεὶ γὰρ τῆς ἀσωτίας ἐπαύσατο Θεμιστοκλῆς, ἀποκηρυχθεὶς ὑπὸ τοῦ

παῦσε, καὶ ὑπήρχετό πως τοῦ σωφρονεῖν, καὶ τῶν μὲν ἑταιρῶν ἀπέστη, ἤρα δ' ἔρωτα ἕτερον τὸν τῆς πολιτείας τῶν Ἀθηναίων, καὶ θερμότατα ἐπεχείρει ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ἑαυτὸν ἐσπούδαζεν εἶναι πρῶτον, &c. id est, posteaquàm enim luxuriosæ vitæ finem fecit Themistocles à patre abdicatus, & sensim sapere, & temperanter viuere cœpit, & à mulieribus quidem impudicus discessit, alio autem amore flagrauit, amore reip. Atheniensium administrandæ, & feruentissimè magistratuum petitioni inseruiit, & seipsum primum ciuitatis esse studuit, &c

8. famæque seruiens) sic M. Tull. epist. ad Attic. lib. 6. ep. X. persuasum est omnibus meis seruiendum esse famæ meæ. & ep. XIIII. spero meos omneis seruire laudi meæ.

9. in contionem populi prodibat) εἰς τὴν ἐκκλησίαν. vel εἰς τὸ βῆμα παρῄει, seu παρήρχετο.

10. quod & de instantibus, vt ait Thucyd.) hæc sunt fere ex Thucyd. expressa lib. 1. Sic autem ille. ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἄξιος θαυμάσαι· οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν, οὔτ' ἐπιμαθὼν, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος ἦν γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής, &c. i. Themistocles enim firmissimè vim naturæ declararat, & egregiè præter ceteros dignus erat, quem eius nomine mirarentur homines. Nam propria intelligentia fretus, cùm neque antea rem vllam ad naturam adiuuandam didicisset, neque postea: & rerum præsentium breuissimo consilio inito optimus iudex erat, & futurarum in iis, quæ plerumque eueniunt, verissimus coniector, &c. Quem locum etiam M. Tullius profert epistol. 7. lib 10. ad Atticum.

11. Quo factum est vt breui tempore illustr.) Herod lib. 8. Θεμιστοκλῆς ταῦτα μὲν λέγων διέβαλε· Ἀθηναῖοι δὲ ἐπείθοντο. ἐπειδὴ γὰρ καὶ πρότερον δεδογμένος ἦν σοφὸς, ἐφάνη ἐὼν ἀληθέως σοφός τε καὶ εὔβουλος, πάντως ἑτοῖμοι ἦσαν λέγοντι πείθεσθαι. i. Hæc Themistocles cùm diceret non ex animi sententia, fidem fecit Atheniensibus. Quoniam enim qui antea sapiens habitus esset, repertus est verè sapiens, & consultus, omnino parati erant ei dicenti parêre. ibid. infrà. ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλῶν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ πᾶσαν Ἑλλάδα. id est Verùm tamen Themistoclis fama per totam Græciam celebrata est, & omnium Græcorum sapientissimus habitus est.

12. bello Corcyræo) vel ex aliquo historico, qui hodie non exstat, sumsit hæc Probus, vel pro Corcyræo, Æginetico legendum. Sic enim Herod. lib. 7. paucis post oraculum Delphicum de muro ligneo. ἑτέρη δὲ Θεμιστοκλέϊ γνώμη ἔμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἠρίστευσε, ὅτε Ἀθηναίοισι γενομένων χρημάτων μεγάλων ἐν τῷ κοινῷ, &c. i. Altera autem Themistoclis sententia ante hanc opportunè omnium optima habita est, cùm Atheniensibus magna ex publicis pecunia redeunte, futurum esset, vt, quæ vectigalia ex metallis Laurei ad eã accedebant, ea viritim, denas quisque puber drachmas sortitò acciperet, tunc Themistocles Athenienseis ab hac distribuendæ pecuniæ sententia demouit, eísque persuasit, vt hac pecunia naueis ducentas ad bellum ædificarent, bellum, quod aduersus Æginetas conflatũ erat, dico. hoc enim bellum exortum Græciam tum seruauit, quòd eos marinos & belli naualis peri-

tos fieri coëgit, &c. Commemorat hoc bellum & Thucydides lib I. ibi, ὀψέ τε ἀφ' οὗ Θεμιστοκλῆς ἀθηναίους ἔπεισεν αἰγινήταις πολεμοῦντας, καὶ ἅμα τοῦ βαρβάρου προσδοκίμου ὄντος τὰς ναῦς ποιήσασθαι. *id est Et serò tandem ab illo tempore, quo Themistocles persuasit Atheniensibus, bellum aduersus Æginetas gerentibus, cùm eodem tempore Barbari aduentus in exspectatione esset, vt naues ædificarēt. Refert hoc Polyænus lib. I. Strategematum.* 13. *ferociorem) elatiorem, animosiorem.*

14. *ex metallu) ex argenti fodinis.*

15. *mare tutum) quod erat antea prædonibus infestum.*

16. *diuitiis ornauit; diuitiis instruxit: vno verbo, locupletauit.*

17. *Xerxes) Darij filius. Herodotus, Thucydides, Diodorus Siculus, Plutarch. ceteri.*

18. *bellum vniu. inferret) sic habent codices emendatiores, non, bellum ferret, vt alij vulgati: & ita loquitur suprà in Miltiade: Scythis bellum inferre decreuit. sic denique boni scriptores.*

19. *mille & ducentarum nauium) sic fere Isocrates in Panathenaic. ait triremeis fuisse mille ducentas, hominum vniuersorum quingentas myriadas, id est quinquagies centena millia, militarium, & ad pugnam aptorum ac paratorum septingenta millia, seu septuaginta myriadas. sic enim ille,* καὶ Ξέρξου τοῦ ποτὲ βασιλεύοντος τριήρεις μὲν συναγαγόντος διακοσίας καὶ χιλίας, τῆς δὲ πεζῆς στρατιᾶς πεντακοσίας μυριάδας τῶν πάντων, ἑβδομήκοντα δὲ τῶν μαχίμων, *&c. Idem in Panegyr. triremeis item Persarum dicit fuisse mille ducentas, pedestrem exercitum verò innumerabilem. Herodotus lib. 7. tradit vniuersi pedestris exercitus fuisse centum & septuaginta hominum millia, & quomodo numerata sint exponit: triremeis autem, mille ducentas & septem. M. Tullius lib. I. accusation. mille numero nauium classem Persas ad Delum appulisse dicit. Diodorus Siculus lib. XI. princip.* ἐποιήσατο δὲ καὶ τὸν ἐξετασμὸν τῆς στρατιᾶς ἁπάσης. ἠριθμοῦντο δὲ τῆς πεζῆς δυνάμεως μυριάδες πλείους τῶν ὀγδοήκοντα. νῆες δὲ σύμπασαι μακραὶ πλείους τῶν χιλίων καὶ διακοσίων, *&c i. recensuit autem vniuersum exercitum. ac pedestris quidem exercitus myriades octoginta, id est octingenta hominum millia, & amplius, numeratæ sunt: naues autem plures quàm mille ducentæ. Plutarch.* περὶ [illegible], *cum Isocrate congruens. quingentas hominum myriadas fuisse tradit. Idem in Themistocle Æschylum in Persis secutus, classem mille nauium barbarorum fuisse scribit.*

20. *& maximè Athen. peti dicer. propt. p M.)* οἱ δὲ ἀθηναῖοι ταῦ τὰ ἐπ' αὐτοὺς ᾤοντο παρασκευάζεσθαι, διὰ τὸ ἐν Μαραθῶνι γενόμενον. *i. Athenienses autem has tantas copias in se comparari autumabant, propter id, quod in Marathone acciderat. Sed Plato, aut certè Callicles in Gorgia nullo alio iure hoc bellum illatum esse vult, quàm quo iure res imbecilliorum, sunt potentiorum. sic enim ille disputat,* ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν ἑλλάδα ἐστράτευσεν, ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ Σκύθας, ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν; *i. nam quo iure fretus Xerxes Græciæ bellū intulit, aut pater eius Scythis, an nō alia sexcenta talia quis proferre poßit?*

21. *peti) eleganter dictum, & significanter. petere enim dicuntur aduersarium gladiatores. Cicero Oratore perf. sub extr. Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in*

quo nõ motus hic habeat palæstram,&c.Idem pro Ligario. Cuius latus ille mucro petebat? Horat.*sat.*1.*lib.*2.*Dente lupus,cornu taurus petit.*

22. *propter pugnam Marathoniam)de qua suprà in* Miltiade.

23. *quidnam facerent de reb.) malim legi,quidnam f.rebus suis , deleta præpositione de.sic enim potius loquuntur* Plautus,Terent.Cicero:*quamquam* Cicero *semel atque iterum præpositionem addidit , vt pro lege* Manilia : *qui cùm ex vobis quæreret,si in vno* Pompeio *omnia poneretis,si quid de eo factum esset, &c. in quo essetis spem habituri,&c. nisi forte etiam apud* Ciceronem *legendum est,si quid eo factum esset,deleta præpositione.*

24. Deliberantibus) *cur non dixit consulentibus ?sic suprà in* Milt. *princip.* Delphos *deliberatum missi sunt.*

25. *vt mœnibus ligneis se munirent)*Oraculum,*seu responsum, positum est ab* Herodoto Polyhym. *cuius hi duo sunt versus ad hunc locum maximè pertinentes.* τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τὸ σὲ τέκνα τ᾽ ὀνήσει.*i.Iuppiter altitonans dat mœnia sola Mineruæ Lignea , recta vt stare queant, natosque tueri.Refert & hoc* Polyænus *lib.*1.*Strategem.*

26. *quò valeret)id est quò pertineret:quid sibi vellet:quid significaret.*

27. *Themistocles persuasit consilium esse* Apoll.)Herod.Polyhymn. παρασκευάζεσθαι ὦν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας συνεβούλευε,ὡς τούτου ἐόντος ξυλίνου τείχεος. *i. suadebat igitur eis, vt se ad pugnam naualem pararent,tanquam hic esset murus ligneus , quem* Pythia *diceret .* Aristoteles *lib.*1. Rhetor. περὶ δὲ τῶν ἐσομένων , οἱ χρησμολόγοι εἰσὶ μάρτυρες , οἷον Θεμιστοκλῆς,ὅτι ναυμαχητέον, τὸ ξύλινον λέγων τεῖχος. *i. de futuris,oraculorum interpretes,testes esse solent: vt* Themistocles *suadens* Athenien*sibus,vt prælio nauali cum Persis dimicarent,dicit* Pythiam *per murum ligneum naueis significare.* Tyrius Max.*oratione* 3. ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς χρᾷ φράξασθαι τὸ ἄστυ ξυλίνῳ τείχει.Θεμιστοκλῆς λέγει,ὅτι οἱ θεοῦ τὸ ξύλινον τεῖχος αἱ τριήρεις εἰσί,*&c.Deus autem eis respondet vt vrbem muro ligneo sæpiant.*Themistocles *ait sibi videri murum ligneum esse triremeis.cõprobarunt hæc* Athenienses,*& cùm ex vrbe exiissent,in naueis conscenderunt.*Plutarch.Themist. τῷ δὲ χρησμῷ πάλιν ἐδημαγώγει λέγων μηδὲν ἄλλο δηλοῦσθαι ξύλινον τεῖχος, ἢ τὰς ναῦς. *Oraculum autem rursus populari oratione commendabat, cùm diceret nihil aliud per murum ligneum , quàm naueis,declarari.*

28. *partim Træzenem)*Herod.Vrania.οἱ μὲν πλεῖστοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν,οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα. *i.Plurimi in* Træzenem *coniuges & liberos suos miserunt,alij in* Æginam,*alij in* Salaminem.M.Tull.*lib.*3.*off.*Athenienses,*cùm* Persa*rum impetum nullo modo possent sustinere,statuerunt vt vrbe relicta,coniugibus & liberis* Træzene *depositis, naueis conscenderẽt, libertatémque* Græciæ *classe defenderent.* Frontinus *lib.*1.*cap.*3.Themistocles *aduentante* Xerxe, *quia neque prælio pedestri,neque finium tutelæ, neque obsidioni credebat sufficere posse* Athenienseis,*auctor fuit eis liberos & coniuges* Træzena, *& in alias vrbeis emittendi,relictóque oppido statim belli ad nauale prælium transferendi.*

29. *ac sacra procur.) quidam legi volunt, ad sacra procur . ego nihil mutare ausim,neque tamen illam lectionem damno.*

30. *missi*

30. missi sunt delecti) malim legi, dilecti, à verbo dilego. fuerunt autem hi trecenti numero. Herod. Polyhymn. ὃς τότε ἤϊε ἐς Θερμοπύλας ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τοὺς καθεστῶτας τριηκοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες. i. qui (Leonides) tunc iuit ad Thermopylas dilectis viris mediæ ætatis trecentis, & quibus erant nati liberi. Idem eodem lib. paullo antè. ἦσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ· Σπαρτιητέων τε τριηκόσιοι ὁπλῖται, καὶ Τεγεητέων, καὶ Μαντινέων χίλιοι, καὶ ἡμίσεες ἑκατέρων· ἐξ Ὀρχομενοῦ τε τῆς Ἀρκαδίας εἴκοσι καὶ ἑκατόν. καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἀρκαδίης χίλιοι, &c. i. Erant autem ex Græcis hi, qui Persam excipere parati erāt in hoc loco (in Thermopylis) Spartiatarum trecenti milites grauioris armaturæ: Tegæetarū, & Mantineorum mille quingenti ex vtrisque: ex Orchomeno Arcadiæ vrbe centum & viginti, ex reliqua Arcadia mille. atque Arcades quidem tot erant. à Corintho autem, quadringenti: à Phliunte ducenti: Mycenæorum octoginta: à Bœotis & Thespiensib. septingenti: Thebanorum quadringenti. ad hos accesserunt euocati Locri & Opuntij cum vniuersis copiis, & Phocensium mille. Ex quibus verbis intelligere licet, ex Lacedæmoniis trecentos duntaxat fuisse, qui ad Thermopylas cum Persis pugnarunt. quod confirmat & Plutarchus περὶ παραλλ. Λεωνίδας ἅμα τριακοσίοις ἐπέμφθη εἰς Θερμοπύλας ὑπὸ Λακεδαιμονίων. i. Leonidas à Lacedæmoniis missus est ad Thermopylas cū trecentis militibus. Sed Isocrates in Panegyrico, mille fuisse dicit. sic inim ille. Λακεδαιμόνιοι μὲν εἰς Θερμοπύλας πρὸς τὸ πεζὸν ἀπήντων, χιλίους αὑτῶν ἐπιλέξαντες, καὶ τῶν συμμάχων ὀλίγους παραλαβόντες, ὡς ἐν τοῖς στενοῖς κωλύσοντες αὐτοὺς προελθεῖν. i. Lacedæmonij quidem ad Thermopylas pedestribus barbarorum copiis obuiam ierunt, dilectis ex se mille viris, & paucis ex sociis assumtis, tanquam in angustiis eos prohibituri longius progredi. Sic & in Archidamo. ἀναμνήσθητε δὲ τῶν προγόνων, &c. καὶ τῶν χιλίων τῶν εἰς Θερμοπύλας ἀπαντησάντων, οἳ πρὸς ἑβδομήκοντα μυριάδας τῶν βαρβάρων συμβαλόντες οὐκ ἔφυγον, οὐδ' ἡττήθησαν, &c. repetite memoriam maiorum nostrorum &c. & illorum mille, qui ad Thermopylas septingentis barbarorum millibus obuiam ierūt. Et ita Diodorus Siculus lib. XI. οὗτος δὲ (Λεωνίδης) λαβὼν τὴν ἐξουσίαν ἐπήγγειλε χιλίους μόνον ἐπὶ τὴν στρατείαν ἀκολουθεῖν αὐτῷ, τῶν δὲ ἐφόρων λεγόντων, &c. Leonidas autem potestatem adeptus imperauit mille Lacedæmoniis tantum vt se sequerentur. cùm autem Ephori dicerent eum paucos omnino aduersus magnas copias ducere, & cum mandarent, vt plureis assumeret: dixit eis arcanò, ad prohibendos quidem barbaros ne transeant, paucos esse: ad eam rem verò, ad quam nunc eunt, multos, quod Leonidæ breue & acutum responsum retulit Plutarchus inter ἀποφθέγματα Laconica. significabat autem Leonidas se cum suis ad mortem ire.

31. Thermopylas) δίοδον appellat Herod. Polyhymn. Ibidē ait à plerisque Græcis Thermopylas dici, ab incolis, & cultoribus loci, Pylas. καλέεται) ὁ δὲ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων Θερμοπύλαι, ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων, καὶ περιοίκων Πύλαι. Harpocratio scribit Thermopylas, Pylas. i. portas dici, propterea quòd angustus est hic introitus iis, qui è Thessalia in Phocidem iter habent. T. Liuius lib. 36. Annalium. intra saltum Thermopylarum sese recepit. id iugum, sicut Apennino dorso Italia diuiditur, ita mediam Græciā dirimit. cetera apud Liuium lege, quæ ad loci huius descriptionem pertinent. ex quibus tamen hoc præterire non possum. hoc iu-

gum, et asperata, rupeisque interiectas habet, vt non modò exercitus, sed ne expediti quidem facilè vllos ad transitum calleis inueniant. sequitur paucis pòst. ideò Pylæ, & ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ, locus appellatur: nobilis Lacedæmoniorum aduersus Persas morte magis memorabili, quàm pugna.

32. eóque loco omnes interier.) ex quo Leonidæ iocus, qui cùm videret milites ad pugnam paratos, iussit eos prandere, tanquam apud inferos essent cenaturi. Hanc autem pugnam multis verbis describit Herodotus Polyhymnia.

33. Omnes) Lacedæmonij trecenti, & circiter quingenti ex sociis: qui Thespienses erant & Thebani. Nam Leonidas euentum pugnæ non ignorans, socios omneis, eorum vitæ parcens, domum reuerti iusserat. soli autem Thespienses & Thebani remanserunt.

34. At classis communis Gr. &c.) Herod. Vrania statim à principio, narrat, Græcorum omnium naueis fuisse ducentas septuaginta, & vnam, tantùm: Atheniensium, centum & quadraginta. Isocrates Areopag. Atheniensium sexaginta.

35. apud Artemisium) promuntorium est Eubœæ.

36. angustias enim) Plutarch. in Themist. καὶ τὸν Ἀριστείδην παρεκάλει τῶν Ἑλλήνων ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ συμπροθυμεῖσθαι, πίστιν ἔχοντα μᾶλλον, ὅπως ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχήσωσι. i. & hortabatur Aristidem Themistocles, vt Græcos vnà secum reprehenderet, & ei rei operam daret, vtpote cui Græci maiorem fidem haberēt, vt in angustiis prælium nauale committerent.

37. Hinc etsi pari prælio discess.) sic Herod. Vran τοὺς δὲ ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἰσοπαλέως ἀγωνιζομένους ἡ νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσε. i. eos autem, cùm hoc prælio nauali, ancipiti marte decertassent, nox interueniens diremit. sic & Diod. Siculus lib. XI. καὶ γενομένης μὲν ναυμαχίας ἰσχυρᾶς, μέρει μὲν τῶν νεῶν ἑκάτεροι προετέρησαν, οὐδέτεροι δὲ ὁλοσχερῆ νίκην πλεονεκτήσαντες, νυκτὸς ἐπιλαβούσης διελύθησαν. i. & cùm acre prælium nauale factum esset, parte quidem nauium vtrique superiora habuerunt, neutri autem integra victoria potiti, nocte occupati atque oppressi, diremti sunt. Isocrates paullo aliter Panegyr. οἱ δ' ἡμέτεροι τοὺς μὲν προπλέοντας ἐνίκησαν, &c. nostri autem naueis aduersariorum, quæ in primo ordine erant, superarunt, &c.

38. Athen. apud Salamina &c.) idque non sine consilio, & magno labore Themistoclis, cùm Græci in suas quisque sedeis reuerti vellent, multique adeò se domum recepissent. Herodotus Vran. & Diodor. Siculus lib. XI. quorum verba libet ascribere: & primùm Diodori, deinde ad Herodotum veniemus. sic igitur Diodorus, Θεμιστοκλῆς δὲ συνεβούλευε περὶ τὴν Σαλαμῖνα ποιεῖσθαι τὸν ἀγῶνα τῶν νεῶν· πολλὰ γὰρ πλεονεκτήσειν ἐν ταῖς στενοχωρίαις τοὺς ὀλίγοις σκάφεσι διαγωνιζομένους πρὸς πολλαπλασίας ναῦς, &c. id est Themistocles autem suadebat vt ad Salaminem nauium certamen inirent. multa enim superiora eos habituros, qui in angustiis paucis nauibus aduersus multis partibus plureis decertarent. vniuersè autem locum Isthmo vicinum ipsis prorsus ad pugnam naualem ineptum fore asseuerabat. fore enim certamen marinum: & Persas propter loci latitudinem facile pauciores naueis suis longè numero pluribus vexaturos, & contrituros. Herodotus in Vrania. πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων, ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ ναυμαχήσεις, ἐς ὃ ἥ-

ννα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι νῆας ἔχουσι βαρυτέρας, καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας, &c. *sequitur aliquanto post,* πρῶτα μὲν ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι πρὸς πολλάς, ἢν τὰ οἰκότα ἐκ τοῦ πολέμου ἐκβαίνῃ, πολλὸν κρατήσομεν· τὸ γὰρ ἐν στεινῷ ναυμαχέειν πρὸς ἡμέων ἐστί. ἐν εὐρυχωρίῃ δὲ πρὸς ἐκείνων. &c. *si ad Isthmum conflixeris, (inquit Themistocles cum Eurybiade Lacedæmonio loquens) in mari aperto prœliū nauale cōmittes. quod nobis minimè expedit, qui naueis habeamus grauiores, & numero pauciores. &c. sequitur post aliquanto. Primùm quidem in angusto loco confligentes paucis nauib. aduersus multas, si probabilis belli euentus exsistat, multo superiores erimus Nam in angustiis nauali prœlio dimicare, è re nostra est: in lato mari verò, cum illis facit.*

39. *accessit astu) accessit ad vrbem.* ἄςυ *vox Græca est. vtitur ea & in Alcibiade. vtitur & Terentius Eunucho, An in astu venit? aliud ex alio malum Cicero de Legib lib 2. vt vestri Attici priusquam Theseus eos demigrare ex agris, & in astu quod appellatur, omneis se conferre iussit, & Sunij erant iidem, & Attici: sic nos & eam patriam dicimus, vbi nati, & illā, qua excepti sumus. Vtrùm autem scribatur astu, an asty, nihil interest, cùm u. breue. & y idem sonent, vt ostendimus in oratione nostra, quam anno superiore habitā in gymnasio Cardinalitio, nuper edidimus.*

40. *id cùm nullis defendentibus) vrbem nulli defenderunt, sed arcem defenderunt, qui in ea relicti erant, fortissimè atque acerrimè, neque eam sine magno labore, multisque machinis, ac telis Persæ ceperunt, sed via quadam ardua & præcipiti reperta, quam nemo iccirco custodiebat, quòd eà neminem ascensurum quisquam suspicari poterat. Herod. Vrania.*

41 *incendio deleuit) sic Herod. ibid.* τὸ ἱρὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν *Sed aliter Gellius lib. 6. cap 17. Sed omnem illam postea librorum copiā Xerxes Athenarum potitus, vrbe ipsa præter arcem incensa, abstulit, asportauitque in Persas.*

42. *cuius fama perterr.) cuius, subintell. incendij. classiarij autem, id est Græci, qui in nauibus erant. huius incendio nuntio narrat Herodotus in Vran. ita perterritos esse Græcos, qui ad Salaminem erant, vt nonnulli etiam duces, consilio mutato, passis velis fugam ornarint.*

43. *Themistocles vnus restitit) exstat oratio Themistoclis, qua ad Eurybiadem vsus est, apud Herodot. in Vran. quem cùm in sententiam suam adduxisset, aduersus Corinthios, qui ad Salaminem pugnare nolebant, fuit alia astutia adhibenda: de qua mox Probus. Alij tamen nec Eurybiadem satis motum esse narrant, quibus assentiri videtur Plutarch. apophth Lacon. ibi,* μὴ πείθων δὲ Εὐρυβιάδην ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχῆσαι, κρύφα πρὸς τὸν βάρβαρον ἔπεμψε, &c. *id est Cùm autem non persuaderet Eurybiadi vt in angustiis prœlium nauale committeret, clam misit ad Barbarum &c.*

44. *qui tum summæ imp. pr.) Atheniensium, & Themistoclis concessu, vt narrat Herodotus liu. 8. principio.* τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα παρείχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδην τὸν Εὐρυκλείδεω. οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στράτευμα. ἐγέ-

νετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος πρὶν ἢ εἰς Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὼν εἴη ἐπιτρέπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων, εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα, καὶ γνόντες εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεται ἡ Ἑλλάς, ὀρθὰ νοεῦντες· στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κάκιόν ἐστι, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. ἐπιστάμενοι ὦν αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον, μέχρι οὗ κάρτα ἐδέοντο αὐτῶν ὡς διέδεξαν id est Imperatorem summi imperij compotem Spartiatæ præbuerunt, Eurybiadem Euryclidæ fil. Nam socij negarũt se Athenienseis duces secuturos, nisi Lacon dux esset: quin minati sunt se exercitum futurum dissoluturos. Habitus enim initiò hac de re sermo fuerat prius quàm in Siciliam ad societatem faciendam mitterent, classem Atheniensibus esse permittendam. Sed cùm socij reclamassent, cesserunt Athenienses, nihil antiquius habentes, quàm vt Græcia barbaros superaret, simúlque non ignorantes, si discordabunt, & dißidebunt inter se de summæ rei imperio, totam Græciam perituram: rectè sentientes. nam seditio, discordiáque ciuilis bello conspirante tanto tetrius malũ est, quanto bellum pace peius est. Hoc igitur cùm scirent, non restiterunt, sed eò vsque cesserunt, quoad Græci eorum opera, auxilióque eguerunt, quo modo decreuerant. Porrò autem, summæ imperij, sic dictum, vt summa rerum in Eumene, & in Pelopida, summa belli. quin sic loquitur in Aristide, & Annibale, & iterum in Eumene, infrà, & in Datame.

45. noctu de seruis suis q.h f) nomine Sicinium, filiorum suorum magistrum & custodem, seu pædagogum. Herod. lib. 8. Retulit & hoc Frontinus inter strategemata lib. 2 cap 2 Themistocles dux Atheniensium cùm videret vtilißimum Græciæ aduersùs multitudinem Xerxis nauium in angustiis Salaminiis decernere, idque persuadere ciuibus nõ posset, sollertia effecit, vt à barbaris ad vtilitates suas Græci cõpellerẽtur. simulata nãque proditione misit ad Xerxẽ, qui indicaret populareis suos de fuga cogitare, difficiliorémque rẽ ei futuram, si singulas ciuitates obsidione aggrederetur, &c. Refert hoc quoque Polyænus lib. I. Strateg.

46 hoc eò valebat, vt ingratiis) sic hunc locum restitui, reclamantib. libris omnib. suffragante ipsa veritate. Ingratiis autem, id est inuiti, & vellent, nollent, sic Plautus Curcul. tamen est eundum, quo imperauit, ingratiis. Terent. Eunucho. opus faciam, vt defatiger vsque, ingratiis vt dormiam. Sic & apud Lucret olim reponendum curaui lib. 3 in extr. at quod scilicet, vt fit, Effugere haud potis est, ingratis hæret & angit. vbi antea legebatur partim ingratus, partim ingratius, partim inuitus.

47. magis consilio Themistoclis στρατηγήματα. sed aliter iudicatũ est à Græcis, Lacedæmoniorũ obtrectatione & inuidia, vt narrat Diod. Siculus lib. XI. pag. 257.

48. Interim ab eod. gradu dep.) Atqui scribit Herodotus lib. VIII. Xerxem post pugnam naualem, in Asiam reuerti cogitasse: quamuis ea de re, quasi dubia, cum Mardonio & Artemisia consultarit. dictum autem eleganter, depulsus de gradu: vt à M. Tullio deiectus de gradu.

49. certiorem eum fecit) per eundem seruum, vt tradit Herod. Vrania. At Polyænus qui etiam hoc refert lib. I. Strat. scribit Arsacem eunuchum missum esse.

50. minus triginta diebus) tanto maiore celeritate vsus est in fuga capes-

fenda, quàm fuerat vsus in bello inferendo.

51. *Marathonio trop. de quo suprà in Milt. Est autem tropæum, versorum in fugam hostium monumentum dictum à voce Græca* τροπὴ, *quæ conuersionem significat. Quare vitiosè scribitur vulgò trophæum cum aspirationis nota.*

52. *post hominum mem.) sic loquuntur boni scriptores: M. Tullius quidem millies vsurpauit. vsurpat iterum & Probus in Aristide statim à principio. significat autem, homines non meminisse maiorem classem, tam paruo nauium numero esse superatam. Non admodum dißimile est illud, post homines natos: quod æquè est vsitatum veteribus Latinis.*

53. *nec min. in pace. Cùm enim &c.) Diod. Siculus lib. XI. pag. 263.* τοῦ γὰρ καλουμένου Πειραιέως οὐκ ὄντος λιμένος κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους, ἀλλ᾽ ἐπινείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τῷ προσαγορευομένῳ φαληρικῷ μικρῷ παντελῶς ὄντι, ἐπενόησε τὸν Πειραιέα κατασκευάζειν λιμένα. *i. Nã cùm portus Piræeus, qui appellatur, tẽporibus illis non esset, sed vterentur Athenienses statione nauium portu Phalerico, qui dicitur, omnino paruo, cogitauit portum Piræeum ædificare, &c. Diodorus autem contrario ordine ac Probus, portum à Themistocle structum, prius quàm vrbis muros, tradit.*

54. *triplex Piræei portus.) pulchrè describit hunc portum Strabo lib. 9. non longè à princip. lege & de eod. Thucydidem lib. I. ibi* νομίζων τό τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς, καὶ αὐτοὺς ναυτικοὺς γεγενημένους μέγα προφέρειν ἐς τὸ κτήσασθαι δύναμιν. *i. existimans locum opportunum esse, vt qui treis portus haberet sua sponte natos, & quasi natura factos, tum si ipsi Athenienses nautici fierent, valde id vtile esse ad potentiam comparandam. Si etiam hoc ad rem pertinet, tres erant muri Athenis,* τεῖχος βόρειον, τεῖχος νότιον, τεῖχος φαληρικόν. *i. murus Aquilonaris, murus Australis, murus Phalericus. commemorat & murum triplicem Pausanias in Atticis statim à principio.*

55. *æquipararet) sic coniunxit cum accusandi casu hoc verbum Virgil. Daphnide. Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum. Vtitur eodem Probus & infrà in Alcibiade sub extr.*

56. *Idémque muros Atheniens. rest. pr. per. s.) narrat hoc & Thucydid. lib. I. paullo ante eum locum, quem modò ex eodem protuli. & Diod. Siculus lib. XI. post narrationem de portu Piræeo. & Frontinus lib. I. cap. I. retulit inter strategemata. Commemorat & hoc callidũ Themistoclis consilium & commentum Demosthenes in Oratione ad Leptinem.* λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος (Θεμιστοκλῆς) τειχίζειν εἰπὼν τοῖς πολίταις, κἂν ἀφικνῆταί τις ἐκ Λακεδαίμονος, κατέχειν κελεύσας, οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους. λόγων δὲ γιγνομένων ἐκεῖ, καί τινων ἀπαγγελλόντων ὡς Ἀθηναῖοι τειχίζουσιν, ἀρνεῖσθαι καὶ πρέσβεις πέμπειν τοὺς σκεψομένους κελεύειν· ἐπειδὴ δ᾽ οὐχ ἧκον οὗτοι, πέμπειν ἑτέρους παραινεῖν. καὶ πάντες ἴσως ἀκηκόατε, ὃν τρόπον ἐξαπατῆσαι λέγεται Λακεδαιμονίους. *i. Fertur igitur Themistocles, cùm suis ciuibus persuasisset, vt vrbẽ muris sæpirent, ac munirent, iußissetque, si quis Lacedæmone veniret, vt eum retinerent, legatus ipse ad Lacedæmonios profectus esse: cùm autem sermones illic haberentur, & nonnulli nuntiarent, Athenienseis vrbem suam munire, negauisse, & vt legatos Athenas mitterent, qui inspicerent, hortatus esse: his autem non reuertentibus, vt alios mitterent, suasisse: reliqua iam omnes audistis fortasse.*

quomodo Lacedæmonios illusisse ac decepisse dicatur, &c.

57. *Marathonia, duce Miltiade parta, de qua suprà in Miltiade.*

58. *Salaminia, duce Themistocle, & auctore.*

59. *quare eos quàm infirm. esse voleb.) Admonet me hic locus, vt prudenti, & rerum ciuilium perito lectori, si quis forte in rep. administranda versatus, in has commentationes incidet, rem obseruandam, & memoriæ mandandam, ab iis, qui de rep. administranda scripserunt, traditam, ante oculos ponam, omni reip. administrandæ formæ, siue sit monarchia, siue aristocratia, siue democratia, populum, aut principatum, aut regnum vicinum, magnopere esse metuendū, vt inimicum, & infidum, & æmulum, atque inuidum: neque vnquam, vbi consultatur de pace & bello, eorum legatos, quantumuis nomine & specie sint amici, in consilium publicum esse adhibendos. hoc est enim arbitratu hostis de rebus maximis deliberare: quo quid dementius? Cùm sit autem hoc præceptum vsquequaque verum, diligentérque tenendum, tum maximè in discordiis, bellisque ciuilibus est clauo trabali figendum. Nam quòd interdum vicini principes beneuolentiam quandam præ se ferentes, pecunia & viris meliorem, & aut æquitate causæ, aut possessionis antiquitate superiorem partem iuuant, vel contrà, id non beneuolentia adducti, sed augendæ discordiæ cupiditate affecti facere existimandi sunt, quasi addentes oleum camino. Non enim malis reip. vicinæ, aut regni finitimi, anguntur, sed potius delectantur: si sint ipsi imbecilliores, ne sub illius ditionem ac potestatem redigantur: si sint æquales, vt possint esse superiores: si validiores, & potentiores, vt facilius imperio potiri possint. Quo molestius, acerbiúsque ferebam nuper hoc altero bello ciuili proximo (duo enim bella ciuilia breui inter se interuallo disiuncta, hac mea ætate ingrauescente vidi) non solùm eos non audiri, qui auctores & suasores compositionis erant, sed etiam hosteis patriæ, & impios haberi: contrà, qui quotidie animos ægros, saucios, exulceratos, ardenteis, magis ac magis stimulabant, acuebant, incendebant, atque inflammabant, qui bellicum assiduè canebant, qui concordiam & pacem dissuadebant, eos bonos ciueis, & pios viros, & optimè de rep. meritos existimari. Omnino erat optabile, vnam esse religionem in Gallia, atque adeò in toto orbe terrarum: quis negat? Verùm quando humano consilio hoc obtineri aut præstari non potest, concordia ciuilis bello intestino semper est anteponenda. Itaque aliquando tandem proximis hisce diebus visum est Regi nostro Carolo edicendum, vt sedatis ac sublatis discordiis, omnes sui ciues concordiam inter se colant, omnésque superiores iniuriæ, & mala præterita, quæ ex belli calamitate orta sunt, sempiterna obliuione deleantur, lege quadā ἀμνηστίας seu obliuionis ad exēplum Græcarū ciuitatū sapientissimæ ciuitatis lata. Quod cùm salutariter, & sapienter, & planè regiè eum fecisse res ipsa declaret, videntur & qui in alia sententia fuerunt, parum oculati, aut cordati fuisse, & qui otio publico suffragati sunt, plus vidisse, iudicióque & prudentia præstitisse.*

60. *His præsentibus desierunt) Thucydides lib. 1. paullo aliter. non enim præsentibus Lacedæmoniorum legatis Athenienses opus intermisisse, sed Themistoclis iussu (qui ad eos certum hominem occultè miserat) dissimulanter, & obscurè*

legatos detinuisse, neque dimisisse priusquàm legati, quos ipsi misissent, Athenas reuersi essent. Diodor. Siculus autem lib. suprà commemorato sic, πρέσβεις προσιόντες τοῖς οἰκοδομοῦσι προσέταττον ἀφίστασθαι τῶν ἔργων τὴν ταχίστην. ἀπορουμένων δὲ τῶν Ἀθηναίων ὅ,τι χρὴ πράττειν, Θεμιστοκλῆς ἀποδοχῆς τότε παρ' αὐτοῖς τυγχάνων τῆς μεγίστης, συνεβούλευεν ἔχειν ἡσυχίαν· ἐὰν γὰρ βιάζωνται, ῥᾳδίως τοὺς Λακεδαιμονίους μετὰ τῶν Πελοποννησίων στρατεύσαντας κωλύσειν αὐτοὺς τειχίζειν τὴν πόλιν, &c. id est, Cùm autem Athenienses Lacedæmonijs vetantibus ne vrbem munirent, non parérent, legati missi à Lacedæmoniis interuenerunt Atheniensibus munientibus, & iusserunt vt ab opere quàm primùm desisterent. Dubitantibus autem Atheniensibus quid agendum esset, Themistocles, cuius tum magna erat in ciuitate auctoritas, suasit vt desinerent. Nam si Lacedæmoniis inuitis munire perseuerarent, facile Lacedæmonios cum Peloponnesiis bello illato prohibituros. Apud Plutarch in Themistocle neque de legatis retentis, neque de opere intermisso vllum verbum.

61. exstructa) exaggerata, & exædificata.

62. præcepit) Atheniensibus. eleganter autem & bene Latinè. non enim dixit, imperauit, sed præcepit. præcipit autem, qui docet, aut qui non sine ratione, vt aliquid fiat, monet.

63. Interim omnes serui &c.) sic fere Thucydides lib. I. eo, quem suprà indicaui, loco.

64. congererent) sic habent exempla Germanica, idque magis probo. nam Aldina & Florentina, & Parisiensia habent, cogerent. quod tamen non damno. Thucydides quidem vtitur verbo ἐγκατελέγησαν. i. ad id opus allecta sunt, seu in id opus congesta sunt. Admonendus præterea lector est, in nonnullis exemplis impressum esse, sed vndique &c. ad muniendum autem, id est, ad murum struendū: πρὸς τὸν τειχισμόν.

65. sepulcrísque) Thucydides, πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων. i. multíque cippi ex monumentis congesti sunt.

66. adire ad magistr.) sic sæpe loquitur Probus, consuetudinem bene Latine loquentiū secutus. quāquam etiā altero modo, detracta præpositione licebat. Videtur autem Thucydidem ad verbum expressisse: cuius hæc verba sunt, eod. lib. καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν, οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχάς.

67. duceretur) produceretur. sic dicunt boni scriptores, ducere bellum, & ducere diem, pro extrahere, seu protrahere. seu proferre, seu protollere.

68. causam interponens) Thucyd. ἀλλὰ διῆγε, καὶ προὐφασίζετο. καὶ ὁπότε τις αὐτὸν ἔροιτο τῶν ἐν τέλει ὄντων, διὰ τί οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινὸν, ἔφη τοὺς συμπρέσβεις ἀναμένειν. erant autem collegæ eius Abronychus, Lysiclis fil. & Aristides Lysimachi fil.

69. ea re) id est ob eam rem. alij libri habent, eóque in ea re conari fallere.

70. reliqui leg.) Aristides, & Abronychus.

71. non mult. sup munit.) Thucyd ἔχει ἱκανῶς τὸ τεῖχος. superesse autem id est restare.

72. Ephoros) de Ephoris dicemus in Pausania.

73. quibus fid. hab.) sic legendum, non vt habent vitiosi codices, adhiberetur. nam adhibere fidem, aliud est, quàm habere fidem. illud est vti fide, seu præbere

se fidelem in negotio aliquo susceptο, seu recepto: quod Græci dicunt, πιστὸν ἑαυτὸν παρέχειν. habere fidem, est credere, quod Græci dicunt πιστεύειν. Denique sic dictum est adhibere fidem, vt adhibere diligentiam: habere fidem, vt habere honorem.

74. *ad magist. &c.) sic suprà locutus est Probus.*

75. *professus est) antiquißimi cod. impreßi habent prosecutus est. vnde ego suspicor legendum prolocutus est. Verumtamen nihil muto.*

76. *neque eos quòd) sic legendum, vt rectè legendum coniecit Claudius Puteanus. nam vulgata lectio, eò quòd, corrupta est.*

77. *vt propugnaculum oppositum) ὡς πρόβολον καὶ φρούριον, vel ἐπιτειχισμόν. sic M. Tullius pro Fonteio. Narbo Martius propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum.*

78. *iniustè facere) ἀδικεῖν.*

79. *Namque ob eundem timorem) ne dominari vellet. Vide suprà in Miltiade, in extr.*

80. *testarum suffr. è ciuitate eiectus) ὀστρακισμὸν appellant Græci, vt ait & Probus. Fuit autem ostracismus lege institutus post exactum Hippiam tyrannum Pisistrati filium, ne quis ob nimiam præstantiam ac potentiam libertate oppressa tyrannidem occuparet. Fiebat autem hoc modo. vnusquisque ciuium in testula eius nomen inscribebat, qui maximè populi libertatem & principatum euertere posse videretur: quo facto testulam in locum fori cancellis circumseptum quisque deferebat. Magistratus autē, seu archontes primùm quidē vniuersam testularum multitudinem numerabant. Nam si, qui scripsissent, sex millibus pauciores fuissent, inanis erat & irritus ostracismus. Deinde vnoquoque nomine seorsum ab aliis posito, eum, cuius nomen à pluribus scriptum esset, è ciuitate in decennium relegabāt, concesso ei suorum bonorū vsu & fructu. Nō enim eū, vt pœnā, aut multam ei irrogarent, sed vt eius excellentiam minuerent, exsulare iubebant, immò, vt ait Plutarchus, nomine & specie, erat potentiæ, & excellētiæ depreßio, atque imminutio: reuera inuidiæ populi solatium. Qui plura de ostracismo cognoscere volet, legat Plutarch. in Themistocle, Aristide, Alcibiade. Diodor. Siculum lib. XI. Aristotelem lib. 3. polit. Suidæ tamen in voce ὀστρακισμὸς, & Andocidæ contra Alcibiadem, verba ascribam. Sic igitur Suidas, ὀστρακισμὸς φυγῆς διαφέρει, ὅτι τῶν μὲν φυγόντων αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο. τῶν δὲ ὀστρακισθέντων, οὐκ ἀφῄρει τὰ χρήματα ὁ δῆμος. καὶ τοῖς μὲν χρόνος ὥριστο καὶ τόπος· οἱ δὲ φεύγοντες οὐδέτερον τούτων ἔχουσιν. id est ostracismus ab exsulio differt, quòd eorum quidem, qui exsulio damnati erant, bona publicabantur: iis autem, qui per testulam è ciuitate summoti erant, pecunias populus non adimebat: & his quidem tempus, quandiu exsulent, & locus certus, in quo habitent, præfinitus est: qui exsulant autem, neutrum horum habent. sic Andocides. νομίζω δὲ καὶ τὸν θέντα τὸν νόμον, ταύτην τὴν διάνοιαν ἔχειν· ἀποβλέψαντα τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς κρείττους τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν νόμων, ἐπειδὴ παρὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστιν ἰδίᾳ δίκην λαβεῖν, δημοσίαν τιμωρίαν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων κατασκευάσαι. i. arbitror autem eius qui hanc legem condidit, hanc mentem fuisse, cùm aspectum retulisset ad eos cineis, qui plus possunt, quàm magistratus & leges, quia de his pœnas priuatim sumere non licet, supplicium publicum pro iis, qui iniuria afficiuntur, comparasse.*

comparasse. Idem valuisse apud Syracusanos petalismum, quod apud Athenienseis ostracismum, tradit Diod. Siculus eod. lib. sub extr dictus autem petalismus παρὰ τὸ πέταλον. oportebat enim in oleagino folio nomen eius, qui plus iusto potens videretur, inscribi: & foliis numeratis eum, cui plurima folia obtigissent, quinquennium exsulare.

81. Argos habitatum conc.) sic Thucyd. lib. I. non longè ab extr. Ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει, ἐπιφοιτῶν δὲ, &c. Sciendum est autem Argos, locum fuisse certum ac definitum, in quo commorabantur qui testarum suffragiis è ciuitate eiecti erant.

82. Lacedæmonij legatos) sic Thucyd. lib. I. eod. fere loco. & Diodor. Siculus lib. XI. pag. 270. Plutarch. in Themist.

83. cum rege Persarum) alij libri habent, cũ rege Persiæ: alij cum rege Persidis.

84. proditionis est damn.) neque ei profuerunt superiora sua in patriam benè promerita, pugna Salaminia, & legatio ad Lacedæmonios obita, vt scribit Ælianus lib. 3. variæ historiæ in extr.

85. Corcyram demigr.) Thucyd. ibidem. φεύγει ἐκ πελοποννήσου ἐς κέρκυραν. quia de Corcyrensibus erat bene meritus, vt subiicit idem Thucyd. ὢν αὐτῶν εὐεργέτης.

86. Ibi cùm eius principes) sic Thucyd. eod. loco. δεδιέναι δὲ φασκόντων τῶν κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν, ὥστε λακεδαιμονίοις καὶ ἀθηναίοις ἀπέχθεσθαι, &c. i. Cùm autẽ dicerent Corcyrenses se vereri ne si eum apud se haberent, inimicitias Lacedæmoniorum & Atheniensium sibi conflarent, & cet.

87. ad Admetum Mol. r.) sic fere Thucyd lib. eod. & Diodor. Siculus lib. XI. & Plutarchus in Themist. sed in eo quòd mox narrat Probus, Themistocli cum Admeto fuisse hospitium, non consentiunt Thucydides & Plutarchus. Thucydides enim sic, παρὰ Ἄδμητον τὸν μολοσσῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον. i. ad Admetum Molossorum regem, qui ei non erat amicus. Plutarch. sic, καταφυγὼν πρὸς Ἄδμητον, ὃς βασιλεὺς μὲν ἦν μολοσσῶν, δεηθεὶς δέ τι τῶν ἀθηναίων, καὶ προπηλακισθεὶς ὑπὸ Θεμιστοκλέους, ὅτ' ἤκμαζεν ἐν τῇ πολιτείᾳ, δι' ὀργῆς εἶχεν αὐτὸν ἀεὶ, καὶ δῆλος ἦν, εἰ λάβοι, τιμωρησόμενος. i. cùm ad Admetum confugisset, qui rex quidem Molossorum erat, sed quia, cùm aliquid olim ab Atheniensibus petiuisset, à Themistocle contumelia fuerat affectus, quo tempore in rep. potens erat, perenneis cum eo inimicitias gerebat, & præ se ferebat, si eum nactus esset, se pœnas de eo sumturum. Diod. Siculus nullum de amicitia, aut odio verbum facit. Est autem Molossia in Epiro.

88. & in præsentia rex abess.) immò aderat, vt vult Diodorus. nam ille accepit eum comiter, & hortatus est vt bono animo esset, & omninò pollicitus est se curaturum vt tutus & saluus esset. Secutus est igitur Probus Thucydidem, qui ita narrat, καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν, &c. i. & ille quidem nõ aderat. Themistocles autem vxoris eius supplex factus docetur ab ea, vt accepto ipsorum filio ad focum sederet. Plutarchus duas diuersas hac de re historias ponit, partim Thucydidem, partim alios, qui Admeto præsente Themistoclem filium eius prehendisse, & ad aram seu focum confugisse narrat. Diodorus autem de filio Admeti nullam mentionem facit.

89. filiam eius paruulam) Thucyd. & Plutarch. filium dicunt à Themistocle

esse apprehensum. Quare vel lapsus est Probus, vel alios secutus est historicos, vel erratum est librariorum.

90. data dextra) nullum de data dextra apud historicos, qui exstant, verbum. Probabiliter autem hoc à Probo, siue ab aliis sumtum, siue de suo additum, positum est. Nam qui sanctè aliquid promittebant, & fidem dabant, dextras dabant apud veteres. sic apud Xenoph. ἀναβ. β. non longè à princip. ἐπὶ τούτοις δεξιὰς δόντες καὶ λαβόντες, ἐπὶ τούτοις ἀπίωμεν τὴν ὁδόν. sic M. Tull. Philipp. XI. dextræ, fidei testes, perfidia sunt & scelere violatæ. Idem lib. 7. epistolarum ad Atticum epistola I. contra Cæsarem, vbi sunt densæ illæ dexteræ? Hesych. δεξιαί, αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν εἰς σύμβολον τοῦ βέβαια ἔσεσθαι καὶ τὰ συντεθειμένα. i. dexteræ, dicuntur, quæ fiunt in conuentionibus, & pactionibus dexterarum manuum coniunctiones, ad declarandum stabilia fore & esse quæ conuenerunt. Diod Siculus lib. 16. in med. καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τῷ Θετταλίωνι. ἔστι δὲ ἡ πίστις αὕτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις. i. & dextram dedit Thessalioni. est autem hæc fides firmißima apud Persas. Virgil. lib I. Æn. cur dextræ iũgere dextram Non datur? idem lib. 3. Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus. Hom. Iliad. ω. Ὣς ἄρα φωνήσας ἐπὶ καρπῷ χεῖρα γέροντος Ἔλλαβε δεξιτερήν, μή πως δείσει' ἐνὶ θυμῷ. i. Sic fatus Priami dextram, ne forte timeret, Prendit, & hoc dubiam firmauit pignore mentem. Ad quem locum tamen notat Eustathius non in vola manus, sed in iunctura fuisse apud heroas illos fidei sedem. sic & idem Probus infrà in Datame. si ei rex promitteret fore, vt, quodcumque vellet, liceret impune facere, fidémque de ea re more Persarum dedisset.

91. exposceretur) deposceretur ad supplicium. sic enim Cæsar loquitur. sic Diod. Siculus, ἐξῄτουν αὐτὸν πρὸς τιμωρίαν: id est deposcebant eum ad supplicium.

92. supplicem non prodidit) sic Thucydides lib. I. καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ τοῖς τε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἐλθοῦσι, καὶ πολλὰ εἰποῦσιν οὐκ ἐκδίδωσι. i. & non multo pòst Lacedæmoniis & Atheniensibus, cùm venissent, multáque dixissent, vt Admetus Themistoclem sibi dederet, non tradidit.

93. monuítque vt cons.) Cùm supplicē prodere nollet, dedecúsque, quod subiturus esset, si fidem falleret, vereretur: & cùm altera ex parte Lacedæmonios, ne sibi bellum inferrent, nisi Themistoclem eis traderet, metueret, suasit Themistocli, vt clam aufugeret, eique magnam vim auri dedit, fugæ viaticum. Hæc fere ex Diod. Siculo.

94. Itaque Pydnam) sic fere Thucydides. Est autem Pydna vrbs Macedoniæ.

95. vbi tum Athen.) sic fere Thucyd. Naxus porrô insula est. vna ex Cycladib.

96. domino nauis) ναυκλήρῳ.

97. multa pollicens) addit Thucydides, immò priore loco ponit. καὶ εἰ μὴ σώσει αὐτόν, ἐρεῖν ὅτι χρήμασι πεισθεὶς ἄγει αὐτόν. i. & nisi ipsum seruabit, minatus est ei se dicturum Atheniensibus eum pecunia adductum esse, vt se veheret. Hac de re apud Diodorum nullum verbum. Polyænus verò refert lib. I. Strategem.

98. in salo nauem tenuit) Thucyd. eod. libro. καὶ ἀποσαλεύσας ἡμέραν καὶ νύκτα ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου. in salo, i. in alto mari, vndarum, & fluctuum pleno, miniméque

à ventis tuto. Cicero accuſ. lib.4. Iam ſeſe in terrã è naui eiecerat, quadriremẽmque in ſalo fluctuantem reliquerat. Idem pro Cæcinna, Vt ſiqui ex alto, cùm ad patriam acceſsiſſet, tempeſtate ſubitò reiectus optaret, vt vnde eſſet deiectus, eò reſtitueret: hoc, opinor, optaret, vt, à quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret, non in ſalum, ſed in ipſam vrbem, quam petebat.

99. *neque quemquam ex ea exire) quod ei præceperat Themiſtocles, vt narrat Thucydides his verbis,* τὴν δ' ἀσφάλειαν εἶναι, μηδένα ἐκβῆναι ἐκ τῆς νεὼς μέχρι πλοῦ γένηται. *i. hanc autem eſſe viam vitandi periculi, ſi nemo ex naui exeat donec ventus ſit ſecundus. Sed alij tradunt Themiſtoclem domino nauis minatum eſſe ſe dicturum Athenienſibus, eum corruptum à ſe eſſe vt ſe veheret, in quibus eſt Thucydides, vt ſuprà diximus, refert & hoc Polyænus lib.1. Strategem.*

100. *Inde Epheſum) Thucyd.* ὕστερον ἀφικνεῖται εἰς Ἔφεσον. *Diodorus autem multo aliter eod. libro.*

101. *exponit) eleganter, & ex bene Latinè loquentium conſuetudine. Horat. ſat.1. lib.1. quarta vix demum exponimur hora. Cæſar lib.3. de bello ciuili, quibus regionibus exercitum expoſuiſſet.*

102. *pleroſque) Ephorum, Dinonem, Clitarchum, quod & refert Plutarchus.*

103. *Artaxerxem) Xerxis filium, qui* μακρόχειρ *cognomento dictus eſt. Plutarch.* ἀποφθ. βασιλ.

104. *Themiſtocles veni ad te) Iuuabit hæc conferre cum Thucydidis verbis, ſi quis Græcis litteris delectatur. ſunt enim hæc Probi, ſeu Nepotis, ex Thucydide propemodum ad verbum expreſſa.*

105. *certiorem feci id agi, vt pons) hac de re ſuprà ſatis multa notauimus. Sed paullo antè quidam libri habent, reuerti nollet.*

106. *ad te confugi) Thucyd.* πάρειμι, *adſum. fortaſſe legendum, confugio.*

107. *exagitatus à cuncta Gr.)* διωκόμενος διὰ τὴν σὴν φιλίαν. *id eſt qui exagitor propter tuam amicitiam.*

108. *tuam petens amicit.) hoc addidit de ſuo Probus. non enim credibile eſt illa Græca,* διὰ τὴν σὴν φιλ. *Latinè reddidiſſe, tuam petens amicit.*

109. *quàm fortem) quid intereſt inter fortem, & bonum? videtur enim & qui fortis eſt, bonus eſſe, & qui bonus eſt, fortis. itaque putabam legendũ eſſe, quàm acrem inimicum.*

110. *de quibus tecum loqui volo)* περὶ ὧν ἥκω. *Thucydides legendus, Plutarchus in Themiſtocle, & apophth. reg. & ducum, quo loco ſimiliter illud profert de tela contracta & explicata, in qua varia animalia ſunt acu depicta: cui orationem ſimilem eſſe dicebat.*

111. *veniam dedit) id eſt conceſsit ei annum, vt hoc temporis ſpatio linguã & inſtituta Perſica diſceret. ſic loquitur infrà in Pauſania. quòd ſi eam veniam ſibi dediſſet, &c. Sic & M. Tull. ad Q. Fratrem lib.3. Cæſar tibi amãtiſsimè petenti veniam non dedit. Idem lib.1. de oratore ad Q. Fratr. Date nobis hanc veniam, vt ea, quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter perſequamini. Non narrat hic Probus, quanto in periculo Themiſtocles verſatus ſit, cùm à Mandane Darij filia, Xerxis ſorore, accuſatus eſt: quod expoſitum eſt à Diod. Siculo lib. XI.*

F 2

112. *vt multo comm.)* Probabilius Thucydides, qui dicit, eum linguam Persicam didicisse quoad fieri potuerit: & Plutarchus, qui dicit ἀποχρώντως ἐκμαθὼν i. vbi tantum quantum satis erat, didicisset, &c. Retulit hoc & Valerius Max. lib. 8. cap. 7.

113. *Hic cùm multa regi esset pollicitus)* Cicero lib. 10. epist. ad Att. Themistocles non vidit, quid Xerxi polliceretur, &c.

114. *Magnesiæ)* Μαγνησία πόλις παρὰ Μαιάνδρῳ, Stephanus. id est Magnesia, vrbs apud Mæandrum fluuium.

115. *Namque hanc vrbem,* exempla Germ. habent, cum duab. aliis. mihi hoc totum, cum duab. al. suspectum est.

116. *quæ panem pr.)* sic Thucyd. Diod. Siculus, Plutarchus. Diodori verba ascribam. Μαγνησίαν μὲν τὴν ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ πλεῖστον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων ἔχουσαν σῖτον, εἰς ἄρτους· Μυοῦντα δὲ εἰς ὄψον, ἔχουσαν θάλατταν εὔιχθυν· Λάμψακον δὲ ἀμπελόφυτον, ἔχουσαν χώραν πολλὴν, εἰς οἶνον i. Magnesiam ad Mæandrum sitam, omnium, quæ in Asia sunt, vrbium frumenti feracissimam, in panes: Myuntem in opsoniũ, quæ mare habeat piscosum: Lampsacum in vinum, quæ in regione sita est multis vitibus consita. Plutarchus ex Neanthe & Phania addit Percotam, & Palæscepsin in stragula & vestitum: quos sequitur Athenæus lib. I. Hunc morem Persarũ in donando commemorat & M. Tull. lib. 3 accus. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plureis vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere, hoc modo, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crineis.

117. *sepulcrum prope opp.)* quod commemorat Pausanias Atticis in princip. καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. &c. per Oppidum enim Athenæ significantur.

118. *in quo est sep.)* Nam eius ossa Magnesia sublata Athenas deportarunt eius propinqui, vt refert Pausan. ibid.

119. *De cuius morte)* lege Plutarch. & Diod. Siculum, & M. Tull. Bruto, cuius verba ascribam. Nam quem Thucydides, qui & Atheniensis erat, & summo loco natus, summúsque vir, & paullo ætate posterior, tantùm mortuum scripsit, & in Attica clam humatum: addidit fuisse suspicionem veneno sibi conciuisse mortem. hunc isti aiunt, cùm taurum immolauisset, excepisse sanguinem patera, & eo epoto mortuum concidisse.

120. *morbo mortuum)* Thucyd. νοσήσας δὲ τελευτᾷ τὸν βίον.

121. *neque negat f. fam.)* hæc fere sunt ex Thucydide expressa.

122. *venenum)* sanguinem taurinum. in qua sententia videtur & Aristophanes fuisse. sic enim ille in Equitib. βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν. Ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος. propterea autem venenum est taurinus sanguis, quia, vt tradit Plinius lib. XI. cap. 38. celerrimè coit, atque durescit.

123. *quoniam legib. non conced.)* leges enim vetabant, eius, qui vel sacra legisset, vel patriam prodidisset, ossa in Attica sepeliri: idque refert & Xenophon lib. I. ἑλλην. sub extr. his verbis, τοῦτον δὲ εἰ βούλεσθε, κατὰ τὸν νόμον κρίνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ προδόταις, ἐάν τις ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κατακριθέντα ἐν δι-

καὶ κλέπτῃ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ. τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι. i. hoc autem, si vultis, ô Athenienses, lege iudicatote, quæ in sacrilegos, & proditores lata est, si quis aut ciuitatē prodiderit, aut rerum sacrarum furtū commiserit, vt is iudicio damnatus, si sententia in eum lata fuerit, ne in Attica sepeliatur, pecunia autem eius publicetur,

ARISTIDES.

ARistides[1] Lysimachi filius Atheniensis, æqualis ferè fuit[2] Themistocli. itaque cum eo de[3] principatu contendit. namque[4] obtrectarunt inter se. In his autem cognitum est, quanto[5] antistaret eloquentia innocentiæ.[6] quamquam enim adeò excellebat Aristides[7] abstinentia, vt vnus post[8] hominum memoriā, quod quidem nos audierimus,[9] cognomine iustus sit appellatus, tamen à Themistocle[10] collabefactus testula[11] illa exsulio decem annorum multatus est. Qui quidem cùm intelligeret reprimi concitatam multitudinem non posse, cedénsque[12] animaduerteret quendam scribentem, vt patria pelleretur, quæsisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta pœna dignus duceretur. Cui ille respondit, se[13] ignorare Aristidem, sed sibi nō placere, quòd cupide elaborasset, vt præter ceteros iustus appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam non[14] pertulit. nam postquàm Xerxes in Græciam descendit, sexto ferè anno pòst, q̃ erat expulsus,[15] plebiscito in patriam restitutus est.[16] Interfuit autem pugnæ nauali apud[17] Salamina, quæ facta est prius, quàm pœna liberaretur. Idem prætor fuit Atheniensium apud[18] Platæeas in prœlio, quo[19] Mardonius fusus, barbarorúmque exercitus est interfectus. Neque aliud est vllum huius in re militari illustre factum, quàm[20] huius imperij memoria. Iustitiæ verò, & æquitatis, & innocentiæ multa. In primis, quòd eius æquitate factum est,

cùm in communi classe esset Græciæ simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, vt summa imperij maritimi à Lacedæmoniis transferretur ad Athenienseis. nanque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedæmonij, tum autem &[21] intemperantia Pausaniæ, & iustitia[22] factum est Aristidis, vt omnes ferè ciuitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicarent, & aduersus barbaros hos duces deligerent sibi, quo facilius repellerent, si fortè bellum[23] renouare conarentur. Ad classeis ædificandas, exercitúsque comparandos quantum[24] pecuniæ quæque ciuitas daret, Aristides delectus est, qui constitueret. eius arbitrio quadringenta & sexaginta talenta quotannis Delum sunt collata. id enim[25] commune ærarium esse voluerunt. Quæ omnis pecunia postero tempore Athenas translata est. Hic qua fuerit abstinentia, nullum[26] est certius indicium, quàm quòd, cùm tantis rebus præfuisset, in tanta paupertate decessit, vt[27] qui efferretur, vix reliquerit. Quo factum est, vt filiæ eius publicè alerentur, & de[28] communi ærario dotibus datis collocarentur. Decessit autem ferè post annum quartum, quàm Themistocles Athenis erat expulsus.

ARISTIDES.

ARistides) etiam huius vitam scripsit Plutarchus.

2. Themistocli) Themistocli potest sic accipi, vt sit generandi casus, pro Themistoclis, potest & esse dandi casus.

3. de princip. contendit) fuisse contentionem inter Aristidem & Themistoclem etiam à pueris, refert Plutarchus in Aristide: neque tacuit Herodotus in Vrania. ibi. οὗτος ὦν ὁ ἀνὴρ στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον, ἐξεκαλέετο Θεμιστοκλῆα ἐόντα μὲ ἑαυτῷ οὐ φίλον, ἐχθρὸν δὲ τὰ μάλιστα, &c. id est, hic vir stans in consilio, Themistoclem euocabat, qui erat ipsi non amicus, immò verò inimicissimus. Et iterum Plutarch. in ἀποφθεγμ. βασιλ. καὶ στρατ. indicat, ibi, ἐχθρὸς δ᾽ ὢν Θεμιστοκλέους, &c. id est Cùm autem esset Themistoclis inimicus.

4. obtrectarunt inter se) ἐζηλοτύπουν. M. Tull. Tusc. quæst. lib. IIII. Obtrectatio

est ea, quam intelligi zelotypiam volo. Idem alibi, illud ipsum æmulari & obtrectare, non esse inutile.

5. antistaret) id est præstaret. Vtitur eod. verbo & Catullus ad Verannium. Veranni omnibus è meis amicis Antistans mihi millibus trecentis, &c. sic enim restituerat paullo antequàm decederet è vita, Adr. Turneb. M. Tull. de Inuent. lib. 2. Etenim quodam tempore Crotoniatæ multùm omnibus, corporum virib. & dignitatibus antisteterunt, &c. sic enim legendum potius, quàm antesteterunt, quãnis secutus codices vulgat. ita ediderim.

7. Quamquam enim) immò propter hanc ipsam, & solam causam è patria pulsus est, vt continuò cognoscemus.

6. abstinentia) id est integritate, eá quæ virtute, quæ in eo consistit, vt nulli fiat iniuria, nullique res sua auferatur.

8. post hominum memoriam) notauimus hoc genus loquendi suprà in Themist.

9. cognomine iustus sit appell.) Herod. in Vrania, eo, quem paullo antè protuli, loco. τὸν ἐγὼ νενόμικα πυνθανόμενος αὐτοῦ τὸν τρόπον, ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι, καὶ δικαιότατον. Æschines oratione κατὰ Κτησιφ. & item περὶ παραπρεσβ. vbi sic ille, ὡς ὁ Ἀριστείδης ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος &c. Cicero pro Sextio, & Tusc. V. Aristides nónne ob eam causam expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset? Plutarch. in Aristide, & Diod. Siculus lib. XI. καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης δίκαιος ἐπωνομάσθη: id est propter excellentem iustitiam cognomine iustus dictus est.

10. collabefactus) perculsus, euersus.

11. testula illa) Herod. Vrania, ἐξωστρακισμένος ὑπὸ τοῦ δήμου. de ostracismo suprà satis multa diximus in Themistocle.

12. cedénsque animaduert.) hæc refert & Plutarchus in Aristide, & apophthegm. regum & ducum. sed paullo aliter. ait enim hunc non nominatum, siue rusticum, siue vrbanum, fuisse litterarum omnium & scribendi imperitum, seu ἀγράμματον. Itaque eum ad Aristidẽ sibi ignotũ accessisse cum testula, rogassẽque vt in ea Aristidis nomen inscriberet. Aristidem autem cùm ab eo quæsisset, essetne ei notus Aristides, ille autem respondisset, sibi quidem ignotum esse, sed sibi appellationem, seu cognomentum Iusti displicere, tacitum eius rogatu nomen suum in caput suum scripsisse. cedens, autem habent exempla Germanica, & alia præterea: alia, sedens: quod minus probo.

13. ignorare) non nouisse. sic Terent. Heautontim. Et me ignoras Ctesipho?

14. non pertulit) decennium integrum patria non caruit.

15. plebiscito) κατὰ ψήφισμα τοῦ δήμου.

16. interfuit autem pugnæ) quod ex Herodoto intelligere licet in Vrania, loco, quem suprà commemoraui. & paullo infrà, vbi narrat ille præclarum & memorabile eius facinus.

17. apud Salamina) Fortasse legẽdum apud Salaminam, aut apud Salaminem.

18. Platæeas) vrbem Bœotiæ.

19. Quo Mardonius fusus) quem reliquit in Græcia Xerxes post cladem Salaminiam: de cuius morte, & pugna Platæensi Herodotus in Calliope. fuit autem

in ea pugna lapide percussus, vt refert Plutarch. in Aristide.

20. quàm huius imper. m.) victoria tamen Platæensis tributa est Pausaniæ Lacedæmoniorum duci, vt infrà cognoscemus in Pausania. quin Herodotus in Calliope, vbi hæc pugna, victoriáque Græcorum narratur, nullam Aristidis mentionem facit, nusquam eum appellat: Pausaniæ nomen contrà milies commemorat.

21. intemperantia) impotentia, sæuitia, superbia, iniustitia.

22. & iustitia fact. est Arist.) narrat hoc Diod. Siculus lib. XI. pag. 265. ibi. Ἀριστείδης δὲ ὁ ἀθηναῖος τοῦ καιροῦ χρώμενος, ἐμφανῶς ἐν ταῖς κοινολογίαις ἀνελάμβανε τὰς πόλεις, καὶ διὰ τῆς ὁμιλίας προσαγόμενος, ἰδίας ἐποίησε τοῖς ἀθηναίοις. id est Aristides Atheniensis, occasione oblata vtens apertè in consiliis & colloquiis communibus ciuitates alienatas recuperabat & recõciliabat, & oratione alliciens Atheniensibus adiunxit. Sic & Plutarch. in Aristide, ibi. ἐπεὶ δὲ στρατηγὸς ἐκπεμφθεὶς μετὰ Κίμωνος ἐπὶ τὸν πόλεμον ἑώρα τόν τε Παυσανίαν, καὶ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας τῶν Σπαρτιατῶν ἐπαχθεῖς καὶ χαλεποὺς τοῖς συμμάχοις ὄντας, αὐτός τε πρᾴως καὶ φιλανθρώπως ὁμιλῶν, &c. Posteaquam autem Aristides prætor cum Cimone ad bellum missus, vidit, Pausaniam, & alios Spartiatarum præfectos, graues ac sæuos esse in socios, ipse leniter & humanè cum eis congrediens & colloquens, & Cimonem commodum, & communem, & facilem erga eos in expeditionibus, & castris reddens, occultè & furtim Lacedæmoniis ademit principatum non armis, non nauibus, non equis, sed æquitate, & facilitate, & ciuili quadam scientia. Tangit hoc idem Thucyd. lib. I. quamquam Aristidem non commemorat.

23. bellum renouare) sic loquitur Cæsar lib. de bello Gall.

24. quantum pecuniæ quæque ciuit. d.) συντάξεις appellarunt Athenienses nomine specioso, & leni, quia nomen φόρος molestè ferebant Græci, inquit Harpocratio. Isocrates περὶ εἰρήνης. ἡμεῖς γὰρ οἰόμεθα μὲν, ἐὰν τὴν θάλασσαν πλέωμεν πολλαῖς τριήρεσι, καὶ βιαζώμεθα τὰς πόλεις συντάξεις διδόναι, &c. i. Nos enim putamus si mare nauigemus multis triremibus, ciuitates per vim cogamus tributa nobis pensitare, &c. appellabant tamen & φόρους ἀπὸ τοῦ φέρειν. Æschin. περὶ παραπρεσβ. ὡς ὢν Ἀριστείδης, ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος. i. quasi sit Aristides, qui Græcis vectigalia descripsit, is, qui iustus cognomento dicebatur. Diod. Siculus lib. XI. ταχθεὶς δ' ἐπὶ τὴν διάταξιν τῶν φόρων, οὕτως ἀκριβῶς καὶ δικαίως τὸν διαμερισμὸν ἐποίησεν, ὥστε πάσας τὰς πόλεις εὐδοκῆσαι. i. præpositus autem tributorum descriptioni, ita accuratè & iustè distributionem ac descriptionem fecit, vt omnes ciuitates comprobarint. Itaque cùm videretur vnum quiddam ex iis rebus, quæ fieri posse non videbantur, perfecisse, maximam iustitiæ nomine gloriam consecutus est.

25. id enim commune) Thucyd. lib I. ταμιεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς καὶ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο id est ærarium eis erat Delus: & conuentus in eo templo fiebant, seu habebantur. Solebant autem veteres in fanis pecunias suas priuatas, & publicas deponere. sic infrà in Annibale. Has Gortyniis præsentibus deponit in templo Dianæ. M. Tull lib. 2 de legib. Alexãder in Cilicia deposuisse apud Solem in delubro pecuniam dicitur: & Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiæ ciuis egregius, cùm rebus timeret suis, filiarũ dotes credidit. Plautus Bacchidib. Nos apud Theo-

timum

tinum omne aurum deponimus, Qui illic ſacerdos eſt Dianæ Epheſiæ. ibidem paullo pòſt. Quin ipſa in æde Dianæ conditum eſt ibi.

26. nullum eſt cert. indicium) ſic Plutarchus ἀποφθ. βασιλ. τάξας δὲ τοὺς φόρους τοῖς Ἕλλησι, τοσούτῳ πτωχότερος ἐπανῆλθεν, ὅσον εἰς τὴν ἀποδημίαν ἀνήλωσεν. i. Cùm autem tributa Græcis deſcripſiſſet, quantum quæque ciuitas penderet, tanto pauperior rediit, quantum in peregrinationem inſumſit.

27. vt, qui efferretur) id eſt, vt vnde efferretur. vix rel. vel ex quo efferr. ſic fere loquuntur Plautus & Terentius. Efferre autem vſitatè, pro mortuum domo ad ſepulturam exportare. ſic Terent. Andria. Effertur: imus. ἐκφέρειν dicunt & Græci, ex quo ἐκφορά. Iam verò etiam Ariſtophanes in Pluto ſummam paupertatem declarare volens, ſic loquitur, Ὡς μακαρίτην, ὦ Δάματερ, τὸν βίον αὐτοῦ κατέλεξας, Εἰ φεισάμενος, καὶ μοχθήσας, καταλείψει μηδὲ ταφῆναι. i. Quàm beatã, bone deus, vitam eius prædicaſti, Si, cùm parſerit, & ærumnoſè vixerit, ne vnde ſepeliatur quidem relinquet.

28. & de comm. ærario dot. d.) ſic & Æſchines oratione κατὰ Κτησιφῶντ. in extr. Ἀριστείδην δὲ τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, οὗ τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος, &c. i. Ariſtidem autẽ, qui tributa Græcis deſcripſit, quo mortuo populus eius filias dotibus datis collocauit, &c. Plutarch. in Ariſtid. καὶ τὰς μὲν θυγατέρας ἱστοροῦσιν ἐκ τοῦ πρυτανείου τοῖς νυμφίοις ἐκδοθῆναι, δημοσίᾳ τῆς πόλεως τὸν γάμον ἐγγυώσης, καὶ προῖκα τρισχιλίας δραχμὰς ἑκατέρᾳ ψηφισαμένης, &c. i. & eius quidem filias narrant ex Prytanéo ſponſis eſſe in matrimonium collocatas, ciuitate publicè nuptias ſpondente, & in dotem ter mille drachmas vtrique decernente, &c.

PAVSANIAS.

Pauſanias[1] Lacedæmonius, magnus[2] homo, ſed[3] varius in omni genere vitæ fuit. nã vt virtutibus eluxit: ſic[4] vitiis eſt obrutus. Huius illuſtriſſimum eſt prælium apud[5] Platæas. nanque illo duce[6] Mardonius[7] ſatrapes regius, natione Medus, regis[8] gener, in primis omnium Perſarũ &[9] manu fortis, &[10] conſilij plenus, cum[11] ducentis millibus peditum, quos viritim legerat, & viginti millibus equitũ, haud ita[12] magna manu Græcia fugatus eſt: eóque ipſe dux cécidit[13] prœlio. Qua victoria elatus plurima miſcere[14] cœpit, & maiora concupiſcere. Sed primùm in eo eſt reprehenſus, quòd[15] cùm ex præda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, epigrammate ſcripto,[16] in quo erat hæc ſententia, ſuo ductu barbaros apud Platæas eſſe deletos,[17] eiúſque victoriæ ergô,

Apollini donum dedisse: hos versus Lacedæmonij[18] exsculpserunt, neque aliud[19] scripserunt, quàm nomina earum ciuitatum, quarum auxilio Persæ erant victi. Post[20] id prælium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum, atque Hellespontum miserunt, vt ex his regionibus barbarorum præsidia depelleret. Pari felicitate in ea re vsus elatius [21] se gerere cœpit, maioresque appetere res. Nam[22] cùm Byzantio expugnato cepisset[23] complureis Persarum nobileis, atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinclis publicis effugisse, & cum his Gongylum [24] Eretriensem, qui litteras regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta Thucydides[25] memoriȩ prodidit. Pausanias dux Spartæ, quos Byzantij ceperat, postquàm propinquos tuos cognouit, tibi muneri misit, seque tecum affinitate coniungi cupit. quare, si tibi videtur, des[26] ei filiam tuam nuptũ. Id[27] si feceris, & Spartam, & ceteram Græciam sub tuam[28] potestatem se adiuuante redacturum pollicetur. Horum[29] igitur siquid geri volueris, certum[30] hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur. Rex tot hominum salute tam sibi necessariorum magnopere gauisus, confestim cum epistola [31] Artabazum ad Pausaniam mittit. In qua eum collaudat, ac petit, ne[32] cui rei parcat ad ea perficiẽda, quæ pollicetur. Si fecerit, nullius[33] rei à se repulsam laturum. Huius Pausanias volũtate cognita alacrior ad rem gerendam factus, in suspicionem[34] cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto domum[35] reuocatus, accusatus capitis, absoluitur: multatur tamen pecunia. quam ob causam ad classem remissus non est. At ille pòst non multo sua sponte ad exercitum rediit, & ibi non[36] callida, sed dementi ratione, cogitata patefecit. Non[37] enim mores patrios solùm, sed etiam cultum, vestitúmque muta-

uit. Apparatu regio vtebatur,[38] veste Medica: satellites Medi & Aegyptij sequebantur: epulabatur more Persarum luxuriosius, quàm, qui aderant, perpeti possent:[39] aditum petentibus conueniendi non dabat:[40] superbè respondebat, & crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat: Colonas, qui locus in agro Troade est, se contulerat. ibi consilia cùm patriae, tum sibi inimica capiebat. Id postquàm Lacedaemonij resciuerunt, legatos[41] ad eum cum[42] scytala miserunt: in qua more illorum erat scriptum, nisi domum reuerteretur, se capitis eum damnaturos. Hoc nuntio motus, sperans se etiam pecunia & potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. huc vt venit, ab[43] ephoris in vincla publica coniectus est. licet[44] enim legibus eorum cuiuis ephoro hoc facere regi. hinc tamen se expediuit: neque eo magis carebat[45] suspicione. nam opinio manebat, eum cum rege habere societatem. Est genus quoddam hominum, quod[46] Helotes vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, seruorúmque munere fungitur. hos quoque[47] sollicitare spe libertatis existimabatur. sed quòd harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset, non[48] putabant de tali, támque claro viro suspicionibus oportere iudicari: sed exspectandum, dum se ipsa res aperiret. Interim[49] Argilius quidam, adolescentulus, quem puerum Pausanias amore Venereo dilexerat, cùm epistolam ab eo ad Artabazum accepisset, eíque[50] in suspicionem venisset, aliquid in ea de se esse scriptum, quòd[51] nemo eorum rediisset, qui super tali causa eodem missi erant: vincula[52] epistolę laxauit, signóque detracto cognouit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola, quae ad ea pertinebant, quae inter regem, Pausaniámque conuenerant. Has ille litteras ephoris tradidit.

Non est prætereunda grauitas Lacedæmoniorum hoc loco.[53] *nam ne huius quidem indicio impulsi sunt, vt Pausaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putauerunt, quàm se ipse indicasset. Itaque huic indici, quid fieri vellent,*[54] *pręceperunt. Fanum Neptuni est*[55] *Tænari, quod violari nefas putant Græci. Eò ille index confûgit: in ara*[56] *consedit. hanc iuxta*[57] *locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. huc*[58] *ex ephoris quidam descenderunt. Pausanias, vt audiuit Argilium confugisse in aram, perturbatus eò venit: quem cùm supplicem*[59] *dei videret in ara sedentem, quærit causæ quid sit tam repentini consilij. huic ille, quid ex litteris comperisset, aperit. Tanto*[60] *magis Pausanias perturbatus orare cœpit, ne enuntiaret, nec se meritum de illo optimè, proderet. quòd si*[61] *eam veniam sibi dedisset, tantísque implicitum rebus subleuasset, magno*[62] *esse ei præmio futurum. His rebus ephori cognitis, satius*[63] *putauerunt in vrbe eum comprehendi. quò cum essent profecti, & Pausanias placato Argilio (vt putabat) Lacedæmonem reuerteretur, in itinere, cùm iam in eo esset, vt comprehenderetur, è*[64] *vultu cuiusdam ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis antè gradibus, quàm qui sequebantur, in ædem Mineruæ, quæ*[65] *Chalciœcus vocatur, confûgit. Hinc ne exire posset, statim ephori*[66] *valuas eius ædis obstruxerunt, tectúmque sunt demoliti, quo facilius sub dio interiret. Dicitur*[67] *eo tempore matrem Pausanię vixisse, eámque iam*[68] *magno natu, postquàm de*[69] *scelere filij comperit, in*[70] *primis ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculauit. Hic cùm*[71] *semianimis de templo elatus esset,*

[72] *confestim animam efflauit. Cuius mortui corpus cùm*[73] *eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi, qui ad supplicium essent dati, displicuit pluribus: &*[74] *procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde posterius dei Delphici*[75] *responso erutus, atque in eo loco sepultus, vbi vitam finierat.*

PAVSANIAS.

PAusanias) Pausanias Cleombroti filius. Herod. Calliope. Thucyd. lib. I.

2. *magnus homo) sic & Cicero lib. 2. epist. ad Att epist. 2.* O magnum hominem, & vnde multo plura didiceris, quàm de Procillio. *Vsitatius tamen, magnus vir.*

3. *sed varius) significanter & proprie dictum.* Sic Cicero de Catilina in oratione pro Cælio. *Hac ille tam varia, multiplicique natura cùm omneis omnibus ex terris homines improbos, audaceisque collegerat, tum &c. mendosè autem habent alij codices, vanus.*

4. *sic vitiis est obr.) Itaque vituperat eum acerrimè* Diod. Siculus lib. XI. pag. 266. *ibi.* οὐκ ἐάσομεν τὴν Παυσανίου κακίαν, καὶ προδοσίαν ἀκατηγόρητον, *&c. id est non relinquemus Pausaniæ improbitatem, & proditionem ab accusatione intactam.*

5. *apud Platæas, Itaque crebrò eum commemorat* Herod. Calliope. *vide suprà in Aristide.*

6. Mardonius) *de quo suprà in Aristide.*

7. Satrapes) *præfectus, vox est Persica. vtitur ea &* Terent. Heautontim. *Satrapes si siet Amator numquam sufferre eius sumtus queat.* Isocr. πανηγυρ. ὑπάρχουσι οἱ καταβαίνοντες αὐτῷ εἰς τὴν θάλατταν, οὓς καλοῦσι σατράπας, *&c.* Iterum Probus *infrà ibid. & sæpe alibi.*

8. *regis gener immo vir sororis. erat enim* Mardonij *vxor,* Darij *filia,* Xerxis *soror.* Herod. lib. VI.

9. *manu fortis) sic idem* Probus *de* Datamis *patre, in princip. pater eius* Comisſares *quòd & manu fortis, & bello strenuus, &c. Idem in* Timoleonte *bis. semel de* Artaxerxe Longimano: *& eadem pag. iterum. de* Dionysio *maiore. nam & manu fortis, & belli peritus fuit.*

10. *consilij plenus) licet tamen intelligere ex* Herod. *in* Calliope, *in* Mardonio *plus fuisse audaciæ, quàm consilij, aut prudentiæ, vel ex eo loco, vbi narrat* Herodotus, *Persam quendam vnà cum* Thersandro Orchomenio *in eodem lecto accumbentem, cùm ei voluisset sententiæ suæ monumentum relinquere, dixisse ei, ex quinquaginta* Persarum *principibus, qui vnà cenarent, & ex toto exercitu* Persarum, *quem ad* Asopum *fluu. reliquissent. paucos superfuturos. Qua re audita* Thersandrum *admiratum dixisse,* Ergo *hæc* Mardonio, *& ceteris* Persarum *ducibus dicere opus est. illum autem sic respondisse,* ξεῖνε, ὅ,τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ

θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ· οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι, ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. i. hoſpes, quod diuinitus futurum eſt, nulla ratione homo auertere poteſt. Nam neque iis, qui certa & fida loquuntur, quiſquam parêre, aut fidem habere vult. Atque hæc cùm multi ex Perſis probè ſciamus, ſequimur tamen, quaſi à neceſſitate vincti. Omnium autem moleſtiarum, quæ ſunt apud homines, hæc grauiſſima eſt, multa intelligentem, nihil auctoritate valere, nulliúsque rei compotem eſſe.

11. cum ducentis) Herodotus narrat in Calliope, in Mardonij exercitu triginta fuiſſe barbarorum myriadas: Græcorum ſociorum quinque. At Diod. Siculus lib. XI. longe plureis fuiſſe refert. nempe barbarorum quinquaginta myriadas.

12. haud ita magna manu) XI. myriadibus vt vult Herod. eod. lib. i. centū decem hominum millibus. vt Dioxorus, X. myriad. id eſt centum hominum millibus.

13. cécidit) lapide ictus, vt ſuprà diximus in Ariſtid.

14. miſcere) moliri & turbare.

15. quòd cùm ex præda) Herod. hunc tripodem commemorat lib. IX.

16. in quo erat hæc ſententia) Tale fuit elegéum, ſeu epigramma, vt eſt apud Thucyd. lib. I. Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

17. eiúsque vict. ergò) id eſt & ob eam victoriam. ergō hîc productum eſt, vt docet Feſtus: & ſignificat χάριν, gratia.

18. exſculpſerunt) id eſt deleuerunt. videtur legendum potius exſcalpſerunt, quod & alius item venit in mentem. Thucyd. lib. I. ἐξεκόλαψαν.

19. neque al. ſcripſ quàm n. ear.) Thucyd. καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον, ἔστησαν τὸ ἀνάθημα: id eſt & earum ciuitatum nomina inſcripſerunt, quæ cùm ad Barbarum fugandum adiuuiſſent, donum poſuerant.

20. Poſt id prælium eund. Pauſ.) ſic Diod. Siculus lib. XI. pag. 264. ibi. Λακεδαιμόνιοι δὲ Παυσανίαν τὸν ἐν Πλαταιαῖς στρατηγήσαντα κατασκευάσαντες ναύαρχον, προσέταξαν ἐλευθεροῦν τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, ὅσαι βαρβαρικαῖς φυλακαῖς διέμενον ἔτι φρουρούμεναι. i. Lacedæmonij autem Pauſaniæ, qui ad Platæas præfuit exercitui, mandauerunt, vt vrbeis Græciæ, quæcumque barbarorum præſidiis adhuc deuinctæ eſſent, liberaret. Profectus eſt vnà cum eo & Ariſtides, triginta triremibus à populo acceptis, vt refert eod. loco Diod.

21. elatius ſe ger.) Thucyd ἦρτο.

22. Nam cum Byz.) hæc omnia ex Thucyd.

23. complur. Perſ. nob.) Thucyd. εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ, καὶ βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ ξυγγενεῖς, οἳ ἑάλωσαν ἐν αὐτῷ. i tenebant autem Byzantium Medi, & quidam regis propinqui & conſanguinei, qui in ea vrbe capti ſunt.

24. Gongylum Eretrienſem) ſic legendum, non vt alij cod. habent, Cretenſem. nam & Thucyd. & Diod. Siculus libris indicatis, & commemoratis, Eretriēſem dicunt: ad quos accedat Xenophon lib. 3. Ἑλλην. non longè à princip. ibi. δῶρον δὲ αὗται αἱ πόλεις ἦσαν παρὰ βασιλέως Γογγύλῳ, ὅτι μόνος ἐρετριέων μηδίσας ἔφυγε. i. donatæ autem fuerant hæ vrbes Gongylo, quia ſolus ex Eretrienſibus, rebus Me-

dorum fauisset, eóque nomine exsularet.

25. *Thucyd.memor. prod.)* iuuabit cum Thucydide lib.I. Probum cõparare.

26. *des ei fil t.n.)* sic loquitur in Dione: Areten Dionis vxorem alij nuptum dedit. sic Terent. Andr. Datúrne illi hodie nuptum Pamphilo?

27. *Id si feceris)* aliquanto vberius, & licentius Probus noster hîc Thucydidem interpretatus est.

28. *sub tuam potestatem)* ὑποχείριον ποιῆσαι. Thucyd eod.lib.

29. *Horum igitur si q.)* Thucyd. Εἴ σοί τι τούτων ἀρέσκει. i. si quid igitur horum tibi placet.

30. *certum hom.)* ἄνδρα πιστὸν, Thucyd.

31. *Artabazum)* Pharnaci fil. Thucyd. eod. lib. Herod lib. IX.

32. *ne cui rei parc.)* hæc Thucyd. plurib. verbis, quæ Probus in pauca contulit.

33. *nullius rei repuls.)* nihil non à se impetraturum.

34. *in suspicionem cécidit)* accusatus est à Peloponnesijs. Diod. Siculus lib. XI. Sic autem locutus est & Cicero. or. pro Milone, ibi, multi autem hæc timentes in suspicionem caderent. & Philipp. XI. quia in eandem cadere suspicionem collega, vir clarißimus, non potest.

35. *domum reuocatus)* Thucyd. lib. eod. λακεδαιμόνιοι αἰ εκάλεσαν αὐτόν: id est Lacedæmonij eum reuocarunt.

36. *& ibi non callida, sed d.r cogitata p)* sic restitui ex Thucyd. pro quo vulgati codices habebant mendosè, cognita pat. sic autem ille, δῆλ' ἔργοις βραχέσι προυδήλου, ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐσέπειτα ἔμελλε πράξειν i. sed factis paruis declarabat, ac præ se ferebat quas res postea maioris momẽti agere cogitaret. Quidam legi præterea hîc volunt, calida, id est præcipiti, feruida, inconsiderata. à quibus dissentio. nam idem fere diceret.

37. *Non enim mores patr.)* hæc breuiter Thucyd. quæ Probus copiosè persequitur. Herodotus tamen lib. IX narrat, Pausaniam apparatum & luxum Persicum irrisisse potius, quàm æmulatum esse.

38. *veste Medica,* id est Persica, Athen lib. 12. Παυσανίας ὁ τῆς Σπάρτης βασιλεὺς καταθέμενος τὸν πάτριον τρίβωνα, τὴν περσικὴν ἐνεδύετο στολήν. id est Pausanias rex Lacedæmoniorum, posito panno patrio, amictum Persicum induit. Sed quòd Xenophon in Cyri pæd. lib. I Persarum victum, cultúmque, tenuem & frugalem fuisse narrat: id fuit antequàm Medi à Persis subacti essent. postquàm verò vnũ Medorum & Persarum fuit imperium, luxuriam Medorum Persæ arripuerunt. Itaque apud scriptores Latinos sæpe Medi pro Persis ponuntur, quia vnius imperio parebãt. Horat. oda vltima lib. I. Persicos odi, puer, apparatus. Idem eod. lib. oda. 2. Neu sinas Medos equitare inultos Te duce Cæsar. Catull. ad Hortal. Cùm Medi irrupere nouum mare, &c.

39. *aditum petent. conu.)* Thucyd. δυσπρόσοδόν τε αὐτὸν παρεῖχε: id est difficilem se aditu, seu ad adeundum præbebat. hanc Pausaniæ superbiam, insolentiam, crudelitatem, sæuitiam pulchrè describit Plutarchus in Aristide. Quin cùm Aristides aliquando Pausaniam monere & docere voluisset, tradit Plutarchus, eum vultu obducto, & contracta fronte, illi respõdisse, se nõ esse vacuũ, & audire noluisse.

40 *superbè resp.) ferociter respondebat.Cicero Philipp. de Antonio, superba responsa. Horat.epist.1.lib.1. An qui fortunæ te responsare superbè Liberum & erectum.&c. sic enim legunt docti quidã, non superbæ. obserua autem hic ὁμοιο-τέλευτα, dabat, respondebat, imperabat, nolebat.*

41. *leg.atos) Thucyd. κήρυκα i. nuntium.*

42. *cum scytala) quid esset scytala docet Plutarchus in Lysandro. Thucyd. interpres, lib.1 Gellius lib.17.cap.9. sic Plutarchus, vt quidẽ nos vertimus in quàm paucissima conferentes. Vbi nauarchũ, aut imperatorẽ miserunt Ephori, ex duob. lignis teretib. æquali crassitudine, & longitudine, alterum ipsi seruant, alterum dant ei qui mittitur, atque hæc ligna scytalas vocant. Cùm igitur reconditum aliquid imperatori, aut præfecto significare volunt, membranam, aut chartam, vt lorum, longam, & angustam redditam, ei scytalæ, quam domi habent, circumdant nullo interuallo relicto, sed totius ligni libramẽto charta, seu membrana ita secta cooperto. quo facto, quod volunt in ea membrana ita ligno circumdata inscribunt. eam detractam, sine ligno ad imperatorem mittunt. ille autem acceptum lorum; quod nomine ligni, quod eam continet, scytala appellatur, legere aliter nõ potest, quia litteræ sunt diuulsæ, nisi lignum, quod habet apud se, adhibuerit, & ei lorum, seu membranam circumdederit. tum enim litteræ suo loco, suóque ordine positæ cõmodè legi possunt. Thucydidis scholiastes sic. ἡ δὲ σκυτάλη, ξύλον στρογγύλον ἐξεσμένον, ἐπιμῆκες. δύο δὲ παρὰ λακεδαιμονίοις ὑπῆρχον σκυτάλαι, καὶ τὴν μὲν μίαν κατεῖχον οἱ ἔφοροι τῶν λακεδαιμονίων· τὴν δὲ ἑτέραν τῷ ἐκπεμπομένῳ τῶν στρατηγῶν παρεῖχον. καὶ ὁπότε ἐβούλοντο ἐπιστεῖλαι αὐτῷ, φέροντες ἱμάντα λευκὸν περιεῖλον τὴν σκυτάλην, καὶ ἐπὶ τοῦ ἱμάντος ἔγραφον, καὶ ἀνελίξαντες παρεῖχον τὸν ἱμάντα τῷ διαφέροντι. τοῦτο δὲ ἐποίουν ἵνα μὴ μάθωσιν οἱ ἀποφέροντες τὰ ἐν τῷ ἱμάντι γεγραμμένα. ὁ δὲ στρατηγὸς λαβὼν τὸν ἱμάντα, τῇ ἑαυτοῦ σκυτάλῃ περιειλίσσει, καὶ ἐγίνωσκε τὴν τῶν γραμμάτων περιοχήν. i. Erat autem scytala lignum rotundum, rasum, oblongum. duæ autem erant Lacedæmoniis scytalæ: quarum alteram retinebant Ephori Lacedæmoniorũ: alteram ei prætori, qui mittebatur in prouinciam, dabant: & cùm ad eum scribere volebant, membranam candidam in lora dissectam scytalæ circumplicabant: atque in mẽbrana scribebant. eámque reuolutam ac replicatam ei, qui perlaturus erat, dabãt. hoc autem faciebant, ne tabellarij quæ scripta essent, cognosceret. Prætor acceptũ lorum suæ scytalæ circumdabat, & litterarum sententiam cognoscebat. Consentanea his sunt ea, quæ refert Gellius lib.17, cap.9. vbi scytalas illas, surculos appellat tereteis, oblongulos, pari crassamento, eiusdem longitudinis. Iam quòd in quibusdam libris scriptum est, lancea, in aliis, lana, errata puto esse ex annotationibus orta.*

43. *ab Ephoris) licebat enim Ephoris etiam regem in vincula conicere, vt ait Thucyd. lib.1. ibi. ἔξεστι δὲ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο, nempe εἰς εἱρκτὴν ἐμβάλλειν, quæ sunt fere ad verbum à Probo sic expressa, Licet enim legibus eorum, cuiuis Ephoro hoc facere regi. Sic & Xenophon Lacedæm. polit. ἔφοροι οὖν ἱκανοὶ μὲν εἰσὶ ζημιοῦν ὃν ἂν βούλωνται. κύριοι δὲ ἐκπράττειν παραχρῆμα: κύριοι καὶ ἄρχοντας μεταξὺ καὶ καταπαῦσαι, καὶ εἶρξαί γε, καὶ περὶ τῆς ψυχῆς εἰς ἀγῶνα καταστῆσαι. &c. i. Ephori igitur possunt in quem velint, multam constituere: penes eos autem potestas est*

stas est cogendi, vt continuò multam irrogatam soluat. penes eosdem potestas est magistratum, interea dum magistratu fungitur, abdicãdi magistratu, & in carcerem coniiciẽdi, eique periculum capitis creãdi. ijdem etiam quotidie rerum contrahendarum controuersias disceptant, & diiudicant. Ephororum potestatem atque auctoritatem multis verbis persequitur, & multis partibus exagitat Aristoteles lib.2.cap.7.polit. Plato lib.3.de Legib. ait Ephororum potestatem, tãquam frenum iniectum esse regum imperio. Idem lib.4. Ephororum potestatem ait mirificè esse tyrannicam. M.Tull.lib.3.de Legib. Quare nec Ephori Lacedæmonij sine causa à Theopompo sunt oppositi regibus, nec apud nos consulibus tribuni.

44. licet enim legib.eor.) hæc sunt fere ex Thucydide ad verbum expressa, vt suprà indicauimus.

45. suspicione) ex antiquæ scripturæ vestigiis, quæ exstant in antiquis editionibus, suspicor legendum, suspectione. qua voce veteres libentius vtebantur.

46. Helotes) εἵλωτες. de his Aristot.lib.2.polit.cap.7. helotes, inquit, perpetuò veluti casibus eorum aduersis insidiantes imminent. (sic enim vertimus) de iisdem Plato lib. VI. de Legib. Erant autem helotes Lacedæmoniis, iidem, qui penestæ Thessalis, serui quidam publici, agris arandis & colendis præfecti: quod & testatur Probus, & declarat illud Cleomenis apud Plutarch. apophth. Lacon. Κλεομένης ὁ Ἀναξανδρίδου τὸν μὲν Ὅμηρον λακεδαιμονίων εἶναι ποιητὴν ἔφη, τὸν δὲ Ἡσίοδον τῶν εἱλώτων· τὸν μὲν γὰρ ὡς χρὴ πολεμεῖν, τὸν δὲ ὡς χρὴ γεωργεῖν, παρηγγελκέναι. i. Cleomenes Anaxandridæ fil. Homerum Lacedæmoniorum poëtam esse dicebat: Hesiodum helotum: illum enim quomodo bellandum: hunc quomodo arandum, præcepta dedisse. Idem Plutarch. ibidem cùm ostendere vellet, Lycurgum Lacedæmoniis otiandi facultatem amplißimam dedisse: nullam enim artem illiberalem ac sordidam eis licebat exercere, inquit: cùm autem studium rei faciendæ, & pecuniæ quærendæ, plenum molestiæ sit, ne hoc quidem eis opus erat, quia Lycurgus diuitias non fecit apud eos expetendas, neque honoratas. Iam verò helotes agros eis colebant, mercede accepta antiquitus præstituta. lege autem vetitum erat pluris locare, vt illi quidem lucrum facientes, libentius colerent: hi verò nihilo plus desiderarent. Suidas tradit Helotas esse dictos ab oppido quodam Peloponnesi, cui nomen est Ἕλος, quòd aliquot captiui quondam in eo oppido, vt ibi habitarent, fuerunt collocati. Ex quibus, qui postea nati sunt serui, helotes sunt appellati.

47. hos quoque sollicitare) id est labefactare, & quasi solo & loco mouere.

48. non putabãt de tali) sic Thucyd. vt nos quidẽ vertimus: ne helotibus quidẽ credi rati oportere, æquũ esse nõ iudicarunt, quicquam noui in eum facere, institutum suum secuti, ne celeres essent in viro Spartiata. sine indiciis certis, & controuersia carentibus, ad aliquid, quod mutari non posset, in eum decernendum.

49. Argilius quidam adolesc.) Thucyd. ἀνὴρ Ἀργίλιος, παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ, καὶ πιστότατος ἐκείνῳ. id est vir nomine Argilius, quem quondam Pausanias in deliciis habuerat: quique erat illi fidißimus.

50. eique in susp.) id est, & cùm is Argilius suspicatus esset, &c. sic dictum, vt illud, Mihi in mentem venit.

51. quòd nemo eor. red) sic Thucyd. ὅτι οὐδείς πω τῶν πρὸ ἑαυτοῦ ἀγγέλων πάλιν

ἀφῖκτο. id est quia nullus eorum nuntiorũ, qui antè missi erant, reuersus erat. Tale est illud Horatianum epist. I. lib. I. Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Respondit, referam: quia me vestigia terrent Omnia, te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

52. vincula epist. lax.) Thucydides, λύει τὰς ἐπιστολάς. Diod. Siculus, ἀνέῳξε τὰς ἐπιστολάς.

53. nam ne huius quidem) aliam rationem affert Diod. Siculus, nempe quia litteras apertas tradiderat. τούτων δὲ ἀπιστουμένων διὰ τὸ ἀνεῳγμένας αὐτῷ τὰς ἐπιστολὰς ἀναδεδόσθαι.

54. præceperũt) hunc indicẽ docuerũt. sic suprà locutus est: ídque indicauimus.

55. Tænari) Tænarus, promuntorium, & vrbs in finib. agri Lacedæmonij, vbi aiunt esse Orci ianuam. Horat. oda 34. lib. I. & inuisi horrida Tænari Sedes.

56. in ara conf.) ad aras confugiebant, qui sibi timebant, & serui, & liberi. Plaut. Mostellaria. Tran. Ego interim hanc aram occupabo. Terent. Heautontim. Ne te admisce. nemo accusat Syre te. nec tu aram tibi, Neque precatorem pararis. Virgil. lib. Æn. 2. Ædibus in mediis, nudóque sub ætheris axe Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus Incumbens aræ, atque vmbra complexa penates. Hîc Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum, &c. Ibidem de Helena, Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros, Et pœnas Danaûm, & deserti coniugis iras Permetuens, Troiæ & patriæ communis Erinnys, Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat. Erat autem in foro curiæ ara, vt declarant illa Xenophontis lib. 2. de reb. Græcor. ad quam Theramenes à Critia oppressus cõfugit. ἀκούσας ταῦτα ὁ Θηραμένης, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, καὶ εἶπεν, &c. sequitur paullo pòst, καὶ τοῦτο μὲν, ἔφη, μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἀγνοῶ, ὅτι οὐδέν μοι ἀρκέσει ὅδε ὁ βωμός. id est Atque hoc quidem, inquit, non ignoro, hanc aram mihi præsidio non futuram.

57. locum fecerunt sub t.) Thucyd. διπλῆν διαφράγματι καλύβην, duplex pariete interposito tugurium, seu latibulum. Non satis hoc expreßit Cornelius. Diod. Siculus, διπλῆν σκηνὴν περιεβάλετο. i. duplex tabernaculum circumdedit, seu circumposuit. Quo fit vt fere assentiar iis, qui specum pro, locum, scribendum censent. verum tamen nihil mutare ausim sine auctoritate codicum veterum. Tangit hoc Pausaniæ indicium M. Tull Topicis, his verbis, Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt: vt Staleno nuper áccidit, qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus, pariete interposito, quibus patefactis, in iudiciúmque prolatis rei capitalis iure damnatus est. huic simile quiddam de Lacedæmonio Pausania accepimus. hanc iuxta autem, id est iuxta hanc. ἀναστροφῇ.

58. huc ex Ephoris quid. desc.) Thucyd. ἐς ἣν τῶν τε ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε. i. in quod Argilius quosdam ex Ephoris abdidit. Diod Siculus. καὶ τοὺς μὲν ἐφόρους, καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν τινὰς ἔκρυψε. i. & Ephoros, aliorúmque Spartiatarum nonnullos in eo tabernaculo occultauit. 59. dei) Neptuni.

60. tanto magis Paus) vel sic legendum, vel multo magis, vt quidam testantur in codicib. antiq. esse scriptum.

61. Quòd si eam ven. sibi ded.) id est quòd si hoc sibi conceßisset, &c. sic locutus est suprà in Themistocle.

62. *magno esse ei pr. fut.) malim legi, magno id ei premio futurum.* Diod. Sicul. ἔτι δὲ δεηθέντος ὅπως συγκρύψῃ, καὶ δωρεὰς μεγάλας ὑπισχνουμένου. i. *preterea cùm orasset* Pausanias, *vt rem celaret, magnáque ei præmia promitteret, &c.*

63. *satius put. in vrbe eum compr.)* Thucyd. ἐν τῇ πόλει τὴν σύλληψιν ἐποιοῦντο. i. *eum in vrbe comprehendebant: vel, vt magis ad verba accedam, comprehensionem eius in vrbe faciebant.*

64. *è vultu cuiusdam ephor.) sic* Thucyd. λέγεται δὲ αὐτὸν μέλλοντα συλληφθήσεσθαι ἐν τῇ ὁδῷ, ἑνὸς μὲν τῶν ἐφόρων τὸ πρόσωπον προσιόντος ὡς εἶδε, γνῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει· ἄλλου δὲ νεύματι χρησαμένου, καὶ δηλώσαντος εὐνοίᾳ, πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς χαλκιοίκου χωρῆσαι δρόμῳ. i. *Aiunt autem, eum, cùm inibi esset vt comprehenderetur in via, vt vnius ephori ad se accedentis vultum animaduertit, quamobrem veniret, cognouisse: cùm autem alius innuisset, & beneuolentia adductus quid ageretur, indicasset, illum cursim in ædem Mineruæ Chalciœci confugisse.*

65. *in ædem Min. quæ Chalc. voc.) sic* Thucyd. πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς χαλκιοίκου. & Diod. Sicul. εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου. *Mineruam Chalciœcum commemorant multi alij scriptores, in his* Lycurgus *oratione in Leocratem, quo loco de hac eadem re loquitur.* Παυσανίαν γὰρ τὸν βασιλέα αὐτῶν προδιδόντα τῷ Πέρσῃ τὴν ἑλλάδα λαβόντες, ἐπειδὴ ἔφθασε καταφυγὼν εἰς τὸ τῆς χαλκιοίκου ἱερόν, τὰς θύρας ἀποικοδομήσαντες, καὶ τὴν ὀροφὴν ἀποσκευάσαντες, καὶ κύκλῳ περιστρατοπεδεύσαντες οὐ πρότερον ἀπῆλθον, πρὶν λιμῷ ἀπέκτειναν. i. *Cùm enim* Pausaniam *regem suum Græciam regi Persarum prodere cogitasse comperissent, posteaquàm ille in templum Mineruæ Chalciœci confugit, prius, quàm comprehensus esset: templi foribus obstructis, & tecto sublato, & templo hominibus circumsesso, ac circumuallato, non prius discesserunt, quàm eum fame necauissent.* Plutarch. *in* Lycurgo. ἀρχομένης δὲ τῆς ταραχῆς ὁ βασιλεὺς χαρίλαος φοβηθεὶς ὡς ἐπ' αὐτὸν ὅλης τῆς πράξεως συνισταμένης, κατέφυγε πρὸς τὴν χαλκίοικον. i *oriente autem motu & turba, rex* Charilaus *metu perterritus, tanquam re tota in eius caput redundante, in ædem Mineruæ Chalciœci confugit. quem locum tamen is, qui Gallicè Plutarchi vitas interpretatus est, non satis rectè vertit patrio sermone,* Dedans le temple de Iuno surnōmé Chalciœcos: *quæ verba Latinè reddita hanc sententiam continent, In templum Iunonis, cognomento Chalciœcum dictum. Nam primum templum erat Mineruæ, non Iunonis: deinde Minerua ipsa dicitur Chalciœcus, non eius templum, quamquam quòd ad hoc posterius attinet,* T. Liuij *auctoritate defendi potest lib. XLV. annalium, vbi huius Mineruæ templum æreum dicit.* Idem Plutarch. περὶ παραλλ. ἑλλ. καὶ ῥωμ. *de hoc* Pausaniæ *facto, & casu loquens,* φωραθέντος δὲ τούτου (Παυσανίου) Ἀγησίλαος ὁ πατὴρ μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς χαλκιοίκου συνεδίωξεν Ἀθηνᾶς, καὶ τὰς θύρας τοῦ τεμένους πλίνθῳ φράξας, λιμῷ ἀπέκτεινεν· ἡ δὲ μήτηρ καὶ ἄταφον ἔρριψεν. i. *deprehensum autem* Pausaniam Agesilaus *pater vsque ad templum Mineruæ Chalciœci cum aliis persecutus est. eius autem mater etiam inhumatum proiecit. Idem in* Agide & Cleom. τῶν δὲ βασιλέων ὁ μὲν Ἆγις ἐπὶ τὴν χαλκίοικον κατέφυγεν, ὁ δὲ Κλεόμβροτος &c. Ælianus *lib. 9. variæ historiæ, ad extr. de hoc ipso* Pausania. ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ χαλκιοίκῳ, καὶ διεπάλαιε τῷ λιμῷ, καὶ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν ἀνθρώπων ἀγριώτατα, &c. i. *Posteaquàm autem confugerat iam ad ædem Mineruæ Chalciœci, & cum fame*

luctabatur, & moriturus erat mortalium acerbißimè, &c. T. Liuius lib. 45 annalium: Ætoli circa Chalciœcon (Mineruæ est templum æreum) congregati cædũtur. Suidas. χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ, ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τοὺς χαλκιδεῖς, τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ φυγάδας αὐτὴν κτίσαι. i. Chalciœcus Minerua Spartana, vel quòd domum æream habebat, vel quòd Chalcidenses, qui sunt in Eubœa, exsules, id templum condiderant. Iterum Plutarch. ἀποφθ. λακων. δύο δὲ τινῶν διαιτητὴν αὐτὸν λαβόντων, ἀγαγὼν εἰς τὸ τῆς χαλκιοίκου τέμενος ἐξώρκισεν ἐμμένειν τοῖς κριθεῖσιν αὐτοῖς. i. cùm duo quidam eum (Archidamum) sumsissent arbitrũ, ille eos in templũ Mineruæ Chalciœci perductos iurare coëgit, staturos rebus iudicatis. Idẽ ibid. infrà de Agide. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἔφθασεν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς καταφυγών, &c. Polyb. lib. 4 δι᾽ ἃ δὴ συλλαλήσαντές τισι τῶν νέων, ἐκήρυξαν εἰς τὸ τῆς χαλκιοίκου τέμενος μετὰ τῶν ὅπλων ἰέναι τοὺς ἐν ἡλικίᾳ. i. propter quas causas cum quibusdam iuuenibus collocuti, proclamari per præconem iusserunt, vt omnes ætate corroborata in templum Mineruæ Chalciœci cum armis concurrerent. Pausanias Laconicis, pag. 15. ἐνταῦθα Ἀθηνᾶς ἱερὸν πεποίηται, πολιούχου καλουμένης, καὶ χαλκιοίκου τῆς αὐτῆς: id est hîc Mineruæ templum factum est, quæ Poliuchus, & Chalciœcus eadem appellatur.

66. valuas eius ædis obstrux.) sic Lycurgus, cuius verba suprà posui. & Thucyd. μετὰ δὲ τοῦτο τοῦ τε οἰκήματος τὸν ὄροφον ἀφεῖλον, καὶ τὰς θύρας, ἔνδον ὄντα τηρήσαντες αὐτὸν, καὶ ἀπολαβόντες εἴσω, ἀπῳκοδόμησαν. προσκαθεζόμενοί τε ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. i. postea autem templi tectum deripuerunt, & valuas, eo intus retento atque asseruato, obstruxerunt, & aßidentes fame eum expugnarunt.

67. dicitur eo tempore matrem) more Græcorum locutus est. sic enim Thucyd. eod. loco. λέγεται δ᾽ αὐτὸν μέλλοντα ξυλληφθήσεσθαι, &c. quem locum suprà protulimus. & Diod. Siculus hanc ipsam rem narrans, λέγεται τὴν μητέρα τοῦ Παυσανίου κατανοήσασαν εἰς τὸ ἱερὸν ἄλλο μὲν μηδὲν μήτε εἰπεῖν, μήτε πρᾶξαί τι, πλίνθον δὲ βαστάσασαν ἀναθεῖναι κατὰ τὴν εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον. i. dicitur autem matrem Pausaniæ cùm se ad templum contulisset, nihil aliud neque dixisse, neque egisse, præterquàm quòd laterem eò deportatum coniecit in templi aditum. & Plutarch. in Cimone, λέγεται δὲ παρθένον τινὰ Βυζαντίαν ἐπιφανῶν γονέων, &c. Vt igitur ad id, quod dicere cœperã, reuertar, sic Latini loqui solent, Dicitur mater dixisse, aut fecisse: vel dicunt matrem dixisse, &c. non, dicitur matrem dixisse, &c.

68. eámque iam magno natu) malim legi, magnam natu, vt alibi loquitur.

69. de scelere) propriè, & benè Latinè dixit, est enim scelus patriam prodere, hominem interficere scelus est. denique quicquid impiè fit, vt in patriam, aut parenteis, aut deum, & quod manus contaminat, vt cædes, id scelus est.

70. in primis ad claudendum fil.) huc etiam pertinet exemplum paullo antè ex Diod. positum.

71. Hic cũ semianimis) vtitur hoc nomine Cic. in Mario: ex quo proferũtur versus aliquot lib. I. de diuinatione. vtitur & Virgil lib. IIII. Æn. Semianimémque sinu germanam amplexa fouebat: & præterea alibi.

72. confestim anim. effl.) Thucyd. καὶ ἐξαχθεὶς ἀπέθανε παραχρῆμα. sed Xenophon lib. 3. de reb. Gr. in extr. Pausaniam scribit damnatum Tegeam profugisse, ibique morbo confectum, mortuum esse.

73. cùm eodem nonnulli dicer. &c.) sic Thucyd. καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν εἰς τὸν καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεσαν. ἔπειτα ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι. i. atque eum fuerunt in Caeadam coniecturi, quò maleficos coniicere soliti erant: sed postea visum est in propinquum aliquem locum defodere. quidam libri habent, eodem loci.

74. & procul) prope Caeadam. Thucyd.

75. dei Delphici) Apollinis. ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τόν τε τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν, οὗπερ ἀπέθανε, καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ προτεμενίσματι, ὃ γραφῇ στῆλαι δηλοῦσι. i. Deus autem Delphicus & vt corpus Pausaniae in eum locum, vbi mortuus est, transferrent, consulentibus Lacedaemoniis respondit, & nunc positum est in vestibulo templi, quod cippi scriptura declarant. Diod. Siculus tradit, corpus propinquis esse condonatum & concessum, vt id sepulturae mandarent: sed Apollinem Lacedaemoniis iratum, quòd supplicum perfugium violassent, consultum respondisse, supplicem deo restitui oportere: quod cùm fieri non posse viderent: pro vno corpore viuo, duas statuas Pausaniae posuisse. Herodotus autem de concesso propinquis Pausaniae corpore nullum verbum facit, sed deum consultũ iussisse Lacedaemonios duo corpora pro vno Mineruae Chalciaeco reddere: illos autem oraculum sic interpretatos esse, vt pro vno Pausania necato, duas Pausaniae statuas dedicarent.

CIMON.

Cimon Miltiadis filius Atheniensis,[1] duro admodum initio vsus est adolescentiae. nam cùm pater eius litem [2] aestimatam populo soluere non potuisset, ob eámque causam in[3] vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodia tenebatur, neque legibus Atheniensibus emitti poterat, nisi[4] pecuniam, qua pater multatus esset, soluisset. Habebat[5] autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen, non[6] magis amore, quàm patrio more, ductus. nã[7] Atheniensibus licet eodem patre natas vxores ducere. Huius coniugij cupidus Callias[8] quidam, non tam generosus, quàm pecuniosus, qui magnas pecunias ex[9] metallis fecerat, egit[10] cum Cimone, vt eam sibi vxorem daret. id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is[11] cùm talem condicionem aspernaretur, Elpinice negauit se passuram Miltiadis progeniẽ in vinclis publicis interire:[12] quoniámq; prohibere posset, se Calliae nupturam, si ea, quae polliceretur, praestitisset.

Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum peruênit. Habebat[13] enim satis eloquentiæ,[14] summam liberalitatem, magnam prudentiam cùm iuris ciuilis, tum [15] rei militaris, quòd cum patre à puero in exercitu fuerat versatus. Itaque hic & populum vrbanum in sua tenuit potestate, & apud exercitum plurimùm valuit auctoritate. Primùm imperator apud [16] flumen Strymona magnas copias [17] Thracum fugauit: oppidum[18] Amphipolim constituit, eóque decem millia Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud[19] Mycalen Cypriorum & Phœnicum ducentarum nauium classem deuictam cepit. eodémque die pari fortuna in terra vsus est. nanque[20] hostium nauibus captis, statim ex classe[21] copias suas eduxit, barbarorum vno concursu maximam vim prostrauit. Qua victoria magna[22] præda potitus cùm domum reuerteretur, quòd iam nonnullæ insulæ propter acerbitatem imperij defecerant, [23] bene animatas confirmauit, alienatas ad officium[24] redire coëgit.[25] Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quòd [26] contumacius se gesserat,[27] vacuefecit:[28] sessores veteres vrbe, insuláque eiecit:[29] agros ciuibus diuisit:[30] Thasios opulentia fretos, suo aduentu fregit. His è manubiis Athenarum arx, quà[31] ad meridiem vergit, est ornata. Quibus rebus cùm vnus in ciuitate maxime floreret[32] incidit in eandem inuidiam, quam pater suus, ceteríque Atheniensium principes. nam testarum suffragiis,[33] quod illi ostracismum vocant, decem annorum exsulio multatus est.[34] Cuius facti celerius Athenienseis, quàm[35] ipsum, pœnituit. nam cùm ille forti animo inuidiæ ingratorum ciuium cessisset, bellúmque Lacedæmonij Atheniensibus indixissent, confestim notæ eius virtutis desiderium consecutum est. Itaque post[36] annum quintum, quo

expulſus erat, in patriam[37] reuocatus eſt. Ille quòd[38] hoſpitio Lacedæmoniorum vtebatur, ſatius[39] exiſtimans eos, & cíueis ſuos inter ſe vna voluntate conſentire, quàm armis contendere, Lacedæmonem ſua ſponte eſt profectus, pacémque inter duas potentiſsimas ciuitates conciliauit. pòſt neque ita multo in[40] Cyprum cum ducentis nauibus imperator miſſus, cùm eius maiorem partem inſulæ deuiciſset, in morbum[41] implicitus, in oppido[42] Citio eſt mortuus. Hunc Athenienſes non ſolùm in bello, ſed in pace diu deſiderauerunt. Fuit[43] enim tanta liberalitate, cùm compluribus locis prædia, hortóſque haberet, vt[44] numquam eis cuſtodem impoſuerit fructus ſeruandi gratia, nequis impediretur, quo minus eius rebus, quibus vellet, frueretur. Semper[45] eum pediſequi cum nummis ſunt ſecuti, vt, ſiquis opis eius indigeret, haberet, quod ſtatim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe, cùm aliquem offenſum[46] fortuna videret minus[47] bene veſtitũ, ſuum[48] amiculum dedit. Quotidie ſic cena ei coquebatur, vt,[49] quos non vocatos vidiſset in foro,[50] omneis deuocaret: quod[51] facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit. multos locupletauit: complureis pauperes mortuos, qui,[52] vnde efferrentur, non reliquiſsent, ſuo ſumtu extulit. Sic ſe gerendo minimè eſt mirandum, ſi & vita eius fuit[53] ſecura, & mors acerba.

CIMON.

Dvro) laborioſo, & ærumnoſo. ſic Sueton. Tiberio, non longè à principio. Infantiam habuit laborioſam & exercitam. ſic enim legendum, non, vt vulgò, luxurioſam & exercitatam. quamquam exercitatam, pro exercitam, id eſt vexatam, & fatigatam ferri poteſt: ſed luxurioſam, nullo modo: ídque cùm vidiſſet non ita pridem vir clariß. Err. Memmius, reperißétque in vno codice ſuo manuſcripto, laxorioſam, valde ἀπόχως nuper cùm eius domi eſſem repo-

nendum esse iudicauit, laboriosam: quo modo ei in meo codice iam ab illo tempore, quo in Italia primùm commoratus sum, emendatum, postridie quàm mihi locum illum Suetonij ostendisset, suámque coniecturam exposuisset, indicaui.

2. litem æstimatam) quinquaginta talentis. suprà in Miltiade litis æstimationem. Græci τίμημα appellant.

3. in vinculis publ. decess.) suprà in Miltiade.

4. nisi pecuniam, qua pat.) atqui tradit Herodotus, Cimonem hanc pecuniam soluisse, his verbis, τὰ δὲ ἑξήκοντα τάλαντα. ἐξέτισε ὁ παῖς αὐτοῦ Κίμων: id est sexaginta autem talenta exsoluit eius filius Cimo.

5. Habebat autem in matrim.) nodus inexplicabilis. nam quod hîc dicit Æmilius Probus, seu Cornelius Nepos, Cimonem instituto, & more patrio fecisse, alij fere omnes dicunt contra leges, & iura esse factum, eóque nomine per testulam è ciuitate ad aliquot annos pulsum esse. Andocides in oratione contra Alcibiadē. ἀναμνήσθητε δὲ καὶ τοὺς προγόνους, ὡς σώφρονες καὶ ἀγαθοὶ ἦσαν, οἳ τοῦς ἐξωστράκισαν τὸν Κίμωνα διὰ παρανομίαν, ὅτι τῇ ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ συνῴκησε. i. recordamini autem etiam maiorum vestrorum, quàm frugi, & boni viri essent: qui Cimonem per testulam è ciuitate ad tempus exterminarunt, propterea quòd contra leges commisisset in eo, quòd sororem suam vxorem duxisset. Plutarch. in Cimone εἰσὶ δὲ οἳ τὴν Ἐλπινίκην οὐ κρύφα τῷ Κίμωνι, φανερῶς δὲ γημαμένην συνοικῆσαι λέγουσιν, ἀξίου τῆς εὐγενείας νυμφίου, διὰ τὴν πενίαν ἀποροῦσαν. i. Sunt autem qui Elpinicem non furtim & occultè cum Cimone concubuisse, sed aperte & palam ei nupsisse dicunt. Idem Plutarch. περὶ τῆς ὑπὸ Στησιβροτ. ὑμ. εἰ δὲ ὡς ἡ τύραννον ἀπήλλαξε Μιλτιάδην ἐν Χερρονήσῳ πρότερον, ἢ Κίμωνα συνόντα τῇ ἀδελφῇ δόξας ἔχειν, & c. quem locum supra in Miltiade protulimus. Athen lib. 13. καὶ Κίμωνος δ᾽ Ἐλπινίκῃ τῇ ἀδελφῇ παρανόμως συνόντος, εἶθ᾽ ὕστερον ἐκδοθείσης Καλλίᾳ, καὶ φυγαδευθέντος, μισθὸν ἔλαβε τῆς καθόδου αὐτοῦ ὁ Περικλῆς τὸ τῇ Ἐλπινίκῃ μιχθῆναι. i. Et cùm Cimo contra leges cum Elpinice sorore rem habuisset (quæ deinde cum Calliæ in matrimonium collocata est) & in exsulium pulsus esset, reditus eius mercedem accepit Pericles, concubitum Elpinices. Suidas. Κίμων Ἀθηναῖος. ἐπεὶ τῇ ἀδελφῇ Ἐλπινίκῃ συνεκοιμήθη, διεβλήθη πρὸς τοὺς πολίτας. καὶ διὰ τοῦτο ἐξωστρακίσθη πρὸς τῶν Ἀθηναίων. i. Cimo Atheniensis hic quòd cum sorore Elpinice concubuisset, in crimen vocatus est apud ciueis suos: atque iccirco ab Atheniensibus per testulam in exsulium ad certum tempus pulsus est Idem Suidas in voce ὄστρακον. Ex iis, quæ protulimus, intelligere licet, siue Cornelium, siue Æmilium, vel alios historicos, qui non exstent, secutum, hæc, tradidisse, vel lapsum esse. Nam quòd quidam dicunt, Cimonem iccircò in exsulium pulsum esse, quòd non contracto matrimonio, cum sorore rem habuit: non expediunt hunc nodum. Nam disertè dicit Probus Cimonem habuisse sororem germanam in matrimonio. Atque ita pugnant ea, quæ traduntur à Probo, cum aliorum scriptis, & sententiis, si hoc scripserunt & senserunt, Cimonem non contractis nuptiis cum sorore germana concubuisse.

6. non magis amore) venusta paronomasia.

7. nam Atheniensib. licet eod. patre) hoc fortasse spectauit Probus. lex erat Athenis, vt orbæ proximis cognatis nuberent: & eadem lege illi orbas cognatas du-

cere

uere iubebantur. Hanc legem commemorat Terentius Phorm. Lex est, vt orbæ, qui sint genere proximi, his nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet. Idem Adelph. hæc virgo orba est patre. Hic meus amicus illi genere est proximus: Huic leges cogunt nubere hanc. Fortunatianus lib. I. rhetoric. Ius in posterum quemadmodum fit? Cùm ex præsenti iudicio constituitur, quod postea sit obseruandum, vt: Lex est, orba proximo nubat: vel, si eam noluerit in matrimonium ducere, det X. millia. &c.

8. Callias quidam) Plutarch. in Aristide hunc Calliam omnium mortalium tradit crudelißimum, legúmque negligentißimum fuisse, & barbarum quẽdam hominem, qui ei aurum in terra defossum indicarat, occidisse, vt aurum liberè, atque impune tollere posset indice necato: atque iccirco λακκόπλουτον, & eius posteros λακκοπλούτους esse dictos. eundem commemorat in Cimone. Lege & Suidam in voce λακκόπλουτος.

9. ex metallis) ex argenti fodinis.

10. egit cum Cimone) verba fecit, seu locutus est cum Cimone. nam qui loquitur, agit.

11. Is cùm tal. cond. asper.) Plutarchus contrà, ἐπεὶ δὲ Καλλίας τῶν εὐπόρων τις ἐρασθεὶς προσῆλθε, τὴν ὑπὸ τοῦ πατρὸς καταδίκην ἐκτίσειν ἕτοιμος ὢν πρὸς τὸ δημόσιον, αὐτήν τε πεισθῆναι, καὶ τὸν Κίμωνα τῷ Καλλίᾳ συνοικίσαι τὴν Ἐλπινίκην. i. Postquàm autem Callias quidam ex locupletium & copiosorum numero, amore Elpinicæ captus ad Cimonem venit, multam patri irrogatam reip. soluere paratus, aiunt Elpinicæ ipsi & Cimoni persuasum esse, vt ita fieret, & Elpinicen Calliæ nupsisse.

12. quoniam prohibere posset) quidam libri sic habent, quoniámque prohiberet, id est quoniámque Cimon prohiberet ipsam nubere Calliæ: nonnulli sic, quoniam prohibere posset, se Call. n. non malè, hac sententia, Negauit se passuram Milt. prog. in vinc. publ. interire, & quoniam ipsa ne id fieret, prohibere posset: sequitur deinceps, se Calliæ nupturam. licet etiam sic legere, vt habent alij codices. Elpinice neg. se pass. Milt. prog in vinclis publ. interire, quoniam id prohibere posset: séque Calliæ nupturam.

13. habebat enim satis eloquent.) etiam Plato in Theage Cimoni eloquentiam tribuit. nam facit eum virum politicum, & cum Pericle comparat: idque agnoscit Aristides Sophista in Cimone. sed Plutarchus in Cimone auctorem secutus Stesimbrotum, scribit, eum omnis liberalis doctrinæ expertem fuisse, & sollertia dicendi, atque vrbanitate Attica caruisse.

14. summam liberal.) hanc virtutem omnes ei tribuunt: de qua mox dicemus.

15. tum rei mil.) fuit enim summus imperator, quippe qui cum Themistocle, & Miltiade, & similibus belli ducibus conferatur.

16. apud flumen Strym.) Thucyd. lib. I. πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι Μήδων ἐχόντων, &c. Diod. Sicul. lib. XI. οὗτος δὲ παραλαβὼν τὸν στόλον, καὶ ἐκ Βυζαντίου καταπλεύσας ἐπὶ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Ἠϊόνα, ταύτην τῶν Περσῶν κατεχόντων ἐχειρώσατο; &c. id est Hic autem classe accepta cùm Byzantio in vrbem, quæ Eion appellatur, nauigasset, quam Persæ tenebant, eam cepit. Plutarch. in Cimone. ibi. Κίμων δὲ τῶν συμμάχων ἤδη προσκεχωρηκότων αὐτῷ, στρατηγὸς εἰς Θρᾴκην ἔπλευσε, πυν-

περὶ μὲν Πέρσας ἄνδρας ἐνδόξους καὶ συγγενεῖς βασιλέως, Ἠϊόνα πόλιν παρὰ τῷ Στρυμόνι κειμένην ποταμῷ κατέχοντας ἐνοχλεῖν τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον Ἕλλησι. πρῶτον μὲν οὖν μάχῃ τοὺς Πέρσας αὐτοὺς ἐνίκησε, &c. i. Cimo autem cùm iam socij ad eum accesßissent, imperator in Thraciam nauigauit, quia audiebat Persas quosdam claros viros, & regis consanguineos, Eïonem vrbem ad Strymonem fl. sitam occupanteis, negotium facessere Græcis illam oram incolentibus. Primùm igitur Persas ipsos prælio commisso superauit, &c. Herod. Polyhymn. narrat, Bogen quendam Persam, Eïonis propugnatorem fuisse, oppugnante eam Cimone: illum autem tanta constantia & fide in regem Xerxem fuisse, vt, cùm liceret ei vrbe dedita, saluo in Asiam reuerti cum vxore & liberis, & omnibus fortunis suis, noluerit, ne regi ob ignauiam superfuisse videretur: sed omnia pertulerit, & ad extremum perseuerarit, ac perdurarit: tandem omnium rerum inopia ac penuria oppressus, magna ligni materia exstructa, & accensa, vxorem, liberos, concubinas, seruos sua manu interfectos in flammam iniecerit: posteáque auri & argenti quicquid erat in vrbe, ex vrbis muro in Strymonem dißiparit: his factis se postremam victimam in rogum cōiecerit. Commemorat hanc Cimonis victoriam, & vrbis illius expugnationem Pausanias in Arcadicis.

17. Thracum) immò Persarū, nisi forte etiā Thraces in exercitu Persarū fuerūt.

18. Amphipolim) etiam vrbem in Thracia, quæ prius ἐννέα ὁδοὶ dicebatur, id est nouem viæ. Amphipolis autem postea dicta, quòd vtrinque à Strymone fl. allueretur.

19. Mycalen) vrbem in Caria. lege Thucyd. lib I. & Plutarch. in Cimone.

20. Namque hostium nauib.) ad Eurymedontem. Thucyd. lib. I. ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία, καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων πρὸς Μήδους. i. commissa est autem postea & pedestris pugna in Pamphylia ad Eurymedontem, & naualis Atheniensium & sociorum aduersus Medos. sic & Plutarch. Κίμων δ' ὥσπερ ἀθλητὴς δεινὸς ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα, καὶ τὸ μὲν ἐν Σαλαμῖνι πεζομαχίᾳ, τὸ δ' ἐν Πλαταιαῖς ναυμαχίᾳ παρεληλυθὼς, ἐπηγωνίσατο ταῖς νίκαις. i. Cimo autem tanquam egregius athleta, duobus vno die certaminibus persunctus, cùm Salaminiam quidem pugnam terrestri prælio, Platæensem verò nauali superasset, tropæum victoriis alio certamine adiecit. Hanc pugnam multis verbis describit & Diod. Sicul. lib. XI.

21. copias suas eduxit.) operæ pretium est quo astu Cimon barbaros ad Eurymedontem profligarit, ex Diodoro & Polyæno cognoscere. sic igitur Diod. lib. XI. pag. 273. μετὰ δὲ ταῦτα Κίμων ἐν ἀρχῇ τηλικαύτην νίκην, παραχρῆμα παντὶ τῷ στόλῳ προκατῆρεν ἐπὶ τὸ πεζικὸν τῶν Περσῶν στρατόπεδον, οὔσης τῆς παρεμβολῆς πρὸς τὸν Εὐρυμέδοντα ποταμόν. βουλόμενος δὲ καταστρατηγῆσαι τοὺς βαρβάρους, ἐνεβίβασεν εἰς τὰς αἰχμαλωτίδας ναῦς τῶν ἰδίων τοὺς ἀρίστους, τιάρας, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν περιθεὶς Περσικήν. οἱ δὲ βάρβαροι, ὡς πλέοντος ἀπὸ τοῦ στόλου, ταῖς Περσικαῖς ναυσὶ καὶ παρασκευαῖς φαντασιωθέντες ὑπέλαβον τὰς ἰδίας τριήρεις εἶναι. διόπερ οὗτοι μὲν προσεδέξαντο τοὺς Ἀθηναίους, ὡς φίλους ὄντας. ὁ δὲ Κίμων νυκτὸς ἤδη ἐπιγενομένης ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας, καὶ προσδεχθεὶς ὡς φίλος ὑπ' αὐτῶν, εἰσέπεσεν εἰς τὴν στρατοπεδείαν τῶν βαρβάρων. ταραχῆς δὲ μεγάλης γενομένης παρὰ τοῖς Πέρσαις, οἱ μὲν περὶ τὸν Κίμωνα πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀνῄ-

νων. καὶ τὸν μὲν στρατηγὸν τῶν βαρβάρων τὸν ἕτερον Φερεδάτην, ἀδελφιδοῦν τοῦ βασιλέως, ἐν τῇ σκηνῇ καταλαβόντες ἐφόνευσαν, τῶν δ' ἄλλων οὓς μὲν ἔκτεινον, οὓς δὲ κατετραυμάτιζον, πάντας δὲ διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐπιθέσεως φυγεῖν ἠνάγκασαν, &c. id est, Postea autem Cimo tanta victoria non contentus, continuò totam classem ad exercitum pedestrem Persarum appulit, cùm castra posuissent ad Eurymedõtem fl. cùm autem vellet ille barbaros consilio aliquo sollerti & callido capere, & circumuenire, milites imposuit in naueis captiuas, qui ex suis erant fortissimi, tiaris & cetero ornatu Persico amictos. Barbari autem nauibus, & apparatibus Persicis decepti, quasi iam classis Persica nauigaret, triremeis suas esse existimabant. Quocirca hi quidem Athenienseis, tanquam amicos, receperunt: Cimo verò nocte iam appropinquante militibus suis expositis, receptus ab eis, vt amicus, in castra barbarorũ irrupit. Magna autem trepidatione apud Persas coorta, Cimo cum suis omneis qui occurrebant, occidebat: & alterum quidem barbarorum ducem Pheredatem, Regis fratris filium in tabernaculo oppressum interfecit: aliorum autem hos quidem interimebat, illos verò vulnerabat, omneis propterea quòd inopinatò facta erat hæc impreßio, terga dare cogebat, &c. Polyænus hoc strategema Cimonis sic refert lib. I. Κίμων ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ νικᾷ τοὺς βασιλέως σατράπας· καὶ πολλὰ σκάφη βαρβαρικὰ ἑλὼν, εἰς ταῦτα τοὺς Ἕλληνας ἐμβιβάσαι κελεύει. καὶ στολὰς ἐνδῦναι Μηδικὰς, καὶ πλεῖν ἐπὶ Κύπρου. Κύπριοι τῇ ὄψει τοῦ βαρβαρικοῦ σχήματος ἐξαπατώμενοι, τὸν στόλον, ὡς φίλιον, ὑπεδέχοντο. οἱ δὲ ἀποβαίνοντες καὶ σφόδρα γε ἀντὶ βαρβάρων Ἕλληνες ἐφαίνοντο, καὶ Κυπρίους ἐνίκησαν μείζω τὴν ἔκπληξιν τῆς δυνάμεως ἔχοντες: id est Cimo ad Eurymedontem fl. regis satrapas vincit: & cùm multas naueis barbaricas cepisset, in has Græcos imponit, eósque amictum induere Persicum, & ad Cyprum nauigare iubet. Cyprij, qui vestitus barbarici specie deciperentur, classem, vt amicam, receperunt. Illi autem egreßi, pro barbaris Græci exstiterunt, & Cyprios superarunt, terrore magis, quàm cõpiis, valentes.

22. magna pr. pot.) Diod. Sicul. eod. lib. αἰχμαλώτους γὰρ εἰλήφει τριήρεις τριακοσίας, καὶ τετταράκοντα ναῦς. ἄνδρας δὲ ὑπὲρ δισμυρίους, χρημάτων πλῆθος ἀξιόλογον. i. triremeis enim bello cepit trecentas, & quadraginta naueis, virorum viginti millia, pecuniæ vim sermone & prædicatione dignam.

23. bene animatas confirm.) hoc membrum deerat in exemplis Aldinis, & Florentinis: quod ex alijs libris restitui. opposuit autem benè animatas alienatis, eleganter.

24. ad offic.) sic dixit ad officium redire, vt redire ad sanitatem, redire ad ingenium dicunt Latini, & simil. sed de hoc infrà.

25. Scyrum) hæc videntur expressa ex Thucyd. eod. libro & loco. Σκῦρον τὴν ἐν Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν. i. Scyrum insulam in mari Ægæo, quã Dolopes incolebant, ciuibus orbarunt, hoc est cineis in seruitutem abripuerunt. Diod. Siculus habitatam fuisse à Pelasgis & Dolopibus narrat eod libro. Dolopes solos commemorat Plutarchus in Cimone, ibique hanc historiam multis verbis exponit.

26. quòd contumac. se geß.) quòd imperium contemserant, à cõtemnendo enim contumaces dicti sunt.

27. vacuefecit) exinaniuit, ciuibus orbauit. quod ἠνδραπόδισαν dixit Thucydides, rectè Probus vacuefecit nam qui vrbem, aut insulam aliquam vacuefacit, is eius vrbis ciueis. aut insulæ possessores in seruitutem redigere intelligitur.

28. sessores) οἰκηταί, habitatores. quidam legunt possessores. ego nihil muto. quamquam si veteris alicuius lib. auctoritate nitatur, hoc malim, quàm sessores.

29. agros ciuibus diuisit) Thucyd. ᾤκισαν αὐτοί. i. coloniam eò deduxerunt, vt declarat interpres. & ita Diodor. Siculus. Σκῦρον δὲ Πελασγῶν, καὶ Δολόπων ἐνοικούντων ἐξεπολιόρκησε, καὶ κτίστην Ἀθηναῖον καταστήσας κατεκληρούχησε τὴν χώραν. i. Scyrum autem, quam Pelasgi & Dolopes incolebant, expugnauit, & Atheniensi conditore constituto, agros colonis eò ex vrbe sortitò missis diuisit.

30. Thasios opulen. fr.) qui etiam ab Atheniensib. defecerant. Thucyd. ibid. χρόνῳ δὲ ὕστερον συνέβη Θασίους ἀποστῆναι, &c. i. aliquanto autem pòst tempore áccidit, vt Thasij ab Atheniensib. deficerent, &c. hanc rem enim copiosè eo loco persequitur. opulentia fretos autem, id est opibus feroceis, & superbos. sic M. Tull in Catone. Solo Pisistrato quærenti qua tandem re fretus sibi tam audacter obsisteret, respondit, senectute.

31. quà ad meridiem vergit) sic legendum vel ex Plutarcho: ibi. πραθέντων δὲ τῶν αἰχμαλώτων λαφύρων εἴς τε τὰ ἄλλα χρήμασιν ὁ δῆμος ἐρρώσθη, καὶ τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν ἀπ' ἐκείνης εὐπορήσας τῆς στρατείας. i. venditis autem manubiis cùm alias ad res populus pecunia abundauit, tum arcis eum murum, qui ad Austrum vergit, exstruxit, ex illa expeditione & militia copiosus, & locuples factus.

32. íncidit in eand. iniur. q. p.) cur non dixit in quam &c. sic solet loqui Probus, vt aliàs indicabimus. Præterea cur non dixit pater eius? hîc suus rectè reciprocatur ad Cimonem, quòd est nomen, vt Grammatici vocant, suppositum verbo íncidit, cùm sit prouocabulo, suus, proximum, fiátque, vt Priscianus loquitur, retransitio ad id nomen.

33. quod illi ὀστρακισμὸν voc.) de ostracismo satis multa diximus in Themistocle. Commemorat autem Plato hunc Cimonis ostracismum in Gorgia his verbis. πάλιν δὲ λέγε μοι περὶ Κίμωνος, οὐκ ἐξωστράκισαν αὐτὸν οὗτοι, οὓς ἐθεράπευεν, ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς; i. rursus dic mihi de Cimone, nónne eum ij, quibus seruiebat, testarum suffragiis è ciuitate expulerunt, vt eius voce decem annos carerent? Non pugnant autem hæc Platonis cum iis, quæ mox dicentur à Cornelio, Cimonem pœnam decennij non pertulisse. Non enim hoc negat Plato, sed pœnam legitimam decem annorum in eum constitutam esse significat. hoc tantum: in quo à Cornelio non discrepat. fuit autem perquàm leuis huius exsulij causa, vt mox dicemus.

34. cuius facti celerius) sic Plutarch ex quo suspicari licet, Cimonem etiam minus diu, quàm quinquennium, afuisse. sic enim is, quem dico, Plutarch. ὅθεν οὐδὲ τὰ πρὸς Κίμωνα θυμῷ πολλῷ χρόνον ἐνέμειναν. i. Quare non diu in iracundia sua aduersus Cimonem perseuerarunt.

35. quàm ipsum) Atqui Cimonem facti pœnituisse dici non potest, nisi impropriè. non enim fuit in eius potestate, ne non pelleretur. hîc igitur, ipsum pœnituit, interpretor, ipsi doluit. sic M. Tull. pro M. Cœlio, quod obiectũ est de pudicitia, etc.

id numquam tam acerbè feret M.cælius ut eum pœniteat non deformem esse natum.de quo vide Gellium lib.17.cap.I.

36. *post annum q.) sic suprà de Aristide.*

37. *reuocatus est) decreto Periclis, ut tradit Plutarch.ibid.* ἐκάλουν ἐκ τῆς φυγῆς τὸν Κίμωνα, καὶ κατῆλθε, τὸ ψήφισμα γράψαντος τοῦ Περικλέους.

38. *quòd hospitio Laced.) hoc Græcè diceretur hoc modo,* ὅτι πρόξενος ἦν τῶν λακεδαιμονίων *Propter hoc hospitium autem, Lacedæmoniorum rebus studere, ac fauere putabatur, hoc est quod Græci dicunt* λακωνίζειν. *hæc enim fuit ostracismi causa, ut tradit Plutarch.in cimone, quam appellat* μικρὰν πρόφασιν: *id est leuem, seu paruam causam.*

39. *satius exist.) sic Plutarch.* εὐθὺς μὲν οὖν κατελθὼν ἔλυσε τὸν πόλεμον, καὶ διήλλαξε τὰς πόλεις. *i.statim igitur ut cimo reuersus est ab exsulio, bellum composuit, & ciuitates inter se conciliauit. Erat autem hic locus in libris fere omnibus vulgatis lacer, & mutilus.*

40. *in cyprum) Diod.Siculus lib 12.non longè à principio.* καταρτίσαντες δὲ στόλον διακοσίων τριήρων, καὶ στρατηγὸν ἑλόμενοι Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου, προσέταξαν πλεῖν ἐπὶ Κύπρον. *i.cùm autem classem ornassent ducentarum triremium, & cimonē Miltiadis fil. prætorem creassent, mandarunt ei, ut in cyprum nauigaret. Plutarch.* ἐπλήρου διακοσίας τριήρεις ὡς ἐπ' Αἴγυπτον καὶ Κύπρον αὖθις ἐκστρατευσόμενος. *i. triremeis ducentas instruebat, tanquam Ægypto & cypro bellum illaturus. Thucyd. lib.I.* ἐς δὲ Κύπρον ἐστρατεύοντο ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν συμμάχων, Κίμωνος στρατηγοῦντος, *&c.i.cypro autem bellum intulerunt ducentis nauibus partim ipsorum, partim sociorum, cimone prætore.*

41. *in morbum impl.) sic loquitur in Agesil.in extr.alij dicere solent, implicitus morbo. Lucret.lib. VI. extr. ubi se quisque videbat Implicitum morbo, &c. T.Liuius utroque modo loquitur, & implicitus morbo: & Implicitus in morbū.*

42. *in oppido Citio est mort.) citium urbs est cypri, in qua natus est Zeno, Stoicorum princeps: unde & citieus dictus est. Thucyd. paullo aliter hanc rem narrat, quàm Diodorus. Thucydides enim videtur significare, cimonem citium non expugnasse, sed in obsidione, & oppugnatione urbis morte occupatum atque oppressum esse. sic enim ille.* Κίτιον ἐπολιόρκουν. Κίμωνος δὲ ἀποθανόντος, καὶ λιμοῦ γενομένου ἀπεχώρησαν ἀπὸ Κιτίου. *i.citium Athenienses oppugnabant. sed cimone mortuo, & peste coorta, à citio abscesserunt. Diodorus verò ait cimonem mari potientem, Malum & citium, urbeis cypri, expugnasse, & in victos humanum se præbuisse. sic ille lib.12.* ὁ δὲ Κίμων καταπλεύσας εἰς τὴν Κύπρον, καὶ θαλαττοκρατῶν, Κίτιον μὲν καὶ Μαλὸν ἐξεπολιόρκησε, *&c. Quòd autem ad eius mortem attinet, sic idem Diodorus paullo pòst.* συνέβη δὲ καὶ τὸν Κίμωνα περὶ τὴν Κύπρον διατρίβοντα νόσῳ τελευτῆσαι. *i. accidit autem, ut cimo, dum in cypro commoratur, morbo implicitus, è vita excesserit. Thucyd.* Κίμωνος δὲ ἀποθανόντος, καὶ λιμοῦ γενομένου, *&c. id est Cimone autem mortuo, & peste coorta: quem locum suprà proximè protulimus.*

43. *fuit enim tanta liberal.) cimonis liberalitatem cùm in omneis, tum in populareis & curialeis suos Laciadas commemorant multi scriptores, in iis Theophrastus, Aristoteles, Theopompus, Plutarchus, Athenæus ex Theopompo, M.Tul-*

lius. M. Tullij verba hæc sunt lib. de off. 2. Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas liberalem fuisse. ita enim instituisse, & villicis imperasse, vt omnia præberentur quicumque Laciades in villam suam deuertisset. Plutarchus tradit, eum agris sæpeis detraxisse, vt & peregrinus, & ciuibus iis, qui fructus ex iis carpere vellent, paterent. Athenæus ex Theopompo his consentanea refert, vt mox ostendemus.

44. vt numquam eis cust. imp.) sic Athenæus lib. 12 ex Theopompo. Κίμων ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κήποις οὐδένα τοῦ καρποῦ καθίστα φύλακα, ὅπως οἱ βουλόμενοι τῶν πολιτῶν εἰσιόντες ὀπωρίζωνται, καὶ λαμβάνωσιν εἴ τινος δέοιντο τῶν ἐν τοῖς χωρίοις. i. Cimo Atheniensis agris & hortis nullum fructus custodem apponebat, vt ciues, qui vellent, fructus carperent auctumnaleis, & siqua alia re egerent, in villis sumerent. Sic autem dixit Nepos, eis custodem imposuerit, vt Cicero in oratione pro Plancio, villicum imponere. quamquam non negat Nepos Cimonem villicos agris & villis imposuisse, sed negat custodes apposuisse. Nam ex iis, quæ suprà ex aliis scriptoribus protulimus, licet intelligere, Cimonem villicos habuisse.

45. semper eum pedisequi cum n.) hoc ex Theopompo videtur esse descriptum atque expressum: cuius verba exstant apud Athenæũ lib. XII. καὶ λέγουσιν ὡς περιήγετο μὲν νεανίσκους δύο, ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα: τούτοις δὲ διδόναι προσέταττεν, ὁπότε τις προσέλθοι αὐτῷ δεόμενος. i. & aiunt eum duos, aut treis iuuenes, qui nummos haberent, secum circumducere solitum, & iis mandare, vt darent quoties aliquis ad eum egens ac poscens accederet. sic fere & Plutarchus in Cimone, & præterea in Pericle.

45. offensum fortuna) id est cui fortuna esset iniqua, irata, atque infensa. offensus enim interdum significationem habet actiuam, vt apud M. Tull. in Cluentiana. etiamsi is inuidiosus, aut multis offensus esse videatur: etiamsi eum oderitis. Idem accus. lib. 3 O miserum atque inuidiosum, offensúmque paucorum culpa ordinem senatorium: de quo plura leget, qui volet, ad illum locum, Nec semel offensæ cedet constantia formæ, oda 15. epod. in commentariis nostris Horatianis.

47. minus benè vestitum) Theop. κακῶς ἠμφιεσμένον. i. male vestitũ. Plutarchus paullo aliter, ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς. i. parũ copiosè, seu, vt ita dicam, egẽter vestitus.

48. suum amiculum dedit) Theop. κελεύειν αὐτὸν μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων τινὰ τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ. i. iubebat Cimo, ei ab aliquo ex adolescentulis, qui ipsum sequebantur, detracta veste trita ac lacera, alium amictum dari. Plutarch. fere sic, vt Nepos. ἀντημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια. i. commutabat cum eo vestimenta. eadem idem Plutarch. in Pericle.

49. vt, quos non vocatos) sic legendum, non vt vulgò, conuocatos. natum erratum ex similitudine, con & non: cuiusmodi multa sæpe librariorum peccata & animaduerti, & indicaui.

50. omneis deuocaret) puto hic legendum, conuocaret, non vt est in libris vulgatis, deuocaret. quod hic, meo iudicio, locum habere non potest. est enim deuocare propriè deorsum vocare, vt apud Horat. epod. oda XVII. Refixa cælo deuocare sidera. & apud Ciceron. Tusc. V. Socrates primus philosophiam deuocauit è cælo. nisi dicamus deuocare etiam valere, de aliquo loco vocare, vt idem Cice-

to de prouinc. consularib. Quare si qui hominem non diligunt, nihil est, quòd eum de prouincia deuocent, ad gloriam deuocant. & Cæsar lib. VI de bello Gallico non longè à princip. dixit, se non deuocaturum in dubium exercitus fortunas: vbi tamen quidam legi volunt, reuocaturum. Omnino malim hîc legi, conuocaret, aut certè vocaret.

51. quod facere null. d. p.) sic Plutarch. καὶ δεῖπνον οἴκοι παρ' αὐτῷ λιτὸν μὲν, ἀρκοῦν δὲ πολλοῖς ἐποιεῖτο καθ' ἡμέραν. i. & cenam domi apud se minimè sumtuosam quidem illam, sed tamen quæ multis satis esset, quotidie instruebat. Sic & Theop. apud Athen. eod. loco. καὶ δεῖπνον ἀεὶ λιτὸν παρασκευάζεσθαι πολλοῖς ἀνθρώποις, καὶ τοὺς ἀπόρους προσιόντας τῶν Ἀθηναίων εἰσιόντας δειπνεῖν. i. & cena ab eo minimè sumtuosa apparabatur multis hominibus, & Athenienses ij, qui inopes erant, domum ingressi cenabant.

52. qui vnde effer.) suprà de Aristide, in eius vita, in tanta paupertate decessit, vt, qui efferretur, vix reliquerit. Athen. eod. lib. ex Theopompo. καὶ φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ εἰς ταφὴν εἰσφέρειν, &c. i. & aiunt eum etiam ad sepulturam pecuniam contulisse.

53. secura) ex beneuolentia enim ciuium summa nascitur vitæ securitas, & (vt ipse Probus ait in Dione) nullum est imperium tutum nisi beneuolētia munitum: liberalitate autem maximè beneuolentia hominum comparatur, vt docet M. Tullius lib. 2. de officiis.

LYSANDER.

Lysander Lacedæmonius magnam reliquit sui famam magis felicitate, quàm[1] virtute, partam. Athenienseis enim in Peloponesios sexto[2] & vicesimo anno[3] bellum gerenteis[4] confecisse appâret. Id[5] qua ratione consecutus sit, latet: non enim[6] virtute sui exercitus, sed[7] immodestia factum est aduersariorum: qui quòd dicto[8] audientes imperatoribus suis non erant,[9] dispalati in[10] agris, relictis nauibus, in hostium[11] venerunt potestatem. quo facto Athenienses se Lacedæmoniis dediderunt. Hac victoria Lysander elatus, cùm antea semper[12] factiosus, audáxque[13] fuisset, sic sibi[14] indulsit, vt eius opera in maximum[15] odium Græciæ Lacedæmonij peruenerint. Nam cùm hanc causam Lacedæmonij dictitassent sibi esse belli, vt Atheniensium[16] impotentem dominationem refringerent, postquàm apud[17] Aegos flumen Lysander clas-

sis hostium[18] est potitus, nihil aliud[19] molitus est, quàm vt omneis ciuitates in sua teneret potestate, cùm id se Lacedæmoniorum caussa facere simularet. nanq; vndique qui Atheniensium rebus studuissent, eiectis, decem[20] delegerat in vnaquaque ciuitate, quibus summũ imperium, potestatémq; omnium rerum committeret. horum in numerũ nemo admittebatur, nisi qui aut eius hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmarat. Ita[21] decemuirali potestate in omnibus vrbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur: cuius de crudelitate, ac[22] perfidia satis est vnam rem exempli[23] gratia proferre, ne de eodem plura enumerando, fatigemus lectores. Victor ex Asia cùm reuerteretur, Thassúmque deuertisset, quòd ea ciuitas præcipua fide fuerat erga Athenienseis, proinde[24] ac si iidem firmißimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam peruertere concupiuit. vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum vt Thaßij[25] dilaberentur, consulerént que rebus suis.[26]

desideratur hîc exemplum Lysandri crudelitatis & perfidiæ in Thaßios.

Itaque decemuiralem suam potestatem[27] sui ab illo constitutam sustulerunt. quo[28] dolore incensus iniit consilia, reges Lacedæmoniorũ tollere. sed sentiebat id se sine[29] ope deorum facere non posse, quòd[30] Lacedæmonij omnia ad oracula referre consueuerant. Primùm[31] Delphos corrumpere est conatus. Cùm id nõ potuisset,[32] Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus dixit, se vota[33] suscepisse, quæ Ioui[34] Ammoni solueret, existimans[35] se Afros facilius corrupturum. Hac spe cùm profectus esset in Africam, multùm[36] eum antistites Iouis fefellerunt. nam[37] non solùm corrumpi non potuerũt, sed

etiam

etiam legatos Lacedæmona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quòd sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine, iudicúmque[38] absolutus sententiis, Orchomeniis missus subsidio, occisus[39] est à Thebanis apud Haliartum. Quàm verè de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit, quæ post[40] mortem in domo eius reperta est, in qua suadet Lacedæmoniis, vt regia potestate dissoluta, ex omnibus [41] dux deligatur ad bellū gerendū, sed ita scripta, vt[42] deorū videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecunia[43] fidens, non[44] dubitabat. hanc ei scripsisse Cleon[45] Halicarnasseus dicitur. Atque hoc loco non est prætereundum factum[46] Pharnabazi satrapis regij. nam cùm Lysander præfectus classis in bello multa crudeliter, auaréque fecisset, déque[47] his rebus suspicaretur ad ciueis suos esse perlatum, petiit à Pharnabazo, vt ad Ephoros sibi testimonium daret,[48] quanta sanctitate bellum gessisset, sociósque tractasset, de eáque re accuratè scriberet. magnam enim eius auctoritatem in ea re futuram. Huic ille[49] liberaliter pollicetur. librum[50] grauem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. quem cùm legisset, probassétque, dum[51] obsignatur, alterum[52] pari magnitudine, vt discerni non posset, signatum[53] subiecit: in quo accuratissimè eius auaritiam, perfidiámque accusarat. Hinc Lysander domum cùm redisset, postquàm de suis rebus gestis apud[54] maximum magistratum, quæ voluerat, dixerat, testimonij loco librum à Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, cùm Ephori cognossent, ipsi legendum dederunt. Ita illè imprudens ipse[55] suus fuit accusator.

LYSANDER.

QVàm virtute) erat enim ſubdolus, multiplex, fallax, verſutus, perfidus, periurus: & ſolebat dicere, vbi leonina pellis non proficeret, vulpinam eſſe aſſuendam. Idem iubebat pueros quidem taxillis, homines verò iureiurando fallere. hæc fere Plutarch. in Lyſandro. M. Tullius de Off. lib. I. Quo in genere verſutiſſimum & patientiſſ. Lyſandrum accepimus. Idem tamen in Catone maiore, Lyſander Lacedæmonius vir ſummæ virtutis, inquit.

2. ſexto & viceſimo) ſic Thucyd. lib. V. ibi. ἔτη δὲ εἰς τοῦτο τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τοῦ πολέμου ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, &c Sed cur non dixit ſextum & viceſimum annum? Omnino videtur ita loqui debuiſſe, ſi hæc verba cum participio, gerenteis, cohæreant. Quòd ſi cum verbo, confeciſſe. ſexto & viceſimo quadrabit.

3. bellum gerenteis) & peſtilentia conflictanteis, vt tradunt Plutarch. in Lyſandro, & Xenoph lib. 2. de reb. Græc. Diodor. Sicul. lib. 13. in extr.

4. confeciſſe app) ordo hic videtur eſſe, appáret Lyſandrum confeciſſe, id eſt expugnaſſe, & ſuperaſſe, & contudiſſe Athenienſeis, ſexto & viceſimo anno bell. ger. in Peloponneſios. ſed, ſi hoc ordine verba ſtruentur, legendum erit, ſextum & viceſimum annum, vt paullo antè dixi: atque ita fortaſſe ſcripſit Nepos. Quòd ſi hic ſit ordo verborum, confeciſſe Athenienſeis anno ſexto & viceſimo, bellum gerenteis in Peloponneſios, nihil mutandum.

5. qua ratione confec.) qua ratione ad eas anguſtias Athenienſeis redegerit, vt eos ad Ægos fluuium vicerit, obſcurum eſt: & videtur diuinitus eſſe factum, non humanitus. Rem enim maximam minimo labore confecit, vt ſcribit Plutarch. & hora vna tempus longiſſimum, & bellum omnium, quæ ante ipſum fuerunt, maximè varium, & cladibus, & caſibus maximè incertum atque infidum, ſuſtulit & confecit. Verba Græca qui volet, ex Plutarcho in Lyſandro petat. hæc narrantur etiam à Xenophonte lib 2. ἑλλην. & à Diod Siculo lib. 13. Et à Polyæno lib. I. Strategematum: cuius verba aſcribam. Sic Polyænus, Ἐν αἰγὸς ποταμοῖς οἱ Ἀθηναῖοι πολλάκις ἀνήχθησαν ἐφ' ᾧ τε ναυμαχεῖν. Λύσανδρος ὁ λάκων οὐκ ἀντανήγετο· οἱ μὲν οὖν ἀποπλέουσι γαννύμενοι παιᾶνας ᾄδοντες. Λύσανδρος δὲ κατόπιν πέμπει δύο τριήρεις. οἱ δὲ τριήραρχοι τοὺς Ἀθηναίους ἐκβάντας ὡς εἶδον, σημεῖον μετέωρον αἴρουσι, χαλκῆν ἀσπίδα. Λύσανδρος αὐτίκα ὑποσημαίνει ἐπίπλουν· καὶ οἱ Λάκωνες εἰρεσίᾳ πολλῇ ἐπιπλέουσι. καὶ τοὺς Ἀθηναίους καταλαμβάνουσιν ἄρτι ἐκβάντας· ὧν οἱ μὲν ἀνεπαύοντο, οἱ δὲ ἄλλος ἄλλῃ ἔδραμε, γυμνοὶ πάντες. οἱ δὲ Λάκωνες ἄφνω προσπεσόντες ὡπλισμένοι γυμνοῖς, συντεταγμένοι ἀσυντάκτοις ἐνίκησαν. αἱροῦσιν οὖν ἄνδρας αἰχμαλώτους, καὶ τὰς τριήρεις ἁπάσας. ὅτι μὴ μία ἡ Πάραλος ἔφυγεν ἀθηνάζε, μόνη τῆς ἥττης ἄγγελος. id eſt, Ad Ægos flumen Athenienſes ſæpenumero altum petiuerunt, vt prœlium nauale committerent. Sed Lyſander Laco non producebat triremeis contrà. Itaque Athenienſes læti in portum redeūt Pæanas canentes. Lyſander porrò à tergo mittit triremeis duas, quid agerent Athenienſes ſpeculaturas. Triremium præfecti vbi Athenienſeis è nauibus egreſſos viderunt, ſignum tollunt, æneam caſſidem. Lyſander autem ſignum dat ſuis, vt Athenienſes contento curſu eos adoriantur. Hic Lacones remis, veliſque, omnique impetu in aduerſarios feruntur: & Athenienſeis offendunt modò egreſſos: quorū

hi quiescebant, illi alius aliud agebant, omnes nudi atque inermi. Lacones autem repente adorti armati inermos, instructi, & dispositi dissipatos ac perturbatos vicerunt. Viros captiuos abducunt, triremeis omneis capiunt, vna excepta, quam paralum nominant, quæ fugit Athenas cladis nuntia.

6. *non enim virtute sui exercitus) non virtute suorum militum. sic sæpe loquitur Cæsar. vt alibi indicabimus.*

7. *sed immodestia) sic infrà in Alcibiad. Periculum est ne immodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus. cuius loci lectio ad hunc pertinet. Hanc militum immodestiam pulchrè describit Plutarch. in Lysandro, his verbis.* ὡς γὰρ ἐξέβησαν, ἅτε δὴ μηδὲν προσδοκῶντες, ἠγόραζον, ἐπλανῶντο περὶ τὴν χώραν, ἐκάθευδον ὑπὸ ταῖς σκηναῖς, ἠριστοποιοῦντο, πορρωτάτω τοῦ μέλλοντος ἀπειρίᾳ τῶν ἡγουμένων ὄντες. *i. vbi enim è nauibus egressi sunt, statim, vtpote nihil periculi exspectantes, aut suspicantes, emebant, vagabantur circum illius regionis loca, dormiebant sub tabernaculis, prandebant, cùm longissime abessent à suis ducibus, ignoratione eius, quod futurum erat, vel cùm longissimè abessent à cogitatione rei euenturæ, culpa ducum imperitorum. Sed Aristides sophista* Λευκτρικῷ λόγῳ *A. dicit, negligentia imperatorum hoc euenisse, non immodestia militum. sic Aristides.* τοῦτο δὲ καὶ ἐν αἰγὸς ποταμοῖς ἀμελείᾳ τῶν στρατηγῶν τὰς ναῦς ἀπολέσασα, *&c. id est partim in Ægos flumine imperatorum negligentia naueis amisisset, &c.*

8. *quòd dicto aud. imper. s. n) id est quòd suis imperatorib. non parebant. Sic loquuntur boni scriptores. M. Tullius, accus. lib. I. Sunt illi quidem dicto audientes, quamdiu adsunt ij, qui imperant, &c. Idem lib. IIII. accus. Respondit, id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse prætori. & lib. V. quorum sociorum opera Syracusani nobis dicto audientes sunt.*

9. *dispalati) dispersi, dissipati. Xenoph. lib. 2.* ὅτε κατίδοιεν αὐτοὺς ἐκβεβηκότας καὶ ἐσκεδασμένους κατὰ τὴν χερρόνησον, ὅπερ ἐποίουν πολὺ μᾶλλον καθ' ἑκάστην ἡμέραν, *&c. vbi viderint Athenienseis è nauibus egressos, & dispalatos in peninsula, quod multo magis faciebant quotidie, &c. Sic & Plutarch. loco suprà commemorato, & indicato* ἦν δὲ οὐδὲν ἔργον αὐτῷ τῆς σπουδῆς ἐσκεδασμένων τῶν ἀνθρώπων. *i. Nihil autem proficiebat Cononis studium hominibus dispalatis. Hac autem eadem voce vsus est Nepos in Annibale, eiúsque generis magnam multitudinem dispalatam immisit. sic Sallustius: multitudo dispalata. Sisenna histor. lib. III. dispalati, ab signis digressi omnes, ac dissipati.*

10. *in agris) apud Ægos flumen.*

11. *in hostium venerunt potest.) in quibus erat Philocles imperator: quem Lysander Lampsaci interficiendum curauit: & naues omnes præter octo, aut noue, cum quibus Conon ad Euagoram se contulit, vt suo loco dicetur. fuerunt autem naues numero fere ducentæ captæ. Quòd autem subiicit Probus, Athenienscis sese dedidisse, etiam vrbis & Piræi muri à Lysandro diruti sunt, vt in Cimone cognoscemus. Vrbs quoque ipsa funditus deleta esset, nisi Lysander obstitisset.*

12. *factiosus) Festus. Factio & factiosus, initiò honesta vocabula erant. Vnde adhuc factiones histrionum & quadrigariorum dicuntur: modò autem nomine factionis, seditio, & arma vocantur. Nonius Marcellus. Factio dicitur malorum*

consensus, & conspiratio. Sallust. bello Iugurthino. Inter bonos amicitia, inter malos factio.

13. audáxque) Plutarch. in Lysandro. ἦν δὲ καὶ λόγῳ θρασὺς καὶ καταπληκτικὸς πρὸς τοὺς ἀντιβαίνοντας. i. erat enim oratione audax & terrificus aduersus eos, qui ei aduersabantur.

14. sic sibi indulsit) tantam licentiam sibi sumsit. sic M. Tull. lib. 4. Tusc. ipsáque sibi imbecillitas indulget, in altúmque prouehitur imprudens.

15. in maximum odium Gr. Lac. peru.) sic loquitur & Cicero lib. 2. de Finib. Ne in odium veniam, si amicum destitero tueri. & lib. 10. epist. ad Att. epist. 7. ipsi illi egenti ac perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit.

16. impotentem) ἀκρατῆ, immoderatam, nimiam. sic M. Tull. epist. impotens dominatus.

17. Apud Ægos flumen) sic infrà in Alcib. Sed cur non dixit Ægos flumina? sic enim Græci. Xenoph. lib. 2. de rebus Gr. ἀπέπλευσαν πάντες εἰς τοὺς αἰγὸς ποταμούς. Aristot. lib. I. de reb. superis. ἐπεὶ καὶ ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος, &c. Plutarch. in Lysandro. κατηνέχθη γὰρ, ὡς ἡ δόξα τῶν πολλῶν, ἐξ οὐρανοῦ παμμεγέθης λίθος εἰς αἰγὸς ποταμούς. i. décidit enim, vt est vulgi opinio, ingens lapis ex cælo in Ægos fluuios. Diod. Siculus lib. 13. τότε μὲν ἐν αἰγὸς ποταμοῖς καθώρμισε τὰς ναῦς, id est tunc enim in Ægos fluminibus naueis constituit. Stephanus. Αἰγὸς ποταμοὶ πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. i. Ægos flumina seu Ægos potamæ, vrbs in Hellesponto. Iterum Plutarch. [illegible] de Lysandro, & hac re ab eo gesta loquens, νικήσας δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐξ ἐνέδρας περὶ Αἰγὸς ποταμούς, καὶ λιμῷ πιέσας αὐτούς, παρεστήσατο τὴν πόλιν, καὶ ἔγραψε τοῖς ἐφόροις, ἑαλώκασιν αἱ Ἀθῆναι. i. Victis autem per insidias Atheniensib. ad Ægos flumina, & fame oppugnatis, vrbem ad deditionem compulit, & in potestatē suam redegit, & scripsit ad Ephoros, captæ sunt Athenæ. Latini numero singulari appellant Ægos flumen: & ita Plinius lib. 2. cap. 58. & lib. 4. cap. 10. Pomponius Mela lib. 2. In ea (Cherroneso) flumen Ægos naufragio classis Atticæ insigne.

18. classis hostium potitus) sic loquitur in Agesilao. imperij potitus est. sic Cæsar de bello Gall lib. I totius Galliæ sese potiri posse sperant,

19. nihil aliud molitus est, Narrat Xenophon lib. 2. ἑλλην. totam Græciam defecisse ab Atheniensib. post pugnam illam naualem, præter Samios.

20. decem deleg) δεκαδαρχίας appellat Isocrates, πανηγυρικῷ. ibi. τοιούτων τοίνυν ἡμῶν γεγενημένων, &c. τολμῶσι κατηγορεῖν οἱ τῶν δεκαδαρχιῶν κοινωνήσαντες. i. nos igitur, qui taleis nos præbuimus, audent accusare ij, qui decadarchiarum participes fuerunt. Idem ad Philipp. σὺ μὲν τοὺς Ἕλληνας εὔνους ἕξεις, &c. ἐκεῖνοι δὲ διὰ τὰς δεκαδαρχίας, τὰς ἐπὶ λακεδαιμονίων, ὡς οὐδὲν τι δυσμενέστατοι. i. tu quidem Græcos benè animatos erga te habebis, &c. illi autem propter decadarchias, & decem virorum imperia, à Lacedæmoniis principatum Græciæ obtinentib. in ciuitatibus constituta, alienissimos. Sic & Diodor. Siculus lib. 14. non longè à princip. Λύσανδρος δὲ ὁ σπαρτιάτης, ἐπειδὴ πάσας τὰς ὑπὸ λακεδαιμονίους πόλεις διῴκησε κατὰ τὴν τῶν ἐφόρων γνώμην, ἐν αἷς μὲν δεκαδαρχίας, ἐν αἷς δὲ ὀλιγαρχίας καταστήσας, περίβλεπτος ἦν ἐν τῇ Σπάρτῃ. i. Lysander autem Spartiata posteaquam omneis ciuitates sub ditionem Lacedæmoniorum subiunctas, de Ephororum sententia rexit, cùm in aliis decadar-

chias, in aliis oligarchias constituisset, omnium oculos Spartæ in se conuertebat. At Xenoph. lib. 3. initio. δεκαρχίας appellat, nisi locus mendosus est. πρὸς δὲ τούτῳ τῷ λογισμῷ καὶ αὐτὸς ξυνεξελθεῖν αὐτῷ ἐβούλετο, ὅπως τὰς δεκαρχίας τὰς κατασταθείσας ὑπ' ἐκείνου ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐκπεπτωκυίας δὲ διὰ τοὺς ἐφόρους, &c. πάλιν καταστήσειε μετ' Ἀγησιλάου. id est, Hac ratione inita cum eo etiam ipse congredi volebat, vt decarchias, seu decemuiratus in ciuitatibus ab illo constitutos, sed ephororum opera sublatos, de integro constitueret cum Agesilao. Idem eod. libro in oratione Thebanorum apud Athenienseis. ἀντὶ γὰρ ἐλευθερίας διπλῆν αὐτοῖς δουλείαν παρεσχήκατε· ὑπό τε γὰρ τῶν ἁρμοστῶν τυραννοῦνται, καὶ ὑπὸ δέκα ἀνδρῶν, οὓς Λύσανδρος κατέστησεν ἐν ἑκάστῃ πόλει. i. Nam pro libertate duplicem eis seruitutem imposuerunt. Nam & ab Harmostis, id est præfectis, & à decemuiris, quos Lysander in vnaquaque ciuitate constituit, tyrannicè reguntur. Idem in contione Autoclis. ἓν δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομίᾳ, καθίστατε, ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας. i. Præterea verò, id quod maximè libertati, & potestati suis legibus vtendi aduersarium est, constituitis alibi decarchias, id est decemuiratus: alibi triacontarchias, id est trigintauiratus.

21. *ita decemuirali potest.) δεκαδαρχίας, seu δεκαρχίας καθισταμένης.*

22. *ac perfidia) talem Lysandrum suprà descripsimus ex Plutarcho, principio annotationum in hanc vitam.*

23. *exempli gratia) M. Tull. lib. 2. accusat. Verum tantum inuéni, iudices, quod apud vos tantum exempli causa proferre possum. pro Murena. vt, quia in alicuius libris, exempli causa, id nomen inuenerunt, &c. Philipp. 13. exempli causa, paucos nominaui.*

24. *proinde ac si iidem &c.) secutus sum editionem Florentinam & Aldinam: ceteræ enim habent contrariè. proinde ac si iidem firmiss. solerent esse inimici, qui const. fuiss. amici. Ex Thucydide lib. VIII. licet intelligere, Thasios antequam tantam fidem in Athenienseis præstitissent, eorum fuisse inimicos, & Lacedæmoniorum socios atque amicos. Nunc igitur quia Atheniensibus eos videt amicos esse factos Lysander, & in hac amicitia permansuros iudicat, eos reuertere cupit,*

25. *dilaberentur) diffugerēt. huc & illuc elaberentur, seu diuersi elaberentur.*

26. *consulerént que reb. s.) desunt hîc nonnulla. iccirco lacunam relinqui iussi. desunt autem ea, quæ de Lysandri crudelitate, & perfidia in Thasios narrabat Probus, & fortasse quædam alia, propter quæ Ephori adducti essent, vt decemuiraleis potestates in ciuitatibus ab eo constitutas tollerent. omnino, vt de aliis affirmare non ausim, ita non dubiū est, quin narratio de Lysandri facinore in Thasios desit. Hanc autem historiam apud Diod. Sicul. solum reperi, quam hîc referā, quamuis aliquantùm à Probo discrepet. Probus enim Lysandrum dolo, & insidiis vsum esse dicit ad Thasios opprimēdos: Diodorus vi Thasum cepisse. sic Diodorus lib. 12. Λύσανδρος δὲ μετὰ τῶν πλείστων νεῶν ἐπὶ Θάσον τῆς Καρίας πλεύσας κατὰ κράτος αὐτὴν εἷλεν Ἀθηναίοις συμμαχοῦσαν. καὶ τοὺς μὲν ἡβῶντας ὀκτακοσίους ὄντας ἀπέσφαξε, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας λαφυροπωλήσας, κατέσκαψε τὴν πόλιν. i. Lysander autem cum plurimus nauibus in Cariam profectus, eam vi cepit, cùm esset belli societate cum*

Athenienſib. coniuncta: ac puberes quidem octingentos trucidauit: pueris autem & mulieribus ſub haſta venditis, vrbem à fundamentis euertit. Magis igitur huic loco conueniſſet id, quod de Mileto refert Plutarchus in Lyſand. Eſt enim exemplum illuſtre & luculentum crudelitatis cum perfidia coniunctæ. ſic igitur Plutarch. τοὺς δὲ ἀξιοῦντας μὴ πολεμεῖν μετὰ δόλου τοὺς ἀφ' Ἡρακλέους γεγονότας, καταγελᾶν ἐκέλευε. ὅπου γὰρ ἡ λεοντῆ μὴ ἐφικνεῖται, προσραπτέον ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκῆν. τοιαῦτα δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ περὶ Μίλητον ἱστορεῖται. τῶν γὰρ φίλων καὶ ξένων, οἷς ὑπέσχετο συγκαταλύσειν τὸν δῆμον, καὶ συνεκβαλεῖν τοὺς διαφόρους, μεταβαλλομένων καὶ διαλλαγέντων τοῖς ἐχθροῖς, φανερῶς μὲν ἥδεσθαι προσεποιεῖτο, καὶ συνδιαλλάττειν, κρύφα δὲ λοιδορῶν αὐτοὺς καὶ κακίζων, παρώξυνεν ἐπιθέσθαι τοῖς πολλοῖς. ὡς δ' ᾔσθετο γινομένην τὴν ἐπανάστασιν, ὀξέως βοηθήσας, καὶ παρεισελθὼν εἰς τὴν πόλιν, οἷς πρώτοις ἐπέτυχε τῶν νεωτεριζόντων, ἐχαλέπαινε τῇ φωνῇ, καὶ προσῆγε τραχυνόμενος ὡς ἐπιθήσων δίκην αὐτοῖς. τοὺς δ' ἄλλους ἐκέλευε θαρρεῖν, καὶ μηδὲν ἔτι προσδοκᾶν δεινὸν αὐτοῦ παρόντος. ὑπεκρίνετο δὲ ταῦτα καὶ διεποίκιλλε, τοὺς δημοτικωτάτους καὶ κρατίστους βουλόμενος μὴ φεύγειν, ἀλλ' ἀποθανεῖν ἐν τῇ πόλει μείναντας. ὃ καὶ συνέβη· πάντες γὰρ ἀπεσφάγησαν οἱ καταπιστεύσαντες. i. eos autem, qui dicerent non debere qui ab Hercule prognati eſſent, dolum in bello gerendo adhibere, derideri iubebat. quò enim leonina pellis peruenire, & porrigi non poſſet, eò vulpinam eſſe aſſuendam. Tale autem eius factum in Miletum memoriæ proditum eſt. cùm enim eius amici, & hoſpites Mileſii, quibus pollicitus erat, ſe eis adiumento futurum ad potentiam populi euertendam, populúmque opprimendum, & operam nauaturum ad eorum aduerſarios è ciuitate eiiciendos, ſententia mutata in gratiam cum inimicis ſuis rediſſent: palàm quidem ſe ea re lætari ſimulabat, eámque reconciliationẽ gratiæ approbare oſtendebat: clam verò eis maledicens, & ignauiæ crimen obiiciens, iram acuebat, animóſque incitabat, & ſtimulabat, vt multitudinem adorirẽtur. Vbi autem ſenſit impreſſionem ab optimatibus in plebem fieri eſſe cœptam, confeſtim opitulatus, & ingreſſus in vrbem, in quemcumque ex potentioribus, qui res nouas moliri cœperant, inciderat, ei voce ſuccenſebat, & vultu ad aſperitatem compoſito, & horroris pleno, ſe de eis pœnas ſumturum minabatur: alios autem bono animo eſſe, & nihil mali grauioris metuere iubebat, ſe præſente. hoc autem ſimulabat, & occultata ſui animi ſententia voce & vultu præ ſe ferebat eo conſilio, ne ciues maximè populares, & præſtantiſſimi de plebe viri diffugerent ac dilaberentur, ſed in vrbe manentes interirent. quod & áccidit. Omnes enim, qui ei fidem habuerunt, ſeſéque ei crediderunt, trucidati ſunt. Hæc inſignem Lyſandri crudelitatem declarant cum pari perfidia coniunctam: illa de Thaſiis crudelitatem quidem hominis aperiunt, & indicant, ſed perfidiam non item. non enim dicit Diodorus Lyſandrum fidem dediſſe Thaſiis ſe eis parſurum, & temperaturum: illos autem fide ei habita, & eo in vrbem recepto, dolis inductos & circumuentos eſſe, quod conſentaneum eſt Probum narraſſe. ſed hoc tantùm, eum vi in vrbem introiuiſſe, & talem crudelitatem in eos expromſiſſe. Refert & Polyænus facinus illud Lyſandri in Mileſios perfidũ ſimul & crudele, lib. I. Strategem. his verbis. Λύσανδρος τοῖς ἐν Μιλήτῳ φίλοις ὑποσχόμενος τὸν δῆμον συγκαταλύειν, ἧκεν εἰς Μίλητον. καὶ τοῖς μὲν νεωτερίζουσι λόγῳ χαλεπὸς ἦν· τοῖς δὲ δημόταις ἐλευθερίαν συμπράξειν ἐπηγγέλλετο. πιστεύσας ὁ δῆμος Λυσάνδρῳ χρηστὰ λέγοντι ἀπροφάσιστος ἥπτετο τὰ βήματα

οἱ φίλοι δὲ κοινῷ συνθήματι ἐπανίσταντο. καὶ τὸν δῆμον περιστησάντες κλείουσι πολλοὺς καὶ πολλαχοῦ. καὶ ἡ Μίλητος ἦν ὑπὸ τοῖς φίλοις Λυσάνδρου. id est Lysander suis, quos Mileti habebat, amicis pollicitus se populi potentiam vnà cum eis sublaturum, Miletum venit. Et iis quidem, qui rebus nouis studebant, verbo sæuus, & asper erat: popularibus vero se ad libertatem retinendam eis adiumento fore promittebat. Cui orationem boni viri imitanti, & benignè promittenti cùm credidisset populus, imparatus & securus sperabat meliora. Amici autem Lysandri, signo dato vno tempore arma capiunt, & impetu in populum facto magnam cædem multis locis edunt. Et ita Miletus sub potestatem amicorum Lysandri redacta est. Cùm superiora illa iam scripsissem, diúque hoc exemplum crudelitatis & perfidiæ Lysandri in Thasios quæsiuissem, reperi tandem apud Polyænum lib. I. Strategem. Sic igitur Polyænus. Λύσανδρος ἐκράτησε Θασίων· παρ᾽ οἷς ἦσαν ἀττικίζοντες πολλοὶ κρυπτόμενοι τὸν Λάκωνος φόβῳ· ὁ δὲ τοὺς Θασίους εἰς τὸ Ἡρακλέους ἱερὸν συναγαγὼν, φιλανθρώπους λόγους διεξῆλθεν, ὡς δέοι συγγνώμην ἔχειν τοῖς κρυπτομένοις ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν πραγμάτων· καὶ ὅτι θαρρεῖν αὐτοὺς προσῆκεν, ὡς μηδὲν δεινὸν πεισομένους, τῶν λόγων ἐν ἱερῷ γινομένων, καὶ ταῦτα ἐν Ἡρακλέους πόλει τοῦ πατρῴου. οἱ μὲν οὖν κεκρυμμένοι τῶν Θασίων πιστεύσαντες τῇ τῶν λόγων φιλανθρωπίᾳ προσῆλθον· Λύσανδρος δὲ διαλιπὼν ὀλίγας ἡμέρας, ὅπως ἀδεέστεροι γένοιντο, προστάξας συναρπασθέντας ἀποσφάξαι. Id est Lysander Thasiorũ potitus est, apud quos multi erant Atheniensium fautores, qui delitescebant Laconis metu. Ille autem Thasiis in templum Herculis coactis, & congregatis, orationem humanitatis plenam habuit, iis, qui laterent, tanta rerum commutatione facta, ignosci oportere. Et verò eos conuenire confidere, & bona spe esse, quasi nihil ipse in eos grauius statuturus esset, præsertim cùm verba fierẽt in templo, eóque Herculis, qui Thasiorum ciuitati deus esset patrius. Qui igitur delitescebant, verborum humanitate adducti, vt Lysandro crederent, ad eum accesserunt. Lysander paucis diebus interp sitis, vt essent metu & cura soluti, iussit eos correptos iugulari.

27. sui) Lacedæmonij, seu Ephori.

28. quo dolore inc. iniit cons Aliam causam fuisse vult Diodorus, nempe elationem animi, & ferociam, quòd bellum Peloponnesiacum confecisset, & Lacedæmoniis principatum Græciæ terra & mari peperisset. sic enim ille. καταλύσας γὰρ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον τῇ πατρίδι περιεποίησε τὴν ἡγεμονίαν ὁμολογουμένως, καὶ τὴν κατὰ γῆν, καὶ τὴν κατὰ θάλατταν. διόπερ ἐπὶ τούτοις πεφρονηματισμένος διενοεῖτο καταλῦσαι τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν βασιλείαν, &c. id est bello enim Peloponesiaco confecto patriæ suæ incontrouersum Græciæ principatum terra & mari conciliarat. Iccirco sublatis animis, & ferocior factus Heraclidarum regnum euertere cogitabat.

29. sine deorum ope) Plutarch. ait hoc esse machinam, seu deum ex machina adhibere, vt fit in tragœdiis. Solent autem ad hæc commenta confugere magni viri, cùm vis, aut ratio humana non satis valet ad id quod cõcupiscunt, efficiendum. Diod. ἐνόμιζε γὰρ, εἰ χρησμοῦ λάβοι σύμμαχον ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς, ῥᾳδίως ἕξειν ἐπὶ τέλος τὴν προαίρεσιν. i putabat enim, si oraculum nactus esset, à quo adiuuarentur sui conatus, se facile ad exitum suorum consiliorum peruenturum. Sic Pisistratus tyrannus cùm eiectus è ciuitate fuisset, commentus est illud omnibus no-

tum de Pallade armata, à qua in currum imposita, edicendum curauit à præconibus, Pisistratum in ciuitatem, atque adeò in arcem restitui: cùm re vera esset mulier nomine Phya ingenti corporis statura, ita ornata, vt speciem Palladis præbere videretur. Tale fuisse commentum maiorum nostrorum de virgine & puella illa Aurelianensi, à viris cordatis & prudentibus accepi: quæ adhibita fuit ad metum Gallis eximendum, animúmque reddendum, vt Britannos è Gallia pellere auderent.

30. *quòd Lacedæm.)* Diod. eod. lib. ὁρῶν τοὺς Λακεδαιμονίους μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχοντας. i. *quòd videret Lacedæmonios maximè ad oracula animos attendere.*

31. *primùm Delphos)* Diod. ἐπεχείρησε τὴν ἐν Δελφοῖς προφῆτιν διαφθεῖραι χρήμασι. i. *conatus est sacerdotem Delphicam corrumpere pecunia.* Plutarch. Ἔφορος μὲν οὖν φησὶν αὐτὸν ὡς τὴν Πυθίαν ἐπιχειρήσας διαφθεῖραι, καὶ τὰς Δωδωνίδας αὖθις ἀναπείθων διὰ Φερεκλέους ἀπέτυχεν, εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι. i. *Ephorus igitur ait eum, vbi Pythiam corrumpere conatus, & deinde sacerdotes Dodonæas tentans per Pheeclem, spe sua décidit, & repulsus est, ad Ammonis oraculum se contulisse. Delphi vrbs in Parnasso iuxta Phocidem, in qua est templum & oraculũ Apollinis.*

32. *Dodonam)* vrbem Chaoniæ, vel, vt Stephanus, Molossiæ in Epiro: in qua Iupiter Dodonæus colebatur, & consulebatur.

33. *vota susc.)* sic Diod. προφάσει μὲν ὡς εὐχὰς ἀποδιδοὺς Ἄμμωνι, τῇ δ' ἀληθείᾳ διαφθεῖραι βουλόμενος τὸ μαντεῖον. i. *hanc causam prætexens, quasi vota Ioui Ammoni soluturus, re vera oraculum corrumpere volens.*

34. *Ioui Ammoni)* ab arena sic dicto: quam ἄμμον Græci dicunt. de Ioue Ammone Arrianus lib. 3. & Q. Curtius lib. 4.

35. *Afros)* alioqui subdolos, & fallaceis sed non pugnant hæc inter se, eum, qui sit subdolus natura, pecunia capi.

36. *multùm eum antist. Iou f.)* fefellerunt eius spem & opinionem.

37. *nam non solùm corr.)* sic Diod. οὐ μόνον ἀπέτυχε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλὰ καὶ συνεξέπεμψαν οἱ τοῦ μαντείου προεστῶτες πρέσβεις τοὺς κατηγορήσοντας τοῦ Λυσάνδρου περὶ τῆς τοῦ χρηστηρίου διαφθορᾶς. i. *non solùm à conatu suo repulsus est, & spe sua décidit, sed etiam oraculi antistites miserunt legatos, qui Lysandrum accusarent de oraculi corruptela.*

38. *iudicúmque abs. sent.)* Diod. κρίσεως αὐτῷ προτεθείσης ἀπελογήσατο πιθανῶς ὑπὲρ αὑτοῦ. i. *in iudicium vocatus, causa pro se dicta, fidem fecit se innocentẽ esse.*

39. *occisus est)* cùm Haliartum obsideret, vrbem Bœotiæ. sic Xenoph. lib. 3. ἑλλην. & Plutarch. in Lysandro.

40. *quæ post mortem)* Diod ibid. μετὰ δέ τινα χρόνον εὗρον λόγον γεγραμμένον πολυτελῶς, ὃν ἐπραγματεύσατο πρὸς τὰ πλήθη, πείθων ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν αἱρετοὺς γίνεσθαι βασιλεῖς. i. *aliquanto post eius mortem repererunt Lacedæmonij orationem accuratè & apparatè scriptam, quam adornauit ad multitudinem, suadens ei, vt ex ciuibus omnibus reges crearentur.* Plutarch. εὑρόντα βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένος ἦν ὁ περὶ πολιτείας λόγος, &c. *cùm librum reperisset Agesilaus, in quo erat oratio de rep. administranda. ex quibus Plutarchi verbis videtur legendum apud Diod.*

suprà

supr. πολιτικῶς, *pro* πολυπλῶς.

41. *ex omnib. dux delig.*) Diod. vt paullo antè retulimus, ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν, &c. At Plutarch. ὡς χρὴ τὴν Εὐρυποντιδῶν, καὶ Ἀγιαδῶν τὴν βασιλείαν ἀφελομένους, εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν ἐκ τῶν ἀρίστων. i. Oportere regnum ademtum Eurypontidis, & Agiadis ponere in medio, & electionem, seu optionem fieri ex optimis.

42. *deorum sententiæ*) deorum responsis & oraculis.

43. *pecunia fidens*) pecunia fretus, eáque sperans se sacerdotes & antistites fanorum possè corrumpere.

44. *non dubitabat*) Non dubitabat se habiturum, genus loquendi Probo vsitatum, vt antea admonuimus, pro quo Cicero diceret, non dubitabat quin habiturus esset.

45. *Cleon Halicarn.*) sic Plutarch. καὶ λόγον ἐξεμάνθανε πρὸς τὴν ὑπόθεσιν γεγραμμένον ὑπὸ Κλέωνος Ἁλικαρνασέως. i. & orationem ediscebat, quæ in hanc sententiã & quæstionem scripta erat à Cleone Halicarnassèo.

46. *Pharnabazi*) de quo in Alcibiade. commemorat eum Thucyd. lib. 8. & sæpe Xenophon lib. 3. & 4. ἑλλην. Isocrates Panegyrico, Plutarch. in Lysand. erat autem hic Pharnabazus Cretensis Pharnabaci filius, olim Darij, & postea Artaxerxis satrapes, qui Alcibiadem interfecit, vt scribit Diod. lib. 14.

47. *déque his rebus susp.*) hoc narrat Plutarch. multis verbis: qui fere in ceteris cum Probo congruens, in hoc discrepat, quòd Probus semel tantùm scriptum à Pharnabazo indicat, Plutarchus bis. sic enim ille. καὶ συνελθὼν ἐδεῖτο γράψαι περὶ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἑτέραν ἐπιστολήν, ὡς οὐδὲν ἠδικημένος, οὐδ' ἐγκαλοῦντα. i. & cum Pharnabazo congressus Lysander, petebat ab eo, vt ad magistratus aliam de se epistolam scriberet, quasi nullam ab ipso accepisset iniuriam, neque quicquam de ipso quereretur. Paullo antè Plutarchus dicit Pharnabazum certos homines misisse, qui Lysandrum accusarent. quin idem Plutarchus tradit, Ephoros auditis Lysandri accusatoribus à Pharnabazo missis, ad eum scytalam misisse, iubentes vt Lacedæmonem rediret.

48. *quanta sanctitate*) quanta abstinentia, iustitia, integritate, pietate.

49. *huic ille liberal. pollic.*) Plutarch. ὑποσχόμενος ἅπαντα ποιήσειν, &c. i. pollicitus se omnia facturum, &c. sic loquitur Q. Cicero de petitione consul. homines non modo promitti sibi, præsertim quæ à candidato petant, sed etiam largè atque honorificè promitti volunt.

50. *librum gr.*, Plutarch. ἔγραψεν οἵαν ὁ Λύσανδρος ἠξίωσεν ἐπιστολήν. id est scripsit qualem Lysander postulauit, epistolam.

51. *dum obsign.*) alij codices habent, dum signatur. nonnulli, designatur, mendosè. Plutarch. ἐν δὲ τῷ τὰς σφραγίδας ἐπιβάλλειν. i. interea dum signa imprimit.

52. *pari magnitudine, vt*) quidam libri habent, pari magnitudine, & tanta similitudine, vt &c. sed ego hoc totum, & tanta similitudine, subditum suspicor. Plutarch. hanc sententiam his verbis exprimit, ἐναλλάξας τὰ βιβλία μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει. i. commutatis inter se libris nihil specie differentibus. Refert hoc & Polyænus lib. VII. Strategem. cuius verba ascribam. Φαρνάβαζος κατὰ Λυσάνδρου Λακεδαιμο-

νίοις ἔγραψεν. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀνεκαλέσαντο, σκυτάλην πέμψαντες. Λύσανδρος ἱκετεύει Φαρνάβαζον ἄλλην ἐπιστολὴν ὑπὲρ αὐτοῦ γράψαι φιλανθρωποτέραν. Φαρνάβαζος ὑποσχόμενος, φανερῶς μὲν ἔγραψεν οἵαν ὁ Λύσανδρος ἠξίωσε· κρύφα δὲ εἶχεν ἑτέραν γεγραμμένην· ἐν δὲ τῷ τὴν σφραγῖδα ἐπιβαλεῖν, ὑπαλλάξας τὰ βιβλία μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει, δίδωσιν αὐτῷ τὴν κρύφα γεγραμμένην. Λύσανδρος ἐπανελθὼν ἐς Λακεδαίμονα, τοῖς ἐφόροις κατὰ τὸ ἔθος ἀπέδωκε τὰ γράμματα. οἱ δ' ἀναγνόντες ἔδειξαν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, προειπόντες μηδὲν ἀπολογίας δεῖσθαι, αὐτὸν καθ' αὐτοῦ γράμματα κομίσαντα. id est, Pharnabazus ad Lacedæmonios in Lysandrum scripsit. Illi autem eum ex Asia reuocarunt scytala missa. Lysander supplex à Pharnabazo petit, vt aliam pro se ad Lacedæmonios epistolam scribat, humanã. Pharnabazus liberaliter ei pollicitus, palàm quidem & aperte talem epistolam scripsit, qualem Lysander postulauit: clàm verò & occulte alteram aliter scriptam habebat. Interea igitur dum signum litteris imprimit, chartis furtim mutatis nihil inter se specie differentibus, dat eam Lysandro epistolam, quæ occultè erat scripta. Lysander Lacedæmonem reuersus, Ephoris, vt erat consuetudo, litteras reddidit. Illi autem lectas litteras ei ostenderunt, præfati eum nihil defensione egere, qui ipse in caput suum litteras attulisset.

53. subiecit) supposuit, substituit. sic vulpes à vulpe capta est: & vt ait Plutarch. Lysander aduersus Cretensem, seu Cretẽ cretissans, Pharnabazũ ignorabat.

54. apud max. mag) Plutarch. περὶ τὸ ἀρχεῖον.

55. suus) cur non dixit, sui accusator, sed suus? ita scilicet, vt meus & tuus defensor dicitur, qui me, & te defendit. imprudens autẽ, quia litteras in caput suum scriptas, quasi Bellerophon, aliter existimans, ad suos tulit.

ALCIBIADES.

Alcibiades[1] Cliniæ filius, Atheniensis. In hoc natura, quid efficere posśit, videtur experta. Constat enim inter omneis, qui de eo memoriæ[2] prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in[3] vitiis, vel in virtutibus. Nam in amplisśima ciuitate, summo genere, omnium ætatis suæ multo formosissimus, ad omneis res aptus,[4] consiliíque plenus. Namq; imperator fuit summus mari & terra, disertus, vt in primis dicendo valeret: & tanta[5] erat commendatio oris, atque orationis, vt[6] nemo ei dicendo posset resistere. idem cùm tempus posceret,[7] laboriosus, patiens, liberalis, splendidus non minus in vita, quàm victu: affabilis, blandus,[8] temporibus callidisśimè inseruiens. Idem simul ac se remiserat, nec causa sube-

rat, quare animi laborem perferret,[9] luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur, vt omnes admirarentur, in vno homine tantam[10] inesse dissimilitudinem, támque diuersam naturam. Educatus est in domo Periclis, (priuignus[11] enim eius fuisse dicitur) eruditus[12] à Socrate. socerum [13]habuit Hipponicum, omnium[14] Græcorum diuitissimum, vt, si ipse fingere vellet, neque plura bona[15] reminisci, neque maiora posset consequi, quàm vel fortuna, vel natura tribuerat. Ineunte adolescentia amatus est à multis more Græcorum[16]: in eis à Socrate, de quo mentionem facit Plato in Symposio. namque[17] eum induxit commemorantem se pernoctasse cum Socrate, neque aliter ab eo surrexisse, ac filius à parente debuerit. Postea, quàm[18] robustior est factus, non minus multos amauit. in quorum amore, quoad licitum est, odiosa multa[19] delicatè, iocoséque fecit: quæ referremus, nisi maiora, potioráque haberemus. Bello Peloponnesiaco huius [20]consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt. ad quod gerendum ipse dux delectus est.[21] duo præterea collegæ dati, Nicias & Lamachus. Id cùm appararetur, prius quàm classis exiret, áccidit, vt vna nocte omnes[22] Hermæ, qui in oppido erant Athenis,[23] deiicerentur, præter vnum, qui ante[24] ianuam Andocidis erat, Andocidísque Hermes vocatus est. hoc cùm[25] apparêret non sine magna multorum consensione esse factum, quòd non ad priuatam, sed ad publicam rem pertineret, magnus[26] multitudini timor est iniectus, ne qua repentina vis in ciuitate exsisteret,[27] quæ populi libertatem opprimeret. Hoc[28] maxime conuenire in Alcibiadem videbatur, quòd & potentior & maior, quàm priuatus, existimabatur. multos enim liberalitate deuinxerat, plureis etiam opera forensi suos[29] reddide-

rat. quare fiebat, vt omnium[30] oculos, quotiescunque in publicum prodisset, ad se conuerteret, neque ei par quisquam in ciuitate[31] poneretur. Itaque non solùm spem in eo habebant maximam, sed etiam[32] timorem, quòd & obesse plurimùm & prodesse poterat.[33] Aspergebatur etiam infamia quòd in [34] domo sua facere mysteria dicebatur: quod nefas erat more Atheniensium: ídque non ad religionem, sed ad[35] coniurationẽ pertinere existimabatur. Hoc[36] crimine in contione ab inimicis cõpellabatur. Sed instabat tempus ad bellũ proficiscendi. Id ille intuens, neque ignorans ciuium suorum consuetudinem,[37] postulabat, vt, si quid de se agi vellent, potius de præsenti quæstio haberetur, quàm absens inuidiæ[38] crimine accusaretur. Inimici[39] verò eius quiescendum in præsenti, quia nocere se ei non posse intelligebant, & illud tempus exspectandum decreuerunt, quo exisset, vt sic absentem aggrederentur. Itáq; fecerunt. nam postquàm in Siciliam eum peruenisse crediderunt, absentem, quòd sacra violasset, reum fecerunt. Qua de re cùm[40] ei nuntius à magistratu in Siciliam missus esset, vt domum ad causam dicendam rediret, essetq; in magna spe prouinciæ benè administrandæ, non parêre noluit, & in[41] triremem, quæ ad eum deportandum erat missa, ascendit, ac[42] Thurios in Italiam peruectus, multa[43] secum reputans de immoderata ciuium suorum licentia, crudelitatéque erga nobileis, vtilissimum[44] ratus impendentem euitare tempestatem, clam se à custodibus subduxit, & inde primùm[45] Elidem, deinde Thebas vênit. Postquàm autem se [46] capitis damnatum bonis[47] publicatis audiuit, &, id quod vsu venerat,[48] Eumolpidas & Cerycas à populo coactos vt [49] se[50] deuouerent, eiúsque deuotionis, quo testatior esset memoria, exemplum, in[51] pila lapidea incisum, esse positum.

in publico, Lacedæmonem demigrauit. Ibi, vt ipse[52] prædicare consueuerat, non aduersus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, quòd iidem hostes essent ciuitati. nam cùm[53] intelligerent se plurimùm prodesse reipublicæ, ex ea eiecisse, plúsque iræ suæ, quàm vtilitati communi paruisse. Itaque huius consilio Lacedæmonij[54] cum Persarum rege amicitiam fecerunt: deinde[55] Deceliam in Attica munierunt, præsidióque perpetuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt. Eiusdem opera[56] Ioniam à societate auerterunt Atheniensium. quo facto, multo superiores bello esse cœperunt. [57] Neq; verò his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quàm timore ab eo alienati. nam cùm acerrimi viri præstantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt ne caritate patriæ ductus aliquando ab ipsis descisceret, & [58] cum suis in gratiam rediret. Itaque[59] tempus eius interficiendi quærere instituerunt.[60] Id Alcibiadi diutius celari non potuit. erat[61] enim ea sagacitate, vt decipi non posset, præsertim, cùm animum attendisset ad cauendum.[62] Itaque ad Tissaphernem [63] præfectum regis Darij se contulit: [64] cuius cùm in intimā amicitiam peruenisset, & Atheniensium,[65] male gestis in Sicilia rebus, opes[66] senescere, contrà Lacedæmoniorum crescere videret: initiò cum[67] Pisandro prætore, qui apud Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur, & de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem, quo Alcibiades, sensu,[68] populi potentiæ non amicus, & [69] optimatum fautor.[70] Ab hoc destitutus, primùm per Thrasybulum, Lyci filium, ab exercitu recipitur, prætórque fit apud Samum: pòst suffragante[71] Theramene plebiscito restituitur, paríque absens imperio præficitur simul cum Thrasybulo & Theramene. Horum imperio[72] tanta commutatio rerum facta est;

vt Lacedæmonij, qui paullo antè victores viguerant, perterriti[73] pacem peterent.[74] victi enim erant quinque prœliis terrestribus, tribus naualibus: in[75] quibus ducentas naueis triremeis amiserant, quæ captæ in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas præterea vrbeis Græcas, quæ in ora sitæ sunt Asiæ: quarum expugnauerant[76] complureis,[77] in his Byzantium. neque minus multas consilio ad amicitiam adiunxerant, quòd in captos[78] clementia fuerant vsi. Inde[79] præda onusti locupletato exercitu maximis rebus gestis Athenas venerunt. His cùm obuiam vniuersa ciuitas in Piræeum descendisset,[80] tanta fuit omnium exspectatio visendi Alcibiadis, vt ad eius triremem vulgus conflueret, proinde ac si solus aduenisset.[81] sic enim populo erat persuasum, & aduersas superiores, & præsenteis secundas res accidisse eius opera. Itaque & Siciliæ[82] amissum, & Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant, quòd talem virum ex ciuitate expulissent. Neque id sine causa arbitrari videbantur. nam postquàm exercitui præesse cœperat, neque terra, neque mari hostes pares esse potuerant. Hic vt naui egressus est, quamquam Theramenes & Thrasybulus eisdem rebus præfuerant, simúlque venerant in Piræeum, tamen illum vnum omnes[83] prosequebantur, &, id quod numquam antea vsu venerat,[84] nisi Olympiæ victoribus,[85] coronis aureis, æneísque vulgò donabatur. Ille[86] lacrymans talem beneuolentiam ciuium suorum[87] accipiebat, reminiscens pristini temporis acerbitatem. Postquàm[88] asty vênit,[89] contione aduocata sic verba fecit, vt nemo tam ferus fuerit, quin eius casum lacrymarit, inimicúmque his se ostenderit, quorum opera patria pulsus fuerat:[90] proinde ac si alius populus, non ille ipse, qui

tum flebat, eum[91] sacrilegij damnasset.[92] Restituta ergo huic sunt publice bona:[93] iidéq; illi Eumolpidæ ac Ceryces rursus [94] resacrare sunt coacti, qui eum deuouerant:[95] pilæq; illæ, in quibus deuotio fuerat scripta, in mare præcipitatę. Hæc Alcibiadi lætitia minus fuit diuturna. nam cùm ei essent omnes honores decreti,[96] totáque respublica domi, bellíque tradita, vt vnius arbitrio gereretur, & [97] ipse postulasset, vt duo sibi collegæ darentur Thrasybulus & Adimantus, neque id negatum esset: classe in Asiam profectus, quòd[98] apud Cymen minus[99] ex sententia rem gesserat, in[100] inuidiam récidit. nihil[101] enim eum non efficere posse ducebant. ex quo fiebat, vt omnia minus prosperè gesta eius culpæ tribuerent, cùm eum aut negligenter, aut malitiose fecisse loquerentur, sicut áccidit. nã corruptũ à[102] rege, capere[103] Cymen noluisse arguebant.[104] Itaque huic maximè putamus malo fuisse nimiam opinionem ingenij, atque virtutis. timebatur enim non minus, quàm diligebatur, ne secunda fortuna, magnísque opibus elatus, tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est, vt absenti magistratum abrogarent, &[105] alium in eius locum substituerent. Id ille vt audiuit,[106] domum reuerti noluit, & se[107] Perinthum contulit, ibíque tria castella communiuit,[108] Bornos,[109] Byziam,[110] Themeonticos: manúque collecta,[111] primus Græciæ in Thraciam introiit, gloriosius existimans barbarorum præda locupletari, quàm Graiorum. Qua ex re creuerat eius fama cum opibus, magnámque amicitiam sibi cum[112] quibusdam regibus Thracię pepererat.[113] Neque tamen à caritate patriæ potuit recedere. nam cùm apud[114] Aegos flumen[115] Philocles prætor Atheniensium classem constituißet suam,[116] neque longè abeßet Lysander prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupa-

tus, vt[117] bellum quàm diutissimè duceret, quòd ipsis pecunia [118] à rege suppeditabatur: contrà[119] Atheniensibus exhaustis, præter arma & naueis nihil[120] erat super: Alcibiades ad Atheniensium vênit exercitum, ibíque præsente[121] vulgo agere cœpit, si vellent, se[122] coacturum Lysandrum aut dimicare, aut pacem petere: [123] Lacedæmonios eò nolle confligere classe, quòd pedestribus copiis plus, quàm nauibus, valerent: sibi[124] autem esse facile[125] Seuthen regem Thracum deducere, vt eos terra depelleret: quo facto necessariò aut classe conflicturos, aut[126] bellum composituros. Id etsi verè dictum[127] Philocles animaduertebat, tamen postulata facere noluit, quòd[128] sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum. &, si quid secundi euenisset, nullam in ea re suam partem fore: [129] contra ea, si quid aduersi accidisset, se vnum eius delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades, quoniam, inquit, victoriæ patriæ repugnas, [130] illud moneo, iuxta hosteis castra habeas nautica. periculum est enim, ne[131] immodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus. Neque[132] ea res illum fefellit. nam Lysander cùm[133] per speculatores comperisset, vulgum Atheniensium in terram prædatum exisse, nauéisque pæne inaneis relictas, [134] tempus rei gerendæ non dimisit, eóque impetu totum bellum[135] deleuit. At Alcibiades victis Atheniensibus non satis tuta eadem loca sibi arbitrans, [136] penitus in Thraciam se supra Propontidem[137] abdidit, sperans ibi facillimè suam fortunam occuli posse: falsò. nam Thraces postquàm eum cum magna pecunia venisse senserunt, [138] insidias ei fecerunt. qui ea, quæ apportauit, abstulerunt: ipsum capere non potuerunt. Ille cernens, nullum locum sibi tutum in Græcia, propter potentiam [139] Lacedæmoniorum,

rum, ad Pharnabazum in[140] Asiam tronsiit.[141] quem quidem adeò sua cepit humanitate, vt eum nemo in amicitia antecederet. namque ei[142] Grunium dederat in Phrygia castrum, ex quo[143] quinquaginta talenta vectigalis habebat. [144] Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmoniis seruire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. Sed videbat id sine[145] rege Persarum non posse fieri. ideóque eum amicũ sibi cupiebat adiungi.[146] neque dubitabat facilè se consecuturum, si modò eius conueniendi habuisset potestatem. nam[147] Cyrum fratrem ei bellum clàm parare[148] Lacedæmoniis adiuuantibus sciebat. id si ei aperuisset, magnam se ab eo initurum gratiam videbat. Hæc cùm moliretur, peterétque à Pharnabazo, vt ad regem[149] mitteretur, eodem tempore[150] Critias, ceteríque tyranni Atheniensium[151] certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt, qui eum certiorem facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset. quare si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur. His Lacon rebus commotus statuit accuratius sibi[152] agendum cum Pharnabazo. huic ergo renuntiat,[153] societatem, quæ regi cum Lacedæmoniis esset, stare non posse,[154] fœderáque irrita futura, nisi Alcibiadem viuum, aut mortuum tradidisset.[155] Non tulit hoc satrapes, & violare clementiam, quàm regis opes minui, maluit.[156] Itaque misit Sysamithren & Bagoam ad Alcibiadem interficiendum, cùm ille esset in Phrygia, itérque ad regem compararet.[157] Missi, clàm[158] vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, vt eum interficiãt. Illi cùm eum[159] ferro aggredi non auderent, noctu[160] ligna contulerunt[161] circa domum stramineam, in qua quiescebat,

eámque ſuccenderunt, vt incendio conficerent,[162] quem manu ſuperari poſſe diffidebant. Ille autem ſonitu flammæ excitatus, quòd gladius ei erat ſubductus, familiaris ſui[163] ſubalare telum eripuit. namque erat cum eo quidam ex Arcadia hoſpes, qui numquam diſcedere voluerat. hunc ſequi ſe iubet, &[164] id, quod in præſentia veſtimẽtorũ fuit, arripuit. his in ignem[165] eiectis flãmæ[166] vim tranſiit. Quem vt barbari incendium effugiſſe eminus viderunt,[167] telis miſsis interfecerunt, capútque eius ad Pharnabazum retulerunt.[168] At mulier, quæ cum eo viuere conſueuerat,[169] muliebri ſua veſte contectum, ædificij incendio mortuum[170] cremauit, quod ad viuum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus, diem obiit ſupremum. Hunc[171] infamatum à pleriſque tres grauiſsimi hiſtorici ſummis laudibus extulerunt: Thucydides, qui eiuſdem ætatis fuit: Theopompus, qui fuit pòſt aliquanto natus: & Timæus: qui[172] quidem duo maledicentiſsimi, neſcio quo modo, in illo vno laudando conſenſerunt. nam ea, quæ ſuprà diximus, de eo prædicarunt, atque hoc amplius, cùm Athenis [173] ſplendidiſſima ciuitate natus eſſet, omneis Athenienſeis ſplendore ac dignitate vitæ ſuperaſſe: poſtquàm inde expulſus Thebas venerit, adeò ſtudiis eorum inſeruiſſe, vt nemo eum labore, corporíſque viribus poſſet[174] æquiparare. omnes enim Bœotij magis[175] firmitati corporis, quàm ingenij[176] acumini inſeruiunt. eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus[177] in patientia ponebatur, ſic duritiæ ſe dediſſe, vt parſimonia victus atque cultus omneis Lacedæmonios vinceret: fuiſſe apud Thracas,[178] homines vinolentos, rebúſque Venereis deditos: hos quoque in his rebus anteceſsiſſe: veniſſe ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet:

[179] *fortiter venari,* [180] *luxuriosè viuere: horum sic imitatum consuetudinem, vt illi ipsi eum in his maxime admirarentur. quibus rebus effecisse, vt apud quoscunque esset,* [181] *poneretur princeps, haberetúrque* [182] *carissimus. Sed satis de hoc, reliquos ordiamur.*

ALCIBIADES.

ALcibiades Clin. fil.) Genus Alcibiadis copiosè exponit Isocrates in oratione περὶ ζεύγους, quæ habetur ab Alcibiadis filio: & Plutarch. in Alcibiade.

2. *memoriæ prodid.) cur non dixit, memoriam prodiderunt? aut cur non ita? qui aliquid de eo memoriæ prodiderunt.*

3. *vel in vitiis, vel in virtutib.) tale quiddam* M. Tullius *de* Catilina *memoriæ prodidit in* Cæciliana, *vt infrà referemus.* De eodem *sic* Diod *lib.* 13. ἦν γὰρ καὶ λόγῳ δεινότατος, καὶ τόλμῃ πολὺ προέχων τῶν πολιτῶν, ἔτι δ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων. *i. erat enim & summa dicendi facultate præditus, & audacia longè ciuibus antecellens, nobilitate & diuitiis* Atheniensium *primus.* Idem *eod. lib. infrà.* θράσει γὰρ πολὺ διέφερε τῶν ἄλλων, καὶ δεινότατος ἦν εἰπεῖν, καὶ κατὰ μὲν τὴν στρατηγίαν ἄριστος, κατὰ δὲ τὴν τόλμαν παραβολικώτατος. ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν καθ' ὑπερβολὴν εὐπρεπής, καὶ τὴν ψυχὴν λαμπρὸς, καὶ μεγαλεπίβολος, &c. *i. audacia enim multo aliis præstabat, & dicendi facultate excellebat, & in re militari quidem erat optimus, in audacia autem efficacissimus. erat porrò & aspectu pulcherrimus, & animo maximo, & res magnas sibi, quas peteret, proponebat.* Multa *de eodem apud* Platonem *&* Xenoph.

4. *consiliíque plenus) quod declarauit cùm multis aliis in rebus, tum in ea re, eóque tempore, cùm exsul monuit* Athenienseis, *vt stationem mutarent, docens, eos loco incommodo naueis collocatas habere:* Atheniensium *autem prætores, in his* Tydeus *&* Menander, *ei parère noluerunt: quin eum verbis malè acceperũt, & abire iusserunt. vnde* Atheniensiũ *clades ad* Ægos *flumen nata est: quam vrbis expugnatio, & reip. commutatio est consecuta sic autem suprà locutus est in* Pausania.

5. *tanta erat comm. oris &c.) ita eum os & oratio commendabant, vt &c.*

6. *vt nemo ei dicendo) Itaque belli* Siculi *suasor, & auctor fuit,* Nicia *frustra dissuadente.* Thucydides *lib.* VI. & Probus *infrà.*

7. *laboriosus) hanc morum & ingenij inæqualitatem multis verbis ex* Satyro *refert* Athenæus *lib.* 12. λέγεται ὅτι ἐν Ἰωνίᾳ μὲν ὤν, Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος· ἐν Θήβαις δὲ σωμασκῶν καὶ γυμναζόμενος, τῶν Θηβαίων αὐτῶν μᾶλλον Βοιώτιος· ἐν Θετταλίᾳ δὲ ἱπποτροφῶν καὶ ἡνιοχῶν, τῶν Ἀλευαδῶν ἱππικώτερος· ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίαν καὶ ἀφέλειαν ἐπιτηδεύων, ἐνίκα τοὺς Λάκωνας· ὑπερῆρε δὲ καὶ τὴν τῶν Θρακῶν ἀκρατοποσίαν, &c. *i. videbatur autem, vt ferũt,* Alcibiades *in* Ionia *quidem cùm esset,* Ionibus *luxuriosior ac delicatior:* Thebis *corpore exercendo, magis quàm* Thebani *ipsi* Bœotius: *in*

Thessalia equis alendis & aurigandis, magis equestris, equitandíque peritior Aleuadis: Spartæ laboris patientiam & industriam colens Lacones superabat: idem Thracum vinolentiam, & vini meri bibendi consuetudinem bibendo vincebat. Eadem fere & Plutarchus in Alcibiade, quæ mox proferemus. Paullo antè vbi omnes libri vulgati habebant, deinde, præter vnum, in quo erat, id est, ego excudendum curaui, Idem rectè, nisi fallor.

8. temporib callidiß. inf.) hac de re sic Plutarch. ἓν γὰρ, ὥς φασι, μία δεινότης αὕτη τῶν πολλῶν ἐν αὐτῷ καὶ μηχανὴ θήρας ἀνθρώπων, συνεξομοιοῦσθαι, καὶ συνομοιοπαθεῖν τοῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ ταῖς διαίταις ὀξυτέρας τρεπομένῳ τροπὰς τοῦ χαμαιλέοντος, &c. i. Erat enim, vt aiunt, vna hæc ex multis in eo sollertia, & machina captandorum & aucupandorum hominum, torquere suos mores, & flectere, ac versare suam naturam ad aliorum studia, & vitæ degendæ rationes, & cultus, cùm celerius verteretur, atque in plureis colores mutaretur, quàm chamæleon. hoc etiam chamæleontem vincebat, quòd chamæleon se ipse colori candido simulare non potest: Alcibiadi autem per bona pariter & mala meanti nihil erat, quod imitando, & colendo exprimere non posset: sed Spartæ exercitationibus corporis studebat, tenuiter & parcè viuebat, seuerus ac tristis erat: in Ionia mollis, iucundus, animo remisso, ac dissoluto: in Thracia ebriosus, & in equitatione assiduus: cum Tissapherne commorans, amplitudine apparatus & sumtu magnificentiam Persicam superabat. Talem fere describit Catilinam Cicero in Cæliana. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam industriæ stimuli ac laboris: flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. neque vmquam fuisse tale monstrum in terris vllum puto, tam ex contrariis, aduersísque, atque inter se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibúsque conflatum, &c. sequitur mox, Quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effusior? Illa verò iudices, in illo homine mirabilia fuerunt, &c. versare suam naturam, & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere, & flectere: cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè, cùm senibus grauiter, cum iuuenibus comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè viuere.

9. luxuriosus, diss. libid. intemp.) Idem Athenæus eod. lib. copiosè item persequitur luxuriam, & intemperantiam Alcibiadis: ex quibus illud insigne, quòd, cùm peregrè proficiscebatur, quattuor sociis ciuitatibus, tãquam ancillis, vtebatur. Nã tabernaculũ Persicũ ei præbebant Ephesij: pabulum eius equis Chij: Cyziceni victimas ad sacrificia, & viscerationes, & carniũ distributiones: Lesbij vinum, & cetera ad victum quotidianum. Colligit & alia Plutarch. in Alcibiade.

10. tantam inesse dissimilitudinem) tantam morum inæqualitatem, seu inæquabilitatem, ἀνωμαλίας. ex qua chamæleon dictus est; vt suprà diximus. à quibusdam codicibus abest infinitiuus, inesse.

11. priuignus) immo sororis filius, siue ἀδελφιδοῦς, vt tradit Diod. Sicul. lib. 12. sic ille. Ἀλκιβιάδης ὁ ἀδελφιδοῦς, ὀρφανὸς ὤν, τρεφόμενος παρ' αὐτῷ, παῖς ὢν καθ' ἡλικίαν, &c. & Suidas, & Gellius. sic Gell. lib. 15. cap. 17. cùm apud auunculum Periclem puer artib. ac disciplinis liberalib. erudiretur.

12. eruditus à Socrate) licet hoc ex Platone & Xenophonte cognoscere, quamquam Socrates in Apologia à Platone scripta, negat se cuiusquam magistrū fuisse. Sed hoc facile solui potest.

13. socerum habuit Hipponicum) Isocrates περὶ τοῦ ζεύγους. in qua oratione loquitur Alcibiadis fil. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ἔγημεν. ἡγοῦμαι γὰρ καὶ ταύτην ἀριστεῖον αὐτὸν λαβεῖν. ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς Ἱππόνικος, πλούτῳ μὲν πρῶτος τῶν ἑλλήνων, γένει δ' οὐδενὸς ὕστερος τῶν πολιτῶν. i. Postea autem matrem nostram vxorem duxit. existimo enim eum hanc quoque, vt præmium virtutis suæ, adeptum esse. Nam pater eius Hipponicus, diuitiis quidem Græcorum primus erat, genere verò nulli ciuium secundus. Erat autem Alcibiadis vxor, Hipponici filia, nomine Hipparete.

14. omnium Græcorum diuitissimum) sic hunc locum restitui, in libris omnibus vulgatis inquinatum. sic enim fere habent, Græcæ linguæ eloquentia disertissimum: quod primùm parum Latinè dictum est: deinde quoquomodo dictum sit, falsum est, neque à quoquam memoriæ proditum: postremò nihil hoc ad rem pertinet. natum erratum ex voce diuitissimum quam semidocti non intelligentes, aut non probantes, deprauarunt, ex eáque fecerunt, disertissimum: cetera deinde sunt ab eisdem auctoribus inculcata, & deprauata. Confirmat hanc emendationem Isocrates in oratione περὶ ζεύγους, eo loco, quem paullo antè protuli, ibi. πλούτῳ μὲν πρῶτος τῶν ἑλλήνων, &c. & Plutarch. in Alcibiade. Ἱππονίκῳ δὲ τῷ Καλλίου πατρὶ, καὶ δόξαν ἔχοντι μεγάλην καὶ δύναμιν ἀπὸ πλούτου καὶ γένους, &c. i. Hipponico Calliæ patri & ob diuitias, & ob genus magnam gloriam & potentiā consecuto, &c. & Lysias in orat. ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ. χρημ. Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατὴρ, ὡς πλεῖστα τῶν ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι, &c. id est, Callias igitur Hipponici filius, paullo post mortem patris, qui plurima omnium Græcorum possidere existimabatur, &c.

15. reminisci) memoria repetere, vel memoria complecti. Sed non dissimulabo lectori, hoc reminisci, mihi esse suspectum. Cur non dixit potius, concupiscere, aut optare?

16. Græcorum) de hoc Græcorum more, quod ad taleis amores attinet, diximus nonnulla suprà in præfatione, licuisse scilicet adolescenteis amare modò honestè, & pudenter, & sine probro, & turpitudine, cuiusmodi amoris exstat præclarum exemplum apud Xenoph. lib. V. de reb. Græc. inter Cleonymum & Archidamū. sed præstat præter illa, quæ antè notata sunt. etiam ea ascribere, quæ scripsit idem Xenoph. λακεδαιμ. πολιτ. Sic igitur ille. οἱ μὲν τοίνυν ἕλληνες, ἢ ὥσπερ Βοιωτοὶ, ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσι, ἢ ὥσπερ ἠλεῖοι διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ χρῶνται. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ παντάπασι τοῦ διαλέγεσθαι τοὺς ἐραστὰς εἴργουσιν ἀπὸ τῶν παίδων. ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐναντία καὶ τούτοις πᾶσι γνοὺς, εἰ μέν τις αὐτὸς ὢν οἷον δεῖ, ἀγασθεὶς ψυχὴν παιδὸς πειρῷτο ἄμεμπτον φίλον ἀποτελέσασθαι, καὶ συνεῖναι, ἐπῄνει, καὶ καλλίστην παιδείαν ταύτην ἐνόμιζεν. εἰ δέ τις παιδὸς σώματος ὀρεγόμενος φανείη, αἴσχιστον τοῦτο θεὶς, ἐποίησεν ἐν Λακεδαίμονι μηδὲν ἧττον ἐραστὰς παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ γονεῖς παίδων, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφροδίσια ἀπέχονται. i. Græci igitur aut quo modo Bœoti vir & puer coniugati, inter se congrediuntur, aut quemadmodum Eléi Gratiis approbantibus ætatis flore vtuntur. Sunt autem qui amatores ita à pueris arcent ac prohibent, vt illos ne colloqui quidem cum his si-

nant. At Lycurgus cùm in alia atque hi omnes, sententia fuisset, si quis, qui sit ipse talis, qualem esse oportet, animum pueri admiratus, eum conaretur amicum ab omni reprehensione vacuum, ac purum reddere, & cum eo versari, laudabat, atque hanc institutionem pulcherrimam existimabat: sin quis pueri corpus concupiscere reperiretur, hoc turpissimum cùm statuisset, fecit vt Lacedæmone amatores non minus à pueris, quos amarent, sibi temperarent, quàm parentes à liberis, aut fratres maiores à fratribus ad res venereas sibi temperare solēt. Quibus consentanea sunt quæ prodita sunt ab Æliano variæ historiæ lib. 3. οὐκ εἰσὶ (inquit) θρυπτικοὶ πρὸς τοὺς ἐραστὰς οἱ Λακεδαιμονίων καλοὶ, οὐδὲ ἀγαζόνες, &c. satis est enim nobis locum indicasse, & Latinè Græca reddere: Non sunt feroces aduersus suos amatores Lacedæmoniorum pueri formosi, neque arrogantes. Nam contrà atque apud alios formosos, horum instituta cognoscere licet. ipsi enim rogant amatores suos vt se ament. Lacedæmoniorum hæc vox est, amare oportere: Spartiatam & amorem nullius rei turpis sibi conscios esse. Nam siue adolescentulus ausus est amatoris libidinem & probrum in corpore suo perpeti, siue amator probrum inferre adolescentulo, neutri vtile fuit Spartæ manere. aut enim è patria expulsi sunt, aut, quod est grauius, vita priuati. Accedat ad hos Plutarchus Laconicis apophth. ἐρᾶν μὲν τῶν τὴν ψυχὴν σπουδαίων παίδων ἐφεῖτο, τὸ δὲ πλησιάζειν αἰσχρὸν ἐνενόμιστο, ὡς τοῦ σώματος ἐρῶντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς. ὁ δ' ἐγκληθεὶς ὡς ἐπ' αἰσχύνῃ πλησιάζων, ἄτιμος διὰ βίου ἦν. i. amare pueros animi virtutibus præditos concessum ac permissum erat: commisceri verò turpe habebatur, quasi amarent corpus, non animum. qui verò accusatus esset, quòd flagitij & probri causa congressus esset, per totam vitam infamis erat.

17. namque eum induxit cōmmemor.) sic Plato. εὖ γὰρ ἴστε μὰ θεοὺς, μὰ θεὰς, ὅτι οὐδὲν περιττότερον καταδεδαρθηκὼς ἀνέστην μετὰ Σωκράτους, ἢ εἰ μετὰ τοῦ πατρὸς καθηῦδον, ἢ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου i. certo scitote, per deos, & per deas vobis iuro, me cùm dormiuissem cum Socrate, nihilo delicatius cum eo dormitasse, nihilóque secius è lecto surrexisse, quàm si cum patre, aut fratre maiore dormiuissem. Refert & Plutarch. in sermone primo de fort. & vict. Alexand. sub extr. Σωκράτης ἀνείχετο συγκοιμηθέντος Ἀλκιβιάδου. id est Socrates se continebat, Alcibiade vnà dormiente.

18. robustior est factus) corroboratus est: robur sumsit: adoleuit.

19. delicatè) τρυφερῶς, molliter, voluptariè.

20. huius cons. atque auct.) de hoc suprà diximus. de eodem lege & Diod. Sicul lib. 12 in extr.

21. duo præterea coll. d) sic Thucyd. lib. 6. & Diod. lib 12 eo, quem modò indicaui, loco.

22. omnes Herm. c) id est omnes Mercurij, seu Mercurij statuæ. erant autē Mercurij statuæ, lapideæ, quadratæ, & ad cubi figuram conformatæ, nimirum sine manibus, quòd omnem rem (vt scribit Festus) sine manibus sermo conficiat: quibus corporis partibus qui carent, κυλλοὶ vocantur, ex quo Mercurius Cyllenius dictus est, inquit ille. Thucydidis scholiastes his consentanea fere scribens, Quoniam aiunt, inquit, Mercurium sermonis & veritatis esse antistitem & præsidē, iccirco imagines, seu statuas eius quadratas, & cubica figura conficiebant, ob-

ſcurè ſignificantes, hanc figuram, in quamcumque partem ceciderit, omni ex parte ſtabilem eſſe, & rectam ſtare: idemque de ſermone & veritate ſentiendum. Suidas non multo ſecus. πάντων νεώτατον ἑρμῆν ἐργάζονται διὰ τὸ μὴ γηράσκειν τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτὸν ποιοῦσι διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου. *i. omnium maximè ætate iuuenem, & admodum adoleſcentem Mercurium fingunt, quia oratio non ſeneſcit: quin etiam eum quadratum faciunt, propter firmitatem & ſoliditatem orationis veræ. Plutarch autem in ſermone,* εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, *ſcribit præterea, Mercuriis affixa fuiſſe membra virilia intenta ac porrecta, manus autem & pedes detractos, vt ſignificarêt veteres, ſe ſenes non deſiderare, qui corporis muneribus fungantur: ſed ſatis eſſe, ſi ſermonem habeant agilem, efficacem, aut fœcundum. ſic Plutarch. in extr.* διὸ καὶ τοῦ ἑρμοῦ τοὺς πρεσβυτέρους ἄχειρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῷ γηρόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν, ὡς προσήκει, καὶ γόνιμον ἔχωσι. *Membra autem his Mercuriis fuiſſe affixa indicat idem Thucydidis ſcholiaſtes eodem loco, ex Pauſania, his verbis.* ἰστέον ὅτι ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ, τοὺς τραχήλους, καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς ἑρμᾶς περικοπῆναί φησι· καὶ τοὺς δράσαντας, ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι. *i. ſciendum eſt Pauſaniam dicere in collectione nominum Atticorum à ſe facta, Mercuriis etiam colla, & membra obſcœna amputata fuiſſe, & eos, qui hæc fecerunt, Hermocopidas. i. Mercuriorum ſectores appellari.*

23 *deiicerentur) immo circumciderentur, aut mutilarentur. ſic enim Thucyd. lib. VI.* ἐν δὲ τούτῳ ὅσοι ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει, καὶ ἴδιοι πρόθυροι, καὶ ἐν ἱεροῖς, μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα· καὶ τοὺς δράσαντας ᾔδει οὐδείς. *i. Interea autē quotquot Hermæ, ſeu Mercurij erant lapidei in vrbe, & in priuatis atriis ac veſtibulis, & in fanis, vna nocte iis ora amputata ſunt: & qui hoc feciſſent, ſciebat nemo. Sic & Diod. Sicul. lib. 13. princip.* ἤδη δὲ τοῦ στόλου παρεσκευασμένου, τοὺς ἑρμᾶς τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ὄντας συνέβη ἐν μιᾷ νυκτὶ περικοπῆναι. *i. Claſſe autem iam parata atque ornata, accidit vt omnes Hermæ, qui quàm plurimi erant in oppido, circumciderentur. ſic & Plutarch. in Alcib.* ἡ μέντοι τῶν ἑρμῶν περικοπὴ μιᾷ νυκτὶ τῶν πλείστων ἀκρωτηριασθέντων τὰ πρόσωπα, πολλοὺς καὶ τῶν καταφρονούντων τὰ τοιαῦτα διετάραξεν. *i. Hermarum porrò circumciſio, & mutilatio, quibus vna nocte ora mutilata ſunt, multos etiam ex iis, qui talia contemnunt, perturbauit. Et Andocides oratione* περὶ τῶν μυστηρίων. ἐκεῖθεν ἐπηγγέλλετο τῇ βουλῇ, εἰ οἱ ἄδειαν δοῖεν, μηνύσειν περὶ τῶν μυστηρίων συνεργὸς ὢν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ποιοῦντας μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ περὶ τῆς τῶν ἑρμῶν περικοπῆς. *i. Illinc autem (Megaris) promittebat ſenatui, ſi ſibi impunitatem, & à metu ſecuritatem darent, indicaturum cùm ipſe adiutor & particeps fuiſſet, etiam alios facinoris ſocietate ſecum coniunctos, & quod ad myſteria attineret, & quod ad Hermarum circumſectionem, ſeu mutilationem. Ibid. infrà,* καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἀκούειν, ὅτι οἱ ἑρμαῖ εἶεν περικεκομμένοι.

24. *qui ante ianuam Andocidis erat, Andocidiſque Hermes voc.) ſic hunc locum reſtitui, hiſtoriam & veritatem ſecutus. Mendoſè enim habent libri vulgati partim, Androcidéſque vocatus eſt, partim, Andocidéſque vocatus eſt. Æſchines oratione* κατὰ Τιμάρχου. ἔπειτα τὸν ἑρμῆν τὸν Ἀνδοκίδου καλούμενον, οὐκ Ἀνδοκίδου, ἀλλ' Αἰγηΐδος φυλῆς ἀνάθημα. *i. deinde Hermen Andocidis qui appellatur, non*

Andocidis, sed Ægeidis tribus esse donum diis consecratum. Andocides in *oratione, quam habuit ipse de mysteriis.* καὶ διὰ ταῦτα ὁ ἑρμῆς, ὃν ὁρᾶτε πάντες, ὁ παρὰ τὴν πατρῴαν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν, ὃν ἡ αἰγηῒς ἀνέθηκεν, οὐ περιεκόπη μόνος τῶν ἑρμῶν, τῶν Ἀθήνησιν, ὡς ἐμοῦ τοῦτο ποιήσοντος, &c. i. Atque iccirco Hermes, *seu Mercurius, quem tribus Ægeis posuit, & consecrauit, vnus Mercuriorum, qui sunt* Athenis, *non fuit truncatus, tanquam ego hoc fecerim.* Harpocratio. Ἀνδοκίδου ἑρμῆς. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου, ἔπειτα, &c. καὶ αὐτὸς Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων, ὅτι τῆς αἰγηΐδος εἴη τὸ ἀνάθημα, εἴρηκεν. ὥστε ὁ Δοῦρις αὐτοσχεδιάζει Ἀνδοκίδου αὐτὸ ἀνάθημα εἶναι λέγων. i. Andocidis Hermes. Æschines in oratione in Timarch. deinde, & c. Et *ipse* Andocides in oratione de mysteriis, *à tribu Ægeide esse positum dixit.* Quare Duris *inconsideratè & temerè dicit esse ab* Andocide *positum.* Plutarch. in Alcib. ὑποψίαν δ' οὐχ ἥκιστα τῆς τῶν ἑρμῶν περικοπῆς ἐποίησεν ὁ μέγας ἑρμῆς, ὁ πλησίον αὐτοῦ τῆς οἰκίας, ἀνάθημα τῆς αἰγηΐδος φυλῆς ἱδρυμένος. ἐν γὰρ ὀλίγοις πάνυ τῶν ἐπιφανῶν μόνος σχεδὸν ἀκέραιος ἔμεινε. διὸ καὶ νῦν Ἀνδοκίδου καλεῖται, καὶ πάντες οὕτως ὀνομάζουσι, τῆς ἐπιγραφῆς ἀντιμαρτυρούσης. i. in Andocidem *autem suspicio truncationis* Her*marum commota est non minimùm propter magnum* Hermem, *qui est iuxta eius ædeis consecratus à tribu Ægeide.* Nam *inter paucos admodum insigneis solus ferè mansit integer.* Quocirca *etiam nunc* Andocidis Hermes *appellatur, omnésque ita vocant, inscriptione reclamante, & testimonium contrà dicente.* Idem Plutarch. in Andocide, *rhetorum vitis.* τούτου δ' ἐπώνυμός ἐστι καὶ ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος. ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δ' Ἀνδοκίδου, διὰ τὸ πλησίον παροικοῦντα τὸν Ἀνδοκίδην. i. Ab *hoc autem* (Andocide) *cognomen tulit* Hermes *ille, qui* Andocidis *appellatur, à tribu quidem Ægeide dictus, sed* Andocidis Hermes *cognomento appellatus, quia* Andocides *iuxta eum habitabat.*

25. Hoc cùm *apparêret) sic* Diod. Sicul. lib. 13. ὁ δὲ οὖν δῆμος οὐχ ὑπὸ τῶν τυχόντων νομίσας γεγενῆσθαι τὴν πρᾶξιν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν προεχόντων ταῖς δόξαις ἐπὶ τῇ καταλύσει τῆς δημοκρατίας, ἐμισοπονήρει, καὶ τοὺς πράξαντας ἐζήτει i. Populus *igitur ab hominibus non contemtis & forte fortuna oblatis id factum esse ratus, sed excellentibus & illustribus ad euertendam populi libertatem ac potestatem, improbos, atque impios acerrimo odio persequebatur, & facinoris auctores quærebat.* Plutarch. in Alcib. ὀργῇ δ' ἅμα καὶ φόβῳ τὸ γεγονὸς λαμβάνοντες ὡς ἀπὸ συνωμοσίας ἐπὶ πράγμασι μεγάλοις τετολμημένον, ἅπασαν ἐξήταζον ὑποψίαν πικρῶς. i Cùm *autem iram commoueret simul, timorémque iniiceret id factum, quasi ex multorum cōsensione & coniuratione hæc tam audacia facinora suscepta essent ad res magnas moliendas, omnem suspicionem amarè expendebant.* Et Thucyd. lib. VI. καὶ ἐπὶ συνωμοσίᾳ ἅμα νεωτέρων πραγμάτων, καὶ δήμου καταλύσεως γεγενῆσθαι. i. *& videbantur ea esse facta non sine coniuratione nouarum rerum, & popularis potestatis opprimendæ, atque euertendæ.*

26. *magn mult. tim.)* Plutarch. ibid. *paullò aliter.* πολλοὺς καὶ τῶν καταφρονούντων τὰ τοιαῦτα διετάραξεν i. *multos etiam eorum, qui talia contemnunt, perturbauit.*

27. *populi libert. oppr.)* μὴ τὴν δημοκρατίαν καταλύσει.

28. Hoc *max. conu. in Alc.)* Itaque *accusabatur cùm ab aliis, tū ab* Andocide.

29. *suos reddiderat) sic legendum, quo modo habent codices emendati, non*

quo modo alij mendosi, reduxerat. licet etiam legere redegerat, idque ex vestigiis antiquæ scripturæ: quo modo interdum loquitur Cæsar.

30. *omnium ocul.) sic loquitur & Cicero aliquando, exempli causa, lib. 2. de offic. cúmque aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit, & rapit.*

31. *poneretur) numeraretur.*

32. *sed etiam timorem) nouè dictum, timorem in eo habebant: sed quia non dixit disertè, habebant timorem (nam verbum habebant cum voce spem cohæret proximè) iccirco hæc locutio non est vitiosa, sed elegans potius & venusta propter rotunditatem & ambitum.*

33. *Aspergebatur etiam) sic locutus est & M. Tullius pro Cœlio: qui istius facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus.*

34. *quod in domo s. facere myst.) Thucyd. ibid.* καὶ τὰ μυστήρια ἅμα ὡς ποιεῖται ἐφ᾽ ὕβρει. *i. & dicitur simul ab indicibus, Alcibiadem mysteria factitasse in ædibus priuatis per ludibrium, atque in contemtum religionis. Plutarch.* ἐν δὲ τούτῳ δούλους τινὰς καὶ μετοίκους προσήγαγεν Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων περικοπὰς καὶ τῶν μυστηρίων παρ᾽ οἶνον ἀπομιμήσεις, τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν φίλων κατηγοροῦντας. *i. Interea autem Androcles popularis orator seruos quosdam, & inquilinos produxit, qui Alcibiadem, eiusque amicos accusabant quòd alias statuas truncasset, & quòd mysteria in vino imitatus esset.*

35. *sed ad coniurationem) licet etiam huc accõmodare illud Thucydidis, quod suprà posuimus.* καὶ ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ἅμα νεωτέρων πραγμάτων. *Itaque Diod. Sicul. eodem lib dicit eum absentem esse accusatum, quòd aduersus populi libertatem, coitionem & coniurationem fecisset, cùm accusationis nulla alia in promtu causa esset, quàm statuarum mutilatio. sic Diod.* τούτων δὲ πραττομένων, οἱ κατὰ τὴν ἰδίαν ἔχθραν μισοῦντες τὸν Ἀλκιβιάδην ἐν Ἀθήναις πρόφασιν ἔχοντες τὴν τῶν ἀγαλμάτων περικοπὴν, διέβαλον αὐτὸν ἐν ταῖς δημηγορίαις, ὡς συνωμοσίαν τῷ δήμου πεποιημένον.

36. *Hoc crimine in contione ab in. cõpellabatur) Sic edendũ curaui. Facti autem mei prius quàm rationem afferam, vulgatam lectionem videamus. Sic igitur habent codices Veneti & Florentini. Hoc crim. in contentionem ab in. compellebatur: quam lectionem olim cùm veram esse existimabam, sic explicabam: hoc crimine Alcibiades ab inimicis in iudicium, & disceptationem inuitus trahebatur. Itaque, in contentionem, interpretabar,* εἰς ἀγῶνα, *in certamen, in iudicium, in discrimen. Sed venit mihi postea in mentem, Probum dicturum fuisse potius, vocabatur. Auxit suspicionem mendi, scripturæ varietas. alij enim libri habẽt, in contentione compellabatur. ex qua scriptura cùm Claudius Puteanus Clementis fil. iuuenis perquàm eruditus, coniecisset legendum esse, in contione compellabatur, eámque coniecturam mihi planè probasset, ceteras omneis scripturas damnaui, atque hanc solam secutus sum, cùm præsertim eam confirment Diodorus, Plutarchus, Thucydides: qui perspicuè ostendunt, Alcibiadem accusatum esse apud populum, atque adeò in contione. Adde quòd benè Latinè dictum est, compellare crimine: quomodo scilicet dixit Cœlius lib. VIII epist. compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant: & compellare in contione. Cicer. ad Attic. lib.*

2.*epist* 2.*in extr.Nigidium minari,in contione se iudicem,qui non affuerit, compellaturum.Idem pro domo sua. nominatim alij compellabantur,alij citabantur, alij relegabantur* . Erant autem Alcibiadis *inimici* Thessalus Cimonis *filius* , & Androcles.

37. *postulabat,vt,si quid de se agi) sic* Thucyd. ὁ δ' ἔν τε τῷ παρόντι πρὸς τὰ μηνύματα ἀπελογεῖτο, καὶ ἑτοῖμος ἦν πρὶν ἐκπλεῖν, κρίνεσθαι, εἴ τι τούτων εἰργασμένος ἦν. i. *Ille autem in præsenti aduersus indicia & crimina pro se dicebat , & paratus erat, priusquàm proficisceretur,iudicium subire,si quid horum fecisset.lege cetera,quæ valde ad hunc locum pertinent.*Plutarchus *non multo aliter. cuius* verba *sic interpretor.*Ille *autem in contionem progressus dicebat, horribile esse, se non dissolutis criminibus,& calumniis in se confictis,dimitti ex* vrbe *suspensum atque incertum cum tanta classe,tantisque copiis.* verba Græca *non ascribam.* Xenophon *sic lib.*I.*de reb.*Gr. ἐθέλοντος δὲ τότε κρίνεσθαι παραχρῆμα τῆς αἰτίας ἄρτι γεγενημένης, ὡς ἠσεβηκότος εἰς τὰ μυστήρια, ὑπερβαλλόμενοι οἱ ἐχθροὶ τὰ δοκοῦντα δίκαια εἶναι, ἀπόντα αὐτὸν ἐστέρησαν τῆς πατρίδος. i. *cùm autem* vellet *in præsentia ad crimen illatum, quòd mysteria,sacráque* violasset, *respondere, & causam dicere, inimici quæ iusta* videbantur *exsuperantes,eum patria absentem priuarunt.*Eadem *de re sic* Isocrates *in oratione* περὶ ζεύγους. *Latinè autem illa reddemus tantùm,* Græca *verba omittemus,*vt *breuiores simus.*Cùm *autem scirent eius inimici,in iis,quæ ad deos pertinent,ciuitatem grauissimè irasci solere, si quis in mysteria peccare* videretur:in *ceteris,si quis populi libertatem labefactare auderet, hoc* vtroque *crimine comparato & confícto, accusarunt eum in senatu,cùm dicerent,patrem meum sodalitia cogere ad res nouas moliendas: hos autem sodaleis in ædibus* Polytionis vnà *cenanteis mysteria factitare.erecta autem ciuitate propter magnitudinem criminum & celeriter aduocata contione, ita manifestò eos mendacij coarguit,* vt *populus de accusatoribus liberter pœnas sumturus fuerit, patrem in* Siciliam *prætorem creatum miserit* Post *illa hic quidem nauigauit ,* vt *iam falsis criminibus liberatus,atque absolutus:illi autem coacto senatu,& oratoribus in suam potestatem redactis,de integro rem excitarũt,& iudices subornatos immiserũt,&c.*

38. *inuidiæ crimine) non dixit inuidiosò crimine . sed inuidiæ crimine: quasi* Alcibiades *nullam aliam ob culpam in contione compellaretur , aut in iudicium* vocaretur,*quàm quòd inuidia laboraret:id est quòd ei sui ciues inuiderent.*

39. Inimici verò eius) Huc *quoque accommodare atque ascribere licet* verba *illa* Xenophontis *,quæ paullo antè protuli ex lib.*I.*de reb.*Græc. ἐθέλοντος δὲ τότε κρίνεσθαι παραχρῆμα &c.*id est cùm autem* vellet *in præsentia &c.*

40. *cùm ei nuntius) missa est ad eum nauis* Salaminia, *in qua* Athenas *reueheretur ad causam dicendam.*Plutarch. καὶ τέλος ὁ δῆμος ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν παροξυνθεὶς, ἀπέστειλε τὴν Σαλαμινίαν ναῦν εἰς Σικελίαν, κελεύων τὴν ταχίστην ἥκειν Ἀλκιβιάδην ἐπὶ τὴν κρίσιν. i. *populus à contionatoribus popularibus concitatus , misit nauem* Salaminiam *in* Siciliam, *iubens* vt *quàm primùm* Alcibiades *veniret ad iudicium subeundum.*Sic Thucyd. *lib.*V. ὥστε βουλόμενοι αὐτὸν ἐς κρίσιν ἀγαγόντες ἀποκτεῖναι, πέμπουσιν οὕτω τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐς τὴν Σικελίαν, &c. *id est*, Itaque *volentes eum ad iudicium perductum necare, ita mittunt nauem* Salaminiam *in Sici-*

liam, &c. Idem eod. lib. καὶ καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην ὡς κελεύσουσαν ἀποπλεῖν εἰς ἀπολογίαν ὧν ἡ πόλις ἐνεκάλει, καὶ ἐπ' ἄλλους τινάς, *&c. i. Et inciderunt in nauem Salaminiam Athenis venientem cùm ad Alcibiadem, tanquam iussuram eum decedere ex Sicilia ad defensionem criminum, quæ ei ciuitas inferebat, tum ad alios quosdam ex militum numero, qui cum eo fuerant indicati, partim quasi impij fuissent in sacra ac mysteria, partim quasi Mercurios mutilassent.*

41. *& in triremem, quæ ad eum dep.) immò in suam. Diod. eod. lib.* Ἀλκιβιάδης ἀκούσας τῶν πρέσβεων τὰ δόξαντα τῷ δήμῳ, τοὺς συνδιαβεβλημένους ἀναλαβὼν εἰς τὴν ἰδίαν τριήρη, *&c. i. Alcibiades cùm audisset à legatis, quæ à populo decreta essent, receptis in suam nauim iis, qui vnà secum accusati erãt, cum naue Salaminia decessit. Et ita Thucyd. lib. V.* καὶ ὁ μὲν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ ναῦν καὶ οἱ συνδιαβεβλημένοι ἀπέπλεον μετὰ τῆς Σαλαμινίας, *&c. i. Atque ille quidem suam nauem habens, & qui vnà cum eo falsò fuerant accusati, è Sicilia decedebant cum naui Salaminia, &c. Nauis autem Salaminia mittebatur (vt docet Suidas) ad eos reuocandos, qui peccasse videbantur, ad causam dicendam.*

42, *ac Thurios) sic fere Thucyd. eod. lib.* καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο ἐν Θουρίοις, οὐκέτι ξυνείποντο, ἀλλ' ἀπελθόντες ἀπὸ τῆς νεὼς οὐ φανεροὶ ἦσαν. *i. Vbi autem ad Thurios peruenerunt, non iam amplius consequebantur, sed naui relicta, non comparuerunt. Sic & Diod. eod. lib.* ἐπεὶ δ' εἰς Θουρίους κατέπλευσαν, εἴτε καὶ συνειδὼς ἑαυτῷ τὴν ἀσέβειαν ὁ Ἀλκιβιάδης, εἴτε καὶ φοβηθεὶς τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου, μετὰ τῶν συνδιαβεβλημένων διαδρὰς ἐκποδὼν ἐχωρίσθη. *i. Posteaquàm autem Thurios peruectus est, siue impietatis sibi conscius Alcibiades, siue etiam periculi magnitudinem veritus, vnà cum criminum sociis elapsus recessit de medio. Plutarch. in Alcibiade,* ἐν δὲ Θουρίοις γενόμενος, καὶ ἀποδρὰς τῆς τριήρους ἔκρυψεν ἑαυτὸν, καὶ διέφυγε τοὺς ζητοῦντας. *i. Vbi autem Thurios delatus est, egressus è triremi, seipsum occultauit, & eos, qui eum quæsitum venerant, effugit.* Θούριοι πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις, *Stephanus: Thurij vrbs Italiæ, quæ prius Sybaris dicebatur. Non videor mihi quicquã à re proposita alienũ facturus, si, quoniam de Thuriis mentio facta est, argenteorum nũmorum, quos mihi Err. Memmius, vir clariss. & Clemens Teueninus, homo antiquitatis Ro. peritissimus mihi nuper ostenderunt, inscriptiones, & figuras in eis impressas, ad hunc locum, meo iudicio pertinenteis, humanitate polito & eleganti lectori considerandas exponam. Hi igitur nummi cùm sint inter se vsquequaque fere similes, habẽt in antica parte impressum caput Mineruæ galeatæ. galea porrò præter conum eminentem, & per galeam totam mediam permeantem, habet præterea cristam cono adiectam, vel plumeam, vel ex cauda equina, vel ex alia re aliqua factam, quales sæpe describuntur ab Homero in Iliade. In postica verò primùm inscriptũ est hoc nomẽ,* ΘΟΥΡΙΩΝ, *in generãdi casu, in ora extrema atque infima. In media, taurus integer impressus est hoc statu, atque hoc situ, vt videatur cũ altero luctari, aut aliquẽ cornu petere velle. habet enim caput obliquè demissum, & cornua ad feriendum accommodata & composita: pedes autem inflexos, & incuruatos, quasi eis terram fodere, & puluerem spargere conetur: qualem taurum describit Virg. in Palæm. & lib. 9 Æn. Iam cornu petat, & pedibus*

qui ſpargat arenam. Videntur autem mihi horum nummorum inſcriptiones & ſpecies, ſignificare, Thurios dictos eſſe ab impetu faciendo, quod Græci dicunt θορεῖν, quod valet ὁρμᾶν. vnde θούριος dictus eſt Mars: id eſt, bellicoſus, ſeu pugnax, & ad impetum faciendum expeditus: cuiuſmodi eſt taurus, & maximè membris ita, vt deſcripſimus compoſitis. Atque horum nummorum facta mentio, aliorum duorum inter ſe diſsimilium, quorum mihi idem ille Clemens Teueninus inſpiciendorum copiam fecit, memoriam refricuit: eóſque hîc alieno loco commemorabo, quoniam fugit me eos ſuo loco deſcribere. pertinet autem vterque ad Lyſandri vitam, alter ad eum locum, vbi à me refertur ex Polyæno exemplum Lyſandri in Thaſios crudelitatis & perfidiæ, pag. 79. alter ad eum locum, vbi poſita eſt annotatiuncula ad illa verba Ioui Ammoni, pag. 80. Prior igitur nũmus in antica, ſeu anteriore parte caput Bacchi continet, pampinis, & corymbis, & hederaceis frondibus redimitum. In poſtica, ſeu poſteriore, & inuerſa, totus Hercules deſignatus eſt: ſcriptúmque Græcis litteris in latere læuo, ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ, in dextro, ΣΩΤΗΡΟΣ. i. Herculis ſeruatoris. infrà, ΘΑΣΙΩΝ. Si quis autem quærat ex me huius nummi rationem, hãc afferre poſſum. Hercules deus eſt Thaſiorum antiquus, ac patronus auitus, præſes, cuſtos, ſeruator, πατρῷος, πολιοῦχος. Idque ex Stephano de vrbibus in voce Thaſos, & ex verbis Polyæni, quæ ſuprà in Lyſandro protulimus, intelligere licet. Sed quærat nunc aliquis, quid Baccho cum Hercule commune? Multa. primùm vterque Iouis eſt filius: deinde vterque longinquas terras bella gerens peragrauit, ita vt propter hanc cauſam, vt vult Pauſanias, vterque ad inferos deſcendiſſe traditus ſit. Poſtremò Bacchus cùm ex bello Indico rediens, & per Thraciam iter faciens, in eam inſulam deuertiſſet, eius incolas vitium colendarum rationem docuiſſe fertur. Itaque vinum Thaſium in optimis numeratur ab Athen. lib. I. quamquam locus mutilatus eſt. neque prætermiſit ſilentio Virgil. lib. 2. georg. Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ. Venio ad alterum nummum. hic in recta, ſeu antica parte caput Iouis Ammonis habet, cornuti, qualis pingitur à pictorib. & deſcribitur à poëtis: in altera laſerpitium ita fere impreſſum, vt deſcribit Plin. lib. 19. cap. 3 ibi. Ab his proximum. dicetur auctoritate clariſsimum Laſerpitium, quod Græci ſilphion vocant, &c. quod magni pretij fuiſſe, vt omittam Plinium eodem capite, vbi ſcribit, Cæſarem dictatorem initio belli ciuilis inter aurum, argentúmque protuliſſe ex ærario laſerpitij pondo CXI. declarant vel illa verba Ariſtophanis in Pluto, οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι τὸν Πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. Scriptum eſt præterea litteris Græcis, ΚΥΡΑΝΑ, id eſt, Cyrene. quamquam poſtremæ litteræ ſunt vetuſtate exeſæ. Præter Plinium autem in eo, quem indicauimus, loco, etiam Catullus carmine ad Leſbiam, ſatis ſignificat, laſerpitium in Africa prope Cyrenas naſci ſolitum, his verſib. Quàm magnus numerus Libyſſæ arenæ Laſerpitiferis iacet Cyrenis.

43. multa ſecum reput.) ſic fere Diod. vt oſtendimus.

44. vtiliſsimum ratus) Plutarch. in Alcibiade. ἐπιγνόντος δέ τινος, καὶ εἰπόντος, οὐ πιστεύεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, τῇ πατρίδι; τὰ μὲν ἄλλα, ἔφη, πάντα, περὶ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς οὐδὲ τῇ μητρὶ, μήπως ἀγνοήσασα, τὴν μέλαιναν, ἀντὶ τῆς λευκῆς, ἐπενέγκῃ ψῆφον. i. cùm autem eum latentem quidam agnouiſſet, non credis, inquit, Alcibiades, patriæ? cetera.

inquit ille, omnia: salutem autem & vitam meam, ne matri quidem; ne forte aliquo pacto ignorans, nigram, pro candida, tabellam ferat. Idem in ἀποφθέγμ. βασιλ. καλούμενος δ' ἐπὶ κρίσει θανατικῇ ὑπὸ τῶν ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας, ἔκρυψεν ἑαυτόν, εἰπὼν εὐήθη εἶναι τὸν δίκην ἔχοντα, ζητεῖν ἀποφυγεῖν, ἐξὸν φυγεῖν· εἰπόντος δέ τινος, &c. Cùm autem deuocaretur ab Atheniensib. è Sicilia ad iudicium capitis, seipsum occultauit, dicens, stultum esse, cùm litem habeas, absolutionem quærere, si liceat fugere: sequuntur deinceps illa, quæ suprà iam posita sunt de nigro & candido calculo. Hoc idem retulit & Ælianus lib. 13. variæ historiæ:

50. & inde primùm Elidem) Thucyd. lib. VI. ἐπεραιώθη εἰς πελοπόννησον: id est traiecit in Peloponesum. Diod. lib. 13. ἐκ τῆς Ἰταλίας διαπλεύσας ἐπὶ πελοπόννησον, ἔφυγεν εἰς σπάρτην, &c. cùm ex Italia in Peloponesum traiecisset, Spartam se contulit. Atque ita fere Plutarch. Narrat enim eum in Peloponesum traiecisse, & posteaquàm à Lacedæmoniis petiuisset, vt sibi tutò apud eos commorari liceret, ad eos confugisse. Elis autem Arginorum est oppidum,

46. capitis damnatum) Thucyd. θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ. id est capitis damnarunt Alcibiadem, & eos, qui vnà erant. Diod. δίκην ἐρήμην καταδικάσαντες θανάτῳ i. indicta causa, & absentem eum capitis damnarunt.

47. bonis publicatis) damnationem enim in iudicio capitis sequebatur publicatio bonorum.

48. Eumolpidas & Kerycas) secutus sum exempla Veneta & Florentina, quæ sic habent. nam alia habent, Eumolpidas sacerdotes: non malè: alia, Olympiadas sacerdotes, planè mendosè. Quamquam autem testantur quidam vocem, Cerycas, abesse à codicibus manuscriptis, ego tamen vulgatos Aldinos, & Florentinos sequi arrogantis esse non putaui, præsertim cùm hæ duæ voces κήρυκας, & εὐμολπίδας sæpe ita reperiãtur coniunctim positæ apud Græcos: vt apud Æschinem κατὰ Κτησιφ. καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὸ γένος, εὐμολπίδας, καὶ κήρυκας, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, &c. Suidas in voce Εὐμολπίδαι. Εὐμολπίδαι γένος ἀπὸ Ὀρφέως τοῦ Θρᾳκὸς, ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν, ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου υἱοῦ, &c. ἐπηράσαντο δὲ αὐτῷ εὐμολπίδαι καὶ κήρυκες. καὶ αὖθις. εἶτα μηδενὶ παρ' οὐδὲν ἡγησάμενος τὰ σεμνὰ εὐμολπιδῶν καὶ κηρύκων, καὶ τῶν ἄλλων γενῶν ἱερῶν τε ὄντων. καὶ θεοφιλῶν, &c. id est, Eumolpidæ genus ab Orpheo. Thrace. qui & initiationem reperit: aut à Musæi filio, &c. auctor non nominatus. Exsecrati sunt autem & detestati sunt eum Eumolpidæ & Keryces. & rursus, Deinde verò pro nihilo putans res venerandas Eumolpidarum & Kerycum, & aliorum generum; quæ & sacra sunt, & diis cara, &c. Isocrates Panegyrico. Εὐμολπίδαι δὲ καὶ κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων διὰ τὸ τούτων μῖσος, καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις προαγορεύουσιν. i. Eumolpidæ autem & præcones, seu Keryces in initiis mysteriorum propter horum odium, etiam alios barbaros arceri à sacris, vt paricidas, antè proclamãtes iubent. & Thucyd. lib. 8. καὶ εὐμολπιδῶν καὶ κηρύκων περὶ τῶν μυστικῶν, δι' ἅπερ ἔφυγε, μαρτυρομένων, καὶ ἐπιθειαζόντων μὴ κατάγειν. i. & Eumolpidis, & præconibus, quos Græci Kerycas appellant, de rebus ad mysteria pertinentibus, propter quas in exsulium pulsus erat, testimonium dicentibus, & deorum fidem implorantibus, religionémque populo obiicientibus, ne eum reuocaret. Plutarch. in Alcib. περὶ τὸ γνώμισμα, καὶ τὸ καθιστ-

κότα ὑπό τε εὐμολπιδῶν καὶ κηρύκων.i.contra leges & instituta Eumolpidarum & Kerycum.Idem ibidem tamen,de hac exsecratione loquens, non Eumolpidas & Kerycas, sed sacerdotes viros & feminas Alcibiadem deuouisse dicit. sic Plutarch.ἔτι καταρᾶσθαι προσεψηφίσαντο ἱερέας, καὶ ἱερείας.i.Præterea decreuerunt,vt sacerdotes viri & feminæ Alcibiadem deuouerent. Idem rursus vbi loquitur de eius reductione ab exsulio,Eumolpidas & Kerycas appellat, vt suo loco ostendemus.Sunt autem κήρυκες nuntij, præcones,interpretes hominum ac deorum.Cicero lib.2.de legib.Eumolpidas nominat,vbi de sacris nocturnis loquitur.Quid ergo aget Iachus,Eumolpidæque vestri,& augusta illa mysteria,si quidem sacra nocturna tollimus?

49. se) Alcibiadem.

50. deuouerent)exsecrarentur.vtebantur & multis aliis in rebus tali exsecratione Athenienses:exempli gratia, exsecrationes publicæ erant constitutæ in eos, qui erranti viam non monstrarent.

51. in pila lapidea)hoc fere solebat fieri in damnatos,& infamia notatos.Itaque στηλίτης,infamia publicè notatus:& στηλιτευθῆναι dicebantur, quorum bona eram publicata.

Lacedæm.demigr.)sic Plutarch. in Alcibiade,& Diodor.Sicul.lib. XIII. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ἐκ τῆς Ἰταλίας διαπλεύσας ἐπὶ πελοπόννησον, ἔφυγεν εἰς σπάρτην καὶ τοὺς λακεδαιμονίους παρώξυνεν ἐπιθέσθαι τοῖς ἀθηναίοις. id est, Alcibiades autem ex Italia transmisso freto in Peloponnesum nauigauit, & Spartam profugit, & Lacedæmonios impulit,vt Athenienseis inuaderent. Hoc item Polyænus refert plurib. verbis lib.I.Strategematum: cuius verba libet adscribere. Ἀλκιβιάδης ἀπὸ σικελίας ἀναχθεὶς ἐπὶ τὴν κρίσιν τὴν περὶ τῶν ἑρμῶν, καὶ τῶν μυστηρίων στρογγύλης νεὼς ἐπιβὰς εἰς Λακεδαίμονα κομίζεται. καὶ πείθει τὴν ταχίστην πέμψαι συρακουσίοις βοήθειαν, καὶ Δεκέλειαν αὐτοῖς ἐπιτειχίσαι, ὡς ἵνα αἴ τι ἔχοντων οὔτε τὰς ἀπὸ τῆς χώρας προσόδους, οὔτε τὰς ἀπὸ τῶν ἀργυρείων ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ νησιῶται πολιορκουμένους αὐτοὺς ἰδόντες αὐτομολήσουσι. τούτων γενομένων ἐψηφίσαντο ἀθηναῖοι κάθοδον Ἀλκιβιάδῃ. id est, Alcibiades ex Sicilia ad iudicium de Hermis & mysteriis reuocatus, nauem quandam turbinatam, seu rotundam ingressus Lacedæmonem vehitur:ibique persuadet Lacedæmoniis,vt primo quoque tempore Syracusanis auxilium ferant,& Deceliam sibi ipsis muniant. ita fore, vt neque ex agro Attico, neque ex argenti fodinis vectigalia ad Athenienseis sint reditura. Præterea verò,inquit,qui habitant in insulis, vbi Athenienseis obsideri videbunt,ab eis deficient. His factis, Athenienses Alcibiadi reditum ab exsulio decreuerunt.

52. vt ipse præd.cons.)Thucydides lib.VI.in ea oratione, quam Lacedæmone habuit,οὐδ' ἐπὶ πατρίδα οὖσαν ἔτι,ἡγοῦμαι νῦν ἰέναι:πολὺ δὲ μᾶλλον τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι:id est neque me nũc aduersus eam,quæ mihi patria etiamnum sit,ire puto,sed multo potius eam,quæ mihi ademta est,& qua careo,recuperare.

53. cùm intellig.se) se,Alcibiadem,rectè: subintelligitur enim illud, prædicare consueuerat.

54. cum Persarum) sic habent exempla quædam Germanica: quæ secutus sum. alia,cum Persa rege:alia,cum Persiæ.

55. Deceliam) vnde dictum bellum Decelicum, vt mox ostendemus. Δεκέλεια δῆμος τῆς ἱπποθοωντίδος φυλῆς, &c. i. Decelia oppidũ, seu (vt Romani loquuntur) municipum tribus Hippothoontidis. Deceliam commemorat & Thucyd. hac de re scribens. sic ille lib. 7. καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης προσκείμενος ἐδίδασκε τὴν Δεκέλειαν τειχίζειν, καὶ μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον. i. Alcibiades docebat Lacedæmonios, vt Deceliam muro interſæpirent, ac munirent, neque bellum remitterent. Idem eodem lib. infrà. ἡγεῖτο δὲ Ἆγις ὁ Ἀρχιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ πρῶτον μὲν τῆς χώρας τὰ περὶ τὸ πεδίον ἐδῄωσαν, ἔπειτα δὲ Δεκέλειαν ἐτείχιζον, κατὰ πόλεις διελόμενοι τὸ ἔργον. ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατόν. i. Præerat autem exercitui Agis Archidami fil. Lacedæmoniorum rex. ac primùm quidem agri eam partem, quæ campis adiacet, populati sunt: deinde verò Deceliam munierũt, per ciuitates opere distributo. abest autem Decelia Athenis maximè stadia centum & viginti. Hac de re sic & Isocrates oratione de Pace. εἰς τοῦτο γὰρ κατέστησαν τῆς μὲν οἰκείας ἀμελείας, τῆς δ' ἀλλοτρίας ἐπιθυμίας, ὥστε Λακεδαιμονίων ἐμβεβληκότων εἰς τὴν χώραν, καὶ τοῦ τείχους ἤδη τοῦ Δεκελεικοῦ συνεστηκότος, εἰς Σικελίαν τριήρεις ἐπλήρουν. i. in eam autem & rerum suarum negligentiam, & alienarum cupiditatem venerunt, vt. cùm Lacedæmonij inuasissent in agrum Atticum, & murus Decelicus esset iam exstructus, aduersus Siciliam triremeis ornarent, &c. Idem περὶ ζεύγους. καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν ὡς Δεκέλειαν ἐπετείχισεν. i. & calumniari conantur patrem meũ quasi Deceliam munierit. Diod. Sicul. lib. 13. καταλαβόμενοι δὲ χωρίον ὀχυρὸν Δεκέλειαν, φρούριον ἐποίησαν κατὰ τῆς Ἀττικῆς· διὸ καὶ συνέβη τὸν πόλεμον τοῦτον Δεκελεικὸν προσαγορευθῆναι. i. Cùm autem occupassent locum munitum Deceliam, ex eo fecerunt aggerem & castellum ad Atticam oppugnandam quapropter euênit, vt hoc bellum Decelicum fuerit appellatum. Plutarch. in Alcibiade tradit, Alcibiadem statim, vt Lacedæmonem venit, tria effecisse, primùm vt Lacedæmonij, qui in ea re tardiores erant, continuò Syracusanis auxilium ferrent, adducti vt Gylippum imperatorem mitterent, & Atheniensium potentiam frangerent: alterum, vt bellum inde in Athenienseis transferrent: tertium maximum, vt Deceliam munirẽt. Idem ἀποφθ. βασιλ. Alcibiades (inquit) cùm audisset se ab Atheniensibus capitis esse damnatũ, ostendamus ergo (inquit) eis nos viuere: & ad Lacedæmonios versus, bellum Decelicum excitauit. Quòd autem mox subiicit Probus, præsidióque perpetuo ibi posito in obsid. Athenas tenuerunt: cur non addidit, & eas in potestatem suam redegerunt? Hoc enim factum est: atque etiam de vrbe funditus delenda & subruenda deliberatum est: sed Lysander obstitit, vt suprà diximus.

56. Ioniam à societate auert.) sic propemodum Thucydides lib. 8.

57. Neque verò his reb.) multas causas affert Plutarchus quamobrem Lacedæmonij ab Alcibiade alienati fuerint, his verbis. ὁ δ' Ἆγις ἐχθρὸς μὲν ὑπῆρχεν αὐτῷ διὰ τὴν γυναῖκα κακῶς πεπονθώς, ἤχθετο δὲ καὶ τῇ δόξῃ· τὰ γὰρ πλεῖστα γίνεσθαι, καὶ προχωρεῖν δι' Ἀλκιβιάδην λόγος ἦν. τῶν δ' ἄλλων Σπαρτιατῶν οἱ δυνατώτατοι καὶ φιλοτιμότατοι, ἤδη τὸν Ἀλκιβιάδην ἐβαρύνοντο διὰ φθόνον. i. Agis autem inimicus ei quidem erat, propter iniuriam, quam ab eo acceperat in vxore sua, cum qua ille rem habuisse dicebatur, sed etiam eius gloria vrebatur. pleraque enim consilio, & opera Alcibiadis geri, & bene procedere fama erat. Aliorum autem Lacedæmoniorum

potentißimus & ambitiosißimus quisque iam Alcibiadem grauiter ferebat propter inuidiam. Thucyd. lib. 8. Ἀλκιβιάδης μετὰ τὸν Χαλκιδέως θάνατον, καὶ τὴν ἐν Μιλήτῳ μάχην, τοῖς Πελοποννησίοις ὕποπτος ὤν, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀφικομένης ἐπιστολῆς πρὸς Ἀστύοχον ἐκ Λακεδαίμονος, ὥστ' ἀποκτεῖναι (ἦν γὰρ Ἄγιδι ἐχθρὸς, καὶ ἄλλως ἄπιστος ἐφαίνετο.) πρῶτον μὲν ὑποχωρεῖ δείσας, παρὰ Τισσαφέρνην, *&c. i. Alcibiades post Chalcidei mortem, & pugnam ad Miletum commissam, quòd Peloponnesiis suspectus esset, & quia Lacedæmone ad Astyochum perlata erat epistola in eius caput scripta, vt eum interficeret. (Erat enim Agidi inuisus, & ceteroqui infidus habebatur) primùm quidem se subducit veritus, ad Tissaphernem, &c.*

58. *& cum suis in gratiam) quod fecit.*

59. *Itaque tempus eius interficiendi) sic Thucydides, vt declarant ea, quæ proximè protulimus. Plutarch. Alcib.* ἴσχυσαν οὖν, καὶ διεπράξαντο τοὺς οἴκοθεν ἄρχοντας ἐπιστεῖλαι πρὸς Ἰωνίαν ὅπως ἀποκτείνωσιν αὐτόν. *i. Tantum igitur potuerunt illi, tantóque studio eum oppugnarũt, vt magistratus vrbani domo litteras ad Ioniam miserint, quibus mandabant vt eum necandum curarent.*

60. *Id Alcibiadi) licebat etiam ita loqui, id Alcibiadem diutius celari non potuit, &c.*

61. *sagacitate)* ἀγχινοίᾳ. *sic canes dicuntur sagaces.*

62. *ad Tissaph.) sic Thucyd. vt suprà ostendimus: & Plutarch.* Τισσαφέρνῃ τῷ βασιλέως σατράπῃ δοὺς ἑαυτὸν, *&c. i. cum se Tissapherni regis præfecto tradidisset.*

63. *præfectum)* σατράπην. *Gell. lib. X. cap. 18. prouinciæ Græciæ præfectus, quem* σατράπην *Græci vocant.*

64. *cuius cùm in amicit.) morum similitudo scilicet eos coniunxit. Itaque (vt narrat Plutarch.) statim apud eum fuit Alcibiades primus & maximus. Nã cùm Tissaphernes esset minimè simplex, sed malitiosus, & rerum improbarum amori deditus, mores Alcibiadis versatileis & varios, & inæquabileis, & singularem ingenij sollertiam admirabatur. Sic Plutarch.* εὐθὺς ἦν παρ' αὐτῷ πρῶτος καὶ μέγιστος· τὸ μὲν γὰρ πολύτροπον καὶ περιττὸν αὐτοῦ τῆς δεινότητος, αὐτὸς ὢν οὐχ ἁπλοῦς, ἀλλὰ κακοήθης, καὶ φιλοπόνηρος ἐθαύμαζεν ὁ βάρβαρος.

65. *malè gestis in Sic. r.) lege Thucydidem hac de re lib. 7. & 8. & Diod. Sic. lib. 13. Nam longum esset cladeis, quas in Sicilia acceperunt Athenienses, ob calamitosum illius belli euentum referre.*

66. *senescere) minui, decrescere.*

67. *Pisandro) quem commemorat Thucyd. lib. 8. cuiusque, & collegarum eius opera, & legatione, reclamante initiò Phrynicho, deinde ipso quoque suffragante, & maximè Theramene, tandem persuasum est populo, vt Alcibiadem reuocaret, & reip. administrandæ formam commutari pateretur, quadringentis viris summæ rei præpositis.*

68. *populi potentiæ)* δημοκρατίᾳ.

69. *optimatum fautor)* ἀριστοκρατικός.

70. *Ab hoc destitutus) immo magnopere adiutus, vt diximus ex Thucyd. Adiuuit tamen eum & Thrasybulus, vt narrat Plutarch. homo Atheniensium vocalissimus.* συνέπραξε δ' αὐτῷ Θρασύβουλος ὁ Στειριεὺς ἅμα παρὼν καὶ κεκραγώς· ἦν γὰρ,

ὡς

ὡς λέγεται, μεγαλοφωνότατος: *id est eum autem adiuuabat Thrasybulus, Stiricus, qui vnà aderat, & vociferabatur. Erat enim, vt aiunt, vocalissimus.*

71. *Theramene)* Thucyd. eod. lib. καὶ Θηραμένης ὁ τοῦ Ἅγνωνος ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος ἦν, ἀνὴρ οὔτε εἰπεῖν, οὔτε γνῶναι ἀδύνατος. i. *& Theramenes Agnonis fil. inter eos, qui populi potentiam tollebant, princeps erat, vir neque dicendi, neque intelligendi facultatis expers.* Diod. Sic. lib. 13. καὶ γὰρ ὁ τῆς πολιτείας ἀφηγούμενος Θηραμένης, ἀνὴρ, εἰ καί τις ἄλλος, δόξας εἶναι συνετός, τῷ δήμῳ συνεβούλευσε κατάγειν τὸν Ἀλκιβιάδην. i. *Etenim is, qui in rep. administranda dux ac princeps erat, vir, si quis alius, intelligens habitus, suasit populo, vt Alcibiadem reuocaret.*

72. *tanta commut.) quid & quantum profuerit Atheniensibus Alcibiadis reditus, multis verbis persequitur Isocrates in oratione* περὶ ζεύγους. *quem locum satis erit mihi indicasse lectori. sic Isocr.* ἡγούμενος δὲ μεθ' ὑμῶν ἔπεισε μὲν Τισσαφέρνην μὴ παρέχειν χρήματα Λακεδαιμονίοις, &c.

73. *perterr. pacem pet.) post pugnam scilicet naualem ad Cyzicum pugnatam, in qua Mindarus Lacedæmoniorum imperator pugnans ab Alcibiade interfectus est, vt tradunt Xenophon lib. I. de reb. Gr. & Diod. lib. 13. pag. 357. & Plutarch. in Alcibiade. Xenophon ibid. has litteras, quæ mittebantur Lacedæmonem huius cladis nuntiæ, ab Atheniensibus esse interceptas narrat,* Ἔρρει τὰ καλά, Μίνδαρος ἀπέσσυται, πεινῶντι τ' ὦνδρες, ἀπορέομες τί χρὴ δρᾶν. i. *perierunt res præclaræ, Mindarus occidit, esuriunt viri, dubitamus quid facto opus sit. Sed libet & ex Polyæno hanc historiam illustrare, lib. I. Strateg. Sic igitur ille:* Ἀλκιβιάδης περὶ Κύζικον Θηραμένην καὶ Θρασύβουλον ἐπιπέμψας μετὰ πλειόνων νεῶν, ὅπως τοὺς ἐς τὴν πόλιν ἀποχωρήσαντας πολεμίους ἀνείργοιεν. αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων τριήρων ἐπὶ τὴν ναυμαχίαν ἀνήγετο. Μίνδαρος καταφρονήσας μετὰ πλειόνων ἀνήχθη. ὡς δὲ προσῆλθον ἤδη, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀλκιβιάδην προσποιησάμενοι φεύγειν, οἱ δὲ περὶ τὸν Μίνδαρον περιχαρεῖς, ὡς νικῶντες, ἐδίωκον. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς τῶν περὶ τὸν Θηραμένην καὶ Θρασύβουλον ἐγένοντο, Ἀλκιβιάδης μὲν τὸ σημεῖον ἄρας ἐπιστρέψας τὰς ναῦς ἀντιπρώρους. Μινδάρου δὲ ἀποσχίσαντες περὶ τὴν πόλιν, οἱ περὶ τὸν Θηραμένην ἀπὸ τῆς πόλεως ἀποκλείοντες. ὁ δὲ ἐπὶ τοὺς Κλήρους καλουμένους τῆς Κυζικηνῶν γῆς ἀποχωρεῖν ἐπειρᾶτο ἀλλὰ κἀκεῖ Φαρναβάζου στρατὸς ἀποβαίνειν ἐκώλυεν. Ἀλκιβιάδης δὲ διώκων τὰς μὲν μετεώρους τῶν νεῶν ἐμβολαῖς ἀνέρρηξε. τὰς δὲ προσορμιζούσας τῇ γῇ, σιδηρῶν χειρῶν ἐπιβολαῖς ἀνεῖλκε. τοὺς δὲ ἀποβαίνοντας ἀνεῖλον οἱ Φαρναβάζου. τέλος δὲ Μίνδαρος πεσὼν Ἀλκιβιάδῃ λαμπροτάτην νίκην ἔδωκεν. *id est, Alcibiades Theramenem & Thrasybulum ad Cyzicum misit cum maiore parte nauium, vt hosteis eos, qui in vrbem se receperant, intercluderent. Ipse autem cum paucis triremibus ad prælium nauale committendum nauigans, altum petebat. Mindarus Alcibiadis triremium paucitate contemta cum pluribus vela fecit. Vbi autem non longè inter se distiterunt, Alcibiades se fugere simulauit. Mindarus autem gaudio elatus, quasi victor persequebatur. Cùm autem Therameni & Thrasybulo iam appropinquassent, Alcibiades signo sublato naueis conuertit proris contrà oppositis. At vbi Mindarus ad vrbem naueis suas auertit, Theramenes aditum intersæpiens, ei obuiam iuit. Ille autem ad Kleros agri Cyzicenorum, qui appellatur, abscedere conabatur. Verùm etiam illic Mindarum Pharnabazi exercitus ab exitu prohibebat. Alcibiades porrò persequens Mindari naueis alias rostris perfringebat, alias*

ad portum appulsas, manibus ferreis admotis sursum attrahebat. Eos autem, qui è nauibus egrediebantur, Pharnabazi milites concidebant. Ad extremum Mindarus cùm occubuisset, Alcibiadi clarißimam victoriam præbuit.

74. *Victi enim)* lege Diod. lib. 13. pag. 357.

75. *in quib. ducent. n.) sic* Diod. eod. lib. ἦγον γὰρ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν οὐκ ἐλάττους διακοσίων. *Idem* Diodorus *tradit, à* Lacedæmoniis Endium *legatum* Athenas *de pace fuisse antea missum, cuius exstat apud eum oratio: quam optimo cuique Atheniensium probatam esse, sed certos homines, quibus mala publica, vectigalia essent, quibúsque bellum esset quæstuosum & fructuosum, pax inutilis & sterilis, pacem dissuasisse, in his* Cleophontem *quendam, contionatorem seditiosum ac turbulentum: quem commemorat* Æschines *in oratione* περὶ παραπρεσβείας.

76. *complureis) sic legendum, non, vt vulgò legitur, quamplureis.*

77. *in his* Byzantium*)* Diod. Sic. eod. lib. *tradit, proditione à quibusdam* Byzantiis *facta,* Byzantium *ab* Alcibiade *noctu scalis ad murum admotis, esse captum.* Plutarchus *cum* Diod. *congruēs, vnum ex proditorib.* Anaxilaum Byzantium *nominat.* Xenoph. ἑλλ. α. *hos proditores enumerat* Cydonem, Aristonem, Anaxicratem, Lycurgum, Anaxilaum: *qui postremus* Lacedæmone *posteà proditionis accusatus, dixit, se, qui* Byzantius, *non* Lacedæmonius *esset, non vrbem prodidisse, sed vxorem & liberos fame pereunteis seruasse, quòd omne frumentum* Clearchus Lacedæmonius *suis militibus daret. & ita absolutus est.*

78. *clementia)* Diod. eod. lib. *scribit,* Athenienseis *vrbe non fuisse potituros, nisi prædicandum à præcone curassent, se ab iniuria* Byzantiorum, *& ab omni maleficio sibi temperaturos, eisque omnibus parsuros. quod sanctè seruarunt. Nā &* Byzantiis *vrbem reddiderunt, in societatem receptis, & in* Lacedæmonios, *qui ad aras confugerant, non sæuierunt, sed eos* Athenas *miserunt, vt de eis suo arbitrio populus statueret.*

79. *præda onusti)* Diod. Siculus: *adducebant, inquit, (sic enim* Latinè *reddidimus) naueis non pauciores ducentis, virorum captiuorum, & manubiarum magnam vim & copiam. habebant autem naueis suas armis & coronis aureis, & hostium spoliis ac manubiis, & aliis rebus omnibus diligenter exornatas.*

80. *tanta fuit omn exsp)* Diod. eod. lib. πλεῖστοι δ' ἐπὶ τὴν Ἀλκιβιάδου θέαν συνέδραμον ἐπὶ τοὺς λιμένας, ὥστε παντελῶς ἐρημωθῆναι τὴν πόλιν, τῶν φιλοτιμουμένων τοῖς ἐλευθέροις τῶν δούλων. i. *plurimi autem ad spectandum* Alcibiadem *conuenerunt in portus, ita vt vrbs prorsus esset deserta, certantibus visendi studio seruis cum liberis* Plutarch. Alcibiade. ἐπεὶ δ' ἀπέβη, τοὺς μὲν ἄλλους στρατηγοὺς οὐδ' ὁρᾶν ἐδόκουν ἀπαντῶντες οἱ ἄνθρωποι, πρὸς δ' ἐκεῖνον συντρέχοντες, ἐβόων, ἠσπάζοντο, παρέπεμπον, ἐστεφάνουν προσιόντες. i. *Posteaquàm autem è naui exiit, alios quidem prætores ne cernere quidem sibi videbantur homines, qui obuiam procedebant: ad illum verò concurrentes clamabant, amplectebantur, deducebant, coronabant propius ad eum accedentes. Iterum* Diodorus *eod. loco:* ἐπεὶ δ' οὖν κατέπλευσεν ὁ στόλος, &c. i. *Posteaquàm igitur claßis appulsa est ad portum, contulit se multitudo ad nauem* Alcibiadis: *ex qua egressum omnes libentibus animis, & porrectis dexteris excipiebant, ei res ab ipso prosperè gestas, & reditum gratulantes.*

81. Sic enim populo) Diod. ibid. καὶ πολλὰ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπολογησάμενος, εἰς τοσαύτην εὔνοιαν τοὺς ὄχλους ἤγαγεν, ὥστε ὁμολογεῖν πάντας τὴν πόλιν αἰτίαν γεγονέναι τῶν κατ' ἐκείνου ψηφισμάτων. i. *& cùm multa de criminibus sibi illatis pro se dixisset, in tantam erga se beneuolentiam plebem perduxit, ac perpulit, vt faterentur omnes decretorum in eum factorum culpam in ciuitatem esse conferendam.* Xenoph. Ἑλλ. α. ἱστ. *scribit nõ vnã populi fuisse orationem, neque vnã sententiã, sed dixisse alios, Alcibiadem ciuem optimum esse, & solum non iustè exsulare: eos, qui minus possent in ciuitate, quique minus dicendo valerent, qui denique ad suũ quæstum remp. administrarent, ei insidiatos esse, cùm reip. commodis semper consuleret atque inseruiret, cúmque criminibus recentibus, quibus arguebatur sacra violasse, iudicium subire vellet, &c.* Alios, *eum solum malorum præteritorum, quæ sibi accidissent, culpam sustinere, atque auctorem esse, solúmque eorum, quæ ciuitati impendérent, periculorum videri posse ducem ac principem esse.* Isòcrat. oratione ad Philipp. *perspicuè calamitates & quæ Lacedæmoniis, & quæ Atheniensibus accïderunt, Alcibiadi ascribendas esse dicit. sic ille.* εἰς τοσαύτην δὲ ταραχὴν κατέστησεν οὐ μόνον τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ Λακεδαιμονίους, καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, ὥστε ἡμᾶς μὲν παθεῖν, ἃ πάντες ἴσασι, τοὺς δ' ἄλλους τηλικούτοις κακοῖς περιπεσεῖν, ὥστε μηδέπω νῦν ἐκλελοιπέναι τὰς συμφορὰς τὰς δι' ἐκεῖνον τὸν πόλεμον ἐν ταῖς πόλεσι γενομένας, Λακεδαιμονίους δὲ τοὺς τότε δόξαντας εὐτυχεῖν, εἰς τὰς νῦν ἀτυχίας δι' Ἀλκιβιάδην καθεστάναι. i. *in tantam autem perturbationem non solùm ciuitatem, verùm etiam Lacedæmonios & alios Græcos redegit (Alcibiades) vt nos quidem eas calamitates pertulerimus, quæ sunt omnibus notæ, alij autem in tanta mala inciderint, vt nondum oblitteratæ sint calamitates, quas bellum illud ciuitatibus importauit: Lacedæmonij verò, qui tunc fortunati esse videbantur, in eas res aduersas, in quibus etiam nunc versantur, opera Alcibiadis deuenerint. Cùm enim eis ab illo persuasum esset, vt imperium maris concupiscerent, etiam terræ principatum amiserunt. Quare si quis dicat initium præsentium malorum ab illo tempore eis ductum esse, quo tempore maritimum imperium adepti sunt, mendacij coargui non poßit. Ille igitur cùm tantarum rerum causa exstitisset, in ciuitatem reuocatus est, magnam ille quidem gloriam consecutus, non eam tamẽ, quæ ab omnibus laudetur.* Plutarch. in Alcibiade *scribit, eum tantam populi in se beneuolentiam populariter contionando conciliasse, vt populus cuperet eum Athenis regem atque adeò tyrannum esse, vt plebiscitis & legibus omnibus sublatis, inuidiæ maior remp. suo nutu atque arbitratu gereret.*

82. *amissum) amißionem. talia sunt illa apud* M. Tull. *iudicatus, pro iudicatio: comperendinatus, pro comperendinatio, &c. Apud* Lucret. *conlectus seu coniectus, opinatus, refutatus, pro conlectio, &c. Quòd autem ad sententiam huius loci attinet, cum* Probo *planè congruit* Plutarchus.

83. *prosequebantur) quidam libri habent persequebantur.*

84. *nisi* Olympiæ *vict.)* Olympiæ *victores, seu* Olympionicæ *non donabantur coronis aureis* Olympiæ *ob victoriam* Olympicam *partam, ab iis, qui præmia dabant: quod* Cornelius *significare videtur. sed in patriam suam reuersi à ciuibus suis coronis aureis interdum donabantur: & item legati, qui benè & è rep. le-*

gationem obierant: & reip. moderatores, qui remp. benè administrarant, & de rep. benè meriti erant, vt intelligere licet ex orationibus Æschinis & Demosth. περὶ παραπρεσβείας, & κατὰ Κτησιφ. & περὶ στεφάνου.

85. coronis aureis) Plutarch. simpliciter dicit, ἐστεφάνουν. i. coronas eis imponebant.

86. lacrymans) gaudio, & recordatione præteritorum laborum ac malorum. Plutarch. in Alcib. πολὺ δὲ καὶ δάκρυον τῇ χαρᾷ τῆς πόλεως ἀνεκέρασε. καὶ μνήμη πρὸς τὴν παροῦσαν εὐτυχίαν τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων. i. multa autem lacryma gaudio ciuitatis miscebatur: & memoria præteritarum rerum aduersarum præsenti felicitati. ex quibus verbis intelligimus non Alcibiadem, sed populum, gaudio lacrymasse.

87. accipiebat) approbabat.

88. in astu) in oppidum, seu in vrbem, vt suprà diximus in Themistocle.

89. contione aduoc.) in qua pro se dicens, ostendit, se nihil impiè fecisse, & cōtra iura omnia è ciuitate exterminatum esse. Xenoph. lib. 1. de reb. Gr.

90. proinde ac si alius pop.) sic Cicero pro Murena, vbi loquitur de comitiis. Sæpe etiam sine vlla aperta causa fit aliud atque existimaris, vt nonnumquam ita factum esse etiam populus admiretur, quasi verò non ipse fecerit.

91. sacrilegij) immo impietatis, ἀσεβείας. Nam non ille res sacras sustulisse, sed sacra violasse, & Hermas circumcidisse, ac truncasse arguebatur. Sic enim Probus suprà: aspergebatur etiam infamia, quòd in domo sua facere mysteria dicebatur: nisi fortè sacrilegus est, qui sacra violat, aut qui deorum statuas consecratas deiicit, aut mutilat.

92. Restituta erg.) Diod. eod. lib. δὸς δὲ αὐτοῖς τὴν τε οὐσίαν ἀπέδωκαν, ἣν ἐδήμευσαν, &c. i. Quocirca & bona ei restituerunt, quæ publicarant, &c.

93. iidem illi Eumolp. & Ker.) Diod. ibid. ἐψηφίσαντο δὲ καὶ τοὺς Εὐμολπίδας ἆραι τὴν ἀρὰν, ἣν ἐποιήσαντο κατ' αὐτοῦ, καθ' ὃν καιρὸν ἔδοξεν ἀσεβεῖν περὶ τὰ μυστήρια. i. decreuerunt autem & vt Eumolpidæ exsecrationem, seu deuotionem tollerent, quā fecerant, quo tempore visus fuerat impiè fecisse aduersus mysteria. etiam hoc loco in quibusdam libris legitur, Eumolpidæ sacerdotes: sed mendosè. nam vel Eumolpidæ legendum, deleta voce sacerdotes, vel addendum Keryces: vel deleto Eumolpidæ, relinquendum sacerdotes. Ego lectionem Aldinam & Florentinam tueor. Sic autem & Plutarchus cum Diodoro, & Probo consonans, & congruēs. ἐψηφίσαντο δὲ τὴν οὐσίαν ἀποδοῦναι αὐτῷ, καὶ τὰς ἀρὰς ἀφοσιώσασθαι πάλιν Εὐμολπίδας καὶ κήρυκας, ἃς ἐποιήσαντο τοῦ δήμου προστάξαντος. i. decreuerunt autem vt bona ei restituerentur, & vt Eumolpidæ & Keryces precationes deprecarentur, & retexerent, quas fecerant populi iussu. Narrat eod. loco Plutarchus, Theodorum quēdam sacerdotem, ceteris resacrantibus quod exsecrati fuerant, nihil tale fecisse: cuius rei ratio cùm ab eo quæreretur, quoniam (inquit) neque ei vllum malum precatus sum, si nihil in ciuitatem peccauit.

94. resacrare) quod sacrarant, id est exsecrati fuerant, seu deuouerant, religione soluere, ac liberare.

95. pilæque illæ) suprà vnam pilam duntaxat commemorauit. Diod. autem

dicit non pilas in mare præcipiteis actas, sed δίκας, id est sententias, & liteis. ἔπειτα δὲ τὰς δίκας κατεπόντωσαν: id est deinde & sententias demerserunt.

96. totáque resp. domi, bellíque tradita) Diod. τὸ δὲ πλῆθος τοῦτον αὐτὸν στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτοκράτορα, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν. &c. i. ad extremũ autem cùm eũ prætorẽ creassent, data ei potestate pro suo iure terra & mari imperãdi, &c.

97. & ipse postul.) Diod. εἵλετο δὲ καὶ στρατηγοὺς ἑτέρους ἑαυτῷ, οὓς ἤθελεν, Ἀδείμαντον, καὶ Θρασύβουλον. i. optauit autem, seu elegit ille & alios prætores, quos voluit, Adimantum, & Thrasybulum. Xenoph. lib. I. de reb. Gr. narrat, cum eo Aristocratem & Adimantum Leucorophidæ fil. missos esse, qui electi fuerant, vt terra, seu terrestres essent imperatores.

98. quòd apud Cymen) Κύμη πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου. Steph. Cume, seu Cyme, seu Cyma vrbs Æolidis ante Lesbum. sed Diod. eod. lib. narrat Alcibiadem constituisse naueis circum Notium vrbem Ioniæ: cum quo videtur congruere Xenophõ, quamquam paullò post Cumam naueis appulisse Alcibiadem tradit. Plutarchus locum non designat, neque describit. Itaque dicẽdum est pugnam naualem, quam absente Alcibiade Antiochus eius gubernator, pugnauit cum Lysandro, ad Cumam non esse commissam,

99. minus ex sent. r. g.) culpa Antiochi gubernatoris, quem vetuerat Alcibiades se absente prœlio decertare. Xenoph. ἐπιστείλας μὴ ἐπιπλεῖν ἐπὶ τὰς Λυσάνδρου ναῦς. & Diod. διακελευσάμενος αὐτῷ μὴ ναυμαχεῖν ἕως ἂν αὐτὸς παραγένηται. i. cùm vetuisset eum prœlium nauale committere donec ipse adesset. Plutarch. ὁ δ' ἀπολειφθεὶς ἐπιμελητὴς Ἀντίοχος, ἀγαθὸς μὲν ἦν κυβερνήτης, ἀνόητος δὲ τἆλλα καὶ φορτικός, ἔχων δὲ πρόσταγμα παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου μηδ' ἂν ἐπιπλέωσιν οἱ πολέμιοι, διαναυμαχεῖν, &c. Antiochus autem relictus nauium curator, & custos, bonus quidem erat gubernator, sed in ceteris excors, stolidus atque ineptus, cui mandatum erat ab Alcibiade, ne, etiã si hostes lacesserent, prœlium nauale committeret. De eodem Antiocho Diod. eod loco, ὁ δ' Ἀντίοχος ὢν τῇ φύσει πρόχειρος, &c. Antiochus cùm esset promtus natura, &c. Sed, vt dixi, hæc pugna naualis, quam ex aliis historicis retuli, non longe à Lesbo ad Notium commissa est, non ad Cymen. ad Cymen autem aliud ab Alcibiade peccatum est, vel quòd eam capere non potuit: vel quòd, cùm esset vrbs sociorum, eam oppugnauit. qua de re sic Diod. lib. 13. Ἀλκιβιάδης δὲ ἐκ Σάμου μετὰ πασῶν τῶν νεῶν πλεύσας εἰς Κύμην, ψευδεῖς αἰτίας ἐπέρριψε τοῖς Κυμαίοις, βουλόμενος αὐτῶν μετ' εὐπροφάσιστος διαρπάσαι τὴν χώραν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον πολλῶν αἰχμαλώτων σωμάτων κυριεύσας, ἀπήγαγεν ἐπὶ τὰς ναῦς. ἐκβοηθησάντων δὲ τῶν ἐκ τῆς πόλεως πανδημεὶ, καὶ προσπεσόντων ἀπροσδοκήτως, χρόνον μέν τινα διεκαρτέρουν οἱ περὶ τὸν Ἀλκιβιάδην μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς Κυμαίοις προσβοηθησάντων πολλῶν τῶν ἐκ τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας, ἠναγκάσθησαν καταλιπόντες τοὺς αἰχμαλώτους καταφυγεῖν ἐπὶ τὰς ναῦς. i. Alcibiades autem cùm ex Samo cum omnibus nauibus in Cumen nauigasset, falsa crimina Cumanis intulit, eo consilio, vt cum aliqua causa probabili & honesta agrum eorum popularetur & vastaret. ac primùm quidem multorum hominum captiuorum potitus, eos in naueis abduxit. sed cùm subsidio venissent ex vrbe Cuma ciuibus omnibus, qui modò arma ferre possent, eductis, & inopinatò atque improuisò in Athenienseis impetum fecissent, aliquãdiu Alcibiades cum suis eorum impetum

sustinuerunt, & restiterunt: sed cùm multi ad Cumanos & ex vrbe, & ex agro accederent, coacti sunt tandem Athenienses captiuis relictis receptui canere, atque ad naueis confugere.

100. in Inuid.) Xenoph. eod. lib. οἱ δ' ἐν οἴκῳ Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ ἠγγέλθη ἡ ναυμαχία, χαλεπῶς εἶχον τῷ Ἀλκιβιάδῃ. &c. i. Athenienses autem, qui domi erant, vbi nuncius ad eos pugnæ naualis perlatus est, grauiter irati fuerunt Alcibiadi. Plutarch. scribit, Thrasybulum Athenas confestim venisse, & ab eo Alcibiadem multis criminibus accusatum esse. cum quo congruit Diodorus, eo excepto, quòd Thrasybulum non nominat, neque tot criminibus insimulatum esse Alcibiadem dicit, sed eum & à Cumæis, & à quibusdam militibus accusatum esse tradit: à Cumæis, quòd vrbem sociorum oppugnasset, agrúmque vastasset: à militibus, quòd Lacedæmoniorum rebus studeret, & quòd ei cum Pharnabazo amicitia intercederet,

101. Nihil enim eum non eff.) Xenoph. ibid. οἰόμενοι δι' ἀμέλειάν τε καὶ ἀκράτειαν ἀπολωλεκέναι τὰς ναῦς. i. existimantes eum sua negligentia, & incontinentia naueis perdidisse.

102. à rege) aut ab eius satrape Pharnabazo, cui arguebant eius inimici eum esse amicum. Diod. eod. loco. καὶ κατηγόρησαν ἐν ἐκκλησίᾳ Ἀλκιβιάδου, ὅτι τὰ Λακεδαιμονίων φρονεῖ, καὶ πρὸς Φαρνάβαζον ἔχει φιλίαν. i. & accusarunt Alcibiadem in concione his criminibus, & quòd Lacedæmoniis studeret, & quod Pharnabazo amicus esset.

103. Cymen) non congruit cum Probo Diodorus. nam si Cyme vrbs erat sociorum, eóque nomine accusatus fuerat Alcibiades, quòd eam oppugnasset: non eam ab Alcibiade esse captam, sed ab eo esse oppugnatam, molestè ferre debebant Athenienses.

104. Itaque huic m. putamus malo fuisse, &c.) sic legendum, non, vt in libris fere omnibus vulg. imputamus malo causam fuisse, planè ineptè & solœcè. sic autem dictum, Alcibiadi malo fuisse, vt illud Cassianum, cui bono fuerit: & illa, mihi saluti fuit. Verres Siciliæ calamitati fuit. denique, vt idem planè exemplum afferamus, sic Cicero epist. vltima libri 14. ep. ad Att. Clementiam illi (Cæsari) malo fuisse: qua si vsus non fuisset, nihil ei tale accidere potuisse. Quod autem ad sententiam attinet, sic ferè Plutarch. ἔοικε δέ, εἴ τις ἄλλος, ὑπὸ τῆς αὑτοῦ δόξης καταλυθῆναι καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης· μεγάλη γὰρ οὖσα καὶ τόλμης, καὶ συνέσεως γέμουσα ἀφ' ὧν κατώρθωσεν, ὕποπτον ἐν αὐτῷ τὸ ἐνλεῖπον, ὡς οὐ σπουδάσαντος, ἀπιστίαν τοῦ μὴ δυνηθῆναι παρεῖχε· σπουδάσαντα γὰρ οὐδὲν ἂν διαφυγεῖν. i. videtur autem, si quis alius, & Alcibiades à sua gloria, & ab ea opinione, quam de eo sui ciues habebant, perculsus atque afflictus esse. Nam cùm magna esset, & audaciæ, atque intelligentiæ plena ex rebus ab eo benè gestis, quòd omne eius delictum populo suspectum esset, quasi studium non adhibuisset, faciebat vt esset incredibile eum aliquid non potuisse. si enim operam dedisset, nihil non eum fuisse assecuturum.

105. & alium, immò alios, eósque decem, quorum nomina commemorant Xenophon & Diodorus: Cononem, Diomedontem, Leontem, vt Xenophon, Lysaniam, vt Diod. Periclem, Erasimidem, Aristocratē, Archestratum, Protomachum, Thrasylum, Aristogenem.

106. domum reuerti nol.) Diod. αὐτὸς αὑτοῦ κατέγνω φυγήν. id est, se ipse exsulij damnauit.

107. Perinthum) sic legendum, vt rectè coniicit Longolius. constat enim, Alcibiadem post hos casus aduersos se in Thraciam contulisse. Perinthus autẽ vrbs Thraciæ est. Plin. lib. 43. cap. XI. Ptolem. lib. 3. Stephanus de vrbibus. Præterea hanc lectionem confirmat vetustus codex impressus, in quo est Peritam: ex quo factum est ab aliis Pataram. Atqui Patara vrbs est Lyciæ, vt docet Stephanus. Plin. lib 2 cap. CVII.

108. Bornos) locus est obscurus, mihi quidem ignotus.

109. Byziam) Byzia (inquit Plin. lib. 43. cap. XI.) arx regũ Thraciæ. apud Ptolem sic scriptum est hoc nomen Βιζύη, id est Latinè Bizya.

110. Themeonticos) nomen loci mihi ignoti. satis nobis sit loca esse Thraciæ Perintho vicina. Constat autem, Alcibiadem posteaquàm cognouit se iterum venisse in odium ciuium suorum, in Thraciam abiisse, vbi bellum intulit Thracibus iis qui regum imperio non parebant, vt tradit Plutarch. sic enim ille. καὶ συναγαγὼν ξένους ἐπολέμει ἀβασιλεύτοις Θρᾳξὶν ἰδίᾳ.

111. primus Græciæ in Thr.) locus hic fœdè inquinatus erat adiectione vocis alienæ, ciuitates, ex qua nascebatur sententia absurda atque inepta. Nunc autem sententia est & plana, & rei, de qua agitur, accommodata. Primus (inquit) Græciæ, id est primus ex Græcis hominibus, Alcibiades manu coacta, & exercitu cõparato in Thraciam inuasit. siquis tamen retinere volet nomen quod deleui, licebit ita legere, primus Græciæ in Thraciæ ciuitates introiit quam lectionem tamen non admodum probo. dixisset enim potius, in vrbeis Thraciæ.

112. cum quibusdam reg. Thr.) cum Medoco & Seuthe. Diod lib. 13. καὶ λέγοντος ὅτι Μήδοκος καὶ Σεύθης οἱ Θρᾳκῶν βασιλεῖς, εἰσὶν αὐτῷ φίλοι, &c. & cùm diceret Alcibiades Medocum & Seuthem Thraciæ reges, sibi esse amicos, &c.

113. neque tamen à car. patr.) quæ vna omneis omnium caritates complexa est. Diod. eodem lib. cùm cuperet (inquit) Alcibiades magnum quiddam è re patriæ efficere, vt populum in antiquam erga se beneuolentiam restitueret.

114. Ægos fl.) Αἰγὸς ποταμοί, vrbem Hellesponti, vt suprà diximus.

115. Philocles sic legendum, non, vt habent libri quidam vulgati, Philodes. sic enim Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. πρὸς δὲ τούτῳ εἵλοντο Ἀδείμαντον, καὶ τρίτον Φιλοκλέα. id est Cum eo, seu præter eum elegerunt Adimãtum, tertium Philoclem. & Diod. lib. 13. Ἀθηναῖοι μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν στρατηγῶν, ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔταξαν Φιλοκλέα. i. Athenienses postquàm de medio sublati fuerunt prætores, Philoclem classi præfecerunt.

116. neque longè abess.) erat enim Lampsaci, quam vrbem paullò antè ceperat. Lampsacus autem distat ab Hellesponto, vt ait Xenoph. stadia circiter quindecim: vbi erat Alcibiades, vt suprà cognouimus.

117. vt bellum quàm diutiß. duc.) sic Xenoph. lib. 2. de reb. Græc. & Diod. lib. 13 μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιπλέοντες τοῖς πολεμίοις καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εἰς ναυμαχίαν προεκαλοῦντο ἐκ δὲ τῆς ... πλοπιννίων οἱ μὲν Ἀθηναῖοι διηπόρουν ὅτι χρόνιοι ... τοῖς πράγμασι, &c. i. Post illa autem Athenienses classem aduersus hosteis educen-

tes quotidie, ad pugnam naualem eos prouocabant. sed cùm Peloponnesij naueis suas non deducerent in aciem, Athenienses quidem, quò se verterent, non habebant, &c. sic fere & Plutarch. in Alcib. Dictum autem benè Latinè, & vsitatè, & venustè ducere bellum: quod idem valet atque producere, & trahere bellum. sic autem sæpe loquuntur boni scriptores, M. Tullius, Iul. Cæsar, ceteri. M. Tull. epist. 3 lib. 7. epist. ad fam. Suadere institui vt bellum duceret Cæs. lib. I. de bello Gall. idque oppidum sic natura loci muniebatur, vt magnam ad ducendum bellum daret facultatem.

118. à rege) à Cyro Darij fil. Plutarch. in Lysandro, & Diod. lib. 13. καὶ χρήματα πολλὰ παρέλαβε πρὸς τὰς τῶν στρατιωτῶν διατροφάς. i. & pecunias multas à Cyro accepit ad alendum exercitum.

119. Atheniensib. exhaustis) Diod. οὐ δυνάμενοι τὸν πλείω χρόνον ἐκεῖ διατρίβειν, ἢ διατρέφειν τὰς δυνάμεις i. cùm diutius non possent illic commorari, & alere suas copias. Idem paullò post. τό, τε στρατόπεδον σιτοδείᾳ κατεῖχε. i. & exercitus frumenti inopia premebatur.

120. nihil erat super) αἰσχροφθὴ, nihil supererat, id est nihil erat réliqui.

121. præsente vulgo) παρόντος πλήθους, præsentib. militibus.

122. se coact. Lysandr.) paullo aliter Plutarch. καὶ τοῖς προπέμπουσι τῶν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου γνωρίμοις ἔλεγεν, ὅτι μὴ προπηλακισθεὶς οὕτως ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ὀλίγαις ἂν ἡμέραις ἠνάγκασε Λακεδαιμονίους διαναυμαχεῖν αὐτοῖς ἄκοντας, ἢ τὰς ναῦς ἀπολιπεῖν. i. & iis, qui eum prosequebantur ab exercitu viris notis dicebat, se, nisi ita contumeliosè acceptus esset à prætoribus, paucis diebus coacturum fuisse Lacedæmonios aut classè confligere inuitos, aut naueis relinquere. & Diod. etiam aliter. διὸ καὶ αὐτοὺς ἠξίου μεταδοῦναι ἑαυτῷ τῆς ἡγεμονίας, ἐπαγγελλόμενος, αὐτοὺς δυοῖν θάτερα, ἢ ναυμαχεῖν τοῖς πολεμίοις ἀναγκάσειν, ἢ πεζῇ μετὰ Θρᾳκῶν πρὸς αὐτοὺς διαγωνιεῖσθαι. i. Quapropter postulabat, vt se in societatem & communionem imperij reciperent, promittens eis duorum alterum, se aut coacturum hosteis classe decertare, aut terra Thracibus sibi adiunctis cum illis conflicturum.

123. Lacedæmonios eò nolle) vel ex hoc loco apparet, hunc scriptorem valde esse inquinatum ab iis, qui sibi plus nimio tribuunt atque indulgent, quíque sibi valde docti, atque intelligentes videntur, cùm sint pingues atque indocti. putarunt, hoc, quod deinceps sequitur, esse responsionem Atheniensium, quibuscum egerat Alcibiades de communicando secum imperio. iccirco addiderunt de suo, Respondent. sed non est ita. Est enim etiam hæc Alcibiadis oratio. dicebat enim Alcibiades, vt persuaderet Atheniensib. id, quod cupiebat, Lacedæmonios eò nolle classe confligere, quòd pedestribus copiis plus, quàm nauibus, valerent, &c.

124. sibi autem facile esse) Diod. καὶ λέγοντος αὐτοῖς Ἀλκιβιάδου, ὅτι Μήδοκος καὶ Σεύθης οἱ Θρᾳκῶν βασιλεῖς εἰσὶν αὐτῷ φίλοι, καὶ δύναμιν πολλὴν ὡμολόγησαν δώσειν, ἐὰν βούληται διαπολεμεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, &c. i. Cum autem Alcibiades diceret eis, Medocum & Seuthem Thraciæ reges sibi amicos esse, & magnum exercitum sibi esse pollicitos, si cum Lacedæmoniis bellum gerere vellet, &c. Plutarch. ἐδόκει δὲ τοῖς μὲν διαζεύγνυσθαι, τοῖς δ' εἰκότα λέγειν, εἰ δ' ἄνθρακας ἐκ γῆς ἐπαγαγὼν πολλούς, ἀκοντιστὰς καὶ ἱππεῖς, προσμάχεσθαι, καὶ διαταράξειν τὸ στρατόπεδον αὐτῶν. i. Videbatur autem aliis arroganter

ganter de se prædicare, aliis probabilia dicere, si Thracibus multis à terra immissis, iaculatoribus & equitibus, in Lacedæmonios impetum faceret, & eorum copias perturbaret.

125. *Seuthem) sic legendum ex Xenoph. Plutarcho, Diodoro, non vt vulgò, Scotym, aut Seucem.*

126. *bellum comp.) sic loquitur noster Probus & in Hamilcare, & in Annibale. Sic & Pollio ad Cicer. lib. 10. tanquam nihil peius timerent, quàm ne sine maximo reip. detrimento bellum componeretur.*

127. *Philocles) Xenoph. tradit, prætores, & maximè Tydeum, ac Menandrũ, iussisse eum abire: se enim, non illum, exercitui præesse. Sic Xenoph.* οἱ δὲ στρατηγοί, μάλιστα δὲ Τυδεὺς καὶ Μένανδρος, ἀπιέναι αὐτὸν ἐκέλευσαν. *Plutarch.* οὐ προσεῖχον οἱ στρατηγοί, Τυδεὺς δὲ καὶ πρὸς ὕβριν ἐκέλευσεν ἀποχωρεῖν. *i. non audierunt Alcibiadem prætores: quin Tydeus contumeliosis verbis acceptũ abscedere eum iussit. Diodorus,* ταχέως αὐτὸν ἐκέλευσαν ἀπιέναι, καὶ μηκέτι προσεγγίζειν τῷ στρατοπέδῳ. *i. eum celeriter iusserunt abire, neque amplius ad exercitum propè accedere.*

128. *quòd sentiebat, se, Alc.) sic Diod.* οἱ δὲ τῶν ἀθηναίων στρατηγοὶ νομίσαντες τῶν μὲν ἐλαττωμάτων ἑαυτοῖς τὴν μέμψιν ἀκολουθήσειν, τὰ δ' ἐπιτεύγματα προσάψειν ἅπαντας Αλκιβιάδῃ, ταχέως αὐτὸν ἐκέλευσαν ἀπιέναι, &c. *i. Atheniensium autem prætores rati, siquid aduersi accideret, eius culpam in se collatum iri: siquid secundi euenisset, id omneis Alcibiadi attributuros, eum celeriter iusserunt abire.*

129. *contra ea) sic solet loqui Probus: exempli causa, in præfatione, contra ea, pleraque nostris moribus sunt decôra, &c. In Agesilao. Contra ea Tissaphernes nihil aliud, quàm bellum comparauit. & item alibi.*

130. *illud moneo, iuxta hosteis) Plutarch. & Probus hoc inter se hîc differunt, quòd, quæ apud Probum priore loco ponũtur, de communicatione imperij, & de amicitia, & auxilio regum Thraciæ, déque promissis Alcibiadis: hæc posteriore loco apud Plutarch. scribuntur: quæ apud Probum posteriore loco sunt, de mutanda statione nauium, ea apud Plutarch. priore loco locata sunt. Xenophon autem lib. 2. de reb. Gr. nullum de postulatis Alcibiadis, vt imperij esset particeps, nullum de magnificis eius promissis verbum facit. hoc tantum tradit, quod nunc refert Probus, his verbis.* Ἀλκιβιάδης δὲ κατιδὼν ἀπὸ τῶν τειχῶν τοὺς μὲν ἀθηναίους ἐν αἰγιαλῷ ὁρμοῦντας, καὶ πρὸς οὐδεμιᾷ πόλει· τὰ δ' ἐπιτήδεια ἐκ Σηστοῦ μετιόντας πεντεκαίδεκα σταδίους ἀπὸ τῶν νεῶν. τοὺς δὲ πολεμίους ἐν λιμένι, καὶ πρὸς πόλει ἔχοντας πάντα. οὐκ ἐν καλῷ, ἔφη, αὐτοὺς ὁρμεῖν, ἀλλὰ μεθορμίσαι εἰς Σηστὸν παρῄνει πρός τε λιμένα, καὶ πρὸς πόλιν, οὗ ὄντες ναυμαχήσετε, ἔφη, ἐὰν βούλησθε. *i. Alcibiades autem cùm ex muris & locis munitis, in quibus erat, prospexisset, Athenienseis quidem in littore naueis suas constituisse, nulla vrbe propinqua, ita vt res necessárias ex Sesto longè à nauibus quindecim stadia peterent: hosteis verò in portu, & iuxta vrbem, rebus omnibus abundanteis: negauit eos commodo, aut idoneo loco naueis suas habere collocatas: & statione mutata vt ad Sestum naueis constituerent, in portu, & iuxta vrbem, suadebat, vbi cùm eritis, classe confligetis, cùm voletis, inquit. Plutarch.* ἐδίδασκε τοὺς στρατηγούς, ὅτι κακῶς ὁρμοῦσιν ἐν χωρίοις ἀλιμένοις, καὶ πόλιν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ πόρρωθεν ἐκ Σηστοῦ τὰ ἐπιτήδεια λαμβάνοντες, καὶ περιορῶντες τὸ ναυτικὸν ὅταν ἐπὶ τῆς γῆς γένηται, πλα-

P

νόμενον, ὅπου τις θέλει καὶ διασπειρόμενον, ἀντεφορμοῦντος αὐτοῖς στόλου πρὸς ἐπίταγμα μοναρχικὸν εἰθισμένου σιωπῇ πάντα ποιεῖν. ταῦτα δὲ λέγοντος τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ παραινοῦντος εἰς Σηστὸν μεθορμίσαι τὸν στόλον, οὐ προσεῖχον οἱ στρατηγοί. i. docebat pretores Alcibiades, eos incommodè naueis constitutas habere, nempe in locis portu carentibus, neque vrbem propinquam habere, sed longè à nauibus ex Sesto res necessarias petenteis sinere milites naualeis & classiarios, vbi in terram egreßi fuerint, vagari quocumque quis voluerit, & dißipari, præsertim classe aduersaria eis imminente, & contrariam stationem obtinente, quæ ad vnius imperatoris iussum ac nutum tacitè omnia facere consueuerit. Cùm hæc diceret Alcibiades, & suaderet, vt classem in aliam stationem transferrent, non attendebant prætores, neque obtemperabant.

131. immodestia) ἀταξία, licentia. sic suprà in Lysandro. Sed hæc immodestia militum nascebatur ex negligentia ducum, vt ibidem non obscure significauimus ex Aristide Sophista.

132. neque ea res illum fef.) sic Plutarch. sed pluribus verbis.: ὅτι μέντοι τὰς ἁμαρτίας τῶν Ἀθηναίων ὀρθῶς συνεῖδε, ταχὺ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν. i. peccata autem Atheniensium Alcibiadem non latuisse, citò res ipsa testata est.

133. per speculatores) paullo aliter Xenoph lib 2. tradit enim iußisse Lysandrũ, suorum aliquot, statim vt vidissent Athenienseis, suo more prouocanteis ad pugnam, & ad stationem suam reuertenteis, quòd ipse eis obuiam non iret, neque faceret pugnæ copiam, è longinquo subsequi, & cùm primùm animaduertissent, eos (quod in dies maiore fiducia & securitate facere solebant) è naui egressos & dispersos, & cibaria ementeis, & suam cunctationem contemnenteis, quòd eis obuiam non iret, ad se reuerti, & in medio cursu caßidem attollere: illos autem, quod imperatum erat, diligenter fecisse: tum Lysandrum omnibus signum nauigandi dedisse, & ita Athenienseis dispersos, & imparatos oppreßisse. Diod. lib. 13. narrat, Philoclem, qui eo die imperabat, triremeis triginta instruxisse, ceteris imperasse, vt reliquas naueis iusto militũ & remigum numero implerent atque ornarent: se antecessurum, & hosteis ad pugnam elicere conaturum: ipsi, cùm reliquas naueis instruxissent, sequerentur. quod cùm Lysander à quibusdam transfugis cognouisset, confestim in Philoclem impetum fecisse, eúmque in fugam vertisse, & incidisse in reliquas naueis imparatas, & nondum instructas.

134. tempus) καιρὸν, occasionem.

135. deleuit) confecit. omnes enim naues in Lysandri potestatem venerunt, nouem, aut decem exceptis: Philocles & Adimantus imperatores viui capti sunt: quorum Philocles à Lysandro supplicio affectus est, quòd decreuisset Athenis, vt omnibus hostibus, qui in bello caperentur, pollex manus dexteræ praecideretur, quo hastam ferre non possent, remigare possent, quemadmodum narrat Plutarch. in Lysand. & Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. quamquam Xenophon vt tota dextera manus bello captis præcideretur, ab Atheniensib. decretum fuisse scribit. Hic idem Philocles, vt refert Xenoph. Corinthios aliquot & Andrios bello captos è saxo deiecerat.

136. penitus in Thraciam) Plutarch. eum in Bithyniam profectum esse tradit:

ibique à Thracibus,, qui illic erant, compilatum & spoliatum. Bithyniæ autem partem Thraces incolebant. Xenoph.lib.3.ἑλλην. ἐλθὼν ὁ Δερκυλλίδας εἰς τὴν Βιθυνίαν Θρᾴκην.

137. pen.abdidit) significanter & propriè, penitus abdidit, quasi in intimam Thraciam abdidit.

138. insidias ei fecer.) sic loquũtur boni scriptores. Cicero proœmio actionis primæ in Verrem. istius insidiæ nefariæ, quas vno tempore mihi, vobis, M' Glabrioni prætori, sociis, exteris nationibus, & cet. facere conatur.

139. Lacedæmoniorum) qui terræ & maris imperium obtinebant. Plutarch. φοβηθεὶς ἄρχοντας γῆς καὶ θαλάττης λακεδαιμονίους.

140. in Asiam) in Phrygiam, in qua erat Pharnabazus: quo adiutore & interprete sperabat fore, vt sibi ad Artaxerxem aditus pateret.

141. quem quidem adeò) Plutarch. καὶ συνδιῆγε θεραπεύων ἅμα καὶ τιμώμενος. i. & vnà cum eo vitam degebat, cùm & eum coleret, & ab eo vicißim coleretur, atque honore afficeretur.

142. Grunium) sic legendum, non vt habent libri quidam vulgati, Grimium: quamquam licet etiam Grynium legere, vt est in exemplis Basileensib. & idem valet. commemorat hunc locum & Xenoph.lib.3.ἑλλ. non longè à principio. ἔχοντες ὁ μὲν Γάμβειον καὶ Παλαιγάμβειον· ὁ δὲ Μυρίναν καὶ Γρύνειον. δῶρον δὲ καὶ αὗται αἱ πόλεις ἦσαν παρὰ βασιλέως, &c. i. cùm alter quidem haberet Gambrium & Palægambrium: alter verò Murinam & Grunium, seu Grynium. fuerant autem hæ vrbes à rege dono datæ Gongylo.

143. quinquag.tal.vect.) sic loquitur in Conone. Pecuniæ L. talenta, &c. & in Phocione. Munera magnæ pecuniæ.

144. Qua fort. Alcib. non erat cont.) hoc fere idem Plutarch. in Alcib. sed ex persona populi. facit enim populum cùm deplorantem fortunas suas, & commemorantem atque enumerantem peccata sua, in quibus primo loco ponentẽ secundam suam in Alcibiadem iracundiam ac sæuitiam: tum sperantem se ex his malis emersurum, si reuertatur Alcibiades. nam neque antea cùm exsularet, otiosa & quieta vita contentum fuisse, neque nunc paßurum, etiam si eius rationibus satis bene consultum sit, vt & Lacedæmonij superbè ac contumeliosè Atheniensibus insultent, & triginta tyranni impune in ciueis diutius perbacchentur.

145. rege Pers.) Artaxerxe, Darij filio.

146. neque dubit. se facilè cons.) more suo dixit Probus, pro neque dubitabat quin id facile consecuturus esset.

147. Cyrum fr.) Cyrum minorem, Darij & Parysatidis fil. qui cùm in prælio fratrem Artaxerxem grauiter vulneraßet, ipse dum pugnæ succeßu elatus incautius in hosteis fertur, à quodam ignobili Persa percußus cécidit. Xenoph. lib. I. ἀναβ. Diod. lib. 12.

148. Lacedæmoniis) quorum dux erat Clearchus.

149. mitteretur) quidam legendum putant, admitteretur.

150. Critias) vnus ex XXX. tyrannis, de quo Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. & Plutarch. in Lys. vt mox referemus.

151. certos homines ad Lys.) sed Plutarchus tradit, non antè adductum esse Lysandrum, vt Alcibiadem de medio tollendum curaret, quàm id nominatim ab Ephoris ei mandatum esset, siue quòd ingenium viri ad res magnas suscipiendas promtum, atque expeditum extimescerent, siue quòd Agidi gratum facere vellet. Idem ibid. paullo antè scribit, non esse mirum, si populus ea, quæ suprà retuli, somniabat, cùm triginta tyrannis veniret in mentem, non esse negligendum quid ageret Alcibiades, & quid cogitaret: quin Critiam tandem docuisse Lysandrum, Atheniensib. nullum iam populi politiæ vestigium retinentibus, sed paucorum imperio parentibus, licere Lacedæmoniis tutò Græciæ principatum obtinere. verùm Alcibiadem, quandiu viueret, tametsi Athenienses satis facileis se præberent ad paucorum potentiam ferendam, non passurum eos in hoc statu quietos permanere. Quibus consentanea sunt illa, quæ sunt apud Isocrat. oratione περὶ ζεύγους. οὐ λακεδαιμόνιοι καὶ Λύσανδρος ὁμοίως ἔργον ἐποιήσαντο ἐκεῖνον κτεῖναι, καὶ τὴν ἡμετέραν καταλῦσαι δύναμιν, οὐδεμίαν ἡγούμενοι πίστιν ἕξειν παρὰ τῆς πόλεως, εἰ τὰ τείχη καταβάλοιεν, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀναστῆσαι δυνάμενον ἀπολέσαιεν, i. Nónne Lacedæmonij & Lysander æquè studuerunt illum interficere, & potentiam nostram euertere, existimantes nihil à ciuitate sibi dari aut fieri posse, quare credere & confidere deberent, ea, quæ fecissent, rata futura, etiamsi muros eius diruissent, nisi etiam eum, qui hos de integro excitare posset, necarent?

152. agendum cum Pharnab.) cum Pharnab. vel coràm, vel per litteras, & nuntios colloquendum.

153. societatem) quam exponit Thucyd. lib. 8. ibi. ἐπὶ τοῖσδε ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο, &c.

154. fœderáque irrita f.) quæ commemorat etiam Thucyd. eod. lib. ibi: ξυνθῆκαι λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖον, καὶ τοὺς παῖδας τοῦ βασιλέως, καὶ Τισσαφέρνην σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν κατὰ τάδε, &c. i. Conuentiones, Lacedæmoniorum, & sociorum cum rege Dario, & filiis Regis, & Tissapherne, fœdera & amicitiam esse, his legibus, &c. Hunc locum autem mirè contaminatum in libris omnib. vulgatis ordinis verborum perturbatione, partim coniectura ductus, partim ex vestigiis antiquæ scripturæ, perpurgaui.

155. Non tulit hoc satr.) Diod. lib. 14. de morte Alcibiadis duplicem affert historiam: vnam breuem & nudam: Pharnabazum Darij satrapen, vt gratiam iniret à Lacedæmoniis, comprehensum Alcibiadem Atheniensem occidisse. Φαρνάβαζος, inquit ille, ὁ Δαρείου σατράπης, Ἀλκιβιάδην τὸν ἀθηναῖον συλλαβὼν ἀνεῖλε χαρίσασθαι βουλόμενος λακεδαιμονίοις. Alteram longiorem, & suarum causarum expositione ornatam atque illustratam: cuius auctorem Ephorum scribit, quæ est huiusmodi: Alcibiadem cùm cognouisset, Cyrum de bello fratri inferendo cogitare, venisse ad Pharnabazum, ab eóque petiuisse, vt sibi omnium primo liceret eo adiuuante, & aditum ad regem patefaciente, Cyri consilium regi Artaxerxi enuntiare: Pharnabazum Alcibiadi hoc inuidisse, & quod ab Alcibiade acceperat, sibi vendicantem, fidos homines ad regem misisse, qui Cyri cogitata ei significarẽt; Alcibiadem à Pharnabazo repulsam passum, ad Paphlagoniæ satrapam se contulisse, vt, quod sibi negarat Pharnabazus, ab eo impetraret: Pharnabazum hoc

comperto, certos homines, qui eum in itinere interficerent, misisse, &c.

156. *Susamithrem & Bagoam) ex Plutarcho didicimus, Susamithrem Pharnabazi patruum: Magæum, fratrem fuisse.*

157. *Missi, ij, qui missi fuerant à Pharnabazo.*

158. *vicinitati) Plutarch. & Diod. κώμη. sic & M. Tull. vsurpauit nomen vicinitatis. Hanc vicinitatem, seu hunc vicum, Melissam scribit esse appellatum Athen. lib. 13.*

159. *cùm ferro aggr.) libri quidam vet. habent, cùm securò aggr. quæ scriptura quomodo ferri possit, aut quid sibi velit, non video, nisi dicamus, securò positum pro securè: vt arcanò, dicebant veteres pro arcanè, & tutò, pro tutè, & manifestò pro manifestè, & similia. Plutarch. οὐκ ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν. i. non ausi sunt ingredi domum, in qua erat.*

160. *ligna consul.) sic Plutarch. & maximè Diod. νυκτὸς περιθεῖναι ξύλων πλῆθος. i. noctu circumdedisse domui, seu tabernaculo, in quo quiescebat, lignorũ copiã.*

161. *circa domum stramineam) Plutarch. οἰκίαν dicit. i. domum. iccirco nos, domum, edendum curauimus. Quod autem Samineam quidam volunt oppidum fuisse, ratio & sententia reclamant. nam locum, in quo quiescebat, vrbem fuisse dicere, ridiculum est: neque quisquam dici conuenienter potest in vrbe quiescere, potius, quàm in domo, aut deuersorio. licet etiam legere, casam stramineam, idque doctis quibusdam placet. Quòd autem stramineam pro Samineam reposuimus, id & alios secuti, & probabili coniectura ducti fecimus. Nam cùm Alcibiades propter metum Pharnabazi & barbarorum, itineribus deuiis iter facere cogeretur, per monteis scilicet & siluas, in quibus deuersoria non erant, vt declarat & Aristoteles lib. VI. de histor. animal. cap. 29. qui scribit, Alcibiadẽ in monte Phrygiæ Elaphoente mortuum esse: verisimile est eum in casa aliqua straminea, aut tabernaculo stramineo quieuisse, ibique ab insidiatoribus oppressum esse. Putaui aliquando etiam legi posse, scenam stramineam. Suidas enim locum, quem incenderunt barbari, σκηνὴν vocat οἱ δὲ δορυφόροι ἐπιστάντες σκηνὴν ὑφῆψαν. i. percussores autem, seu satellites aggressi scenam succenderunt. Et Diodor. eodem libro, sic hanc rem describit. τοὺς δὲ καταλαβόντας ἔν τινι κώμῃ Φρυγίας κατεσκηνωκότα, &c. id est, illos autem occupato & oppressò Alcibiade in vico quodam Phrygiæ in tabernaculo deuersantem, seu quiescentẽ, noctu lignorũ copiam circũposuisse, &c.*

162. *quem manu sup.) Nam, vt Plutarch. tradit, nemo ei obsistere, nemo cum eo pedem conferre ausus est. Suprà autem proximè quidam libri habẽt, cõficeretur.*

163. *subalare) quod ille sub alis gestare consueuerat. Videtur autem legendum suprà, quemadmodum edendum curauimus, quòd gladius ei erat subductus, nõ, vt in omnib. libris vulgatis, & si gladius ei erat subductus. nõ enim telum familiari suo subalare ademisset, nisi ei suus subductus esset, neque mirum est Alcibiadem telum familiari suo ademisse, si gladius ei suus fuerat subductus. Aut igitur sic legendum, vt edidimus, aut dicendum aliud mendum subesse.*

164. *& id quod in præsentia) sic Plutarch. τῶν ἱματίων τὰ πλεῖστα, καὶ τῶν στρωμάτων συναγαγὼν ἐπέρριψε τῷ πυρί. i. vestimenta & stragula plurima congesta in ignem cõiecit.*

165. *eiectis) malim iniectis, seu coniectis: vel dic Alcibiadem è casa, seu tabernaculo, in quo deuersabatur, & quiescebat, vestimenta eiecisse, & ita vim flammæ transiisse.*

166. *flammæ vim) sic habent multa vulgata exempla. alia, flammæ viam: quod minus probo.*

167. *telis missis interf.) sic Plutarch.* ἀλλ᾽ ἀποςάντες ἔβαλλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι. *i. sed longè distantes eum iaculis & sagittis petiuerunt. Diod. aliter,* κρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀκοντιζόντων, πληγῆναι. *i. Alcibiadem autem ab igni, & ab iis, qui iacula in eum coniiciebant, superatum, animam efflasse.*

168. *At mulier) Timandra, vt tradit Plutarch. cuius filiam fuisse Laïdem Corinthiam dicunt: quod confirmat Athen. lib. 12. eo loco, quo loco dicit, Alcibiadem, dum prætor, aut imperator esset, secum semper circumducere solitũ & hanc Timandram, & Theodotam, puellam Atticam. Sed idem Athen. lib. 13. primùm tradit, Alcibiadem sepultum, & crematum in Melissa Phrygiæ vico, non à Timandra, sed à Theodota Attica: deinde scribit, alteram illam puellam Corinthiã, non Timandram, sed Damasandram esse nominatam: additque se Alcibiadis sepulcrum vidisse, cùm in vrbẽ principẽ & regiam Phrygiæ Synadam iter haberet.*

169. *muliebri sua veste) Plutarch.* καὶ τοῖς αὐτῆς περιβαλοῦσα, καὶ περικαλύψασα χιτωνίσκοις, ἐκ τῶν παρόντων ἐκήδευσε λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως. *i. & eum suis amiculis & palliis inuolutum & contectum, pro ea, quæ suppetebat, copia, funus ei fecit splédidum atque honorificum. Solebant enim veteres cadauera veste tegere, & ita cremare, & honore sepulturæ afficere. Sic Antonius Brutum etiam hostem mortuum repertum chlamyde purpurea valde pretiosa contexit, & libertum quendam suum, cui mandauerat vt eum sepeliret, quòd id neglexisset, chlamydémque sustulisset, interfecit. Non erit à re alienum somnium, quod ei paullo antè quàm interiret, dormienti obiectum est, ascribere ex Cicerone lib. 2. de Diuinat. quod & à Plutarcho, & à Suida, & ab aliis relatum est. Sic igitur Cicero. Qui (Alcibiades) paullo ante interitum visus est in somnis, amicæ esse amictus amiculo. is cùm esset proiectus inhumatus, ab omnibus desertus iaceret: amica eius corpus texit suo pallio.*

170. *cremauit) combussit. lege M. Tullium lib. 1. Tusc. quæst. de variis sepulturæ generibus.*

171. *à plerisque infam.) lege hac de re Athen. lib. 12. infamatum autem, participium est à verbo infamari vsitato non malis scriptoribus.*

172. *duo maledicentiss.) Theopompum Isocratis discipulum, acerrimo ingenio fuisse testatur M. Tullius in Bruto: Ephorum lenissimo: ex quo credibile est illum talem fuisse, qualem dicit Probus: de Timæo vel ex Suida licet cognoscere, eum amarum & acerbum fuisse aliorum accusatorem.*

173. *splendidissima ciuitate) has voces inculcatas semper existimaui. quod & aliis videri video. Quid si tamen ita legamus? Cùm Athenis natus esset, splendidissimam ciuitatem splendore ac dignitate vitæ, &c. deletis his aliis duabus vocibus, omneis Athenienseis.*

174. *æquiparare) æquare. sic Virgil. Daphn. Nec calamis solùm æquiparas sed*

voce magiſtrum. De hac Alcibiadis natura ſequaci, ingenióque verſatili & flexibili, ad omnium gentium, hominúmque mores, ſuprà diximus.

175. magis firm. corp.) ſunt enim pingues & valentes Thebani. Cic. de Fato. Horat. epiſt. lib. 2. Bœotum in craſſo iurares aëre natum. ad quem locum nos ſat. multa.

176. acumini) Cic. Tuſc. quæſt. 1. Vbi eſt acumen tuum? Idem lib. I. de oratore ad Q. fr. acumen dialecticorum.

177. in patient.) Horat. lib. I. od. 7. Me nec tam patiens Lacedæmon, &c.

178. homines vinolētos) Horat. od. 27. lib. 1. Natis in vſum lætitiæ ſcyphis Pugnare Thracum eſt. Idem eod. lib. oda 36. Baſſum Threïcia vincat amyſtide.

179. fortiter venari) Xenophon lib. I. Κύρου παιδ. non longè à principio.

180. luxurioſè viuere) Horat od. vlt. lib. I. Perſicos odi, puer, apparatus. de Perſarum luxuria lege Athen. lib. 12.

181. poneretur) ſtatueretur, numeraretur. ſic ſuprà in proœmio. quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honeſtate remota ponuntur.

182. cariſſimus) Quidam legi volunt, clariſſimus. ego nihil muto.

THRASYBVLVS.

THraſybulus[1] Lyci filius Athenienſis. Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito an hunc primum omnium ponam. illi ſine dubio neminem præfero fide, conſtantia, magnitudine animi, in patriam amore. nam quod multi voluerunt, pauci potuerunt, ab vno tyranno patriam liberare, huic contigit, vt à[2] triginta oppreſſam tyrannis ex ſeruitute in libertatem vindicaret. Sed neſcio quo modo, cùm eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate[3] præcurrerunt. Primùm Peloponneſio bello[4] multa hic ſine Alcibiade geſſit, ille nullam rem ſine hoc: quæ ille vniuerſa[5] naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna, quòd in[6] prœlij concurſu[7] abit res conſilio[8] ad vireis, vímque pugnantium. [9] Itaque iure ſuo nonnullà ab imperatore miles, plurima verò fortuna vindicat, ſéque hîc plus valuiſſe, quàm ducis prudentiam, verè poteſt prædicare. Quare illud[10] magnificentiſſimum factū, proprium eſt Thraſybuli. nam cùm[11] trigin-

ta tyranni præpositi à Lacedæmoniis, seruitute oppressas tenerent Athenas,[12] plurimos cíueis, quibus in bello[13] pepercerat fortuna, partim patria expulissent, partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se diuisissent: non solùm [14] princeps, sed & solus initiò bellum his indixit. Hic enim cùm[15] Phylen confugisset, quod est castellum in Attica munitißimum, non plus habuit secum,[16] quàm triginta de suis. Hoc initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarißimæ ciuitatis.[17] Neque verò hic ~~non~~ contemtus est primò à tyrannis, ~~neque~~ sed eius solitudo. quæ quidem res & illis contemnentibus, perniciei, & huic despecto, saluti fuit. hæc enim illos ad persequendum[18] segneis, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet,[19] NIHIL IN BELLO OPORTERE CONTEMNI, nec sine causa dici, MATREM[20] TIMIDI FLERE NON SOLERE. Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt[21] opes. nam[22] iam tum illis temporibus fortius[23] boni pro libertate loquebantur, quàm pugnabant. Hinc[24] in Piræeum transiit,[25] Munychiámque muniuit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti, ab eáque turpiter repulsi, protinus in vrbem armis,[26] impedimentisq; amißis refugerunt. Vsus est Thrasybulus non minus[27] prudentia, quàm fortitudine. nam cedenteis violari vetuit. ciueis enim ciuibus parcere æquum censebat.[28] neq; quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit.[29] neminem iacentem veste spoliauit. nil attigit, nisi arma, quorum indigebat, &[30] quæ ad victum pertinebant. In secundo[31] prælio cécidit Critias, dux tyrannorũ, cùm quidem aduersus Thrasybulum fortißimè pugnaret. Hoc[32] deiecto Pausanias vênit

Atticis

Atticis auxilio, rex Lacedæmoniorum. Is inter Thrasybulum, & eos, qui vrbem tenebant, fecit[33] *pacem his*[34] *condicionibus, ne qui, præter triginta tyrannos, & decem, qui postea prætores creati, superioris more crudelitatis erant vsi, afficerentur exsulio, néve cuiusquam bona publicarentur:*[35] *reipublicæ procuratio populo redderetur. Præclarum hoc quoque Thrasybuli, quòd reconciliata pace cùm plurimùm in ciuitate posset, legem tulit,*[36] *ne quis anteactarum rerum accusaretur, néve multaretur: eámque illi legem obliuionis appellarunt. neque verò hanc tantùm ferendam curauit, sed etiam,*[37] *vt valeret, effecit. nam cùm quidam ex iis, qui simul cum eo in exsulio fuerant, cædem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, publicè prohibuit: & id, quod pollicitus erat, præstitit. Huic pro tantis meritis*[38] *honoris ergô corona à populo data est, facta è duabus virgulis oleaginis: quæ, quòd amor ciuium, non vis,*[39] *expresserat, nullam habuit inuidiam,*[40] *magnæq; fuit gloriæ. Benè ergo Pittacus ille, qui septẽ sapientum numero est habitus,*[41] *cùm ei Mitylenæi multa millia iugerum agri muneri darent, nolite (rogo vos) inquit, mihi dare, quod multi inuideant, plures etiam concupiscant. quare ex istis nolo amplius, quàm centum iugera, quæ & meam*[42] *animi æquitatem, & vestram voluntatem indicent. nam parua munera, diutina: locupletia, non*[43] *propria esse consueuerunt. Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisiuit, neque quemquam honore se antecessisse existimauit. Hic sequenti tempore cùm prætor classem*[44] *ad Ciliciam appulisset, neque satis diligenter in castris eius agerentur vigiliæ,*[45] *à barbaris ex oppido, noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.*

THRASYBVLVS.

THrasybulus) Diod. lib. 14. ὁ Τυριεὺς ὀνομαζόμενος .i. qui Tyrieus nominabatur.
2. à triginta) à quibus ipse in exsulium pulsus fuerat. Diod. ibid.
3. præcurrerunt) id est superarunt, præuerterunt. sic Græci παρῆλθον. Demosth. περὶ στεφάνου, non longe à principio. exempla Germanica editionis Basileensis, & Coloniensis habent, præcucurrerunt.
4. multa hic sine Alcib.) quæ Xenoph. lib. I de reb. Gr. & Diod. lib. 13. narrant.
5. naturali quodam bono) φύσει. M. Tull. pro Cælio. Qua in ætate nisi qui se ipse sua grauitate, & castimonia, & cùm disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderet, &c.
6. in prælij concursu) Horat. sat. I lib. I quid enim? concurritur: horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
7. abit res consil.) id est abit res à consilio. sic infrà in Timotheo. omneísque eas genteis, quæ mare illud adiacent.
8. ad vireis, vimque) locus suspectus. ego legendum putabam, ad vireis, virtutémque pugnantium, id est militum. Nam etiam militum virtutem dicunt scriptores. M. Cic. pro M. Marcello, Militum virtus, locorum opportunitas, &c. Cæsar de bello Gallico lib. 2 non admodum longè ab extr. Milites non longiore oratione est cohortatus, quàm vt suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, &c. eod. lib. infrà. Tantam virtutem præstiterunt, &c. Idem lib. 7. Militum virtus singularis. Sed Claudius Puteanus Clementis fil. iuuenis bonarum artium ac litterarum studio in primis deditus, valdéque ingeniosus atque eruditus, &, quæ virtutes rarò in tali ætate reperiuntur, egregiè cordatus, continens, temperans ac modestus, existimat legendum, leui immutatione facta, ad vices, vímque pugn. vt vim intelligamus esse interpretationem nominis vices. Posteaquam enim imperator munere suo functus est, hoc est arte & consilio rem militarem & bellicam gubernauit, vices militis sunt fortiter pugnare. vices autem, hoc est parteis, munus.
9. itaque iure suo) Hunc locum in aliis libris omnibus (qui ferè sic habent, plurima verò à fortuna vindicat, séque his plus valuisse, quàm ducis prudentia, vere p. prædic.) contaminatum, præclarè (præfiscini præfatus dixerim) in suum nitorem restitui, primùm deleto à, deinde mutato, his, in hîc. hîc autem videlicet, in prælij concursu. Nam quòd, prudentiâ, edidi, reperi ita impressum in editione Coloniensi. pro quo tamē, vt dixi, alij ferè omnes libri vulg. habēt, prudentia. vnus, ne quid dißimulem, manet scrupulus. mouet enim me omnium librorum consensus in prouocabulo, his: facitque vt suspicer hoc totum, ducis prudentia, siue, vt edidi, prudentiam, esse subditum: & eo detracto, sic hunc locum esse legendum. Itaque iure suo nonnulla ab imp. mil. plur. verò fort. vindicat: séque his plus valuisse verè potest prædicare. his autem, nempe imperatore, & milite. Alioqui si quis contendat, ducis prudentiam, esse retinendum, vt verum & germanum, cur non addidit Probus, & vim, seu virtutem militum? Vt sic legatur, séque hîc plus valuisse, quàm virtutem militum, & ducis prudentiam vere potest prædicare. nam ratio & veritas hanc sententiam postulant. Sunt enim tria, fortuna, impera-

tor, seu imperatoris consilium, milites, seu militum virtus. Hoc igitur videtur velle, aut debere dicere Probus. Quamuis in bello multum valeat imperatoris consilium, tamen in prœlio tota res abit à consilio imperatoris, & ad vireis ac lacertos militum transfertur, sed plurima ab imperatore, & milite fortuna vindicat, séque his plus valuisse verè potest gloriari. Sic igitur legi vellem, si libri veteres adiuuent. plurima verò à milite & imperatore fortuna vindicat, séque his plus val. verè pot. prædic. Consideret igitur hunc locum attentè lector. editio nostra tamen, tolerabiliß. & probabilißima est. Videtur autē Probus locum illum Cicer. æmulatus esse in orat. pro M. Marcello. Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, eásque detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ sint imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multùm adiuuāt. maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat, &, quicquid est prosperè gestum, id pæne omne ducit suum. Sic ferè Isocr. Archid. εἶτα δὲ τῶν πόλεων κακίαι καταφανεῖς οὐχ ἧττον ἐν ταῖς τοιαύταις βουλεύμασιν, ἢ ταῖς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνοις· τῶν μὲν γὰρ ἐκεῖ γιγνομένων τὸ πλεῖστον μέρος τῇ τύχῃ μέτεστι. τῶν δ' ἐνθάδε γνωσθέντων αὐτῆς τῆς διανοίας σημεῖόν ἐστι. i. declarantur, & patefiunt ciuitatum vitia non minus in talibus consultationibus, quàm in belli periculis. eorum enim, quæ illic fiunt, maximam partem fortuna sibi vindicat: ea verò, quæ hîc decreta & deliberata sunt, ciuitatis mentem, consiliúmque indicant. Sic ferè Cæsar lib. 3 de bello ciuili. Sed fortuna plurimùm potest cùm in reliquis rebus, tum præcipuè in bello paruis momentis magnas rerum commutationes efficit. Æschines in orat. περὶ παραπρεσβ. paullo aliter. Ait enim, rerum bellicarum facta & euenta esse fortunæ simul & imperatoris: & in horum vtriusque potestate illa esse sita: in suasoris autem & legati manu nihil præter beneuolentiam in cineis suos & verba. sic Æschin. ἡ μὲν τύχη καὶ Φίλιππος ἦσαν τῶν ἔργων κύριοι, ἐγὼ δὲ τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας, καὶ τῶν λόγων. Accedat ad hos Plutarchus, ἀποφθ. βασιλ. princip. ἀλλὰ τῶν μὲν πράξεων αἱ πολλαὶ τύχην ἀναμεμιγμένην ἔχουσιν· αἱ δὲ γινόμεναι παρὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς τύχας ἀποφάσεις καὶ ἀναφωνήσεις, ὥσπερ ἐν κατόπτροις καθαρῶς παρέχουσι τὴν ἑκάστου διάνοιαν ἀποθεωρεῖν. i. sed pleræque actiones fortunam habent admixtam: quæ verò in factis & affectibus animorum, & fortunæ casibus expromuntur sententiæ, voces, atque orationes, eæ tanquam in speculis, mentem cuiusque purè spectandam præbent. A quo non admodum discrepat hoc Philippi Macedonis: quod refert Polyænus lib. IIII. Strategem. Φίλιππος οὐκ ἐλάττω δι' ὁμιλίας, ἢ διὰ μάχης κατειργάζετο. καὶ ἰδίᾳ μεῖζον ἐφρόνει ἐφ' οἷς διὰ τῶν λόγων ἐκράτει, ἢ διὰ τῶν ὅπλων· τῶν μὲν γὰρ κοινωνεῖν αὐτῷ τοὺς στρατιώτας. τῶν δὲ αὐτῷ μόνῳ μετεῖναι. id est Philippus non pauciora sermone & colloquio, quàm prœlio, conficiebat. Et verò magis gloriabatur, maiorésque spiritus sumebat ob eas res, quarum compos oratione fiebat, quàm ob eas quarum potiebatur armis. Illarū enim socios se milites habere: harum se solum dominum esse.

10. magnificentiß. magnificentißimum appellat, vel quod Græci λαμπρότατον, aut μεγαλοπρεπέστατον, vel quod à maximo animo est profectū. Sed quantūuis hoc sit magnificum, non potuit hoc fieri, nisi eadem opera bellum patriæ inferret. aut dicemus, hoc non esse patriæ bellum inferre, sed tyrannis patriam liberare, & ita

tyrannis bellum inferre.M.Tull.lib 8.epist.ad Att.epist.3. At si restitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero, quod in Cinnæ dominatione L. Philippus, quod L.Flaccus, quod Q.Mucius, quoquo modo ea res huic quidem ceciderit: qui tamen ita dicere solebat, se id ferè vidisse, quod factum est: sed hoc malle, quàm armatum ad patriæ mœnia accedere. aliter Thrasybulus, & fortasse melius, &c.

11. *triginta tyranni; de quib. & in Alcib. & in Lysandro.*

12. *plurimos civeis) mille quingentos indicta causa necarunt, inquit Æschines in orat.* περὶ παραπρεσβ. & κατὰ Κτησιφ. ἔνιοι δὲ καὶ αὐτοὶ, τῶν τριάκοντα ἐγένοντο. καὶ πλείους, ἢ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτως ἀπέκτειναν.

13. *peperc. fort.) sic Ennius, Quorum virtuti belli fortuna pepercit.*

14. *princeps) id est primus sic sæpe loquuntur boni scriptores.*

15. *Phylē,* Φυλὴ δῆμος οἰνηΐδος φυλῆς, *Stephanus. Xenoph.lib.2.de reb.Gr* ἐκ δὲ τούτου Θρασύβουλος ὁρμηθεὶς ἐκ Θηβῶν ὡς σὺν ἑβδομήκοντα Φυλὴν καταλαμβάνει χωρίον ἰσχυρόν. i *Ex hoc tempore Thrasybulus Thebis eruptione facta, cum septuaginta circiter viris Phylen occupat, locum munitum. Diod lib.14.* τῶν δὲ Θηβαίων ἀγανακτούντων ἐπὶ τοῖς γινομένοις, καὶ φιλοφρόνως τοὺς φυγάδας ὑποδεχομένων, Θρασύβουλος ὁ Τύριος ὀνομαζόμενος, ὢν Ἀθηναῖος. ὑπὸ δὲ τῶν τριάκοντα πεφυγαδευμένος, συνεργούντων αὐτῷ λάθρα τῶν Θηβαίων, κατέλαβε τὸ χωρίον τῆς Ἀττικῆς ὀνομαζόμενον Φυλήν. ἦν δὲ τοῦτο τὸ φρούριον ὀχυρὸν τῇ ἕδρᾳ, καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀπεῖχε σταδίους ἑκατὸν ὥστε πολλὰς ἀφορμὰς αὐτοῖς παρέχεσθαι πρὸς τὴν ἔφοδον. i *Thebanis autem ea, quæ fiebant, indignè ferentib. & exsules comiter accipientibus, Thrasybulus, qui Tyrius dicebatur, civis Atheniensis quidem ille, sed à triginta tyrannis in exsulium pulsus, adiuvantibus eum occultè iisdem Thebanis, locum Atticæ Phylen nomine occupavit. Erat autem castellum & valde natura, manúque munitum, & Athenis distans stadia centum, ita vt multas facultates eis ad irruptionem in oppidum faciendam præberet.*

16. *quàm triginta) immo circiter septuaginta tradit fuisse Xenophon.*

17. *neque verò hic contemt., hic quoque locus valde corruptus est in libris vulgatis, & variè impressus. Alij sic habent, Neque verò hic non contem. est primò à tyr. neque eius sollicitudo: vt Veneti & Florentini. Alij, Neque verò hic modò. cont. est pr. à tyr. sed eius solitudo: & ita Basileenses: alij, Neque verò hic modò contemtus est primò à tyrannis sed eius sollicitudo: Alij aliter. Ego aut nihil, aut parum admodũ à scripturæ vet. vestigiis recedens, & Probi sensum, meo quidem iudicio, sententiámque persequens, sic edendum curavi. Neque vero hic contemtus est primò à tyrannis, sed eius solitudo. quorum verborum sententia non est obscura. hoc enim significant, Thrasybulum non fuisse primò à tyrannis contemtum, quòd scirent eum scilicet esse virum acrem, fortem, ac strenuum, &, quod caput est, prudentem: sed eius imbecillitatem, & militum paucitatem: quam vocat Probus solitudinem ex persona tyrannorum,* ὑποκοριστικῶς. *vocem, modo, quæ est in aliis libris, ego subditam esse existimavi, propter particulam adversandi, sed. in cuius locum alij libri habent negationis particulam, non, ex ipso vocabulo modo, natam.*

18. *segneis) tardos & pigros.*

19. *tempore ad comp. d.) locus suspectus. nam vel legendum videtur, ad se comparandum, seu se comparandos, vel ad exercitum comparandum, vel hoc totum, ad se comparandum, vt supernacaneum, delendum. sed iudicet lector ingeniosus.*

19. *nihil in bello oportere contemni) congruit cum hoc loco ille in Pelop. Hoc loco licet interponere, & si seiunctum à re proposita est, nimia fiducia quãta calamitati soleat esse. Exstat huius rei exemplum apud Isocratem in Euagora, vbi loquitur de Artaxerxe.* Τοῦ μὲν γὰρ ἀκούων τὰς παρασκευάς, τοσοῦτον κατεφρόνησεν, ὥστε διὰ τὸ μὴ φροντίζειν, μικροῦ δεῖν ἔλαθεν αὐτὸν εἰς τὸ βασίλειον ἐπιστάς. πρὸς δὲ τοῦτον οὕτω δεδιότως ἔσχεν, ὥστε μεταξὺ πάσχων εὖ, πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπεχείρησε, δίκαια μὲν οὐ ποιῶν, οὐ μὴν παντάπασι παραλόγως βουλευσάμενος. *i. Artaxerxes enim audiens Cyri bellicos apparatus, ita eum contemsit, vt, quia non curaret, propemodum imprudens eum in regia sua constituerit. in Euagoram autem ita timidè fuit animatus, vt interea dum ab illo beneficiis afficiebatur, bellum ei inferre conatus sit, aequa non faciẽs quidem ille, sed tamen non malè suis rebus consulens. exstat & aliud apud Xenoph. lib. 4. de reb. Gr ibi.* καταφρονητικῶς δέ πῃ καὶ ἀφυλάκτως, διὰ τὸ μηδὲν πρότερον ἐσφάλθαι, λαμβανόντων τῶν στρατιωτῶν τὰ ἐπιτήδεια, ἐπιτυγχάνει αὐτοῖς ὁ Φαρνάβαζος, &c. *Cùm autem aliquando contigisset, vt milites contemtim, & incautè, quia antea ab eis nihil erat turbatum, neque offensum, res necessarias sumerent, de improuiso irruit in eos Pharnabazus. Apud eundem tamen lib. 3. Agesilaus hostem contemnere vtile esse censet, quòd ea res robur & vireis afferat militibus. Et Polyaenus refert hoc inter strategemata lib. 2. his verbis:* Ἀγησίλαος ἐπὶ τῆς Ἀσίας τοὺς στρατιώτας ἔπεισε καταφρονεῖν τῶν βαρβάρων, οὓς πρὶν ἐδεδοίκεσαν, αἰχμαλώτους Πέρσας ἀποδύσας, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιδείξας τὰ μὲν σώματα αὐτῶν ἀσθενῆ, καὶ λευκὰ διὰ τὴν τρυφὴν, τὸν δὲ κόσμον καὶ τὴν ἐσθῆτα πολυτελῆ· καὶ τοῦτο λακωνικῶς εἰπὼν, πρὸς οὓς μὲν τοὺς ἀγῶνας ἔχομεν, οὗτοι εἰσίν· ὑπὲρ ὧν δὲ, ταῦτα. *id est Agesilaus in Asia militibus persuasit vt barbaros contemnerent, quos antea metuebant, captiuis Persis exutis, & corporibus eorum infirmis, & candidis propter luxuriam & mollitiem ante oculos Graecorum expositis, ornatu vero & vestitu Persico sumtuoso, ac pretioso demonstrato. illóque ad extremum Laconicè addito, aduersus quos praeliamur, hi sunt: de quibus certamus, haec sunt. Sed hoc non pugnat cum eo, quod praecipit Probus. Eò enim pertinet hoc Probi praeceptum, vt milites cauti sint, & excubent, videántque ne ab hostib. opprimantur imparati quod diligentissimè, & vsquequaque teneri debet. At quod Agesilaus censet, eò valet vt milites aduersariorum ignauia perspecta & cognita maiore fiducia, & fortiore animo pugnent. argumento est ei, quod dico, Agesilai factum. non enim suis militibus edicit, vt in vtramque aurem dormiant, & vigilias agere desinant: sed apud Xenophontem voce praeconis praedicari iubet, vt barbarorum captiuorum corpora nudentur, & ita vendantur. Ita enim fore, vt, cùm sui illos viderint esse cute candida, quia numquam sine veste sint: corpore molli, & tenero, & ad laborem inepto, quia semper curribus vehantur, existiment nihil interesse, vtrùm cum illis, an cum mulieribus pugnent. verba Xenophontis non ascribam, vt tanto sim breuior. sed reperiet ea lector, si fortè requiret, non admodum longè ab extremo. Vtile est tamen interdum imperatori.*

nempe cùm ampliorem habet exercitum, & plureis numero milites, quàm aduersarij, hanc opinionem hostibus afferre, suos esse, numero pauciores, quàm re vera sint, vt horum paucitate contemta, audeant illi prælium inire: deinde spe & opinione falsi terga vertant: Et contrà expedit, cùm pauciores milites habet, contrariam opinionem in hostium animu gignere, & amplioris exercitus speciem præbere, vt ne horũ paucitate contemta, audeant manũ conserere, & nostros numero impares adoriri, vel vt multitudinis speciem animo obiectam, & cogitatione informatam metuentes despondeant animum. Idque licet cùm ex alius multis exemplis intelligere, tum ex Iphicratis optimi imperatoris strategemate, quod ponit Polyænus lib. 3. Strategematum. Cuius hæc verba sunt. Ἰφικράτης εἰ μὲν πλείους τῶν πολεμίων ἔχοι στρατιώτας, βουλόμενος λαθεῖν ἵνα καταφρονοῦντας αὐτοὺς λάβοι, μίαν στιβάδα τοὺς δύο στρατιώτας ἐκέλευσε ποιεῖσθαι, ἐπὶ ταύτης ἀνὰ μέρος ἀναπαύεσθαι· καὶ τὰ ὅπλα ἐπάλληλα τίθεσθαι. εἰ δὲ ὀλίγους ἔχοι, ὅπως μὴ καταφρονοῖντο, τὸν ἕνα στρατιώτην δύο στιβάδας ποιεῖσθαι προσέταξε. καὶ ταχέως εἰς ἄλλο χωρίον μετανίστατο. τῶν δὲ πολεμίων τὰς στιβάδας καταμαθόντων, καὶ τὸ πλῆθος καταπλαγέντων, τηνικάδε προσπεσὼν συνῆπτε μάχην. i. Iphicrates si quidem pauciores milites, quàm hostes, haberet, volens id eis occultare, vt eos contemnenteis opprimeret: duos milites vnum ex gramine lectum facere iubebat, (cuiusmodi lecti militares & castrenses esse consueuerunt) atque in hoc vicissim quiescere, & arma armis imponere, atque aggregare, non suo quæque loco collocare. Sin paucos haberet, vt ne contemneretur, vnum militem duos lectos facere imperabat. Atque ita castra celeriter in alium locum mouebat. Vbi autem aduersarij lectos viderant, & multitudine simulata perterriti fuerant, tum impetu facto prælium committebat.

20. matrem timidi) quia qui timidus est, consideratus & cautus est. qui cautus est autem, is à periculo ferè tutus est. Timidus igitur accipiendus est hîc non pro ignauo, sed pro eo, qui timere solet, potius, quàm confidere, natura. Nam (vt scribit Aristot. lib. 2. rhet. ὁ φόβος βουλευτικοὺς ποιεῖ. i. timor facit ad consultandum promtos atque expeditos. Contrà (vt est apud Thucyd lib. 2. in orat. funebri Periclis) ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. i. inscïentia, seu incogitantia audaciam, cogitatio autem & consideratio timorem & cunctationem affert. Itaque M. Tullius lib. VI. epistolarum ad familiareis, epist. XV. ita de se scribit. Nam si quisquam est timidus in magnis, periculosisque rebus, sempérque magis aduersos rerum exitus metuens, quàm sperans secundos, is ego sum: &, si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Idem lib. 4. epist. XIII. scribit, cùm prædicebat, si vicissent Pompeiani, quàm crudelis esset futura victoria: sin victi essent, quãtus esset ciuium partim amplissimorum, partim optimorum interitus futurus, ab his ipsis nimiùm timidum potius, quàm satis prudentem existimari solitum. Tanta est timiditati cum prudentia societas, & coniunctio.

21. opes) copias, potentiam. sic M. Tull. lib. 14. epistolarum ad Att. ep. 4. reliquæ res opes & copias desiderant. Tradit tamen Diodorus lib. XVIII. pag. 414. breui tẽpore conuenisse homines mille & ducentos: & his copiis eductis eũ irrupisse mane inopinatò ac de improuiso in triginta tyrannorum castra, multisque eorum interfectis, illos Athenas se recipere coëgisse.

22. *Nam iam tum illis temp.)* Etiam hic locus declarat, auctorem harum vitarum vixisse iis temporibus, quibus Romani erant liberi, nondúmque ab imperatoribus, seu tyrannis erat oppressa ciuitas ac libertas.

23. *fort. boni pro lib.)* sic M. Tull. eod. lib. epist. VI. ad Att. Nihil enim tam σόλοικον, quàm tyrannoctonos in cælo esse, tyranni facta defendi. Sed vides consules, vides reliquos magistratus, si isti magistratus: vides languorem bonorum. exsultant lætitia in municipiis. dici non potest quantopere gaudeant, vt ad me concurrant, vt audire cupiant verba mea de re. nec vlla interea decreta. Idem eod. lib. epist. 15. Quid ergo? culpa ista Brutorum? minimè illorum quidem, sed aliorum Brutorum, qui se cautos & sapienteis putant, quibus satis fuit lætari, nonnullis etiam gratulari, nullis permanere.

24. *hinc in Piræeum)* sic Diod. lib. 14 nisi quòd tradit, hoc factum esse post irruptionem illam nocturnam, seu potius matutinam factam in castra aduersariorum, quam modò retuli. verba eius sunt hæc. μετ᾽ δὲ τὴν μάχην ὁ Θρασύβουλος ἀθρόως μετ᾽ ὥρμησεν ἐπὶ τὴν πυραιέα, καὶ κατελάβετο τὴν μουνυχίαν, λόφον ἔρημον καὶ καρτερόν. i. Post prælium autem Thrasybulus statim inuasit in Piræeum, & occupauit Munychiam, collem desertum, & natura munitum. Cum Diodoro congruit & Xenophō lib. 2. Addit præterea, in eo prælio ex equitibus Nicostratum pulchrum occubuisse, & alios duos in lectis oppressos esse.

25. *Munichiáq;)* Munichia, vt Harpocratio docet, locus est mari vicinus in Attica. Stephan. Μουνυχία λιμὴν ἀττικῆς. i. Munychia portus Atticæ. Strabo lib. 2. λόφος δ᾽ ἐστὶν ἡ Μουνυχία χερρονησίζων, καὶ κοῖλος καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος φύσει τε καὶ ἐπίτηδες, ὥστε οἰκήσεις δέχεσθαι· στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων. i. Collis autem, seu tumulus est Munychia, Cherronesi speciem præbens, & magna ex parte subcauus, & suffossus & natura, & de industria, ita vt domicilia recipiat: introitum autem habens oris angusti.

26. *impedimentísque)* impedimenta in castris & in exercitu, eæ res sunt, quæ portantur, aut vehuntur necessitatis, aut commoditatis gratia: etiam extra castra, vt Cicero pro Milone. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis.

27. *non minus prudentia)* Conon tamen Thrasybulum, Thrasybulum appellabat, tāquam audaciorem, quàm prudentiorem, seu consideratiorem, vt est apud Aristot. lib. 2. rhetoric.

28. *Neque quisquam est vuln.)* sic Cæsar lib. I. de bello ciuili. Cæsar in eam spem venerat, se sine pugna, & sine vulnere suorum rem conficere posse, quòd re frumentaria aduersarios interclusisset. Cur etiam secundo prælio aliquos ex suis amitteret? cur vulnerari pateretur optimè meritos de se milites? cur denique fortunam periclitaretur? præsertim cùm non minus esset imperatoris consilio superare, quàm gladio. Mouebatur etiam misericordia ciuium, quos interficiendos videbat: quibus saluis atque incolumibus rem obtinere malebat. M. Tull. pro M. Marcello. Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. quos amisimus cieis, eos vis Martis perculit, non ira victoriæ, vt dubitare debeat nemo, quin multos, si posset, C. Cæsar ab-

inferis excitaret, quando ex eadem acie conseruat quos potest. Idem pro Q. Ligario. Cognita verò clementia tua quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus?

29. Neminem iacentem spol.) testatur & hoc Xenoph lib. 2. de reb. Gr. his verbis. καὶ τὰ μὲν ὅπλα ἔλαβον, τοὺς δὲ χιτῶνας οὐδενὸς τῶν πολιτῶν ἐσκύλευσαν. i. & arma quidem ceperunt, tunicas autem & vestes nulli ciui detraxerunt. Fere autem apud Homerum qui prostratos & iacenteis spoliant, ab aliis occupantur, & interimuntur. quamquam ἐναρίζειν, quod valet σκυλεύειν, i. spoliare, apud illum poëtam sæpe vsurpatur pro κτείνειν, hoc est interficere, quòd qui ceciderint in acie, soleant à victoribus spoliari.

30. & quæ ad vict pert.) id est & vise ea, quæ ad victum pertinebant.

31. in secundo pr. ce. Cr) cecidit vnà cũ eo & Hippomachus, vt narrat Xenophon lib. 2 de reb. Gr Primus autem omnium eorum, qui cum Thrasybulo erant, occubuit vates: qui fati sui non ignarus, præcepit commilitonibus suis, ne in hosteis irruerent priusquàm aliquis suorum cecidisset, aut vulneratus esset. vbi hoc euenerit, inquit, nos præibimus, & victoria nostra erit mihi autem mors certa imminet. In quo non fefellit eum sua opinio. nam veluti afflatu quodam diuino concitatus, primus exsilit, & hosteis adortus primus interiit. alij autem exsules vicerunt.

32. Hoc deiecto, Pauſ.) robus, dum properat, & studet breuis esse, onn dicit, Lysandrum ante Pausaniam auxilio XXX. tyrannis esse missum, & exsules, qui in Piræeo erant, mari & terra circumsedisse, eorúmque res in angustum redegisse: Pausaniam verò Lysandro inuidentem, cùm aliquandiu dicis causa Piræeum oppugnasset, missis clàm internuntiis, exsules & tyrannidis fautores inter se in gratiam reduxisse, bellúmque composuisse.

33. fecit pacem, Diod. lib. 14. Παυσανίας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεύς, φθονῶν μὲν τῷ Λυσάνδρῳ, θεωρῶν δὲ τὴν Σπάρτην ἀδοξοῦσαν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἐξῆλθε μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ παραγενηθεὶς εἰς Ἀθήνας, διήλλαξε τοὺς ἐν τῇ πόλει πρὸς τοὺς φυγάδας. i. Pausanias autem rex Lacedæmoniorum, partim quòd Lysandro inuideret, partim quòd videret, Spartam malè audire, & infamia laborare apud Græcos, castra mouit, magnámque partẽ exercitus abduxit, &, cùm Athenas venisset, eos, qui in vrbe erant, cum iis, qui erant in Piræeo, in gratiam reconciliauit, ac pacem fecit. Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων προχωρούντων, Παυσανίας ὁ βασιλεύς, φθονήσας Λυσάνδρῳ, εἰ κατειργασμένος ταῦτα ἅμα μὲν εὐδοκιμήσοι, ἅμα δὲ ἰδίας ποιήσοιτο τὰς Ἀθήνας, πείσας τῶν ἐφόρων τρεῖς, ἐξάγει φρουράν. συνείποντο δὲ καὶ οἱ σύμμαχοι πάντες πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων. i. rebus autem ita procedentibus, Pausanias rex cùm Lysandro inuideret, si ob has res confectas apud omneis Græciæ ciuitates clarus & gloriosus esset, simulque Athenas, suas faceret: adductis in suam sententiam tribus ephoris, præsidium ex vrbe educit. vnà autem secuti sunt socij præter Bæotos & Corinthios.

34. his condicionib.) Xenoph. eod lib. οἱ δὲ διήλλαξαν ἐφ' ᾧ εἰρήνην μὲν ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ἀπιέναι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους, πλὴν τῶν τριάκοντα, καὶ τῶν ἕνδεκα, καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα, &c. id est, Quindecim autem illi viri ab Ephoris missi, & Pausanias

& Pausanias, pacem inter eos his condicionibus fecerint, vt ad suas quisque res, & possessiones rediret, præter XXX. tyrannos; & XI. viros, & X. viros, qui in Piræeo imperarant. Diod. eod. lib. διόπερ οἱ Ἀθηναῖοι μὲν ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα, καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύσαντο, *&c. i. Quapropter Athenienses quidem patriã recuperarunt, & reliquo tempore suis legibus remp. administrarunt, &c.*

35. *reip. procur. pop.) democratia, id est populi potentia, & gubernandæ reip. potestas populo redderetur.*

36. *nequis anteact. rerum) Xenoph.* καὶ ὀμόσαντες ὅρκους ἦ μὴν μὴ μνησικακήσειν, ἔτι καὶ νῦν ὁμοῦ τε πολιτεύονται, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένει ὁ δῆμος. *i. & dato iureiurando se præteritas iniurias non recordaturos, etiam nunc simul ciuiliter viuunt; & populus iusiurandum seruat. Æschin. orat.* κατὰ Κτησιφ. τοῦ δὲ ἐκεῖνοι μὲν μεγάλων κακῶν συμβάντων, ἔσωσαν τὴν πόλιν, τὸ κάλλιστον ἐκ παιδείας ῥῆμα φθεγξάμενοι, μὴ μνησικακεῖν. *i. illi autẽ post magnas calamitates acceptas, ciuitatẽ seruarunt, pulcherrimo, quod ex doctrina petiuerãt, verbo vsurpato, præteritarum iniuriarũ memoriã obliuione sempiterna esse delendam. Idem* περὶ παραπρεσβ. πάλιν δὲ σωφρόνως πολιτευθέντων, καὶ τοῦ δήμου κατελθόντος ἀπὸ Φυλῆς, Ἀρχίνου καὶ Θρασυβούλου προστάντων τοῦ δήμου, καὶ τὸ μὴ μνησικακεῖν πρὸς ἀλλήλους ἔνορκον ἡμῖν καταστησάντων, ὅθεν σοφωτάτην πάντες τὴν πόλιν ἡγήσαντο εἶ(ναι), *&c cet. i. Rursus autem sapienter rep. administrata, & populo à Phyla reducto ac restituto, Archino & Thrasybulo ducibus, & iureiurando inter nos interposito, nos priores offensiones & discordias sempiterna obliuione deleturos, & rerum anteactarum nomine neminem in iudicium vocaturos, ex qua hanc ciuitatem omnes mortales sapientißimam existimarunt, &c. Dion. lib. 44. histor. Rom. in contione Cicer.* ἐκεῖνοι μὲν οὖν στασιάσαντές ποτε, καὶ ἐκ τούτου καὶ ὑπὸ λακεδαιμονίων καταπολεμηθέντες, καὶ ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων πολιτῶν τυραννηθέντες, οὐ πρότερον ἀπηλλάγησαν τῶν κακῶν πρὶν συνθέσθαι καὶ διομολογήσασθαι τῶν συμβεβηκότων σφίσι πολλῶν που καὶ δεινῶν ὄντων, ἐπιλήσεσθαι, καὶ μηδένα τι περὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῶν μήτι ἐγκαλέσειν ποτὲ, μήτε μνησικακήσειν ὅλως. *i. Illi igitur (Athenienses, cùm inter se discordassent, ac seditione concitati fuissent aliquando, atque ex hoc etiam à Lacedæmoniis bello subacti, & à potentioribus ciuibus superba dominatione oppreßi essent, nõ prius his malis liberati sunt, quàm pacti fuerint, & fidem inter se iurati dederint, se malorum, quæ sibi acciderant, multorum & atrocium, memoriam obliuione sempiterna deleturos, neque omnino ob superiora facinora quemquam in ius, iudiciúmve vocaturos, neque superiorum iniuriarum memores futuros. M. Tull. Philipp. 1. In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Atheniensiúmque renouaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum vsurpaui, quo tum in sedandis discordiis ciuitas illa erat vsa: atque omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censui. Isocrat.* περὶ τοῦ ζεύγους εἶτα κηδεστὴς μὲν οὖν ἐκείνου, βεβουλευκὼς δὲ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, τολμᾷς ἑτέροις μνησικακεῖν, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ τὰς συνθήκας παραβαίνων, δι' ἃς αὐτὸς οἰκεῖς τὴν πόλιν; *i. Et cùm sis illius quidem gener, XXX. tyrannis autem dominantibus, consiliarius & senator fueris, audes mala præterita, & superiores iniurias in aliorum perniciem recordando refricare? neque te pudet conuentiones perfringere, propter quas in vrbe habitas? Commemorat & Plutarchus* παραγγέλμ. πολιτ. *hanc conuentionem, vbi* ἀμνηστίας ψήφισμα. *i.*

oblivionis decretum, vel, vt mox Probus, oblivionis legẽ appellat: & Val. Max. lib. 4. cap. I. Plebiscitum, inquit, interposuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret: hæc oblivio, quam Athenienses ἀμνηστίαν vocant, concussum & labentem ciuitatis statũ in pristinũ reuocauit. Huiusmodi lex nuper à Rege nostro Christianißimo, Carolo IX. a. d. X. Kalendas Aprileis. anno CIↃ IↃ. LXVIII. post alterũ bellum ciuile, horribilißimum & calamitosißimum, quod anno superiore coortũ, & per vniuersam Galliam septem circiter menseis versatum est, compositum, lata, & capite sancita est: cuius verba ea, quæ ad hanc obliuionem iniuriarum, & concordiam ciuium pertinent, (cui rex clementißimus consulere, quàm suo dolori parêre maluit) adscribam, & quantum consequi potero, posteritati prodam, ad sempiternam, aut certè quàm maximè diuturnã inauditæ regis nostri erga suos ciueis clementiæ memoriam. Hæc igitur legis sunt verba, Vt autem in posterum omnes turbarum, & tumultuum, & seditionum occasiones præcisæ, & sublatæ sint, atque vt ciuium nostrorum animos ac voluntates inter se melius conglutinemus, & facilius recõciliemus, huiúsque cõcordiæ sic renouatæ, ac redintegratæ obseruationem pro ea, quam ciues nostri nobis debent, pietate, stabiliamus, ac sanciamus: ediximus, edicimus: hoc nostrum consilium, hæc nostra mens est: hoc volumus, hoc nobis placet: omneis iniurias, atque offensiones superiores, quas temporis iniquitas, & occasiones ex ea natæ inter ciueis nostros pepererunt: omnia mala præterita, quæ ex superioribus motibus, ac tumultibus manarunt, funditus exstingui, eorúmque memoriam sempiterna obliuione deleri, atque obrui, vt proinde sint, quasi omnino nunquam euenissent: vetamúsque disertißimè, planißimè, atque apertißimè, & capite sancimus, ne qui ex nostris ciuibus, cuiuscumque sint ordinis, loci, gradus, aut fortunæ, audeant inter se lacessere, prouocare, irritare, præterita obiiciendo, aut exprobrando, néve vlla de re anteacta inter se altercari, rixari, iurgare, & contendere, néve conuiciari, & maledicere, néve facto, aut verbo contumelioso inter se offendere, ac lædere, sed potius sibi moderentur, ac temperent, concordiámque & pacem in omni vita degenda colant, tanquam fratres, & amici, & boni, concordésque ciues. Qui secus faxint, quíque auctores, & origo iniuriæ atque offensionis inde ortæ fuerint, continuò, & sententia de plano lata, sine vlla alia iuris, iudiciíque formula, ex hac lege & eius summo iure pœnas luunto.

37. *vt valeret) non est enim satis legem ferri, sed etiam debet seruari. alioquin & inanis est, & frustrà fertur. Quin, quod grauius est, scriptor, aut lator legis contemnitur, & contumeliosè læditur, si lex ab eo lata non valeat, & negligatur. Quare quisquis legum ferendarum ius, & potestatem habet, primùm debet nouas leges quàm paucißimas ferre: deinde quas tulit, eas debet summo studio, modis omnibus seruandas curare.*

38. *honoris ergô) sic restitui, nam libri vulgati non habent ergô.*

39. *expresserat) subintellige eam, nempe coronam, & à ciuibus, vt sit à ciuibus expresserat, id est ciueis adduxerat, & impulerat, vt eam Thrasybulo darẽt. sic apud M. Tull. oratione contra Rullum ad populum. Rectè facto exigua laus, & ab inuitis expressa proponitur. Idem lib. 3. accus. cùm tam iniquas pactiones*

vi & metu expressas cognouerit. Idem pro Sextio. Non recito decretum officio aliquo expressum. Omnino malim sic legi, quae quod eã amor ciuiũ, non vis express.

40. magnaeque fuit gloriae) sic habent codices emendatiores, & ita legendum, non, vt in aliis, magnáque fuit gloria.

41. cùm ei Mitylenaei multa m. iug.) Variè hoc refertur à scriptorib. Plutarch. παραγγέλ. πολιτ. sic. ὡς γὰρ ἐκτήσατο χώρας τοῖς πολίταις, γῆν, ἣν αὐτὸς ἤθελε λαβεῖν κελευσθεὶς, ἔλαβε τοσαύτην, ὅσον ἐπῆλθε τὸ ἀκόντιον αὐτοῦ βαλόντος. i. Nam eius terrae, quam ciuibus quaesierat ac pepererat, tantum agri, quantum vellet, sumere iussus, tantum sumsit, quantum percurrere potuit iaculum ab eo iactum. Diog. Laërtius in Pittaco. sic. καὶ χώραν αὐτῷ ἀπένειμαν οἱ μιτυληναῖοι. ὁ δὲ ἱερὰν αὐτὴν ἀνῆκεν· ἥτις νῦν πιττάκειος καλεῖται. i. & agrum ei tribuerunt Mitylenaei: at ille eum, vt sacer esset, remisit: qui nunc Pittacéus appellatur. Valerius Max. lib. 6. cap. 5. sic. Atque etiã cùm ei recuperati agri dimidia pars offerretur, auertit animum ab eo munere, deforme iudicans, virtutis gloriam magnitudine praedae minuere.

42. animi aequitatem) animi aequitas, est animi habitus, quo quis mediocria concupiscit, & humana fert moderatè. M. Tull. orat. in Rullum in senatu. Et enim si eius aequitatem animi probè noui, vendet non inuitus. Idem pro Q. Ligar. Hic tu modum vitae tuae non salute reip. sed aequitate animi definies?

43. non propria) id est non stabilia, neque diuturna. Horat. sat. 6. lib. 2. nihil amplius oro, Maia nate, nisi vt propria haec mihi munera faxis. Virgil. lib. VI. Æn. propria haec si dona fuissent.

44. ad Ciliciam) sic legendum, non Siciliam, quod & Longolius iam antè viderat. Eurymedon enim & Aspendum, circa quem locum occisus est Thrasybulus, in Cilicia sunt, aut certè in Pamphylia. Cilicia autem & Pamphylia sunt inter se finitimae. Hac porrò de re sic Diod. lib 14. Θρασύβουλος δὲ ὁ τῶν ἀθηναίων στρατηγὸς, ἐκ τῆς Λέσβου κομιζόμενος μετὰ τοῦ στόλου πρὸς ἄσπενδον, ὥρμισε τὰς τριήρεις εἰς τὸν Εὐρυμέδοντα ποταμόν. χρήματα δὲ εἰληφότος αὐτοῦ παρὰ τῶν ἀσπενδίων, ὅμως τινὲς τῶν στρατιωτῶν ἐδῄωσαν τὴν χώραν. θυμωθέντες δὲ νυκτὸς, οἱ μὲν ἀσπένδιοι χαλεπῶς ἐνέγκαντες ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν, ἐπέθεντο τοῖς ἀθηναίοις, καὶ τόν τε Θρασύβουλον, καὶ τινὰς ἄλλους ἀνεῖλον, οἱ δὲ, &c. i. Thrasybulus autem Atheniensium imperator, cùm è Lesbo cum classe Aspendum veheretur, naueis in Eurymedonte flumine constituit. Cùm autem pecuniam ab Aspendiis accepisset, nihilominus nonnulli ex eius militibus agrum Aspendium hostili more populati sunt. quas iniurias cùm molestè ferrent Aspendij, prima noctis vigilia in Athenienseis impetum fecerunt, & cùm Thrasybulum ipsum, tum nonnullos alios interfecerunt. Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. ἐκ δὲ ἄγων τι πολλῶν ἠργυρολογηκὼς εἰς ἄσπενδον ἀφικόμενος, ὡρμίσατο τὰς ναῦς εἰς τὸν Εὐρυμέδοντα ποταμόν. ἤδη δ' αὐτοῦ ἔχοντος χρήματα παρὰ τῶν ἀσπενδίων, ἀδικησάντων τι ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν στρατιωτῶν, ὀργισθέντες οἱ ἀσπένδιοι τῆς νυκτὸς ἐπιπεσόντες κατακόπτουσιν ἐν τῇ σκηνῇ αὐτόν. i. Thrasybulus cùm ex aliis multis vrbib. pecuniam coëgerat, tum Aspendũ profectus naueis ad Eurymedontem appulit. cùm autem coacta iam ab Aspendiis pecunia, milites eius nihilominus in agris aliquas iniurias eorum colonis fecissent, irati Aspendij noctu irruptione facta eum in tabernaculo confoderunt.

45. à barbaris) ab Aspendiis.

CONON.

COnon[1] Athenienſis Peloponneſio bello acceſſit ad rempublicam, in eóq; eius[2] opera magni fuit. nam & [3]prætor pedeſtribus exercitibus præfuit, & præfectus claſſis res magnas mari geſſit. Quas ob cauſas[4] præcipuus ei honos habitus eſt. namque[5] omnibus vnus inſulis præfuit. in qua poteſtate[6] Pharas cepit, coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo Peloponneſio bello prætor, cùm[7] apud Aegos flumen copiæ Athenienſium à Lyſandro ſunt deuictæ. Sed tum[8] afuit, eóque peius res adminiſtrata eſt. nam &[9] prudens rei militaris, &[10] diligens erat imperij. Itaque nemini erat his temporibus dubium, ſi affuiſſet, illam Athenienſeis calamitatem accepturos non fuiſſe. Rebus autem afflictis cùm patriam[11] obſideri audiſſet, non quæſiuit, vbi ipſe[12] tutò viueret, ſed vnde præſidio poſſet eſſe ciuibus ſuis. Itaque[13] contulit ſe ad PharnabaZum[14] ſatrapen Ioniæ & Lydiæ, eundémque[15] generum regis & propinquum: apud quem vt multùm gratia valeret, multo labore, multíſque effecit periculis. Nam cùm Lacedæmonij Athenienſibus deuictis in ſocietate non manerent, quam[16] cum Artaxerxe fecerant,[17] Ageſilaúmque bellatum miſiſſent in Aſiam, maximè impulſi[18] à Tiſſapherne, qui ex[19] intimis regis ab amicitia eius defecerat, & cum Lacedæmoniis coierat ſocietatem: hunc aduerſus PharnabaZus habitus eſt imperator,[20] re quidem vera exercitui præfuit Conon, eiúſque omnia arbitrio geſta ſunt. Hic militum ducem ſummum Ageſilaum impediuit, ſæpéque eius conſiliis obſtitit. neque[21] verò non fuit apertum, ſi ille non fuiſſet, Ageſilaum Aſiam[22] Tauro tenus regi fuiſſe erepturum. Qui poſtea quàm domum à ſuis ciuibus[23] reuo-

catus est, quòd Bœotij & Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant, Conon nihilo secius apud præfectos regis versabatur, iisque omnibus magno erat vsui. Defecerat à rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi, quàm ceteris, erat apertum. multis enim, magnísque meritis apud regem, etiam cùm in[24] officio non maneret, valebat. neque admirandum, si non facilè ad credendum inducebatur,[25] reminiscens eius se opera Cyrum fratrem superasse.[26] Huius accusandi gratia Conon à Pharnabazo ad regem missus, postquàm vênit, primùm ex more Persarum ad[27] chiliarchum, qui secundum gradum imperij tenebat, Tithraustem accessit, séque ostendit cum rege colloqui velle. nemo enim sine hoc admittitur. huic ille inquit, nulla mora est: sed tu delibera vtrùm colloqui malis, an per litteras[28] edere, quæ cogitas. necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem, quod [29] προσκυνεῖν illi vocant, hoc si tibi graue est, per me nihilo secius editis mandatis conficies, quod studes. Tum Conon, mihi verò, inquit, non est graue quemuis honorem habere regi, sed vereor, ne[30] ciuitati meæ sit opprobrio, si, cùm ex ea ciuitate sim profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueuerit, potius barbarorum, quàm illius, more fungar. Itaque quæ volebat,[31] huic scripta tradidit. Quibus cognitis rex tãtùm auctoritate eius motus est, vt Tissaphernẽ hostem iudicarit, & Lacedæmonios bello persequi iusserit,[32] & ei permiserit, quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitriũ Conon negauit[33] sui esse consilij, sed ipsius, qui optimè suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo id negotij daret. Hinc magnis muneribus donatus ad mare est missus, vt Cypriis, & Phœnicibus, cetérisque ciuitatibus maritimis naueis longas imperaret, classémque, qua proxima

R. 3

æstate mare tueri posset, dato adiutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id vt Lacedæmoniis est nuntiatum, non sine cura rem administrarunt, quòd maius bellum imminere arbitrabantur, quàm si cum barbaro solùm contenderent. nam [34]ducem fortem, & prudentẽ, [35]regis opibus præfuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahũt classem, [36]proficiscũtur Pisandro duce.[37] Hos Conon apud Cnidum adortus magno prælio fugat, multas naueis capit, complureis deprimit. Qua[38] victoria non solùm Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est.[39] Conon cum parte nauium in patriam venit, [40]muros dirutos à Lysandro vtrosque & Piræei, & Athenarum reficiendos curat: [41]pecuniæq́; L. talenta, quæ à Pharnabazo acceperat, ciuibus suis donat. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, vt [42]inconsideratior in secunda, quàm in aduersa esset fortuna. nam classe Peloponnesiorum deuicta, [43]cùm vltum se iniurias patriæ putaret, plura concupiuit, quàm efficere potuit. Neque[44] tamen ea non pia & probanda fuerunt, quòd potius patriæ opes augeri, quàm regis, maluit. nam cùm magnam auctoritatem sibi pugna illa nauali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset non solùm inter barbaros, sed etiam inter omneis Græciæ ciuitates, clàm dare operam cœpit, vt Ioniam & Aeoliam restitueret Atheniensibus.[45] Id cùm minus diligenter esset celatum, Tiribazus, qui Sardibus præerat, Cononem euocauit, simulans ad regem se mittere eum velle. Magna festinatione huius nuntio parens cùm venisset, in vincula coniectus est: in quibus aliquandiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, ibíque[46] perisse scriptum reliquerunt. Contra ea[47] Dinon

historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit. illud addubitat, vtrùm Tiribazo sciente, an imprudente sit factum.

CONON.

Conon) Timotheï filius.

2. *in eóque eius opera magni fuit) sic restitui, Cl. Puteani coniecturam secutus, planè rectam & veram. lectionis autem varietas satis declarat, locum esse corruptum in libris vulgatis. alij enim habent, in eóque opere magnus fuit: alij, in eóque operæ eius magnus fuit vsus: alij, in eóque eius opere magnus fuit: quæ postrema quamuis sit perspicuè mendosa, reperitur tamen in antiquiss. exemplu, videtúrque non longe abesse à sincera scriptura. quod vidit Puteanus. cùm enim vocem, vsus, aut, vsui, in eo codice non reperisset, suspicatus est, eam esse ab aliquo additam, & legendum, in eóque eius opera magni fuit, quo modo iterum locutus est Probus in Datame nõ longè à princip. Namque hîc multis millibus regiorum interfectis magni fuit eius opera.*

3. *prætor) στρατηγὸς, vt sæpe alibi.*

4. *præcipuus) eximius, ἐξαίρετος.*

5. *omnib. vnus ins. præf.) hoc neque apud Xenoph. neque apud Diod. neque apud alium quemquam reperi: nisi forte id tempus intelligamus, quo tempore victis ad Cnidum Lacedæmoniis adiutore Pharnabazo, classi regiis Persarũ præfectus, omneis insulas à Lacedæmoniis auertit, & Græcos superbo Lacedæmoniorum dominatu liberauit, qua de re infrà cognoscemus.*

6. *Pharas) sic restitui, libris omnibus reclamantib veritatis vocem, & historiæ fidem secutus. Pheræ enim vrbs est Thessaliæ, neque vmquam eò colonia à Lacedæmoniis deducta est. Pharas autem commemorat Pausanias in Achaicis.* Δύμη μὲν πρὸς Ἤλιδος πρόσω, μετὰ δὲ αὐτὴν Ὤλενος, καὶ Φαραί. *Stephanus,* Φαραὶ, πόλις Μεσσήνης, ὅθεν ἦσαν οἱ ἀφαρετιάδαι. ἔστι δὲ καὶ Ἀχαΐας. *Itaque apud Plin. lib. 4. cap. 5. legendum puto Pharæ, non Pheræ. & apud Xenoph. lib. 4. de reb. Græc.* καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φαρὰς, ἐδῄωσε ταύτην τὴν χώραν. *id est, Cùm autem nauigasset Pharas, hanc regionem populatus est, & ferro, incendióque vastauit. Existimaui etiam aliquando legendum Patras. Patræ enim vrbs est Achaiæ. Plin. lib. 4. cap. 4. Patræ colonia in longissimo promuntorio Peloponnesi cóndita, ex aduerso Ætoliæ, & fluminis Eueni. Neque est quòd quisquam mihi dicat, Plinium simpliciter dicere, colonia, non colonia Lacedæmoniorum, quasi probabilius sit, eum per coloniam, significare coloniam Romanorum: quia Romani post pugnam Actiacam eò coloniam deduxerunt, vt testatur Strabo lib. 8. Illud enim non me mouet. Nam ex Pausania in Laconicis in princ. licet intelligere, Lacedæmonios coloniam Patras deduxisse, ibi.* ἐπὶ τούτου Πατρεῖ τῷ Πρευγένους κτίζοντι ἐν Ἀχαΐᾳ πόλιν, ἣν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ Πατρέως τούτου, συνεπελάβοντο Λακεδαιμόνιοι τοῦ οἰκισμοῦ. συνήρατο δὲ καὶ *&c. i. hoc Agide regnãte Lacedæmonij Patreum Preugenis fil. cùm vrbem in Achaia, quam Patras etiam ad nostram ætatem ab hoc Pa-*

treo vocant, conderet, adiuuerunt ad eam frequentandam & incolendam. Adiutores autem etiam Graïdi Echelati filio fuerunt (cuius Echelati pater fuit Penthilus Orestis filius) cùm ille nauibus in coloniam illam proficisceretur. Patras commemorat & Thucyd. lib. 2. paullo ante contionem Cnemi Lacedæmonij. Verùm tamen nunc Pharas potius legendum arbitror, quo modo edendum curaui.

7. cùm apud Ægos flumẽ) de hoc flumine, & hac pugna dictũ est in Lysandro.

8. sed tum afuit) id est non interfuit ei prælio. scribendum esse afuit sine b. & alij ante nos docuerunt, & nos in commentariis Horatianis secundæ editionis, & item alibi admonuimus. Sed quod ad rem attinet, falsum est quod dicit Probus, si quidem vera sunt, quæ Xenophon, Isocrates, Diod. Siculus, & ceteri tradunt. Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. Κόνων δὲ ἰδὼν ἐπίπλουν, ἐσήμαινεν ἐς τὰς ναῦς βοηθεῖν κατὰ κράτος, &c. id est, Conon autem cùm videret aduentum atque irruptionem nauium hostilium, signum dabat, vt milites & remiges celeriter naueis conscenderent, summisque viribus subsidio venirent. & Plutarch. in Lysand. Κόνων δὲ πρῶτος ὁ τῶν ἀθηναίων στρατηγὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἰδὼν ἐπιπλέοντα τὸν στόλον, ἐξαίφνης, ἀνεβόα ἐμβαίνειν, καὶ περιπαθῶν τῷ κακῷ τοὺς μὲν ἐκάλει, τῶν δὲ ἐδεῖτο, τοὺς δὲ ἠνάγκαζε πληροῦν τὰς τριήρεις, &c. i. Conon autem Atheniensium prætor cùm primùm è terra classem Lacedæmoniorum repente aduentantem, atque inuadentem vidit, exclamauit, vt omnes in naueis conscenderent, & malo, quod instaret, valde commotus ac perturbatus, alios nominatim appellabat, alios orabat, alios cogebat naueis instruere atque ornare, &c. Præterea constat Cononem post hanc pugnam cum aliquot nauibus fugisse, atque ad Euagoram se contulisse, vt notauimus suprà in Alcibiade, & Lysandro. id quod Isocrates in laudibus Euagoræ ponit, & obseruat Aristoteles lib. 2. rhetor. atque ex hoc præceptum laudandi sumit, his verbis. καὶ περὶ Εὐαγόρου ὅτι σπουδαῖος, ὥσπερ Ἰσοκράτης φησί. Κόνων γοῦν δυστυχήσας, πάντας τοὺς ἄλλους παραλιπὼν, ὡς Εὐαγόραν ἦλθε. i. Conon enim plaga accepta à fortuna, omnibus aliis relictis ad Euagoram profectus est. Iterum Isocrat. ad Philipp. Κόνων δ' οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τἀναντία τούτων ἔπραξεν. ἀτυχήσας γὰρ ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Ἑλλήσποντον οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς συνάρχοντας, οἴκαδε μὲν ἀφικέσθαι κατῃσχύνθη, πλεύσας δὲ εἰς Κύπρον χρόνον μέν τινα περὶ τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν διέτριψεν, &c. i. Conon autem non multis post annis egit his planè contraria. expertus enim in prælio fortunam aduersam, non sua, sed suorum collegarum culpa, domum quidem ne reuerteretur, pudore deterritus est: cùm autem in Cyprum nauigasset, & aliquantum temporis in curandis & gerendis negotiis priuatis consumsisset, &c. Diod. lib. 14. πολεμικώτατος δ' ὤν, ἐν Κύπρῳ διέτριβε παρ' Εὐαγόρᾳ τῷ βασιλεῖ i. cùm autem bellicosissimus esset Conon, in Cypro commorabatur apud Euagoram regem. Isocrates in Euagora. Κόνωνα δὲ τὸν διὰ πλείστας ἀρετὰς πρωτεύσαντα τῶν Ἑλλήνων τίς οὐκ οἶδεν ὅτι δυστυχησάσης τῆς πόλεως, ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος, ὡς Εὐαγόραν ἦλθε. id est Cononẽ autem, qui propter plurimas virtutes Græcorum princeps fuit, quis nescit post calamitatem ciuitatis, ex omnibus Euagoram delegisse, atque ad eum se contulisse?

9. prudens rei militaris) prudens iunctum cum patrio casu, notandum. sic interdum M. Tull. vt orat. pro P. Quinctio, Ceterarum rerum paterfamilias prudens, &c. & Horat. lib. 4. oda 9. est animus tibi Rerúmque prudens, & secundis

cundis Temporibus, dubiisque rectus.

10. *diligens erat imperij)* Diligens imperij. sic M. Tull. pro Cælio, *sub extr.* *Castissimo viro, atque omnis officij diligentissimo.* Idem pro Cn. Plancio. *hominem studiosissimum & diligentissimum salutis meæ.* Idem pro L. Flacco. *cum ciuitate mihi res est acerrima, & conficiendarum litterarum diligentissima.*

11. *obsideri) ab Agesilao & Lysandro, vt suprà dictum est in Lysandro.*

12. *vbi ipse tutò) sic Cicero lib. 8. epist. ad Att. ep. 1. ei statim rescripsi, hominémque certum misi de comitibus meis, non me quærere vbi tutissimè essem.*

13. *contulit se ad Pharnab.)* Cononem ad Pharnabazum se contulisse, licet & ex Xenophonte cognoscere lib. 4. de reb. Gr. cùm multis aliis locis, tum eo loco, vbi narrat, à Pharnabazo & Conone Lacedæmonios prælio nauali ad Cnidum esse victos. & ex Diod. Sicul. lib. 14. ibi. Φαρνάβαζος δὲ τὰς πρὸς Λακεδαιμονίους ἀνοχὰς θέμενος, ἀνέβη πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ συνέπεισεν αὐτὸν στόλον ἑτοιμάσαι, καὶ ναύαρχον ἐπιστῆσαι Κόνωνα, τὸν Ἀθηναῖον· οὗτος γὰρ ἦν ἔμπειρος τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων. i. *Pharnabazus autem factus cum Lacedæmoniis induttiis, ad regem Persarum ascendit, eique persuasit, vt classem compararet, & classi Cononem Atheniensem præficeret. hic enim erat peritus certaminum bellicorum. Quo modo autem vel ad eum, quem dico, Pharnabazum, vel ad regem Artax. peruenerit, multis verbis exponit Plutarchus in Artaxerxe: ex quibus non est prætereundum id, quod ille narrat, Cononem epistolam ad regem de suis consiliis & cogitatis misisse: quam epistolam fortasse significat Probus, infrà.*

14. *Satrapen) præfectum.*

15. *generum)* Apamam enim, vnam ex Artaxerxis filiabus, vxorem duxerat, vt tradit Plutarch. in Artaxerxe.

16. *quam cum Artax. fecerant)* Plutarch. ibid dicit eam esse appellatam εἰρήνην τὴν ἐπ᾽ Ἀνταλκίδου, *pacem factam Antalcide interprete & legato: si fas est, inquit ille, contumeliam & proditionem, pacem appellare.* Hanc commemorat & Xenophon lib. 4. de reb. Gr. Sed hæc pax posterius facta est quàm Agesilaus in Asiam classem, exercitúmque traiecisset, vt intelligere licet ex Plutarcho in apophth. Lacon. ibi. ἐπεὶ δὲ Κόνων καὶ Φαρνάβαζος τῷ βασιλέως ναυαρχῶν θαλαττοκρατοῦντες, &c. Videtur igitur ea societas esse intelligēda, quam Lacedæmonij cum Dario secundo, huius Artaxerxis, qui Μνήμων, id est Memor, dictus est, & Cyri patre, fecerunt: de qua Thucyd. lib. 8. sed discrepat à Xenophonte, & Plutarcho Probus. Illi enim narrant, Agesilaum eò in Asiam à Lacedæmoniis esse missum, quòd audierant, regem Persarum Artaxerxem, exercitum & classem aduersus Græcos parare: Xenoph. & Plutarch. in Agesilao. Non igitur Lacedæmonij, sed Persæ in societate non manebant.

17. *Agesilaúmque bell. mis.)* hac de re in Agesilao Probus, & nos ad illū locū.

18. *à Tissapherne)* tradit Xenoph. in Agesilao, huic regis iussu caput à Tithrauste esse abscissum. ὁ μέντοι τῶν Περσῶν βασιλεὺς νομίσας Τισσαφέρνην αἴτιον εἶναι τοῦ κακῶς φέρεσθαι τὰ ἑαυτοῦ, Τιθραύστην καταπέμψας ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. id est, *Rex autem Persarum ratus in Tissapherne causam residère, quamobrem res suæ male gerantur, & male procedant, Tithrauste misso iussit ei caput præcidi.* Idem tra-

dit & Diod.lib.14.ibi. Ἀρταξέρξης δὲ ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, ἐπὶ τοῖς ἐλαττώμασι πυθόμενος, καὶ κατοῤῥωδῶν τὸν πρὸς τοὺς Ἕλληνας πόλεμον, δι' ὀργῆς εἶχε τὸν Τισσαφέρνην· τοῦτον γὰρ αἴτιον τοῦ πολέμου γεγονότα, &c.i. Artaxerxes autem rex Asiæ, & quòd audiret tot detrimēta in bello esse accepta, & quòd bellum aduersus Græcos susceptum pertimesceret, iratus erat Tissapherni. hunc enim vt belli auctorem, & causam, rogatus erat à matre Parysatide supplicio afficere.

19. ex intimis regis) ex amicis intimis. Cicero lib. VI epist. ad famil. epist. 20. Tanta est enim intimorum multitudo, vt ex his aliquis potius effluat, quàm nouo sit aditus.

20. re quidem vera exerc.) Diod. Sicul. lib.14. pag 417.ibi. Φαρνάβαζος τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους ἀγῶνα φροντίζων &c. & paucis pòst versibus. Τῷ δὲ Κόνωνι περὶ τῆς ναυαρχίας διαλεχθεὶς, &c. id est Cum Conone autem de nauium præfectura collocutus, eum maritimo imperio præfecit, magnas ei à rege spes proponens, &c.

21. Neque verò non fuit ap. si ille n.) Quid sit illud, quod fecerit Conon, quo tam præclarum Agesilai conatum & cōsilium discusserit, tantámque ei gloriam, paratam iam, & quasi desponsatam, extorserit è manibus, si quis ex me quærat, nihil aliud esse puto, quàm consilium illud acutum, quod refert Polyænus lib.I. Strategem. & Plutarchus commemorat ἀποφθ. Λακων. sed obscurius, & Cononis nomine, commentóque illo solerti & callido, tacito, tantúmque Agesilai dicto acerto exposito. Polyæni igitur verba ascribamus. Κόνων Φαρναβάζῳ συμμαχῶν, Ἀγησιλάου Ἀσίαν πορθοῦντος ἔπεισε τὸν πέρσην χρυσίον πέμψαι τοῖς δημαγωγοῖς τῶν πόλεων τῆς Ἑλλάδος· οἱ λαβόντες πείσουσι τὰς πατρίδας ἐκφέρειν τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον. οἱ μὲν οὖν διαφθέντες ἔπεισαν, καὶ συνέστη πόλεμος Κορινθιακός· οἱ δὲ Σπαρτιᾶται τὸν Ἀγησίλαον ἐκ τῆς Ἀσίας ἀνεκαλέσαντο. id est Conon cùm Pharnabazo belli adiutor esset, Agesilao Asiam vastante, persuasit Persarum regi, vt aurum ad populareis ciuitatum Græciæ contionatores mitteret, qui auro accepto persuaderent suis patriis, vt bellum Lacedæmoniis inferrent. Illi igitur ab auro impulsi persuaserunt ciuitatibus, vt bellum susciperent: vnde conflatum est bellum Corinthiacum: Spartiatæ verò Agesilaum ex Asia reuocarunt.

22. Tauro tenus, Taurus mons Lyciæ.

23. reuocatus est) Probus in Agesilao. ibi. Hic cùm in animo meditaretur proficisci in Persas, &c.

24. in offic. non man.) Sic locutus est & Cornificius lib.IIII. Rhet. ad Herenn. Sic autem dictum manere in officio, vt manere in voluntate, manere in sententia, manere in amicitia, & fide.

25. reminiscens se eius opera) qua de re neque apud Xenoph. neque apud Plutarch. in Artax. vllum verbum, quod quidem meminerim.

26. Huius accus.) Diod. Sicul. lib. 14 Parysatidis regis matris odio potius, quàm Pharnabazi & Cononis opera, Tissaphernem interiisse tradit, vt paullo antè diximus. Oderat autem Tissaphernem Parysatis, quia Cyrum, quem illa amabat, apud Artaxerxem accusarat.

27. chiliarchum) tribunū militum. de Tithrauste Diod. Sicul. lib.14. pag. 439.

28. *edere) exponere.*

29. προσκυνεῖν) Herod. Polyhymn. οὔτε γὰρ σφίσι ἐν νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν. i. *negarunt Lacedæmonij hunc morem esse apud se, hominem venerari.* Isocr. Panegyr. de barbaris. θνητὸν μὲν ἄνδρα προσκυνοῦντες, καὶ δαίμονα προσαγορεύοντες, τῶν δὲ θεῶν μᾶλλον, ἢ τῶν ἀνθρώπων καταφρονοῦντες. i *qui virum mortalem venerantur, & deum salutant: deos autem magis, quàm homines contemnunt.* Plutarch. in *Themistocle ex persona Artabani chiliarchi*, ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων, κάλλιστος οὗτός ἐστι, τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα θεοῦ τοῦ τὰ πάντα σώζοντος. i. *Cùm autem multæ nobis sint leges, & præclaræ, hæc est pulcherrima, Regem colere, & imaginem dei omnia seruantis ac tuentis venerari.* Xenoph. in Ages. τοὺς μὲν πρόσθεν Ἕλληνας προσκυνεῖν ἀναγκαζομένους, ὁρῶν τιμωμένους ὑφ' ὧν ὑβρίζοντο. τοὺς δ' ἀξιοῦντας καὶ τὰς τῶν θεῶν τιμὰς καρποῦσθαι, τούτους ποιήσας μηδ' ἀντιβλέπειν τοῖς Ἕλλησι δύνασθαι. i. *cùm videret, Græcos, qui antea Persam venerari cogebantur, ab iis coli, & honorari, à quibus contumeliosè tractabantur: eos verò, qui quasi pro suo iure sibi deorum honores postulabant, atque arrogabant, non posse Græcos rectis, & irretortis oculis intueri.*

30. *editis mandatis) sic M. Tullius dixit edere postulata lib. V. accus. sic iurisconsul. i. edere actionem, edere rationes, edere instrumenta, &c. Exstat in digestis iuris ciuilis titulus de edendo lib. 2.*

30. *ne ciuitati meæ) sic & Ismenias Thebanus apud Ælianum lib. I. var hist. cuius verba Græca non adscribam: sed ea Latine reddam, vt tanto sim breuior. Hic cùm ad regem Persarum pro patria sua legatus missus esset, eóque peruenisset, volebat ipse iis de rebus, propter quas à suis missus erat, cum rege agere, & colloqui. Chiliarchus igitur, Tithraustes nomine, qui nuntios, & legationes ad regem perferebat, legatósque ad eum producebat, atque intromittebat: at hospes Thebane, inquit: (dicebat autem hæc per interpretem) lex hæc est Persarum, vt, qui in conspectum regis venire vult, ne ei prius orationis habendæ potestas fiat, quàm regem veneratus sit. Si igitur ipse per te cum rege congredi, & agere vis, faciendū tibi est, vt iam iam legi pareas. hoc si tibi graue est, nihilo secius per me tibi id quod studes, confectum erit, etiam si non fueris regem veneratus. Ismenias autem, age, duc me ad regem, inquit. Tum ille, cùm in conspectum regis peruenisset, detractum è digito annulum abiecit in terram ante pedes suos, ita tamen vt nemo animaduerteret. Et statim demisso capite, quasi regem venerans, annulum humo sustulit, ac speciem quidem venerantis regi præbuit, nihil tamen fecit quod esset indecorum, & apud Græcos flagitiosum, probróque vertendum. & omnia, quæ voluit, confecit, neque à rege repulsam tulit.*

31. *Itaque quæ volebat, huic scr.) sic legendum, non vt in aliis libris impressum est, quæ huic volebat scr. tr. Quidam tamen sic legi malunt, quæ hunc volebat, ei scripta tradidit. Diod. Sicul. lib. 14. paullo aliter.* Κόνων δ' ὁ τῶν Περσῶν ναύαρχος ἐπὶ μὲν τοῦ στόλου κατέστησεν Ἱερώνυμον καὶ Νικόδημον, Ἀθηναίους ὄντας· αὐτὸς δὲ σπεύδων ἐντυχεῖν τῷ βασιλεῖ παρέπλευσεν εἰς Κιλικίαν· κἀκεῖθεν εἰς Θάψακον τῆς Συρίας πορευθεὶς ἀνὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἔπλευσεν εἰς Βαβυλῶνα· ἐκεῖ δ' ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ καταναυμαχήσειν ἐπηγγείλατο τοὺς Λακεδαιμονίους, &c. *Conon autem Persarum naui-*

bus præfectus, classi præpositis Hieronymo & Nicodemo Atheniensibus, ipse cum rege colloqui properans, in Ciliciam nauigauit: indéque Thapsacon vrbem Syriæ profectus, secundo Euphrate fluuio Babylonem nauigauit. ibi cum rege congressus & collocutus, promisit se cum Lacedæmoniis pugna nauali decertaturum, si sibi pecuniam, & alium apparatum suppeditaret de suo.

32. *& ei permiserit)* Diod. paullo aliter eod. lib. ὁ δὲ Ἀρταξέρξης ἐπαινέσας αὐτὸν, καὶ δωρεαῖς μεγάλαις τιμήσας, συνέστησε ταμίαν τὸν χορηγήσοντα χρημάτων πλῆθος, ὅσον ἂν προστάττῃ Κόνων· καὶ τὴν ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ λαβεῖν τὸν εἰς τὸν πόλεμον συναγωνισόμενον, ὃν ἂν προαιρῆται Περσῶν. Κόνων μὲν οὖν Φαρνάβαζον ἑλόμενος τὸν σατράπην, κατέβαινεν εἰς τὴν θάλατταν, ἅπαντα διῳκηκὼς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. i. *Artaxerxes verò eo collaudato, & magnis præmiis affecto, quæstorem constituit, qui pecuniæ vim ei suppeditaret, quantam Conon ediceret: & potestatem ei fecit sumendi atque optandi adiutoris & collegæ, viri natione Persæ, qui vnà cum eo ad bellum proficisceretur. Conon igitur sumto Pharnabazo satrape, ad mare descēdit, rebus omnibus pro sua facultate administratis.*

33. *sui esse consilij)* id est negauit Conon dare se regi consilium debere, quid de dispensatore statueret. Sic loquitur M. Tullius lib. 3. epistolar. ad familiar. epist. 2. *Quid in eo genere efficere possis, tui consilij est.*

34. *Nam ducem fortem &c.)* Cononem.

35. *regis opibus)* regis copiis.

36. *proficiscuntur Pisandro duce)* sic legendum, Pisandro duce, non Lysandro, vt habent libri alij vulgati. sic enim Xenophon, vt iam ostendam.

37. *Hos Conon)* Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. ἐλέγετο δὲ καὶ ὡς ἡ ναυμαχία ἐγένετο· εἶναι μὲν γὰρ περὶ Κνίδον τὸν ἐπίπλουν ἀλλήλοις. Φαρνάβαζον δὲ ναύαρχον ὄντα ξὺν ταῖς Φοινίσσαις εἶναι· Κόνωνα δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ἔχοντα τετάχθαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ. ἀντιπαραταξαμένου δὲ τοῦ Πεισάνδρου, &c. i. *Dicebatur autem & quo modo prælium nauale commissum esset: concurrisse enim naueis, & conflixisse ad Cnidum: Pharnabazum nauibus Punicis præfectum fuisse: Cononem verò classis Græcorum ducem ante eum constitisse. Cùm autem Pisander classem aduersus instruxisset, &c.* sequitur aliquanto pòst. αὐτὸν δὲ Πείσανδρον ἐπὶ τῇ νηὶ μαχόμενον ἀποθανεῖν. i. *ipsum autem Pisandrum in naui pugnantem periisse.* Diod. lib. 14. Πείσανδρος δ' (sic autem legendum apud Diod. non Πεισίαρχος) ὁ τῶν Λακεδαιμονίων ναύαρχος ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Κνίδου τριήρεσιν ὀγδοήκοντα πέντε, καὶ κατηνέχθη πρὸς Φύσκον τῆς Χερρονήσου. ἐκεῖθεν δ' ἐκπλεύσας περιέπεσε τῷ στόλῳ τοῦ βασιλέως, &c. i. *Pisander autem Lacedæmoniorum nauarchus, è Cnido cum triremibus octoginta quinque egressus, & ad Phuscum Cherronesi delatus, illinc profectus, in classem regis Persarum incidit: & cum iis nauibus, quæ primæ procurrerant, congressus, superior erat: vbi autem naueis Persicæ vnà cum triremibus denso agmine subuenissent, sociis omnibus ad terram in fugam versis, nauem suam conuertit, turpe esse ratus, & Sparta indignum ignauè fugere. Itaque cùm magnificè decertasset, & multos hosteis interemisset, mortem tandem patria dignam pugnans oppetiit. Porrò autem Conon cum suis ad terram vsque Lacedæmonios persecutus, quinquaginta nauium potiti sunt. ex viris autem plurimi natando terram & salutem adepti sunt: circiter quingenti*

capti sunt: reliquæ triremes Cnidum fugientes salutem repererunt. Hanc pugnam commemorat & Pausanias Atticis princ. his verbis. πρὸς δὲ τῇ θαλάσσῃ Κόνων ᾠκοδόμησεν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τριήρεις Λακεδαιμονίων κατεργασάμενος περὶ Κνίδον, τὴν ἐν τῇ Καρικῇ χερρονήσῳ. i. iuxta mare verò Conon templum Veneris ædificauit, triremibus Lacedæmoniorum ad Cnidum, quæ est in Carica Cherroneso, superatis.

38. Qua victoria) Isocrat. πρὸς Φίλιπ. συστήσας αὐτῷ ναυτικὸν περὶ Κνίδον, νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ, Λακεδαιμονίους μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς ἀρχῆς, τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας ἠλευθέρωσεν. i. cùm autem ei claßis ad Cnidum constitisset, prælio nauali secundo vsus Lacedæmonios quidem imperio Græciæ spoliauit; ceteros verò Græcos liberauit. Idem in Euag. ναυτικοῦ δὲ συλλεγέντος Λακεδαιμόνιοι μὲν κατεναυμαχήθησαν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπεστερήθησαν. οἱ δὲ Ἕλληνες ἠλευθερώθησαν. i. classe autem comparata & contracta, Lacedæmonij quidem prælio nauali superati, & imperio spoliati sunt, Græci verò in libertatem vindicati. Diod. lib. 14 idem pluribus verbis exponit. Φαρνάβαζος δὲ καὶ Κόνων μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἀνήχθησαν ἁπάσαις ταῖς ναυσὶν ἐπὶ τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων συμμάχους. καὶ πρῶτον μὲν Κῴους ἀπέστησαν, εἶτα νισυραίους, καὶ τηΐους. μετὰ δὲ ταῦτα χῖοι τὴν φρουρὰν ἐκβαλόντες, προσέθεντο τοῖς περὶ Κόνωνα. παραπλησίως δὲ μετέβαλον οἱ μυτιληναῖοι, καὶ ἐφέσιοι, καὶ ἐρυθραῖοι. τοιαύτης δὲ τῆς καταστάσεως οὔσης, σπουδή τις εἰς τὰς πόλεις ἐνέπεσεν, ὧν αἱ μὲν ἐκβαλοῦσαι τὰς φρουρὰς τῶν Λακεδαιμονίων τὴν ἐλευθερίαν διεφύλαττον· αἱ δὲ τοῖς περὶ Κόνωνα προσετίθεντο. καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν ἀπέβαλον, οἱ δὲ, &c. i. Pharnabazus autē, & Conō post pugnam naualem, cum omnibus nauibus aduersus Lacedæmoniorum socios cōtenderunt: primùm quidē Coos à Lacedæmoniorū societate abalienarunt atque auerterūt: deinde Nisiæos, & Tios. post illa Chij præsidio Lacedæmoniorum eiecto, sese ad Cononem applicauerunt. similiter voluntatem mutarunt Mitylenæi, & Ephesij, & Erythræi. Talis autem cùm esset rerum status, studium quoddam ciuitatibus iniectum est, partim seruitutis excutiendæ, & libertatis recuperandæ, partim dominorum commutandorum: quarum aliæ Lacedæmoniorum præsidiis eiectis, libertatem retinebant, aliæ sese ad Cononem applicabant. Atque ab hoc tempore Lacedæmonij quidem imperium maritimum amiserunt, &c. Prætereo quæ narrat Xenophon lib. 4. de reb. Gr. Cononem vrbeis aliquot maritimas Lacedæmoniorum partim diripuisse, partim cepisse, ne sim longior.

39. Conon cum parte nauium) qua oratione vsus hoc libente Pharnabazo fecerit Conon, exponit Xenophon lib IIII. his verbis. λέγοντος δὲ τοῦ Κόνωνος Φαρναβάζῳ, ὅτι, εἰ ἐῴη αὐτὸν ἔχειν τὸ ναυτικὸν, θρέψοι μὲν ἀπὸ τῶν νήσων, καταπλεύσας δ' εἰς τὴν πατρίδα συναναστήσοι τά τε μακρὰ τείχη τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τὸ περὶ τὸν πειραιᾶ τεῖχος, οὗ εἰδέναι ἔφη, ὅτι Λακεδαιμονίοις οὐδὲν ἂν βαρύτερον γένοιτο· καὶ τούτῳ οὖν, ἔφη, σὺ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις κεχαρισμένος ἔσῃ, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους τετιμωρημένος· ἐφ' ᾧ γὰρ πλεῖστα ἐπόνησαν, ἄπλεως αὐτοὺς ποιήσεις· ὁ δὲ Φαρνάβαζος ἀκούσας ταῦτα ἀπέστελλεν αὐτὸν προθύμως εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ χρήματα προσέδωκεν αὐτῷ εἰς τὸν ἀνατειχισμόν. i. Cùm autem diceret Conon Pharnabazo, si se sineret classem habere, sibi facile fore eam ab insulis alere: seque in patriam reuersum, eadem opera longa mœnia, & murum Piræei Atheniensibus refecturum: quo nihil grauius Lacedæmoniis accidere posse se scire dicebat: atque hoc facto, inquit, & ab Atheniensibus gratiam inibis, & de Lacedæmoniis

pœnas ſumes. nam id, in quo plurimùm laborarunt, ipſe ad nihilum recidere facies: Pharnabazus his auditis libenter & cupidè eum cum claſſe Athenas dimiſit, & pecuniā præterea ei prolixè & cumulatè largitus eſt ad muros reficiēdos.

40. *muros dirutos à Lyſ.*) Xenoph. eod. loco. ὁ δὲ ἀφικόμενος, πολὺ τοῦ τείχους ὤρθωσε, τά τε αὑτοῦ πληρώματα παρέχων, καὶ τέκτοσι καὶ λιθολόγοις μισθὸν διδοὺς, καὶ ἄλλο, εἴ τι ἀναγκαῖον ἦν, δαπανῶν, &c. i. Ille autem, vbi Athenas peruenit, magnā murorū partem excitauit, cùm & remiges, operásque nauticas præberet, & fabris, ſtructoribus, lapidum coactoribus mercedem perſolueret, & aliud, ſi quid neceſſe erat, inſumeret. Diod. Sic. eod. lib. περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Κόνων τοῦ βασιλικοῦ στόλου τὴν ἡγεμονίαν ἔχων ὀγδοήκοντα τριήρεσι καταπλεύσας εἰς τὸν Πειραιᾶ, τοῖς πολίταις ὑπέσχετο τὸν περίβολον τῆς πόλεως ἀνοικοδομήσειν. τοῦ τε γὰρ Πειραιέως τὰ τείχη, καὶ τὰ μακρὰ σκέλη καθῄρητο κατὰ τὰς Λακεδαιμονίων συνθήκας, ὅτε κατεπολεμήθησαν ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ. ὁ δ' οὖν Κόνων μισθωσάμενος πλῆθος τεχνιτῶν, καὶ τὸν ἐκ τῶν πληρωμάτων ὄχλον εἰς ὑπηρεσίαν παραδοὺς, ταχέως τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησε· καὶ γὰρ Θηβαῖοι πεντακοσίους τεχνίτας καὶ λιθοτόμους ἀπέστειλαν, καὶ τινὲς ἄλλαι τῶν πόλεων παρεβοήθησαν. i. His autem circiter temporibus Conon claſſi regiæ præfectus, octoginta triremibus ad Piræeū appulſis, ciuibus ſuis pollicitus eſt, ſe circuitum vrbis deintegro excitaturum. nam & Piræei muri, & longa crura (hoc eſt vrbis mœnia) diruta fuerant ex Lacedæmoniorum pactionibus, quo tempore bello Peloponneſiaco proſtrati & afflicti ſunt Athenienſes. Conon igitur magna artificum multitudine conducta, & turba operarum nauticarum ad eius operis miniſterium ſuppeditata, celeriter maximam muri partem redintegrauit. Nam & Thebani quingentos artifices, & lapidum ſectores, ſeu latomos miſerunt, & nonnullæ aliæ ciuitates adiuuerunt. Iſocr. ad Philipp. οὐ μόνον δὲ τὰ τείχη τῆς πατρίδος ἀνώρθωσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν προήγαγεν. i. non ſolùm autem muros patriæ deintegro excitauit, verùm etiam ciuitatem ad priſtinam gloriam produxit ac prouexit. Pauſan. lib. I. non longè à princ. ἀνιόντων δὲ ἐκ Πειραιῶς ἐρείπια τῶν τειχῶν ἐστὶν, ἃ Κόνων ὕστερον τῆς πρὸς Κνίδον ναυμαχίας ἀνέστησε· τὰ γὰρ Θεμιστοκλέους μετὰ τὴν ἀναχώρησιν οἰκοδομηθέντα τῶν Μήδων, ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καθῃρέθη τῶν τριάκοντα ὀνομαζομένων. i. Aſcendentibus autem ex Piræeo ruinæ murorum apparent, quos Conon poſt pugnam naualem ad Cnidum commiſſam deintegro excitauit. Nam qui à Themiſtocle poſt Medorum in Aſiam reditum fuerant ædificati, triginta tyrannis, qui appellantur, dominantibus, diruti fuerant. Athen. lib. I. Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ, ἑκατόμβην τῷ ὄντι θύσας, καὶ οὐ ψευδωνύμως, πάντας Ἀθηναίους εἱστίασε. i. Conon verò Lacedæmoniis prælio nauali ad Cnidum ſuperatis, & muris Piræei excitatis, hecatomben re vera, & non falſo nomine immolauit, omneisque Athenienſeis ad epulas inuitatos opiparè accepit. & Demoſth. in Leptin. ἐκεῖνος γὰρ ἀνὴρ (Κόνων) ὡς ὑμῶν ἐστιν ἀκοῦσαι τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὄντων, μετὰ τὴν τοῦ δήμου κάθοδον τὴν ἐκ τοῦ Πειραιῶς, ἀσθενοῦς ἡμῶν τῆς πόλεως οὔσης, καὶ ναῦν οὐδεμίαν κεκτημένης, στρατηγῶν βασιλεῖ, παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβὼν κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους, καὶ πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας, εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν, καὶ τοὺς ἁρμοστὰς ἐξήλασεν ἐκ τῶν νήσων· καὶ μετὰ ταῦτα δεῦρ' ἐλθὼν ἀνέστησε τὰ τείχη, καὶ πρῶτος πάλιν περὶ τῆς ἡγεμονίας ἐποίησε τῇ πόλει τὸν λόγον πρὸς Λακεδαιμονίους εἶναι. καὶ γάρ τοι μόνῳ τῶν πάν-

τον αὐτοῦ τοῦτ' ἐν τῇ στήλῃ γέγραπται, ἐπειδὴ Κόνων, φησὶν, ἠλευθέρωσε τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους, &c. i. Hic vir enim, vt ex nõnullis vestrûm audire licet, qui sunt eiusdem ætatis, post populi ex Piræeo reditum, cùm imbecilla, & infirma esset nostra ciuitas, neque nauem vllam haberet: quo tempore regis Persarum classi præerat, nullis à vobis facultatibus instructus, nullisque rebus adiutus, Lacedæmonios prœlio nauali superauit, & eos, qui antea aliis imperabant, & leges dabant, assuefecit vobis obtemperare, & harmostas, id est Lacedæmonios præfectos ex insulis eiecit: & post illa huc reuersus muros dirutos de integro excitauit, & primus fecit vt iterum ciuitati cum Lacedæmoniis de principatu Græciæ esset contentio. Itaque ei soli ex omnibus hoc in pila scriptum est, Quoniam, inquit, Atheniensium socios liberauit, &c. Sed videtur falsum, muros vrbis à Lysandro fuisse dirutos, si Polyæno credimus, cuius hæc verba sunt lib. 8. Strategematum. Λύσανδρος τὰς Ἀθήνας κατασκάπτειν βουλομένων Λακεδαιμονίων, καὶ τῶν συμμάχων, ἔφη μηδαμῶς συμφέρειν· τὴν γὰρ Θηβαίων πόλιν ἐγγὺς οἰκουμένην, ἰσχυροτέραν καὶ μείζονα κατ' αὐτῶν γενήσεσθαι. ἐὰν δὲ διὰ τυράννων κατέχωσι τὰς Ἀθήνας, ἐγγύθεν παραφυλάξειν τοὺς Θηβαίους, καὶ διὰ παντὸς ἕξειν ὑποδεεστέρους. ἄριστα λέγειν δόξας Λύσανδρος, ἔπεισε τὰς Ἀθήνας μὴ κατασκάψαι. id est, Lysander cùm Lacedæmonij & socij Athenas subruere, & funditus delere vellent, dissuasit, dicens id non expedire. Nam vrbem Thebanorum propinquam, potentiorem ac robustiorem, & maiorem in ipsos futuram. Quòd si Athenas per tyrannos teneant, & coërceant, se è propinquo loco Thebanorum ciuitatem speculaturos, & obseruaturos, & omni tempore metu compressam habituros. cùm optimè sentire ac dicere visus esset Lysander, persuasit Lacedæmoniis ne Athenas subruerent, funditúsque delerent. Respondeo, quamquam responsionem res non magnopere desiderat: est enim in promtu posita, & per se clara & plana: Probum dicere muros vrbis à Lysandro fuisse dirutos, idque non negare Polyænum: sed hoc dicere tantùm, Lysandrum, cùm totam vrbem Lacedæmonij & socij funditus delere vellent, dissuasisse, & ostendisse satius esse vrbe salua relicta, muros eius diruere, & præsidium in eã imponere.

41. pecuniæque quinquaginta t.) sic locutus est suprà in Alcib. ibi, quinquaginta talenta vectigalis.

42. vt inconsideratior in sec.) Itaque difficilius est secundam, quàm aduersam fortunam ferre, vt multis locis abunde collectis ostendimus in comm. Horatianis ad illum locum, bene ferre magnam Disce fortunam, od. 27. lib. 3. quibus hunc adde ex Diod. Sicul. lib. 19. διόπερ ἔνιοι προσηκόντως ὑπολαμβάνουσιν εὐχερέστερον ὑπάρχειν συμφορὰς ἐνεγκεῖν ἐπιδεξίως, ἢ τὰς εὐημερίας ἐμφρόνως· αἱ μὲν γὰρ διὰ τὸν περὶ τοῦ μέλλοντος φόβον ἐπαναγκάζουσιν ἐπιμελεῖσθαι· αἱ δὲ διὰ τὸ προγεγονὸς εὐτύχημα προτρέπονται καταφρονεῖν πάντων. i. Quocirca nonnulli conuenienter & meritò existimant facilius esse res aduersas concinnè, quàm secundas sapienter ferre. illæ enim propter metum eorum, quæ vt futura exspectãtur, diligentiam adhibere cogunt: hæ verò propter ea, quæ prosperè euenerunt, omnium rerum cõtemtum afferunt. Et hunc ex Thucydide lib. 3. τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα, ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν· καὶ κακοπραγίαν, ὡς εἰπεῖν, ῥᾷον ἀπωθοῦνται ἢ εὐδαιμονίαν διασώζονται. i. plerumque res secundæ, quæ consilio & ratione hominib. euenerũt, . .

ſtabiliores ac tutiores, quàm quæ temerè, & præter opinionem: & homines fere calamitatem facilius repellunt, quam ſecundam fortunam tuentur. Sic idem Probus in Timoleonte, & id quod difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam, quàm aduerſam fortunam.

43. *cùm vltum) alij libri habent, cùm vlciſci: alij cùm vltum. ego vltum malo. Nam re vera vltus erat patriæ iniurias, muris refectis, & de integro excitatis, quos illi diruerant. Patriæ iniurias autem, id eſt iniurias à Lacedæmoniis patriæ illatas.*

44. *Neque tamen ea non pia) ſi fuerunt pia, fuerunt & probanda quicquid enim pium eſt, probandum eſt. ſed vereor ne non fuerint pia, quia non honeſta, & perfidioſa. non enim quicquid pro patria ſuſcipitur, & geritur, pium eſt: ſed quod, cùm honeſtum, & rectum ſit, vtile patriæ, aut ſalutare eſt. Nihil autem honeſtum eſt, quod contra fidem eſt.*

45. *Id cùm minus diligenter) valde hîc diſcrepant inter ſe hiſtorici. nam Xenophon quidem lib. 4.* ἑλλην. *narrat, Lacedæmonios, poſteaquàm cognouiſſent Cononem muros vrbis & Piræei à Lyſandro dirutos, pecunia regia de integro excitaſſe, & vrbeis Ioniæ & Æoliæ in continente ſitas ad Athenienſeis transferre cogitare, conſtituiſſe his de rebus Tiribazum præfectum regium docere, cõfiſi fore hoc pacto, vt ille aut ſecum ſocietatem coiret, aut Cononi ſumtus in claſſem ſuppeditare deſineret: Qua re audita, Athenienſeis contrà cum Conone legatos quattuor, Hermogenem, Dionem, Calliſthenem, Callimedontem ad Tiribazum miſiſſe, legatos etiam à ſociis, qui vnà proficiſcerentur, euocaſſe: quorum orationibus auditis Tiribazum clam Antalcidæ Lacedæmoniorum legato pecuniam dediſſe, vt claſſe ab iis inſtructa, Athenienſes, & eorum ſocij cupidius pacem expeterent atque exoptarent: Cononem autem tãquam iniuriam regi facientem, in vincula conieciſſe. Sic Xenophon (locum enim lectori indicare tantùm volo)* οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες ὅτι Κόνων καὶ τὸ τεῖχος τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τῶν βασιλέως χρημάτων ἀνορθοίη, *&c. Diod. verò lib. 14. ſcribit, Tiribazum Cononi, ob res proſperè ab eo geſtas, inuidiſſe, & hac cauſa prætexta, quòd vrbeis Athenienſibus acquireret claſſe & copiis regis, eum Sardeis perductum in vincula conieciſſe. ſic Diod.* Τιρίβαζος δὲ ὁ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πεζικῶν δυνάμεων ἀφηγούμενος, ἐφθόνει τῆς τοῦ Κόνωνος εὐπραξίας, καὶ πρόφασιν μὲν λαβὼν ὅτι ταῖς βασιλικαῖς δυνάμεσι τὰς πόλεις Ἀθηναίοις κατακτᾶται, προσαγόμενος δὲ αὐτὸν εἰς Σάρδεις συνέλαβε, καὶ δήσας εἰς φυλακὴν κατέθετο. *Iſocrat. apertè ſignificat in Panegyr. Cononem immeritò à Perſis eſſe comprehenſum. ſic enim ille in barbaros inuehens, eorúmque infidelitatem, & inæquabilitatem ingenij coarguens.* ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ μὴ καθ' ἕκαστον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τίς ἢ τῶν πολεμησάντων αὐτοῖς οὐκ εὐδαιμονήσας ἀπῆλθεν, ἢ τῶν ὑπ' ἐκείνοις γενομένων οὐκ αἰκισθεὶς τὸν βίον ἐτελεύτησεν; οὐ Κόνωνα μὲν, ὃς ὑπὲρ τῆς Ἀσίας στρατηγήσας τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν κατέλυσεν, ἐπὶ θανάτῳ συλλαβεῖν ἐτόλμησαν. Θεμιστοκλέα δὲ, ὃς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος αὐτοὺς κατεναυμάχησε, καὶ μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν; *i. Atque vt ſemel dicam, neque ſingula perſequar, ſed ea tantùm, quæ plerumque eueniunt, commemorem. quis aut eorum, qui bellum eis intulerunt, non opulentior & beatior factus ab eis diſceſſit: aut eorum, qui ſeſe eis ſubiecerunt, non malè ab iis mulcatus, &*

tus, & contumeliosè acceptus mortem obiit? Non Cononem *quidem, qui pro* Asiæ *imperandi munere functus,* Lacedæmoniorum *opes fregit, imperiúmque euertit, ad eum necandum comprehẽdere ausi sunt:* Themistoclem *verò, qui eos pro* Græcia *pugnans prælio nauali superauit, etiam amplis muneribus ornarunt?*

46. *ibique periisse)* Diodor. Sicul. de eo supplicium sumtum esse significat lib. 15. his verbis. ὑποπτεύσας ὁ Ἰφικράτης μὴ συλληφθῇ, καὶ τιμωρίας τύχῃ, καθάπερ Κόνων ἐπάνω ὁ Ἀθηναῖος. i. Iphicrates veritus ne comprehenderetur, & supplicio afficeretur, vt Cono Atheniensis.

47. *Dinon historicus) hunc* Dinonem *commemorat* Plutarch. in Themistocle pag. X. Ἔφορος δὲ καὶ Δείνων, καὶ Κλείταρχος, καὶ Ἡρακλείδης, &c. & *sæpe alibi.* Et item Athenæus non vno loco.

DION.

DION[1] Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, vtraque implicatus tyrannide Dionysiorum. [2]namque ille superior [3] Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, [4] ex qua duos filios Hipparinum & Nysæum procreauit, totidémque filias Sophrosynen, & Areten. quarum priorem Dionysio filio eidem, cui regnum reliquit, [5]nuptum dedit, alteram Dioni. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generosámque maiorum famam, multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, [6]come, aptum ad arteis optimas, [7]magnam corporis dignitatem, [8]quæ non minimùm commendat: magnas præterea diuitias à patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat [9] intimus Dionysio priori, [10]neque minus propter mores, quàm affinitatem. namque etsi Dionysij crudelitas ei displicebat, tamen saluum esse[11]propter necessitudinem, magis etiam suorum causa studebat. [12]aderat in magnis rebus: eiúsque consilio multùm mouebatur tyrannus, nisi qua in re maior ipsius cupiditas[13]intercesserat. [14] Legationes verò omnes, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter admini-

ſtrando, crudeliſſimum nomen tyranni[15] ſua humanitate leniebat. Hunc à Dionyſio miſſum Karthaginienſes ſuſceperunt,[16] vt neminem vmquam Græca lingua loquentem magis ſint admirati.[17] Neque verò hæc Dionyſium fugiebant. nam quanto eſſet ſibi ornamento ſentiebat. quo fiebat, vt vni huic maximè indulgeret, neque eum ſecus diligeret, ac filium.[18] qui quidem cùm Platonem Tarentum veniſſe fama in Siciliam eſſet perlata,[19] adoleſcenti negare non potuit, quin eum[20] arceſſeret, cùm Dion eius audiendi cupiditate flagraret.[21] Dedit ergo huic veniam,[22] magnáque eum ambitione Syracuſas perduxit. quem Dion adeò admiratus eſt, atque adamauit, vt ſe totum ei traderet. neque verò minus Plato[23] delectatus eſt Dione. Itaque cùm à Dionyſio tyranno[24] crudeliter violatus eſſet,[25] quippe quem venundari iuſsiſſet, tamen[26] eodem rediit, eiuſdem Dionis precibus adductus. Interim[27] in morbũ incidit Dionyſius: quo cùm grauiter[28] conflictaretur, quæſiuit à medicis Dion, quemadmodum ſe haberet,[29] ſimúlque ab his petiit, ſi forte maiori eſſet in periculo, vt ſibi faterentur.[30] nam velle ſe cum eo colloqui de partiendo regno,[31] quòd ſororis ſuæ filios ex illo natos partem regni putabat debere habere. Id[32] medici non tacuerunt, & ad Dionyſium filiũ ſermonẽ retulerunt. quo ille cõmotus, ne[33] agendi cũ eo eſſet Dioni poteſtas, patri[34] ſoporem medicos dare coëgit. Hoc[35] æger ſumto, ſomno ſopitus, diem obiit ſupremum.[36] Tale initium fuit Dionis & Dionyſij ſimultatis,[37] eáque multis rebus aucta eſt: ſed tamen primis temporibus aliquandiu ſimulata inter eos amicitia manſit. cúmque Dion non deſineret obſecrare Dionyſium, vt Platonem Athenis arceſſeret, & eius conſiliis vteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari,[38] morem ei geſsit. eodem-

que tempore[39] Philiſtum hiſtoricum Syracuſas[40] reduxit, hominem[41] amicum non magis tyranno, quàm tyrannidi. Sed de hoc in eo meo[42] libro plura ſunt expoſita, qui de hiſtoricis conſcriptus eſt. Plato autem tantùm apud Dionyſium auctoritate potuit, valuítque eloquentia, vt[43] perſuaſerit tyrannidis facere finem, libertatémque reddere Syracuſanis. à qua[44] voluntate Philiſti conſilio deterritus, aliquanto crudelior eſſe cœpit. Qui quidem cùm à Dione ſe ſuperari videret[45] ingenio, auctoritate, amore populi,[46] verens, ne ſi eum ſecum haberet, aliquam occaſionem ſui daret opprimendi, nauem[47] ei triremem dedit, qua[48] Corinthum deueheretur, oſtendens,[49] ſe id vtriuſque facere cauſa, ne, cùm [50] inter ſe timerent, alteruter alterum præoccuparet. Id cùm factum multi[51] indignarentur, magnæq́;[52] eſſet inuidiæ tyranno, Dionyſius omnia,[53] quæ moueri poterant, Dionis in [54] naueis impoſuit, ad eúmque miſit. Sic enim exiſtimari volebat, id ſe non odio hominis, ſed ſuæ ſalutis feciſſe cauſa. Poſtea verò quàm audiuit, eum in Peloponneſo manum [55] comparare, ſibíque bellum facere conari: Areten[56] Dionis vxorem alij nuptũ dedit:[57] filiumq́; eius ſic[58] educari iuſsit, vt indulgẽdo turpiſsimis imbueretur cupiditatibus. nã puero prius, quàm pubes eſſet, ſcorta adducebantur: vino, epulisq́; obruebatur, neque vllum tempus ſobrio relinquebatur. Is [59] vſque eò vitæ ſtatum commutatum ferre non potuit, vt, poſtquàm in patriam rediit pater (namque[60] appoſiti erant cuſtodes, qui eum à priſtino victu deducerent) ſe è[61] ſuperiore parte ædium deiecerit, atque ita interierit. Sed illuc reuertor. Poſtquàm Corinthum peruênit Dion, & eodem perfûgit[62] Heraclides ab eodem expulſus Dionyſio, qui præfectus fuerat equitum: omni ratione bellum comparare cœpe-

runt. ſed non multum proficiebant, quòd[63] multorum annorum tyrannis magnarum[64] opum putabatur. quam ob cauſam[65] pauci ad ſocietatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non[66] tam ſuis copiis, quàm odio tyranni, maximo animo,[67] duabus onerariis nauibus, [68] quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis nauibus, decem equitum, centúmque peditum millibus, profectus oppugnatum, quod omnibus gentibus admirabile eſt viſum,[69] adeò facile perculit, vt poſt diem tertium, quàm Siciliam attigerat,[70] Syracuſas introierit. Ex quo intelligi poteſt,[71] nullum eſſe imperium tutum, niſi beniuolentia munitum. Eo[72] tempore aberat Dionyſius, & in Italia[73] claſſem opperiebatur, aduerſariorum ratus neminem ſine magnis copiis ad ſe venturum.[74] quæ res eum fefellit. nam Dion iis ipſis, qui ſub aduerſarij fuerant poteſtate,[75] regios ſpiritus repreſſit, totiúsque eius partis Siciliæ[76] potitus eſt, quæ ſub Dionyſij poteſtate fuerat: paríque modo vrbis Syracuſarum, præter arcem &[77] Inſulam adiunctam oppido. eóq; rem perduxit, vt talibus[78] pactionibus pacem tyrannus facere vellet, Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionyſius, Syracuſas[79] Apollocrates, cui[80] maximam fidem vni habebat Dionyſius. Has tam proſperas, támque inopinatas res conſecuta eſt ſubita commutatio, quòd fortuna ſua mobilitate, quem[81] paullo antè extulerat,[82] demergere eſt adorta: primùm in filio, de quo commemoraui ſupra,[83] ſuam vim exercuit. nam cùm [84] vxorem[85] reduxiſſet, quæ alij fuerat tradita,[86] filiúmque vellet reuocare ad virtutem à perdita luxuria, accepit grauiſſimum parens vulnus[87] morte filij:[88] deinde orta diſſenſione inter eum, & Heraclidem: qui[89] Dioni principatum non concedens,[90] factionem comparauit. neque enim minus

valebat apud optimateis: quorum consensu præerat classi, cùm Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit animo æquo Dion, & versum illum Homeri retulit[91] ex secunda rhapsodia: in quo hæc sententia est, Non[92] posse bene geri remp. multorum imperiis.[93] quod dictum magna inuidia cõsecuta est. nãque aperuisse videbatur, se omnia in sua potestate esse velle. hanc ille non[94] lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit, Heraclidemq́;, cùm Syracusas venisset, [95] interficiẽdum curauit. Quod factum[96] omnibus maximũ [97] timorem iniecit. nemo enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem aduersario remoto[98] licentius eorum bona, quos sciebat aduersus se sensisse, militibus dispertiuit. quibus diuisis cùm quotidiani maximi fierent sumtus,[99] celeriter pecunia deesse cœpit:[100] neque quò manus porrigeret, suppetebat, nisi[101] in amicorum possessiones. id eiusmodi erat, vt, cùm milites reconciliasset,[102] amitteret optimateis. quarum rerum cura frangebatur, &[103] insuetus malè audiendi non æquo animo ferebat, de se ab iis[104] malè existimari, quorum paullo antè in cælum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem[105] offensa in eum militum voluntate liberius loquebatur, & tyrannum non ferendum dictitabat. Hæc ille intuens, cùm[106] quemadmodum sedaret, nesciret, &[107] quorsum euaderẽt, timeret:[108] Callicrates quidam, ciuis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat,[109] homo & callidus, & ad fraudem acutus,[110] sine vlla religione ac fide, adit ad Dionem, & ait, eum in magno periculo esse propter offensionem populi, & odium militum: quod nullo modo euitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet[111] illi inimicum,[112] quem inuenisset idoneum.[113] facilè omnium animos cogniturum, aduersarióśq;-

que ſublaturum, quòd inimici[114] eius[115] diſsidenti ſuos ſenſus aperturi forent. Tali conſilio probato[116] excipit has parteis ipſe Callicrates: & ſe armat[117] imprudentia Dionis: ad eum interficiendum ſocios conquirit, aduerſarios eius cónuenit,[118] coniuratione confirmat. Res, multis conſciis quæ gereretur, elata refertur ad Ariſtomachen, ſororem Dionis, vxorémque Areten. Illæ timore perterritæ[119] conueniunt, cuius de periculo timebant. At ille negat, à Callicrate fieri ſibi inſidias, ſed illa, quę agerentur, fieri[120] præcepto ſuo. Mulieres nihilo ſecius Callicratem in[121] ædem Proſerpinæ deducunt, ac iurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dioni. [122] Ille hac religione non modò ab incepto non deterritus, ſed [123] ad maturandum concitatus eſt, verens ne prius conſilium aperiretur ſuum, quàm[124] conata perfeciſſet. Hac mēte proximo die feſto, cùm à conuentu remotum ſe Dion domi teneret, atque in[125] conclaui edito recubuiſſet: conſciis loca munitiora oppidi tradidit,[126] domum cuſtodibus ſæpſit:[127] à foribus qui non diſcederent, certos præfecit: nauem triremem armatis ornat.[128] Philocratíque, fratri ſuo, tradit: eámque in portu agitari iubet, vt ſi exercere remiges vellet, cogitās, ſi forte conſiliis obſtitiſſet fortuna,[129] vt haberet,[130] quò fugeret ad ſalutem. ſuorum autem è numero[131] Zacynthios adoleſcenteis quoſdam elegit, cùm audaciſsimos, tum viribus maximis: híſque dat negotium, vt ad Dionem eant[132] inermes, [133] ſic vt conueniendi eius gratia viderentur venire. Hi propter notitiam ſunt intromiſsi. At illi, vt limen eius intrarunt,[134] foribus obſeratis in lecto cubantem inuadunt: [135] colligant, fit ſtrepitus, adeò vt exaudiri poſſet foris. Hîc, ſicut antè ſæpe dictum eſt, quàm inuiſa ſit[136] ſingularis potentia, & miſeranda[137] vita, qui ſe metui, quàm amari ma-

lunt, cuiuis facile intellectu fuit. namque illi ipsi custodes, [138] *si propitia fuissent voluntate, foribus effractis seruare eum potuissent, quòd illi inermes telum foris flagitantes viuum tenebant. cui cùm succurreret nemo,* [139] *Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est. Confecta cæde cùm multitudo visendi gratia introiisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. nam* [140] *celeri rumore dilato Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspitione ducti immerenteis inermeis, vt sceleratos, occidunt. Huius de morte vt palàm factum est,* [141] *mirabiliter vulgi immutata est voluntas. nam qui viuum eum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriæ, tyrannique expulsorem prædicabant. Sic subitò misericordia odio successerat, vt eum suo sanguine, si possent, ab* [142] *Acherunte cuperent redimere. Itaque in* [143] *vrbe, celeberrimo loco,* [144] *elatus publicè, sepulcri monumento donatus est. diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus,* [145] *quartum post annum, quàm ex Peloponneso in Siciliam redierat.*

DION.

DION Hipparini fil.) *sic* Diod. Sicul *lib.* 16. ἐπὶ δὲ τούτων Δίων ὁ Ἱππαρίνου, συγκλητικὸς ὑπάρχων ἐπιφανέστατος, ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας, καὶ διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς ἠλευθέρωσε τοὺς Συρακοσίους, καὶ τοὺς ἄλλους Σικελιώτας, *&c. i.* Licinnio, *&* C. Sulpicio *coss.* Dio Hipparini *fil.* Syracusanorum *clariss* ex Sicilia *exsulauit, & propter animi magnitudinem,* Syracusanos, *& alios* Siculos *liberauit, &c. sic &* Suidas.

2. *Namque ille superior) qui duodequadraginta annos tyrannidem obtinuit, cùm* V. *&* XX. *annos natus dominatum occupasset., inquit* M. Tullius *lib.* V. *Tusc. quæst. & ita* Diod. Siculus *lib.* 14. μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Διονύσιος εἰς ἀρρωστίαν ἐμπεσὼν ἐτελεύτησε δυναστεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ: *id est paullo pòst* Dionysius *morbo implicitus mortuus est, cùm duodequadraginta regnasset annos.*

3. *Aristom. sor. Dion.) sic* Diod. *lib.* 14. *Habuit enim duas vxores* Dionysius *superior, vt tradit eo, quem dixi, libro,* Diodorus, *vnam nomine* Dorida, *natione.*

Locram, Xeneti viri ciuium suorum nobilissimi fil. alteram Syracusanam, nomine Aristomacham, Hipparini filiam, Dionis sororem: ex qua duos liberos procreauit, Hipparinum, & Narsæum: vel, vt Probus, Nysæum. Sed Ælianus lib. 13. variæ histor. aliter. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο γυναῖκας ἠγάγετο Διονύσιος, Δωρίδα, τὴν Λοκρίδα, καὶ Ἀρισταινέτην τὴν Ἱππαρίνου, Δίωνος δὲ ἀδελφήν· καὶ παρ᾽ ἑκατέρᾳ ἐπαύετο ἐν μέρει· καὶ ἡ μὲν ἠκολούθει στρατευομένῳ· ἡ δὲ ἐπανιόντα ὑπεδέχετο. i. vno die duas vxores duxit Dionysius: Dorida Locram, seu Locridem: & Aristænetam Hipparini fil. Dionis sororem: & cum vtraque cubabat vicissim: & altera quidem sequebatur eum in castra, & militiam: altera reuertentem excipiebat. Idem Ælianus non solùm ab aliis, sed etiam à se ipse dissidens, & discrepans, lib. 12. Aristomacham facit Dionis vxorem, Areten sororem: & ita Dionysij vxorem. sic enim ille. Δίων δὲ παραλαβὼν Συρακούσας ἀποδράντος εἰς Λοκροὺς Διονυσίου, ἐνταῦθα ἡ μὲν Ἀρήτη (seu Ἀρέτη potius) ἡ τοῦ Δίωνος ἀδελφὴ προσῆει αὐτόν, ἡ δὲ Ἀριστομάχη εἵπετο δι᾽ αἰδοῦς ἐγκαλυψαμένη, καὶ οὐ τολμῶσα προσειπεῖν ὡς ἄνδρα, ἐπεὶ βιασθεῖσα τὸν θεσμὸν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνῆς οὐ διεφύλαξεν· ἐπεὶ δὲ &c. i. Dion autem captis Syracusis, posteaquam iam aufugisset ad Locros Dionysius: tunc Arete quidem Dionis soror eum salutauit: Aristomache verò sequebatur à tergo præ pudore faciem tegens, & salutare non audēs vt virum, quoniam vi coacta legem thori cum eo communis nō seruauerat castam, & impollutam, &c. Sequamur igitur alios potius, quàm Ælianum, præsertim cùm Plutarchus cum illis congruat sic enim Plutarch. in Dione. Διονύσιος δὲ τὴν ἀρχὴν ἀναλαβών, καὶ κρατυνάμενος, αὖθις ἄγεται δύο γυναῖκας ἅμα, τὴν μὲν ἐκ Λοκρῶν ὄνομα Δωρίδα· τὴν δὲ ἐπιχώριον, Ἀριστομάχην, θυγατέρα Ἱππαρίνου πρωτεύσαντος ἀνδρὸς Συρακουσίων, καὶ Διονυσίῳ συνάρξαντος ὅτε πρῶτον αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὸν πόλεμον ᾑρέθη στρατηγός. i. Dionysius autem imperium adeptus, & robur nactus, rursus duas vxores ducit vno tempore, alteram ex Locris, nomine Doridem: alteram Syracusanam, Aristomacham, Hipparini fil. viri inter Syracusanos principis & primarij, quique Dionysij collega fuerat, quo tempore primùm ad bellum gerendum imperator factus est. & M. Tull. lib. V. Tusc. Cúmque duas vxores haberet, Aristomacham ciuem suam, Doridem autem Locrensem: sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur, & perscrutaretur ante.

4. ex qua d. fil. Hipp.) Diod. Sicul. eod lib. Hipparinum & Narsæum. Plutarchus in Dione, non negat quidem ille, Dionysio maiori ex Aristomacha filios esse natos, sed scribit, ex peregrina Dionysium, cuius hic vita scribitur, antequam illa grauida fieret, natum esse, & Aristomacham diu infæcundam fuisse. Sed quod ad rem attinet, Plutarchus tradit Areten nupsisse prius Thearidæ Dionysij fratri: eo mortuo verò, Dioni, cùm esset sororis filia sic Plutarchus in Dione. Σωφροσύνη μὲν Διονυσίῳ τῷ υἱῷ συνῴκησεν, Ἀρέτη δὲ Θεαρίδῃ τῷ ἀδελφῷ. τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ Θεαρίδου Δίων ἔλαβεν Ἀρέτην ἀδελφιδῆν οὖσαν. Idem paullo post scribit treis liberos Dionysio ex Locrensi vxore esse natos: quattuor ex Aristomacha, duos mares, totidémque fæminas.

5. nuptum dedit) sic suprà locutus est siue Nepos, siue Probus, in Pausania, des ei filiam tuam nuptum. & iterum infrà, Areten Dionis vxorem alij nuptum dedit. In Timoleonte verò in extr. cùm filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, &c.

set, &c. Terent. Andria, datur illa hodie Pamphilo nuptum? Idem in Hecyra. Perij. ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?

6. come) Atqui fuit contumax, & acerbus natura, vel Platonis, qui eum optimè nouerat, testimonio: qui eum reprehendens in epistola quadam, sic ad eum scribit: ἐνθυμοῦ δὲ ὅτι δοκεῖς τισὶν ἐνδεεστέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν λανθανέτω σε, ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ πράττειν ἐστίν. ἡ δὲ αὐθάδεια ἐρημίᾳ ξύνοικος: id est cogita autem te nonnullis videri non satis ad homines obseruandos & colendos propensum. noli igitur ignorare rerum agendarum facultatem ex eo, quòd quis placeat hominibus, & eorum beneuolentia comparari: contumacia autem, seu præfractus animus solitudini contubernalis est. Sic & Plutarch. in Dione. ἀλλ᾽ ἦν δὲ καὶ φύσει τινὰ τὸ ἦθος ὄγκον εἶχεν αὐτοῦ, καὶ τραχύτητα δυσπρόσοδον ἐν ἐντεύξει, καὶ δυσξύμβολον &c. id est, habebant autem profectò mores eius tumorem quendam, & asperitatem adeuntibus difficilem, & rem aliquam contrahere cum eo volentibus insuauem, &c. Idem sub extr. eandem morum asperitatem notat, & verba illa superiora Platonis profert.

7. magnam corp. dign.) M. Tull. off. I. Cùm autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem, muliebrem ducere debemus: dignitatem, virilem. Idem pro Cælio. Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti ætati, ac dignitati non possit, quàm velit, petulanter, etiam si sine vlla suspicione, at non sine argumento, maledicere? sic enim legit Agretius, vetus grammaticus.

8. quæ non minimùm commendat.) sic legendum est, non, vt vulgò, commendatur. natum mendum est ex ignoratione verbi. commendat enim hoc loco valet, ornat, facit amabilem, beneuolentiam atque amorem conciliat: & subintelligendum est, homines, seu viros. sic Cicero lib. I. de orat. sub extr. & in voce, quæ vna maximè eloquentiam vel commendat, vel sustinet, &c. Idem off. 2. P. Rutilij adolescentiam ad opinionem & innocentiæ, & iuris scientiæ P. Mucij commẽdauit domus. Idem oratione post reditum in sen. cùm eum præter simulatam, versutámque tristitiam, nulla res commẽdaret. Idèm iterum de oratore ad Q. Fr. oratio placida, summissa, lenis reos commendat. Horat. epist. 15. lib. I.

Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.

9. Erat intimus) vsus est eod. nomine ad eand. rem & suprà in Conone.

10. neque minus propter m.) Plutarch. paullo aliter. ἐν ἀρχῇ μὲν εἶχε τιμὴν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ τοῦ φρονεῖν διδοὺς πεῖραν, ἤδη καθ᾽ ἑαυτὸν ἠγαπᾶτο παρὰ τοῦ τυράννου. i. Initio quidem in honore & pretio erat propter sororem: pòst autem suæ prudentiæ specimine edito, iam per se diligebatur à tyranno.

11. propter necessit.) propter affinitatem.

12. aderat) aderat tyranno Dion: adhibebat Dionem tyrannus in consilium magnis de rebus.

13. intercessérat) obstiterat: vel interposita fuerat.

14. Legationes verò omnes) sic Plutarch. in Dione. οὐ μὴν ὅγε Δίων ἔλαττον εἶχε παρὰ τῷ Διονυσίῳ τιμῆς, ἢ πίστεως, ἀλλὰ πρεσβείας τε τὰς μεγίστας διῴκει, πεμπόμενός τε πρὸς Καρχηδονίους ἐθαυμάσθη διαφερόντως. i. non tamen iccirco Dio minus honora-

tus, aut fidus erat apud Dionysium, sed & legationes maximas administrabat, atque obibat, & cùm ad Karthaginiēses mitteretur, magnam sui admirationem commouerat, atque excitarat.

15. *sua humanitate leniebat)* sic edendum curaui, cōiectura ductus. Nam cùm in exemplis Aldinis, & Florentinis, & nonnullis aliis, reperissem scriptum, tenebat, neque hoc verbum ad hunc locum mihi quadrare posse videretur, ex tenebat, leui & facili immutatione feci, leniebat. neque me mouet lectio Germanica, in qua est, tegebat. hoc enim tegebat, ex tenebat, factum est, coniectura facili illa quidem, & propinqua, quòd ad litteras attinet, sed quòd ad verbi vim, & sermonis Romani consuetudinem, minus apta. crudelitatem enim, aut crudele nomen humanitate lenire, conuenienter, & translatione illustri dicitur: tegere verò nō item. quòd si quis huic verbo locus quæreretur, factum, aut facinus crudele tegi aptius diceretur, quàm nomen, meo quidem iudicio.

16. *vt nem. vmq. Gr. l. l. m. s. adm.)* sic ferè Plutarchus, vt suprà proximè retulimus.

17. *Neque verò hæc Dion. fug.)* id est, neque verò hæc Dionysio, priori scilicet, obscura, aut ignota erant. sic loquuntur optimi scriptores. M. Tull. pro Cæcina. alia si qua forte est actio, quæ nos fugiat, dic quæ sit. discere cupio. Innumerabilia sunt & apud hunc eundem, & apud alios exempla.

18. *qui quidem cùm Platon.)* Platonem Tarentum venisse, & cum Archita, locutum esse, ex ipsius Platonis ad Dionis propinquos epistola intelligere licet. refert M. Tull. in Catone maiore his verbis: cùm quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Camillo, P. Claudio coss. reperio. Refert & Diogenes Laërt. in Platon.

19. *adolescenti)* Dioni: qui, vt tradit Plutarchus, Platonem audiuit, prius quàm Plato tyrannum conueniret: ab eóque fuit, cùm valde esset docilis, & ingenio acerrimo, ad studium virtutis & sapiētiæ mirificè inflammatus: quod & Plato in epistola quadam scripsit. Δίων μὲν γὰρ δὴ μάλα εὐμαθὴς ὤν, πρός τε τἄλλα, καὶ πρὸς τοὺς τότε ὑπ' ἐμοῦ λόγους λεγομένους, οὕτως ὀξέως ὑπήκουσε καὶ σφόδρα, ὡς οὐδεὶς πώποτε. ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων. καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἐθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν ἰταλιωτῶν τε καὶ σικελιωτῶν, ἀρετὴν περὶ πλείονος ἡδονῆς, τῆς τε ἄλλης τρυφῆς ἡγησάμενος. i. Dio enim cùm esset valde docilis, cùm ad alia, tum ad ea, quæ à me tum de virtute dicebantur, ita facilem, acrémque se præbuit auditorem, vt nemo vnquam adolescens, quem conuenerim, aut in quem inciderim, magis: & reliquo vitæ tempore ita viuere instituit, vt egregiè præter alios Italos & Siculos virtutem voluptati, & ceteris similibus deliciis anteferret.

20. *arcesseret)* sic habent omnia exempla, quæ quidem viderim. quod eò dico, vt sæpius lectorem minus in lingua Latina exercitatum, admoneam, verbum accerso non esse Latinum.

21. *Dedit ergo huic veniam)* concessit Dionysius Dioni, vt Plato arcesseretur. sic locutus est & suprà in Themist. sub extr. & item alibi.

22. *magnáque eum ambit.)* id est, & eum ambitiosè atque honorificè Syracusas pertraxit, magna ambitione, id est magnis collatis in eum honoribus, & eius

gratiã aucupans. sic M. Tullius dixit in epist. I. lib. X. ad Att. petiuítque à me, vt eam ne ambitiosè corrigerem antequàm ederent. ambitiosè corrigere dixit, pro eo, quod est, in corrigendo assentari, & non liberè, neque audacter corrigere. Idẽ lib. 13. ad famil. dixit, sine ambitione commendare. Vel dic ambitiose, seu magna ambitione dictum esse pro eo, quod Græci vsurpant, φιλοτίμως, quod eodẽ recidit.

23. delectatus est) propter eius ingenium & virtutem.

24. crudeliter viol.) causam, quamobrem tali iniuria Platonem affecerit tyrannus, hanc affert Plutarchus, quia Dionysius Platonis de virtute viri boni, & de iustitia disputantis orationem ferre non potuerit, cùm diceret, quemuis potius, quàm tyrannum, esse fortem: & vitam iustorum esse beatam, tyrannorum miseram, & calamitosam. Laërtius addit, tyrannum Platonis sermone offensum Platoni dixisse, verba eius γεροντιᾷ, id est senium, & senile delirium redolere: illum autem respondisse, σοῦ δὲ τυραννιῶσιν, id est, at tua tyrannidem, seu tyranni mores olent. Sic sunt tyranni, & mali principes: omni honesta, & libera, & seuera, & vera oratione offenduntur. nihil libenter audiũt, nihilque amplectuntur, nisi flagitiosum, aut humile, aut sceleratum, aut ridiculum, aut falsum.

25. quippe quem venundari) Plutarch. in Dione, & Diogenes in Platone. Quin Plutarch. tradit, nominatim mandasse Dionysium Pollidi, vt eum vel in cursu interficeret, (erat enim Pollis in Æginam nauigaturus) vel venderet. Diodorus Sicul. lib. 15. τὸ μὲν πρῶτον ἀποδοχῆς ἠξίου τῆς μεγίστης, ὁρῶν αὐτὸν παῤῥησίαν ἔχοντα ἀξίαν τῆς φιλοσοφίας· ὕστερον δὲ ἔκ τινων λόγων προσκόψας αὐτῷ, παντελῶς ἀπηλλοτριώθη, καὶ προαγαγὼν εἰς τὸ ἐμπόριον, ὡς ἀνδράποδον ἀπέδοτο μνῶν εἴκοσι. i. primùm quidem Dionysius Platonem accepit honorificentißimè, quòd eum videbat libertatem vsurpare philosophia dignam: posterius verò quibusdam eius sermonibus offensus, prorsus ab eo alienatus est, eúmque in forum productum, tanquam mãcipium, vendidit minis viginti.

26. eodem rediit) multis verbis rationes secundi in Siciliam aduentus exponit Plato in epistola quadam. Sed sciendum est, mortuo iam priore Dionysio, Platonem iterum in Siciliam nauigasse, & secundi Dionysij arceßitu, cùm ille Platoni polliceretur per litteras, se omnia Dioni exsulanti, quæ vellet Plato, remissurum, largiturum, & concessurum, Syracusas repetiisse.

27. in morbum incid.) morbi causam fuisse, immoderatas epulas, compotationes, & ebrietatem tradit Diodorus Sicul. lib. 15, his verbis. ἑστιῶν δὲ λαμπρῶς τοὺς φίλους, καὶ κατὰ τοὺς πότους φιλοτιμότερον τῇ μέθῃ δοὺς ἑαυτὸν, εἰς ἀῤῥωστίαν σφοδροτέραν ἐνέπεσε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐμφορηθέντων ὑγρῶν. i. Cùm autem opiparis conuiuiis suos amicos acciperet, & sese in poculis cupidius ac liberalius inuitaret, & ebrietati totum se dedisset: in morbum grauiorem incidit propter humorum copiam.

28. conflictaretur) iactaretur, vexaretur, laboraret. sic M. Tullius dixit conflictari molestiis, Celsus conflictari doloribus, Cæsar conflictari graui annona, Tacitus conflictari tempestatibus.

29. simúlque ab iis) secutus sum aliquot exempla, quæ sic habent, Colon. Basil. Paris. Nam alia quædam habent, de iis petiit.

30. Nam velle se cum eo coll.) Plutarch. in Dione. ἐπεὶ δὲ νοσῶν ὁ Διονύσιος, ἰδ-

ξεν ἀβιώτως ἔχειν, ἐπιχείρησεν αὐτῷ διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐκ τῆς Ἀριστομάχης τέκνων ὁ Δίων, i. Posteaquàm autẽ Dionysius morbo laborans visus est non esse vitalis, ex eóque morbo moriturus, conatus est Dio cum eo de filiis ex Aristomacha natis colloqui.

31. quòd sororis s. fil.) duos enim ex Aristomacha filios masculos procrearat, totidémque filias fœminas Dionysius prior.

32. Id medici non tac.) Plutarch. οἱ δὲ ἰατροὶ τῷ μέλλοντι τὴν ἀρχὴν διαδέχεσθαι χαριζόμενοι, καιρὸν οὐ παρέσχον. i. medici autem ab eo, qui imperium erat excepturus, gratiam ineuntes, tempus Dioni non præbuerunt, scilicet cum Dionysio moribundo colloquendi.

33. ne agendi) agendi cum patre, id est colloquendi.

34. soporem) id est pharmacum soporiferum. sic enim Plutarch. ex Timæo historico. ὡς δὲ Τίμαιος φησί, καὶ φάρμακον ὑπνωτικὸν αἰτοῦντι δόντες, ἀφείλοντο τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ, θανάτῳ συνάψαντες τὸν ὕπνον. i. quemadmodum autem Timæus ait, etiam medicamento soporifero petenti dato, sensum ei moriendi ademerũt, somno cum morte connexo. Somnus autem à morte nulla re differt, præterquàm temporis breuitate. ex quo mortem, longum somnum, & χάλκεον, & νήδυμον, & νήγρετον ὕπνον appellant poëtæ Græci. Horat. oda XI. lib. 3. ne longus tibi somnus, vnde Non times, detur. ad quem locum plura à nobis notata sunt in commentar.

35. Hoc æger sumto) alij quidam codices habent, Hoc ergo sumto, &c.

36. Tale initium fuit Dion.) Aliter Plutarchus & Diodorus. apud Plutarch. in Dione nullum hac de re verbum. quin tradit ille, Dionysium posteriorem Dionis animi magnitudinem valde admiratum esse, & propensam in se voluntatem vehementer dilexisse. ὁ μὲν οὖν Διονύσιος ὑπερφυῶς τὴν μεγαλοψυχίαν ἐθαύμασε, καὶ τὴν προθυμίαν ἠγάπησε. Diod. lib. 16. autem ab vtroque discrepans, Δίων δὲ διὰ τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς εἰς ὑποψίαν ἦλθε τυράννῳ, δόξας ἀξιόχρεως εἶναι καταλῦσαι τὴν τυραννίδα. i. Dion autem propter nobilitatem, & magnitudinem animi in suspicionem venit Dionysio tyranno (minori) quippe idoneus ei visus, qui tyrannidem euertere posset.

37. eáque multis rebus) Plurarchus apertißimas & maximas odij & simultatis, & inuidiæ in Dionem causas fuisse scribit, vitæ degendæ dißimilitudinem, & victus consuetudinem à communicatione & societate alienam, eásque creuisse crebris comitum, & intimorum Dionysij vocibus, quibus illius animum in Dionem exulcerabant, suspicionémque regni à Dione appetiti illi iniiciebant.

38. morem ei geßit) ad Platonem scripsit, vt testatur Plato, exstátque eius epistolæ summa in epistolis Platonis. sic autem Plato. ἔπεμψε δὲ ἐπιστολὴν πάνυ μακράν, εἰδὼς ὡς πρὸς Δίωνα διεκείμην, καὶ τὴν αὖ τοῦ Δίωνος προθυμίαν τοῦ ἐμὲ πλεῖν, καὶ εἰς Συρακούσας ἐλθεῖν. i. misit autem ad me Dionysius epistolam valde longam, sciens quo animo essem erga Dionem, & quantopere cuperet Dion me nauigare, & Syracusas ire, &c. multæque ab eodem in eandem sententiam ad illum scriptæ epistolæ Athenas ventitabant, (inquit Plutarchus.) Addit eodem loco Plato, ad se scripsisse etiam Architam Tarentinum, alióſque ciueis Tarentinos, Dionysij studium sapientiæ commemoranteis, & collaudanteis.

39. Philistum historicum) quem multis locis commemorat Diodorus: & maxi-

mè lib.15. vbi eum Thuriis exsulasse narrat: commemorat & Plutarchus, aitque fuisse litteris eruditum, & morum tyrannicorum peritum. de eodem & Suidas.

40. reduxit) ab exsulio. Plutarch. ἔπεισαν αὐτὸν ἀπὸ τῆς φυγῆς μεταπέμψασθαι Φίλιστον. i. persuaserunt Dionysio ij, qui metuebant ne Plato Dionysium immutaret, atque à vita tyrannica ad philosophicam traduceret, vt Philistum ab exsulio reuocaret, ac restitueret, eum Platoni opponere cogitantes. Exsulabat autem Philistus circum Adriam à Dionysio maiore pulsus, vt tradit Plutarchus: vt Diod. Siculus lib.15. Thuriis, vt modò diximus.

41. hominem amicum non m.tyr.) sic legendum, non vt habent exempla Veneta & Florentina, hominem inimicum, &c. sic enim Plutarch. ὁ γὰρ δὴ Φίλιστος ἐξ ἀρχῆς τι τῇ τυραννίδι καθισταμένῃ προθυμότατον ἑαυτὸν παρέσχε, καὶ τὴν ἄκραν διεφύλαξε φρουραρχῶν ἐπὶ πολὺ χρόνον. i. Philistus enim & ab initio se in tyrannidem à Dionysio maiore constitutam optimè animatum præbuit, & arcem custodiit, præsidio, quod in ea positum erat, præfectus ad longum tempus.

42. in eo meo libro) quem desideramus.

43. vt persuaserit) Itaque narrat Plutarchus, cùm aliquanto post Platonis aduentum tempore, in quodam sacrificio tyrannico, & celebri, præco prædicasset, & precatus esset illud vsitatum & sollemne, διαμένειν τὴν τυραννίδα ἀσάλευτον πολλοὺς χρόνους. i. vt tyrannis multa sæcula permaneat immota & incolumis: tyrannum astantem dixisse, non desines nobis malè precari? quod Philistum valde pupugit, veritum ne Platonis apud tyrannum auctoritas, & oratio, tempore & consuetudine esset inexpugnabilis atque inuicta. Huc libet ascribere, quod refert Ælianus lib. 4. variæ historiæ. ὅτι κατῆλθε Πλάτων εἰς Σικελίαν καλοῦντος, πολλὰ ἐπιστείλαντος τοῦ Διονυσίου, καὶ ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα ὁ νέος Διονύσιος, αὐτὸς ἡνιοχῶν, παραβάτην δὲ ποιησάμενος τὸν Ἀρίστωνος. τότε δέ φασι Συρακούσιον ἄνδρα χαρίεντα, καὶ τοῦ Ὁμήρου μὴ ἀπαίδευτον, ἡσθέντα τῇ ὄψει ταύτῃ, εἰπεῖν τὰ ἐξ Ἰλιάδος ἐκεῖνα παρατρέψαντα ὀλίγον, μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων βριθοσύνῃ· δεινὸν γὰρ ἄγε βροτὸν ἄνδρα τ' ἄριστον. i. Reuersus in Siciliam Plato Dionysij minoris arcessitu, qui multas ad eum epistolas miserat, cùm ab eo in currum sublatus esset, & ipse quidem tyrannus aurigaret, Plato verò ei comes assideret; aiunt Syracusanum quendam, virum politum & venustum, neque carminum Homeri rudem, hoc aspectu delectatum, versus illos Homericos paullùm inflexos, atque immutatos, ad rem accommodatè protulisse: Magnum autem sonitum dedit ingens faginus axis Pondere: namque hominem mirum, egregiumque ferebat Præstanti virtute virum.

44. à qua voluntate) Dionem apud tyrannum criminando, & multas, grauesque suspiciones in illum commouendo. accessit & Dionis epistola ad Karthaginiensium magistratus & procuratores data, intercepta, & ad Dionysium allata.

45. ingenio) Vides omnem præstantiam inuisam, & suspectam esse tyrannis, & malis principibus, etiam ingenij ac virtutis. Contra veri reges & boni principes præstanteis ingenio & doctrina, & virtute viros amplectũtur, augent honoribus, præmiis ornant. Sallust. Coniur. Catil. princip. Nam regib. boni, quàm mali, suspectiores sunt: sempérque iis aliena virtus formidolosa est.

46. verens, ne si eum secum) Plato in epist. suprà commemorata. μηδὲ χρόνον

ἴσως τετάρτῳ Δίωνα Διονύσιος αἰτιώμενος ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐμβιβάσας ἐξέβαλεν ἀτίμως. i. mense autem ferè post meum aduentum fortasse quarto Dionysius Dionem arguens, quòd tyrannidi insidias compararet, eum in nauiculam impositum turpiter & ignominiosè eiecit.

47. nauem ei trir.) Plato σμικρὸν πλοῖον, paruum nauigium. Plutarch. ἀκάτιον, nauem piscatoriam.

48. Corinthum) Plutarch. in Italiam: Diodorus propius accedens, in Peloponnesum. Corinthus enim est in Peloponneso.

49. ostendens, se id vtr.) Plutarch. tradit in Dione, Dionysium lecta Dionis ad Karthaginienseis epistola, adhibito & præsente Dione, ex qua Dionysius arguebat Dionem cum Karthaginiensibus aduersus se, & tyrannidem consensisse, & societatem coïuisse, cùm Dion pro se dicere, & se purgare conaretur, statim non facta Dioni respondendi potestate, sed è vestigio, imposito in nauiculam piscatoriam Dione, mādasse nautis ad se vocatis, vt eum in Italiam exponerent. sic Plutarch. ἀπολογεῖσθαι δὲ βουλόμενον τοῦ Δίωνος, οὐκ ἀνασχόμενος, ἀλλ' αὐτόθεν, ὡς εἶχε, θέμενος εἰς ἀκάτιον, προσέταξε τοῖς ναύταις κομίζοντας αὐτὸν ἐκθεῖναι εἰς Ἰταλίαν. Diodorus autem lib. 15. nullum de epistola verbum facit, neque in vlla fere alia re cum Plutarcho congruit, sed ait Dionysium veritum, ne à Dione opprimeretur, statuisse illū comprehendere, & de medio tollere: Dionem verò hoc comperto, seu animaduerso, primùm apud quosdam amicos delituisse, deinde ex Sicilia cum Megacle fratre, & Heraclide tribuno militum in Peloponesum fugisse. Sic Diodorus. ὁ δὲ Δίων αἰσθόμενος τὸ ἐπ' αὐτὸν, ἐκρύφθη παρά τισι τῶν φίλων, μετὰ δὲ ταῦτα ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας εἰς Πελοπόννησον ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀδελφὸν Μεγακλέα, καὶ Ἡρακλείδην, & cet. Plutarchus rursus post illa, quæ suprà ex eo retuli, scribit, cum his, quæ hîc à Probo narrātur, propemodum concinens, cùm ex eo, quod fecisset Dionysius, magnus per totam vrbem strepitus esset coortus, tota ciuitas erecta esset nouarum rerum exspectatione, domus ipsius tyranni muliebri ploratu, & luctu personaret: illum metu perterritum Dionis amicos, & mulieres esse consolatū, quasi non esset hoc exsulium, sed peregrinatio, & absentia, ne forte ipse offensus, & commotus Dionis contumacia, & animi elatione, aliquid grauius in eum statuere, aut facere cogeretur, cuius ipsum postea pœniteret. Hoc spectauit M. Tullius, cùm illud scripsit lib. 15. epist. ad Att. epist. 10. ægreferens, rumorem esse de Bruto in Asiam mittendo, Caßio in Siciliam, vt frumentum emendum, & ad vrbem mittendum curarent, quòd illa prouincia, seu legatio esset illis viris indigna, & relegatio potius, quàm legatio: ludos verò non facere, inquit, quid fœdius? frumentum imponere. quæ est alia Dionis legatio? aut quod munus in rep. sordidius?

50. inter se timerent) sic dictum, vt inter se amare. Terent. Adelph. amant inter se: pro quo vulgus, amant se inter se.

51. indignarentur) indignè ferrent, quod Græci dicunt ἀγανακτεῖν.

52. magneque esset inuid. tyr.) id est & magnā inuidiā conflaret tyrāno, & c.

53. omnia, quæ mou. pot.) Plutarchus paullo aliter, quàm Probus, δύο δὲ ναῦς παρέδωκε τοῖς Δίωνος οἰκείοις ἐκέλευσεν ἐνθεμένους ὅσα βούλοιντο τῶν ἐκείνου, χρήματα καὶ θεράποντας, ἀπάγειν πρὸς αὐτὸν εἰς Πελοπόννησον· ἦν δὲ οὐσία μεγάλη τοῦ Δίωνος καὶ σχεδὸν ἢ τυ-

ρωπικὴ πομπή, καὶ κατασκευὴ περὶ τὴν δίαιταν, ἣν οἱ φίλοι συναγαγόντες ἐνέβαλον· ἄλλα δὲ ἐτίμησαν πολλά, &c. i. Cùm autem duas naueis Dionis propinquis tradidisset, iussit eos pecunias illius, quas vellent, & famulos in eas imponere, atque ad eum in Peloponesum deportare. Res autem familiaris erat Dioni magna, & propemodum tyrannica pompa & supellex in victu & cultu adhibebatur: quam amici eius congestam exsportarunt: multáque alia à mulieribus & sodalibus aggregata atque accumulata sunt.

54. in naueis) alij libri habent in nauim.

55. manum comparare) quod eum fecisse tradit Diodorus eod. lib. κατὰ πλοῦν δὲ εἰς τὴν Κόρινθον, ἠξίου μὲν Κορινθίους ἐξεῖν συμπαραβῆναι τῆς ἐλευθερίας τῶν Συρακουσίων· αὐτὸς δὲ μισθοφόρους συνῆγε, καὶ πανοπλίας συνήθροιζε, &c. i. cùm autem Corinthum nauim appulisset, à Corinthiis postulabat, vt se libertatis Syracusanorum adiutores praeberent: ipse autem mercenarios milites colligebat, & arma coaceruabat, &c.

56. Areten Dionis vx.) Hanc Plutarchus tradit inuitam à Dionysio Timocrati, vni ex eius amicis, esse in matrimonium collocatam.

57. filiúmque eius) Aretaeum, vt vult Timaeus, à matre sic appellatum: Hipparinum, vt tradit Timonides Dionis familiaris: cui potius credendum esse censet Plutarchus.

58. sic educari iussit) legant, & rélegant hunc locum patres, & ex eo intelligant, nullam se in filiis iniuriam accipere posse grauiorem, quàm si quis eos vitiosa educatione à virtute abducat, mollique & dissoluto, & luxurioso victu, cultúque corrumpat: contrà non posse se peius de filiis suis mereri, quàm si eos intemperanter & profusè, & molliter, & luxuriosè, & libidinosè viuere sinat.

59. Is vsque eò vitae statum) Plutarch. in Dione, Dionis filium adolescentulum dolore & ira puerili impulsum se è tecto praecipitem egisse tradit: nihil praeterea. sic ille. ἐκ λύπης καὶ ὀργῆς μικρᾶς καὶ παιδικῆς ἀπορρίψας ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ τέγους ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, διεφθάρη. hunc casum commemorat & in παραλλήλοις Aemilij.

60. appositi erant custodes) venustè, & eleganter dictum. sic enim Latini loqui solent, addere, vel apponere custodes. notauimus ad illum locum Horatij odae 4. lib. 3. nequitiae additus Custos.

61. è superiore parte aed.) ἀπὸ τοῦ τέγους. Plutarch.

62. Heraclides) homo turbulentus, seditiosus, mobilis, infidus, rei militaris imperitus. Plutarch.

63. quòd mult. ann. tyrannis) Sic legendum, non, vt vulgò, multorum annorum tyrannus. Non enim tyrannus, sed tyrannis multorum erat annorum. Atque hanc lectionem confirmant, quae mox dicemus: & quae ipse Probus ait infrà non longè, ibi, quinquaginta annorum imperium.

64. magnarum opum) Itaque Dionysius maior dicebat, se relinquere filio tyrãnidem adamante, seu vinculis adamantinis vinctam. Plutarch. in Dione. Diod. Siculus lib. 15. καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ πατρὸς λεγομένην ἀδάμαντι δεδέσθαι τυραννίδα. i. & eam, quae à patre dicebatur adamante vincta tyrannis. Aelianus lib. 6. καὶ ὅ γε ἐπι-

θαῤῥῶν ὁ Διονύσιος, ἀδάμαντι δεδεμένην ᾤετο τὴν ἀρχὴν κεκτῆσθαι. i. *his confisus* Dionysius *putabat se imperium adamante vinctum possidere.* Ex *quibus verbis perspicuum est, legendum esse suprà tyrannis, non tyrannus.*

65. *pauci ad soc.iet.)* Diodor. Siculus eod. lib. contrà. ταχὺ δὲ πολλῶν ὑπακουόντων, *&c, i, cùm autem celeriter multi* Dionem *audirent, & sequerentur, &c. sed dic paucos fuisse, spectata* Dionysij *potentia, aduersus quem bellum comparabatur: multos ex persona* Dionis *profugi & exsulis. vel potius, paucos fuisse Syracusanos exsules, qui periculi societatem cum* Dione *coire voluerint: multos fuisse ex reliqua Græcia. tradit enim* Diodorus, *triginta Syracusanos, qui in* Peloponeso *exsulabant,* Dionem *secutos esse.*

66. *non tam suis copiis) quæ erant exiguæ & tenues, si tyrannicas opes spectes, quæ quales, & quantæ essent, iamiam ex* Diodoro *referemus.*

67. *duabus oner. nauib.)* Diod. Siculus eod. lib. ἐλαχίσταις δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων χρησάμενος ἀφορμαῖς μεγίστην δυναστείαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην κατέλυσεν ἀπροσδοκήτως. τίς γὰρ ἂν ἐπίστευσεν, ὅτι δυσὶ φορτηγοῖς ναυσὶ καταπλεύσας περιέσται δυνάστου ναῦς μὲν μακρὰς ἔχοντος τετρακοσίας, στρατιώτας δὲ πεζοὺς μὲν εἰς δέκα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ὅπλων δὲ, καὶ σίτου, καὶ χρημάτων τοσαύτην παρασκευὴν, ὅσην εἰκὸς ἦν κεκτῆσθαι τὸν μέλλοντα χορηγήσειν δαψιλῶς ταῖς προειρημέναις δυνάμεσι· χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, πόλιν μὲν ἔχοντα μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων. λιμένας δὲ καὶ νεώρια, καὶ κατεσκευασμένας ἀκροπόλεις ἀναλώτους· ἔτι δὲ συμμάχων δυνατῶν ἔχοντα πλῆθος. i. *Minimis autem omnium ante se mortalium facultatibus & copiis fretus, omnium, quæ sunt in* Europa, *maximam tyrannidem euertit insperatò. Quis enim speraret, eum duabus nauibus onerariis nauigantem tyranno superiorem futurum, qui naueis longas haberet quadringentas, militum peditum millia centum, equitum circiter decem, armorum, & frumenti, & pecuniarum tantum apparatum, quantum credibile est eum habuisse, qui copiosè & prolixè suppeditaturus esset commeatum iis, quas diximus copiis, & præterea, quæ dicta sunt, qui vrbem haberet Græcarum vrbium maximam? portus, & naualia, & arceis exstructas inexpugnabileis? postremò qui sociorum potentium multitudine instructus esset?*

68. *quinquaginta annor. imp.) etiam hic locus emendationem illam nostram confirmat, tyrannis pro vulgato, & recepto, tyrannus.*

69. *adeò facile perculit) adeò facilè peruertit, & prostrauit. de vi huius verbi satis multa diximus in commentariis Horatianis, & notis Ciceronianis. mendosè autem habent exempla* Veneta & Florentina, *pertulit.*

70. *Syracusas introierit) & vnà cum eo* Megacles *eius frater, &* Callippus Atheniensis, *& aliquot exsules Syracusani, omnes coronati: sed medius inter fratrem &* Callippum Dion, *præ omnibus insignis atque illustris, & armis luculentis totus vndique collucens. Lætitiam autem ciuitatis, & dies festos, & epulas ob spem recuperandæ breui tempore libertatis, & gratulationes, & vota pulchrè describunt* Plutarchus, & Diod. Sicul. *libris & locis suprà indicatis.*

71. *Nullum esse imperium tut.) Faxit deus optimus max. vt hoc edíscant reges, atque in animis infixum teneant. essent eorum opes stabiliores: essent eorum ciues beatiores: non necesse haberent illi in præsidio externo spem salutis & incolumi-*

tatis

tatis suæ constituere, suorum voluntatibus diffisi, neque stipatores corporis, & custodes capitis aduenas adhibere, à suis ciuibus sibi metuentes. Præclarè igitur Dio, *cùm* Dionysio *suaderet, vt* Platonem Athenis *arcesseret, totúmque se ei viro traderet philosophiæ præceptis, & documentis imbuendum, docens, adamantina vincula imperij (quod eius pater* Dionysius *dicere solebat) non esse vim & metum, neque magnum robustorum iuuenum numerum, & ingentem barbarorum corporis custodum multitudinem, neque arceis montibus impositas, vt ait* Flaccus, *sed ciuium beniuolentiam, & propensam in principem voluntatem, ex eius virtute, & iustitia in illorum animis insitam: quæ quamuis sint contentis illis, & duris vinculis molliora, esse tamen ad diuturnitatem imperij solidiora, ac validiora. Quòd autem tyrãni arceis munitas in urbibus condunt non aduersus hosteis externos, sed aduersus ciueis suos, quos habent hostium loco: vehementèr errant, & pessimè sibi consulunt, & qui sunt illis auctores, vt id faciant, pessimè de eis merentur. nam talibus arcibus ciuium in illos odium magis ac magis incenditur atque augetur.* At *odia populorum plus possunt ad pestem atque interitum, quàm loca vel munitissima ad stabilitatem ac salutem.* Huc *pertinet quod infrà in eadem vita dicitur, nisi quòd de iis intelligitur, qui in libera ciuitate dominari, & tyrannidem obtinere volunt, quales fuerunt* Dionysius, & Cæsar. *Sic igitur* Probus. Hîc, *sicut antè sæpe dictum est, quàm inuisa sit singularis potẽtia, & miserãda eorũ vita, qui se metui, quàm amari malunt, cuius facile intellectu fuit. sic* M. Tull. de Off. lib. 2. Rerum *autem omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quàm diligi: nec alienius, quàm timeri. Præclarè enim* Ennius, Quem *metuunt, oderunt: quem quisque odit, perisse expetit.* Multorum *autem odiis nullas opes posse obsistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum. sequitur paucis pòst. malus enim est custos diuturnitatis metus: contráque beniuolentia, fidelis vel ad perpetuitatem. ibidem paullo pòst.* Quod *igitur latissimè patet, neque ad incolumitatem solùm, sed etiam ad opes, & potẽtiam valet plurimùm, id amplectamur, vt metus absit, caritas retineatur.*

72. *Eo tempore aberat Dionys.) commiserátque arcis custodiam* Timocrati *illi, de quo suprà. erat autem circa* Cauloniam *in* Italia, *venítque* Syracusas *septimo post* Dionis *introitum die:* Diod. Siculus *lib.* 15.

73. *classem opperiebatur) classem exspectabat: cui præerat* Philistus: *qui cùm venisset tandem cum multis triremibus, sed serò, naui, qua veheretur, capta: manus sibi attulit: vel, vt alij tradunt, in potestatem aduersariorum venit, ab eisque fœdè & contumeliosè trucidatus est.* Plutarch. & Diod. Siculus *lib.* 16.

74. *quæ res eum fef.) quæ opinio eum fefellit.*

75. *regios spiritus) βασιλικὸν, seu τυραννικὸν φρόνημα. i. regiã superbiã ac ferociã.*

76. *potitus est) verbum potior cum patrio casu numeri singularis iunxit, vt & aliàs.*

77. *& Insulam) Insula, pars erat vrbis* Syracusarum, *& instar vrbis, vt ait* M. Tullius *in* Verr. *Syracusæ enim constabant, ex quattuor vrbibus.* Sic M. Tull. *lib.* IIII. *accusation.* Syracusas *describens,* Ea *tanta est vrbs (inquit) vt ex quattuor vrbibus cõstare dicatur: quarum vna est ea, quam dixi,* Insula: *quæ duobus*

X

portubus cincta, in vtriusque portus ostium, aditúmque proiecta est: in qua domus est, quæ regis Hieronis fuit: qua prætores vti solét. in ea sunt ædes sacræ complures, sed duæ, quæ longè ceteris antecellunt, Dianæ vna, & altera, quæ fuit ante istius aduētum ornatißima, Mineruæ. In hac insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenißimus piscium: qui fluctu maris &c. Altera est vrbs Syracusis, cui nomen Acradina est, in qua forum maximum, &c. Tertia est vrbs, quæ, quòd in ea parte fortunæ fanum antiquum fuit, Tuche nominata est: in qua gymnasium amplißimum est, & complures ædes sacræ: colitúrque ea pars, & habitatur frequentißimè. Quarta autem est, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur, &c. Sic Liuius lib. XXV. annal. Epicides ab Insula, quam ipsi Nason vocant, citato profectus agmine, &c. sequitur paucis pòst versib. retro in Acradinam agmen conuertit, non tam vim, multitudinémque hostium metuens, quàm ne qua intestina fraus per occasionem orietur, clausásque inter tumultum Acradinæ, atque insulæ inueniret portas, &c. sequitur XXX. fere pòst versib. Marcellus vt Euryalum neque tradi, neque capi vidit posse, inter Neapolim & Tycham (nomina partium vrbis & instar vrbium sunt) posuit castra, &c. Quoniam autem suprà ex Cicerone cognouimus, duas ædeis sacras, alteram Dianæ, alterā Mineruæ fuisse in ea Syracusarum parte, quæ Insula, seu Nasos nominabatur: proponam ac proferam lectori bonis litteris polito nummos argenteos (eorum notas, & inscriptiones, inquam) quorum mihi fecerunt copiam Herricus Memmius, vir clariß. & Clemens Teueninus, homo totius antiquitatis inuestigator atque indagator diligētißimus. Hi igitur nummi habebant altera in parte Mineruæ caput impressum galeatæ: in altera Dianam totam canibus venaticis succinctam, paßis comis, veste recincta, nudis genibus, & cruribus: gestantem, humero læuo pharetram: qualem describit Virgil. lib. I. Æneid. virginem Spartanam, aut Harpalicam illam Threßam, his versibus. Namque humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix: dederátque comam diffundere ventis, Nuda genu, nodóque sinus collecta fluenteis. Postremò scriptum erat circum oras nummorum extremas, Græcis litteris, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Hos igitur duos nummos his notis impressos, planè inter se simileis nuper vidi mihi à duobus illis viris indicatos. Duos autem præterea alios (quoniam in Syracusarum & nummorum ad eas pertinentium mentionem incidimus) non ita pridem in ædibus Herrici Memmij, & attentè consideraui, cùm apud eum ego, & Hieronymus Chomedæus, affinis meus, vir optimus, & disertißimus, harum rerum non indiligens obseruator, & I. A. Baifius Lazari Baifij F. homo paternarū virtutum æmulus, pransi essemus: quorum alter in antica parte præ se fert caput vrbis Syracusarum in muliebrem figuram conformatum, cum hac inscriptione, recta linea, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ: in postica, spicam, & treis delfinos circum spicā ita dispositos, vt si à singulis ad singulos lineæ producantur, triquetra figura appareat: quæ notæ significant, opinor, partim agrorum illius insulæ fertilitatem, & frumenti feracitatem, quæ vel ex M. Tullij Frumentia perspici potest, partim nauigationis & maris opportunitatem: alter, quòd ad anticæ partis notam atque inscriptionem attinet, nihil à superiore differt: in postica verò parte habet quadri-

gas impressas:quæ significant, opinor, regum, & principum Syracusanorum Olympicas, & Isthmicas, & ceteras Circenseis victorias: quas Pindarus tamen magis, quàm vlli nummi, immortalitati consecrauit.

78. *vt talib. pactionib.)* Diod. Siculus eod. lib. Διονύσιος δὲ τὸν μὲν πρακτικώτατον τῶν φίλων ἀποβαλὼν, καὶ στρατηγὸν μὲν ἕτερον ἀξιόχρεων οὐκ ἔχων, αὐτὸς δὲ οὐ δυνάμενος φέρειν τὸ τοῦ πολέμου βάρος, ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς τὸν Δίωνα, τὸ μὲν πρῶτον τὴν ἡμίσειαν τῆς ἀρχῆς παραδιδοὺς, ὕστερον δὲ βουλόμενος ὅλην ἐγχειρίζειν. τοῦ δὲ &c. i. *Dionysius autem amicorum quidem suorum ad agendum promtißimo & efficacißimo, amisso: alterum autem, imperatorem idoneum non habens, cùm ipse onus belli sustinere nō posset: legatos ad Dionem misit primùm quidem, dimidiam imperij partem tradens, deinde verò totum tradere paratus, &c.* Plutarch. paullo aliter. μετὰ δὲ τὴν Φιλίστου τελευτὴν Διονύσιος ἔπεμπε πρὸς Δίωνα, τὴν μὲν ἀκρόπολιν ἐκείνῳ παραδιδοὺς, καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς μισθοφόρους, καὶ πέντε μηνῶν ἐντελῆ τούτοις μισθὸν, αὐτὸς δὲ ἀξιῶν ὑπόσπονδος εἰς Ἰταλίαν ἀπελθεῖν, κἀκεῖ κατοικῶν καρποῦσθαι τῆς Συρακουσίας τὸν καλούμενον Γύατα, πολλὴν καὶ ἀγαθὴν χώραν ἀνήκουσαν ἀπὸ θαλάττης εἰς τὴν μεσόγειον. οὐ προσδεξαμένου δὲ τοῦ Δίωνος, &c. i. *post mortem autem Philisti, misit ad Dionem legatos Dionysius, arcem, & arma, & milites conductos, & integrum in quinque menseis stipendium tradens, postulánsque, vt sibi, pactis fœderibus, in Italiã abire, & illic habitanti agri Syracusani, cui Gyata nomen est, fructus percipere liceret: quæ regio est lata, & opima, pertinens à mari ad mediterraneam Siciliæ partem. cùm autem Dio legatis respondere noluisset, sed eos ad Syracusanos reiecisset, &c.*

79. *Apollocrates)* Dionysij filius natu maior.

80. *cui max. fid. hab. vni Dionysius)* sic legendum, non vt vulgo, Dion. hic autem Apollocrates arcem tandem Dioni dedidit, partim rei frumentariæ inopia, partim vi oppugnantium coactus.

81. *quem paullo antè extulerat)* hic est fortunæ ludus sollemnis, & vsitatus. Horat oda 29. lib. 3. *Fortuna sæuo læta negotio, Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna.*

82. *demergere)* deprimere. tralatio est ab iis, qui in aquam merguntur. neque malè opposuit inter se demergere, & efferre. Nam sic Virgilius de Neptuno lib. I. Æneid. qui intelligitur in aquam fuisse demersus, *placidum caput extulit vnda.*

83. *suam vim exercuit)* alij libri habent, *suam sæuitiam exercuit:* & suprà, in filium. Omnino hoc totum, *suam vim, seu suam sæuitiam exercuit,* videtur esse subditum. nam hoc detracto, oratio mollius, & facilius curret, & sententia planior erit: idémque Claudio Puteano videbatur. Ita igitur legẽdum, hoc, quod alienum est, deleto, *quòd fortuna sua mob. q. p. a. ext. d. est adorta, primùm in filio, de quo commemoraui suprà. Nam cùm &c.* Hic enim ordo est, adorta est eum fortuna primùm in filio, &c. deinde orta diss. &c.

84. *vxorem)* Areten, quæ Timocrati nupserat, expulso Dione.

85. *reduxisset)* de integro duxisset, oratu Aristomachæ sororis. narrant enim historici, Dione arce potito, Aristomacham quidem sororem Dionis, Hipparino eius filio secum adducto, cupidè Dioni obuiam procesisse, Areten verò pudore deterritam, quòd alteri viro, nempe Timocrati, vt suprà diximus, nupsisset, à ter-

go ſtetiſſe, neque auſam eſſe in viri conſpectum prodire: Dionem tamen audita Ariſtomacha ſorore vxorem purgante, cùm diceret, illam neceſſitate coactam alij viro nupſiſſe, totóque illo tempore miſeram fuiſſe, illacrymatum, vxorem oſculatum eſſe, eíque domum ſuam redire iuſſæ, filium Hipparinum reddidiſſe.

86. filium, quem Dionyſius corruperat, vt ſuprà dictum eſt, vino, epulis, ſcortis, denique viuendi genere molli, profuſo, luxurioſo, & libidinoſo.

87. morte filij) de qua ſuprà dictum eſt.

88. deinde orta diſſ.) ſemel atque iterum inter ſe diſſenſiſſe Dionem & Heraclidem, totiéſque in gratiam reductos eſſe narrat Plutarch. Diod. Siculus autem tradit, inter Syracuſanos ſeditionem coortam eſſe, aliis ſummam imperij Heraclidi, aliis Dioni deferre volentib.

89. qui Dioni princip. non conc) exſtat apud Plutarchum Heraclidis oratio, qua Dionem apud Syracuſanos accuſat, quòd Dion ſolus imperaret, ipſe tamquā priuatus, rerum gerendarum non eſſet particeps: quod arcem nō ſubruiſſet, quòd populo Dionyſij maioris ſepulcrum reſcindere, & cadauer inſepultum proiicere volenti obſtitiſſet, quòd Corintho conſiliarios, & imperij collegas arceſſeret, ciueis indignos eſſe, qui remp. gerant, exiſtimans, &c.

90. factionem) ſeditionem, ſiue malorum conſenſum, & conſpirationem. Salluſt. bello Catil. Erat eodem tempore Cn. Piſo adoleſcēs nobilis: ſummæ audaciæ, egens, factioſus: quem ad perturbandam remp. inopia, atque mali mores ſtimulabant. Idem ibid. in C. Manlij ad Q. Martium regem mandatis, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere. Sed de hac voce ſuprà.

91. ex ſecunda rhapſod.) ex ſecundo lib. Iliad. ſic enim appellantur Homeri libri, vel ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν ᾠδὴν. i. à conſuendis & connectendis carminibus, ſeu cātibus: vel ἀπὸ τῆς ῥάβδου καὶ ᾠδῆς. i. à virga & cantu, quòd qui carmina recitarent, virgam tenerent. Sed priorem ſententiam magis probant eruditiores. Erāt autem Homeri carmina diſiecta, & diſsipata, ſeu potius confuſa antè quàm à Piſiſtrato in libros, ſeu rhapſodias digeſta ſint, vt teſtatur & M. Tullius lib. III. de orat. ad Q. Fr.

92. Non poſſe bene geri) ſic Homer. lib. 2. ſub perſona Vlyſsis. Οὐ μέν πως πάντες βασιλεύσομεν ἐνθάδ' ἀχαιοί. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε θεὸς παῖς ἀγκυλομήτεω. i. Non vllo Græci pacto regnabimus omnes. Multorum capitum dominatio inutilis: vnus Rex, dominúſque eſto, vafri cui filius vltro Saturni dedit altitonans, regnator Olympi.

93. quod dict. m. inuid. conſ.) i. quod dictum Dioni valde fuit inuidioſum, vel magnam Dioni inuidiam conflauit.

94. non lenire obſequio) cùm minimè comis eſſet Dion, miniméque blandus, ſed acerbior & aſperior natura quod vitium, ſi vitium eſt, vt eſt, etiam Plato in eo reprehendit, eúmque admonuit, vt intelligeret, blandiendo, & placendo hominibus res magnas geri: addidítque ad extremum illud, contumaciæ, & ſuperbiæ ſolitudinem eſſe contubernalem: ſic Plato epiſt. ad Dionem. ἐνθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι δοκεῖς τισὶν ἐνδεεστέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν λανθανέτω σε, ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ πράττειν ἔστιν· ἡ δ' αὐθάδεια ἐρημίᾳ ξύνοικος. i. conſidera

autem etiam te quibuſdam videri minus quàm cõuenit, ad obſeruandos & colendos homines propenſum natura. noli igitur ignorare etiam res geri obſequio & blanditiis. contumacia verò ſolitudini contubernalis eſt.

95. *interficiendum curauit) cùm eum videret inſanabilem, cùm aliquoties iam cum eo in gratiam rediiſſet, cùm denique antea militibus eum interficere volentibus, vt ſeditioſum, & factioſum, & popularem, & turbulentum, & inuidum, & maleuolum, & bonis conſiliis, ac rationibus obſtantem, longa oratione habita eripuiſſet, ac ſeruaſſet.*

96. *Quod factum omnib.)* Plutarch. ἐλύπησε δὲ σφόδρα συρακουσίους ἀποθανών. i. *moleſtiſſimè autem tulerunt mortem* Heraclidis Syracuſani.

97. *timorem iniecit) ſic loquitur ſæpe* Cicero, *vt contra* Rullum *in ſenatu ſub extr. ſpem improbis oſtendiſtis, timorem bonis inieciſtis, & item alibi.* Sic *&, noſter* Probus *ſuprà in* Alcibiade *magnus multitudini timor eſt iniectus.*

98. *licentius eorum bona) Immo cùm* Dion Syracuſanos *ſibi aduerſanteis luculenta pugna ſuperaſſet, acceptarum iniuriarum memor non fuit, ſed cùm præcones ad eum miſſi eſſent orantes, vt tollere & ſepelire liceret eos, qui in acie cecidiſſent, eis veniam dedit, poteſtatémque tollendi fecit: & captiuos omneis, qui multi erant, nullo pretio redemtionis cauſa accepto, liberos dimiſit.* Diod. Siculus *lib.* 16.

99. *celeriter pecunia deeſſe c.)* Nam *largitio nõ habet fundum, vt ait* M. Tullius *off. lib.* 2. *Quod non ſolum verum eſt in priuatis hominibus, verùm etiam in ciuitatibus, & regibus.* Neque *enim debent reges exiſtimare, pecuniam, quantumuis effusè largiantur, & quãtumuis multis, numquam ſibi defuturam.* Quin *res ipſa declarat, interdum regum opes ac diuitias immoderatis ſumtibus, infinitiſque donationibus ac largitionibus exhauriri.* Quod *cùm fit: (fit autem ſæpius, quàm reip. expediat) quia reges egere neque didicerunt, neque poſſunt, ad priuatorum poſſeſſiones manus porrigant neceſſe eſt, vt ait* Probus. *Quòd ſi* Tiberius *ille apud* Cornelium Tacitum *lib.* 2. *annal. cùm* M. Hortalus *adoleſcens nobiliſſimus,* Q. Hortenſij Hortali *nepos, olim* Auguſti *liberalitate ad vxorem ducendam inuitatus, atque illectus, & quattuor filiis ſuſceptis, ad ſummam egeſtatem redactus, peteret à ſenatu, & ab eo ipſo, quem dixi, principe, vt inopiam ſuam leuarent, reſpondit ei, non oportere numero, atque ætate liberorum vrgere modeſtiam ſenatus, & eandem vim in principem transferre, ac veluti ærarium perfringere: ne, ſi ambitione exhauſtum fuerit, per ſcelera ſupplendum ſit: quanto conſtantius ac fidentius reſpondere debent* Chriſtiani *principes quibuſdam auidiſſimis, iiſdémque aut nequiſſimis, aut turbulentiſſimis hominibus, qui quamuis partim domi ſuæ ſint abundantiſſimi & copioſiſſimi, partim numquam de regibus bene meriti fuerint, numquámque vllam præclaram operam reip. nauarint: non in bello, non in ſententia dicenda ſint vtiles: denique non vllis bonis artibus, aut litteris eruditi, non vlla doctrina expoliti ſint: aſſidue tamen ab illis petunt, perpetuò ſuas commentitias iacturas, (nullæ enim fuerunt vmquam) commemorant: ſemper inopiam rei ſuæ familiaris, quæ refertiſſima, & florentiſſima eſt, falſis lacrymis deplorant: aſſiduè rogant, aſſiduè flagitant: quanto igitur proba-*

X. 3

bilius, atque æquius bonus princeps talibus ærarij, aut fisci hirudinibus ita respondebit. Si vobis, quantum vultis, & quoties petitis, donabo: quod viris bonis & dignis donem, breui tempore non habebo: aut, si etiam habebo, tamen viris de me & de rep. bene meritis, quibus hæc debentur, vobis largiendo, iniuriam facere videbor. Quòd si fiscum largitionibus intempestiuis, & sumtibus non solùm superuacaneis, verùm etiam indecóris, atque iniustis exhausero: eum per iniuriā supplere necesse habebo: quæ à persona, quam sustineo: à nomine, quod gero, alienissima est. Iccirco enim reges & sumus, & appellamur, vt populos ratione & consilio regamus, vt cíueis nostros iniuria prohibeamus: bonos, & bene de patria meritos præmiis ornemus: improbos, & malè meritos pœnis afficiamus. Quare vobis ea, quæ viris bonis, & sapientibus, & bene de rep. meritis, & doctis, & reip. vtilibus parata sunt, ego non donabo. Hi enim mihi, & imperio meo præsidio sunt, atque ornamento: vos, quantum in vobis est, summo dedecori, maximóque malo.

100. *neque quò manus porr.) nonnulla exempla sic habent, neque amplius quid porrigeret, suppetebat, nisi amicorum possessiones. ego hanc lectionem retineo, illique antepono.*

101. *nisi in amicor. poss.) non memini me hoc de* Dione *legere apud* Plutarch. *aut* Diod. *aut omnino apud quemquam: eum, suis bonis consumtis, alienis manus afferre necesse habuisse, aut etiam, quod grauius est, amicos suos spoliasse.*

102. *amitteret optim.) Atqui cùm aliquando* Heraclidæ *sententia* Dion *vnus imperator pronuntiatus ac declaratus esset, optimatibus approbantibus: turba nautica, & opificum illiberalium multitudo reclamauit. auctor* Plutarchus *in* Dione.

103. *insuetus malè aud.) sic loquitur* M. Tullius *lib. 2. epist. ad* Att. *epist. 21. tam vehemens vir, támque acer in ferro, & tam insuetus contumeliæ. sic* Cæsar. Insuetus *laboris pugnæ, nauigandi.* Eadem *ratione dixit* Sallust. *bello* Iugurth. *pars insolita rerum bellicarum.*

104. *malè existimari) quid sit de aliquo malè existimare, cognoscere ex* M. Tull. *off 2. licet, si quis forte hoc discere habet necesse. sic ille.* Non *enim omneis eos contemnunt, de quibus malè existimāt. nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam iniuriam instructos, eos contemnunt quidem numquam, sed de iis malè existimant. & contrà, bene de aliquo existimare.* Idem *lib. 16. epist. ad familiareis, epist. 4.* De *medico bene existimari scribis, & ego sic audio.*

105. *offensa in eum mil. vol.) id est alienata ab eo militum voluntate.* Cic. Tusc. *quæst propter alienam & offensam populi voluntatem.*

106. *quemadmodum sedaret, nesciret) cum sedandi rationem non reperiret, ἀμηχανῶν, ἢ ἀπορῶν.*

107. *& quorsum euad. tim.) & cùm timeret quem exitum haberent, quóve erumperent. euaderent autem legendum, non, vt vulgò, euaderet. idque vidit etiam* Claudius Puteanus.

108. *Callicrates quidam) Immo* Callippus, *vt volunt* Plutarchus, *&* Diodo-

rus. ſed credibile eſt, hunc Callicratem Callippi fratrem fuiſſe, & Probum Callippi fratrem pro Callippo ſumſiſſe: quemadmodum poëtæ interdum Pollucem pro Caſtore appellant. Fuiſſe autem duos fratres, licet ex Platone intelligere, in epiſtola ad Dionis propinquos. ὕστερον κατιὼν οἴκαδε Δίων, ἀδελφὼ δύο προσλαμβάνει Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν, καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται. i. poſterius autem domum reuertens Dio, fratres duos Athenis aſſumit, non ex Philoſophia factos ſibi amicos, ſed ex hac quotidiana & circumforanea plurimorum amicorũ ſodalitate, quæ ex inuitationibus hoſpitalibus, & ex initiandi, ſacráque inſpiciendi ritu comparari ſolet.

109. homo & callidus &c.) Plutarch. μιαρώτατος. i. impuriſſimus. Idem paucis poſt. διέφθειρε, καὶ παρεσκεύαζέ τινας τῶν ξένων ἐπὶ τὸν Δίωνα, κακοηθεστάτην ἀρχὴν, καὶ πανουργοτάτην πεποιημένος. i. corrumpebat, & ſubornabat aduenas quoſdam in Dionem, orſus ab initio malitioſiſſimo, & verſutiſſimo.

110. ſine vlla religione ac fide) impium fuiſſe, ex iureiurando illo ſanctiſſimo & religioſiſſimo, quod violauit ac perfregit, de quo mox dicemus, ſatis appâret: perfidum, ex eo, quòd fidem & amicitiam violauit.

111. illi) Dioni.

112. quem inueniſſet idon.) quem, ſcilicet ſuorum, & quem ex ſuis amicis, inueniſſet idoneum ad hoc ſimulandum.

113. facile omn. animos cogn.) hanc rationem conſilij ſui Callippus, ſiue Callicrates afferebat.

114. eius) Dionis.

115. diſſidenti) illi Dionis amico, qui ſe ſimularet ab eo diſſidere, & eius eſſe inimicum. Libet huc aſcribere ex Plutarcho huius Callicratis, ſeu Callippi ſingularem improbitatem, ac malitiam. ἀεὶ γάρ τινας φωνὰς τῶν στρατιωτῶν πρὸς ἐκεῖνον ἢ λεγομένας ἀληθῶς ἀναφέρων, ἢ πλασσομένας ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἐξουσίαν ἔλαβε διὰ τὴν πίστιν, ὥστε ἐντυγχάνειν κρύφα, καὶ διαλέγεσθαι μετὰ παρρησίας οἷς βούλοιτο κατὰ τοῦ Δίωνος, αὐτοῦ κελεύοντος, ἵνα μηδεὶς λανθάνῃ τῶν ὑπούλως καὶ δυσμενῶς ἐχόντων. ἐκ δὲ τούτου συνέβαινε τοὺς μὲν πονηροὺς καὶ νοσοῦντας ἀνευρίσκειν ταχὺ, καὶ συνιστάναι τῷ Καλλίππῳ· εἰ δέ τις ἀπωσάμενος τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ τὴν πεῖραν, ἐξείποι πρὸς τὸν Δίωνα, μὴ ταράττεσθαι, μηδὲ χαλεπαίνειν ἐκεῖνον, ὡς ἃ προσέταξε, τοῦ Καλλίππου περαίνοντος. i. Nam cùm ſemper voces quaſdam militum contumelioſas in Dionem, aut verè iactatas & prolatas, aut à ſe confictas, ad eum referret: talem licentiam nactus eſt propter fidem, quam illi habebat Dio, vt occultè cum quibuscumque vellet, congrederetur, & liberè contra Dionem loqueretur, ipſo Dione iubente, vt ne quis ex iis, qui ſuboffenſo, & maleuolo in Dionem eſſent animo, ignotus eſſet. Ex his autem eueniebat, vt Callippus improbos, & ſaucios, & Dioni iniquos citò reperiret, & ſibi conciliaret: ſin quis orationem eius, qua tentaretur, aſpernatus, Dioni enuntiaret, vt ille non permoueretur, neque ſuccenſeret, tamquam quæ mandarat ipſe, perficiente, atque exſequente Callippo.

116. excipit) ſuſcipit, ſeu recipit has parteis quaſi traditas. venuſta tralatio, ab iis, qui pilam, aut aliquid ſimile traditum excipiunt.

117. *imprudentia Dionis)ignoratione Dionis:quia quo consilio Callippus,seu Callicrates ita loqueretur, & milites concitaret, ignorabat, neque sibi insidias comparari existimabat.*

1.8. *coniuratione)* συνωμοσίᾳ, *iureiurando communi.*

119. *conueniunt) subintellige eum,nempe Dionem,cuius de periculo, &c. sic solet loqui Probus,vt prætermittat nomen, seu pronomen antecedens, vt grammatici appellant Sed hæc paullo aliter Plutarch.* ἤδη δὲ καὶ τὸν Δίωνα, καὶ τὰς γυναῖκας ὑπόνοια τῶν πραττομένων εἶχε· καὶ μηνύσεις ἐγίνοντο πανταχόθεν. *i. iam verò & Dioni, & mulieribus suspicio quædam earum rerum, quæ agebantur, oriebatur: & indicia vndique ad eas ventitabant.*

120. *præcepto suo)* ἐξ ὑποθήκης ἑαυτοῦ.

121. *in ædem Proserp)sic Plutarch.in Dione.* τὰς δὲ γυναῖκας ὁρῶν ὁ Κάλλιππος ἐξεταζούσας ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα, ἦλθε πρὸς αὐτὰς ἀρνούμενος, καὶ δακρύων, καὶ πίστιν, ἣν βούλονται, διδόναι βουλόμενος. αἱ δ᾽ ἠξίουν αὐτὸν ὀμόσαι τὸν μέγαν ὅρκον· ἦν δὲ τοιοῦτος. καταβὰς εἰς τὸ τῶν Θεσμοφόρων τέμενος ὁ διδοὺς τὴν πίστιν, ἱερῶν τινῶν γενομένων, περιβάλλεται τὴν πορφυρίδα τῆς θεοῦ, καὶ λαβὼν δᾷδα καιομένην ἀπόμνυσι. *i. Videns autem Callippus mulieres rem accuratè exquirenteis & scrutanteis, venit ad eas negans, & lacrymans, & fidem, quam vellent, dare volens. illæ autem postulabant, vt magnum iusiurandum iuraret. quod erat tale. Descēdit in templum legiferarum dearum is, qui fidem daturus est: & interea dum sacra quædam fiunt, amictum deæ purpureum induit, & tenens manu facem ardentem iurat.*

122. *Ille hac religione) Plutarch.* ταῦτα ποιήσας ὁ Κάλλιππος πάντα, καὶ τὸν ὅρκον ἀπομόσας, οὕτω κατεγέλασε τῶν θεῶν, ὥστε περιμείνας τὴν ἑορτήν, ἧς ὤμοσε θεοῦ, δρᾷ τὸν φόνον ἐν τοῖς Κορείοις. *&c. i. hæc omnia cùm fecisset Callippus, & iurasset, sic deos irrisit, vt exspectato die festo eius deæ, per quam iurarat, eo ipso die cædem admiserit.*

123. *ad maturand.)ad facinus accelerandum, & maturè, id est primo quoque tempore faciendum. Sallust. de coniur. Catil. facinoris maturandi caussa. Horat. lib. I. od. 7. maturare necem.*

124. *conata)Nonius,conatus masc. Neutro Accius, Atreo, Ego incipio, conata exsequar.*

125. *in conclaui edito) Plutarch.* καὶ καθεζομένου Δίωνος ἐν οἰκήματι κλίνας πλείονας ἔχοντι μετὰ τῶν φίλων. *i. & cùm Dio in conclaui quodam, in quo lecti inerant, cum amicis sederet.*

126. *domum custodib. sæpsit.) Plutarch.* οἱ μὲν ἔξω τὴν οἰκίαν περιέστησαν. *i. alij foris domum circumsteterunt.*

127. *à forib. qui non disc.) Plutarch.* οἱ δὲ πρὸς ταῖς θύραις τοῦ οἴκου, καὶ ταῖς θυρίσιν ἦσαν. *i. alij ad fores domus, & fenestras astabant. Est autem hic ordo, certos præfecit, qui à foribus non discederent. Mendosè porrò legitur in nonnullis codicibus, discedebant.*

128. *Philocrati)immo Callippus & Callicrates fratres erant, vt diximus, ex aliorum auctoritate.*

129. *vt haberet)cogitans ita facere expedire, vt haberet, &c.*

130. quò

130. *quò fugeret) quò confugeret.*

131. *Zacynthios adolesc,) sic Plutarch. & Diod. qui* ζακυνθίους *dicunt fuisse. i. Zacynthios. est autem Zacynthus insula non longè à Cephalenia. Quidam tamē hic legi volunt, Saguthinos. sed Polyb. lib. 3. Saguntum,* Ζακανθαν *appellat. quæ vrbs est in finibus Iberiæ & Celtiberiæ, non longè à mari. Non est dissimulandum tamen, videri ex Stephano Saguntū, & Zacynthū vno eodémque nomine apud Græcos significari. sic enim Stephanus,* Ζάκυνθος πόλις ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρδάνου. Ὅμηρος. καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος. ἔστι καὶ Ἰβηρίας. περὶ τὴν Λιβύης.

132. *inermes)* παρῆλθον αὐτοὶ ξιφῶν ἄνευ, χιτῶσιν. *i. ingressi sunt sine gladiis, tunicati.*

133. *sic vt conuen.` id est tanquam conueniendi &c. malim legi, sic vt si conuen. verumtamen nihil muto.*

134. *forib obseratis, forib. clausis. Plutarch fores ab iis, qui erant extrà, clausas, seu potius adductas & attractas esse tradit.* οἱ μὲν ἔξω τὰς θύρας συναρμόσαντες, *&c. obserare, & reserare, inter se opponuntur: & vtrumque à nomine, sera, factum est.*

135. *colligant) Plutarch.* κατεῖχον ἐμπεσόντες, καὶ συνεπνίγον ὡς οὐδὲν ἐποίουν, ᾔτουν ξίφος. *i. conabantur continere, & conterere, (vel* συνθλίβειν, *comprimere, vel* συμπνίγειν *spiritum intercludere: quod fortasse significatur per verbum* συντρίβειν*) vt autem nihil proficiebant, gladium poscebant.*

136. *singularis potentia)* μοναρχία, τυραννίς. *Etiam ex hoc loco licet intelligere, huius libri auctorem non vixisse ætate Theodosij, neque omnino vllius superiorū imperatorum, sed in libertate fuisse educatum, & tyrannidi, ac regiæ potestati fuisse inimicum acerrimum.*

137. *vita, qui) vita eorum, qui sic solet loqui Probus.*

138. *facilè intellectu) sic legendum est, non, vt habent codices Veneti, & Florentini, intellecta.*

138. *si propitia) emendata scriptura. nonnulli alij codices habent, prona, &c. mendosè opinor: alij pessimè, propiore. Propitia autem, id est placata, non irata, pia. Terent. Adelph. parentes propitij.*

139. *Lyco quidam Syr.) Plutarch.* διατρίβης γενομένης Λύκων συρακούσιος ὤρεξέ τινι τῶν ζακυνθίων διὰ τῆς θυρίδος ἐγχειρίδιον, ᾧ καθάπερ ἱερεῖον, τὸν Δίωνα κρατούμενον πάλαι, καὶ δεδιττόμενον ἀπέσφαξαν. *i. mora interposita, Lyco Syracusanus cuidam ex Zacynthiis per fenestram pugionem porrigit, quo, veluti victimam, Dionem, qui iampridem tenebatur, & perterrebatur iugularunt. Diod. lib. 16.* Δίωνος τοῦ στρατηγοῦ σφαγέντος ὑπὸ ζακυνθίων τῶν μισθοφόρων. *i. Dione imperatore à Zacynthiis conductis iugulato.*

140. *nam celeri rumore dilato) dilato. i. dissipato. sic autem legendum nō deluto. sic Plautus dicit, differre famam: & Terent. differre rumorem: cui par est, didere Virgil lib. 7. Diditur hîc subitò Troiana per agmina rumor.*

141 *mirabiliter vulgi) Callippus tamen Dione interfecto principatum excepit, & mensibus tredecim imperauit, vt tradit Diodorus Siculus. Plutarchus verò narrat, eum initio quidem clarum, & illustrem fuisse, & Syracusas tenuisse: sed bre-*

ui post tempore pœnas dedisse, & à Leptine quodam & Polyperchonte eo ipso pugione, quo Dio cæsus erat, percussum interiisse.

142. *ab Acherunte) ab inferis. sic M. Tull. post reditum in senatu. & omneis Metellos præstantiss. civeis pæne ex Acherunte excitatos,*

143. *in vrbe, celeberrimo loco) malim legi, in vrbis celeberrimo loco. Fuit autem hic eximius honor. nam non solebant veteres quemquam in vrbe sepelire, nisi forte imperatores. Ser. Sulpicius ad M. Cicer. lib 4 epist. ad familiares. Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui, quòd religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserat. Idem lib. 5 Tusc. Cuius ego quæstor ignoratum ab Syracusanis, cùm esse omnino negarent, septum vndique, & vestitum vepribus, & dumetis indagaui sepulcrum, &c. sequitur, Ego autem cùm omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Acraganas magna frequentia sepulcrorum) animaduerti columellam non multùm è dumis eminentem, &c. Quin apud Homerum, & ceteros poëtas Græcos monumenta omnia etiam regum & principum, sunt extra vrbium portas. exempla proferrem, nisi properarem.*

144. *elatus p.) de hoc verbo suprà. sic autem distinguendum est, elatus publicè: vt illa, in vrbe, vel in vrbis celeberrimo loco, cohæreant cum his, sepulcri monumento donatus est Præterea hoc sepulcri monumento me suboffendit, putóque vocem, sepulcri, esse suppositam, & delendam. sic Seruius in epistola modò commemorata: postéaque curauimus, vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. & Tusc. V. eodem loco, quem modò indicauimus. tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento inscriptos acceperam, &c. At paullò antè sepulcrum appellarat.*

145. *quartum post annum) cur non dixit quarto post anno? Virgil. Tityro, longo pòst tempore vênit ad quem locũ lege Seruium. sed vtrumque genus loquendi est vsitatum. M. Tull. lib. 9. epist. ad Att Hoc scribis post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus. Idem pro Rosc. Amer. aliquot post menseis occisus est. Idem alibi Multis pòst annis pecunia recuperata est. Plautus, paucos dies post Tarenti mortuus est.*

IPHICRATES.

IPhicrates Atheniensis non[1] tam genere, aut magnitudine rerum gestarũ, quàm[2] disciplina militari nobilitatus est: fuit enim talis dux, vt non solùm ætatis suę cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. multùm verò in bello est versatus, sæpe exercitibus præfuit,[3] nusquam culpa malè rem gessit, semper consilio vicit, tantúmq; eo valuit,[4] vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit.[5] namque ille pe-

destria arma mutauit, cùm ante illum imperatorem maximis clypeis, breuibúsque hastis, minutis gladiis, vterentur. Ille contrariò[6] peltam pro[7] parma fecit,[8] à qua postea peltastæ pedites appellantur, vt ad motus, concursúsque essent leuiores.[9] hastæ modum duplicauit.[10] gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutauit, & pro ferreis atque æneis[11] lineas dedit. quo facto expeditiores milites reddidit.[12] nam pondere detracto, vt æquè corpus tegerent, & leues essent, curauit. Bellum cum[13] Thracibus gessit:[14] Seuthen socium Atheniensium in regnum restituit.[15] Apud Corinthum tanta seueritate exercitui præfuit, vt nullæ vmquam in Græcia neque exercitatiores copiæ,[16] neque magis dicto audientes fuerint duci: in eámque consuetudinem adduxit, vt, cùm prœlij signum ab imperatore esset datum sine ducis opera sic ordinatæ consisterent, vt singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc[17] exercitu moram Lacedæmoniorum[18] intercepit: quod maximè tota celebratum est Græcia.[19] Iterum eodem bello omneis copias eorum fugauit. quo facto magnam adeptus est gloriam.[20] Cùm Artaxerxes[21] Aegyptio regi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Atheniensibus petiuit ducem,[22] quem præficeret exercitui[23] conducto, cuius numerus[24] duodecim millium fuit. quem quidem sic omni disciplina militari erudiuit, vt, quemadmodum quondam[25] Fabiani milites Romani appellati sunt, sic Iphicratenses apud Græcos in summa laude fuerint.[26] Idem subsidio Lacedæmoniis profectus, Epaminondæ retardauit impetus. nam nisi eius aduentus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quàm captam incendio delessent. Fuit autem & animo magno, & corpore: imperatoriáque forma, vt ipso aspectu cuiuis[27] iniiceret admiratio-

nem sui. sed in labore[28] remissus nimis, parúmque patiens, vt Theopompus memoriæ prodidit. bonus verò ciuis, fidéque magna. quod cùm in aliis rebus declarauerit, tum maximè in[29] Amyntæ Macedonis liberis tuendis. namque[30] Eurydice, mater Perdiccæ & Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confûgit, eiúsque opibus defensa est. Vixit ad senectutem placatis in se suorum ciuium animis.[31] Causam capitis semel dixit[32] bello sociali simul cum Timotheo, eóque iudicio est absolutus. Menesthea filium reliquit ex[33] Thressa natũ,[34] Coti regis filia. Is cùm interrogaretur, vtrùm pluris patrem, matrémne faceret: matrem, inquit. id cùm omnibus mirum videretur: at ille, meritò, inquit, facio. nam pater,[35] quantum in se fuit, Thracem me genuit:[36] contrà mater Atheniensem.

IPHICRATES.

NON *tam genere, aut magnit.) sic edendum curaui, rectius, quàm quo modo est in vulgatis, quorum alij habent, non tam magnitudine rerum gestarum, quàm disc. mil. Alij, non tam genere, quàm magnit. r. g. quàm discipl. mil.* Fuit autem habitus *sutoris filius.* Plutarch. ἀποφθ. στρατηγ. Ἰφικράτης δοκῶν υἱὸς σκυτοτόμου. i. Iphicrates cùm *sutoris filius haberetur. sic &* Suidas. Significat *&* Aristoteles *eum obscuro genere fuisse natum lib.* I. *rhet.* καὶ ὁ Ἰφικράτης αὑτὸν ἐνεκωμίαζε λέγων, ἐξ ὧν ὑπῆρξε ταῦτα. *id est ex quibus hæc appeterẽt. seu parta essent. & eod. lib. infrà,* ἐξ οἵων, εἰς οἷα. *id est ex qualibus, ad qualia peruenisset.* Neque *obstat illud* Plutarchi. *præceptis politicis, vbi dicit, eum, cùm ab* Aristophonte *dicendi facultate in contione, seu in iudicio vinceretur, respondisse,* βελτίων μὲν ὁ τῶν ἀντιδίκων ὑποκριτής, δρᾶμα δὲ τοὐμὸν ἄμεινον. *i. melior quidem est aduersariorum actor, sed mea fabula præstat. significabat, res suas gestas, & facta sua esse præclara, sed ab oratione aduersarij vinci.*

2. *quàm discipl. mil.) fuit tamen idem & bonus rhetor, exstántque multa apud* Aristot. *in rhet. ex eius orationib. prolata.* Suidas. Ἰφικράτης Ἀθηναῖος σκυτέως παῖς, ῥήτωρ καὶ στρατηγός. *i.* Iphicrates *sutoris filius,* Atheniẽsis *rhetor, & imperator.*

3. *nusquam culpa malè r. g.)* Xenophon *tamen reprehendit eius consilium in re militari lib. . . de reb.* Gr. *in extr.* εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι καλῶς ἐστρατήγησεν, οὐ ψέγω. ἐκεῖνα μέντοι, ἃ ἐν τῷ χρόνῳ ἐκείνῳ ἔπραξε, πάντα εὑρίσκω τὰ μὲν μάτην, τὰ δὲ καὶ ἀσυμφόρως πεπραγμένα αὐτῷ. ἐπιχειρήσας μὲν γὰρ φυλάττειν ἐπὶ τῷ ὀνείῳ, ὅπως μὴ δύναιντο οἱ Βοιωτοὶ

ἀπῆλθον οἴκαδε, παρέλιπεν ἀφύλακτον τὴν καλλίστην παρὰ Κεγχρειὰς πάροδον. μαθεῖν δὲ βουλόμενος εἰ παρεληλυθότες εἶεν οἱ Θηβαῖοι τὸ Ὄνειον, ἔπεμψε σκοποὺς τούς τε Ἀθηναίων ἱππέας, καὶ τοὺς Κορινθίους ἅπαντας, &c. i. Si quid igitur aliud ex ratione artis imperatoriæ & militaris rectè geßit Iphicrates, non vitupero. Illa verò, quæ illo tempore geßit, reperio omnia partim frustra, partim inutiliter ab eo esse administrata. Conatus enim in Onéo impedire, ne Bœotij domum reuerti possent, transitum ad Cenchreas sine custodia reliquit. Cùm autem scire vellet, vtrùm Onéum transissent Thebani, nécne, misit explorandi gratia omneis Athenienſium, & Corinthiorum equites. Atqui non minus pauci idonei sunt ad speculandum, quàm multi: & si referre pedem oporteat, multo facilius est paucis, quàm multis & viam expeditam inuenire, & tacitè se recipere. multos autem producere, & admouere ad hosteis, & tamen hostibus numero inferiores, & impares, nónne est magnæ imprudentiæ?

4. vt multa in re mil.) Consentanea his tradit Diodorus Sicul. lib. 13. ex iisdem historicis descripta, vnde Probus expreßit. Sic ille. οὐκ ἀνοίκειον δ' ἐστὶ τὰ περὶ τῆς Ἰφικράτους ἀρετῆς ἱστορούμενα. παραδέδοται γὰρ περὶ τοῦτον στρατηγικήν τι ἀγχίνοιαν ἐσχηκέναι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀγαθὴν φύσιν κεχορηγῆσθαι διαφόρως. προσλαμβανόμενον οὖν αὐτὸν τὴν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ πολυχρόνιον ἐμπειρίαν τῶν στρατιωτικῶν ἔργων, ἐπινοῆσαι πολλὰ τῶν εἰς τὸν πόλεμον χρησίμων, καὶ μάλιστα τῶν περὶ τὸν καθοπλισμὸν φιλοτεχνῆσαι. i. Non est autem à re alienum, quæ traduntur de Iphicratis virtute, ascribere. hunc enim accepimus, & acumen imperatorium habuiſſe, & ad omnem inuentionem vtilem natura præstanti vsum esse. Itaque vsu diuturno rerum militarium adiuncto, quem in bello Persico sibi comparauit, cùm multa ad bellum vtilia excogitasse, tum maximè in iis, quæ ad armaturam pertinent, elaborasse, operámque posuisse.

5. namque ille pedestr.) Diod. ibidem. τῶν γὰρ Ἑλλήνων μεγάλαις ἀσπίσι χρωμένων, καὶ διὰ τοῦτο δυσκινήτων ὄντων, συνεῖλε τὰς ἀσπίδας, καὶ κατεσκεύασε πέλτας συμμέτρους, ἀμφοτέρων δὲ στοχασάμενος, τοῦ τε σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, καὶ τοῦ δύνασθαι τοὺς χρωμένους ταῖς πέλταις διὰ τὴν κουφότητα, παντελῶς εὐκινήτους ὑπάρχειν. i. Nam cùm Græci magnis clypeis vterentur, atque iccirco ægrè mouerentur, clypeos contraxit, & peltas fecit magnitudine moderata, & conuenienti commensu, vtrumque præclarè assecutus, & vt illæ satis tegerent corpora, & vt qui peltis vterentur, propter earum leuitatem, agili omnino & mobili corpore esse possent.

6. peltam) pelta, scutum breue est & fere quadratum, aut folij hederæ figuram præ se ferens: denique parma breuius, & mobilius. sic apud Liuium lib. 8. Latini clypeis antea Romanis vsi sunt: deinde posteaquàm stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere, &c.

7. pro parma) Nonius Parma est scutum breue. Salluſt. historiar. lib. IIII. Hi locorum perignari, & soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quòd inopia scutorum fuerat, ad ea arte se quisque in formam parmæ equestris armabat. Virgil. lib. VIII, Æn. Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba.

8. à qua postea peltastæ) Diod ibid. τότε δ' ἀπὸ τῆς πέλτης πελτασταὶ μετωνομάσθησαν. i. tunc autem à pelta peltastæ nomine mutato dicti sunt, cùm anteà diceren-

tur ὁπλῖται. id est grauioris armaturæ pedites.

9. *hastæ modum dupl.)* Diod. μήκει τὰ δόρατα ἡμιολίῳ μείζω. *i. hastas magnitudine sesquialtera auxit: hoc est tantas fecit, vt totam magnitudinem antiquarum continerent, & præterea dimidiam.*

10. *glad. long. f.)* Diod. τὰ δὲ ξίφη σχεδὸν διπλάσια κατεσκεύασε. *i. gladios autem propemodum duplo maiores fecit.*

11. *lineas) fuerunt tamen & heroicis temporibus* λινοθώρακες, *id est milites, qui vterentur thoracibus lineis, vt testatur* Hom. Il. β *de* Aiace Oileo. ὀλίγος μὲν ἔην λινοθώρηξ. *Nonnulli legunt hic, linteas, & ita habent exempla* Germanica. *sed non admodum interest, vtro modo legas.*

12. *nam pondere detracto, vt æquè corp. tegerent)* sic Diod. τῷ τε σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, *&c. nam suprà retulimus. sic autem legendum esse, non vt habent libri* Veneti *&* Florentini, *quódque corpus tegeret, &c. neque vt* Germ. *quod æquè corpus tegeret, &c. &* Diodori *verba, & scripturæ varietas, & sententia, declarant.* Hoc *enim significat* Probus, *loricas ab* Iphicrate *repertas, pondere detracto, nihilo minus corpus texisse, quàm antiquas, & fuisse præterea leuiores. quod consentaneum est cum iis, quæ scripsit* Diodorus.

13. *bellum cum* Thracib. *gess.) vel ex* Frontino, Iphicratē *bellum gessisse aduersus* Thracas *intelligere licet: qui hoc scribit de* Iphicrate *lib.* I. *Strategem cap.* 6. Iphicrates *cùm propter condicionem locorum, lōgum agmen deduceret, & nuntiatum ei esset, hosteis summum agmen aggressuros, cohorteis in vtraque latera secedere, & consistere iussit, ceteros fugere, & iter maturare. transeunte autem toto agmine, certissimos quosque retinuit, & ita passim circa prædam occupatos hosteis, iam etiam fatigatos, ipse recentibus & ordinatis suis aggressus fudit, exuitque præda. Exstat & aliud eiusdē strategema in eosdē apud eundē lib.* II *cap.* 12. *Præterea* Æschines *in oratione* περὶ παραπρ. *non longè à princip. ait* Iphicratē *imperatorem ab* Atheniensib. *suffragio esse creatum aduersus* Amphipolim, *quæ est vrbs* Thraciæ. Xenoph. *lib.* 4. *de reb.* Gr. *in extr. tradit,* Iphicratem *occiso* Thrasybulo, *in* Thraciam *ab* Atheniēsib. *missum esse, ibique cum* Lacedæmoniis, *duce* Anaxibio, *commisso prælio, superiorem discessisse,* Anaxibiúmque *occubuisse cum ducētis* Lacedæmoniis, *& decem harmostis, id est, præfectis: quo facto* Iphicratem *in* Cherronesum *reuertisse. quod &* Frontinus *lib.* 2. *Strateg. cap.* 5. *retulit. Postremò* Polyænus *lib.* III *strateg. profert. aliquot* Iphicratis *strategemata, quibus in* Thracia *vsus sit: ex quibus vnum exempli causa referamus.* Ἰφικράτης ἐν Θρᾴκῃ προσκαθημένων τῶν πολεμίων ἐνέπρησε νυκτὸς τὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων ὕλην· καὶ τὰ σκευοφόρα, καὶ πολλὰ τῶν ἀποδυγίων καταλιπὼν, ἐπεὶ ὁ καπνὸς σκοτεινοτέραν τὴν νύκτα ἐποίει, ἀνεχώρησεν εἰς τόπον δασὺν, καὶ σύσκιον. ἡμέρας δὲ γενομένης οἱ Θρᾷκες ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες, οὐδένα τῶν ἐναντίων εὑρόντες ὥρμησαν ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν σκευοφόρων. Ἰφικράτης δὲ ἐπαναστρέψας ἐπ' αὐτοὺς ἐκ τοῦ χωρίου συντεταγμένος, καὶ τοὺς πολεμίους ἐνίκησε, καὶ τὰ σκευοφόρα ἔσωσε. *id est,* Iphicrates *in* Thracia *cum assidētes sibi instarent hostes, noctu siluam inter duo castra interiectam incendit: & multis iumentis, quæ impedimenta gerebant, multisque quadrupedibus relictis, cùm fumus noctem tenebrosiorem redderet, se in locum densum, & opacum re-*

cepit. Die autem postero mane Thraces cùm in eius castra venissent, nullo Græco homine reperto, sese ad direptionem quadrupedum & veterinorum contulerūt. Iphicrates ex illo loco eruptione facta compositus, ordinatus, atque instructus dispersos ac dissipatos adortus hosteis superauit, & veterina cum impedimentis recuperauit, ac seruauit.

14. Seuthen) sic legendum, atque hoc modo impressum est in exemplis Germanicis, non Scotym, quomodo habent Veneta, & Florentina. Seuthen autē & Medocum, Thraciæ reges, commemorat Diodorus Sicul. lib. 14. & Thrasybulum cū eis societatem fecisse tradit. De his diximus nonnulla in Alcib.

15. apud Corinthum) de bello Corinthio dicentur nonnulla in Agesilao. Apud Corinthum autem Iphicratem bellum gessisse, etiam ex Polyæno eodem libro cognoscere licet, ibi. Ἰφικράτης ὄντος ἐν Κορίνθῳ, &c. & ibi, Ἰφικράτης ἐν Κορίνθῳ πυθόμενος, ὡς οἱ τὰ ἀντία φρονοῦντες μισθοφόρους ἐκ Λακεδαίμονος νύκτωρ ἐνδέχεσθαι μέλλοιεν, &c. id est, Iphicrates Corinthi cùm audisset, Corinthios eos, qui aliis partibus studebant, noctu mercenarios milites ex Lacedæmone esse recepturos, &c.

16. neque magis dicto aud) id est neque magis obedientes. sic suprà locutus est in Dione, & item alibi. Has copias, quæ constabant ex peltastis, sic horrebant Arcadum milites grauioris armaturæ, (quod tradit Xenophon lib. 4. de reb. Gr.,) vt pedem conferre cum eis non auderent: contrà sic Lacedæmonios timebant Iphicratis peltastæ, vt intra telorum iactum non prodirent in aciem. Itaque Lacedæmonij salsè peltastas illos audebant his verbis illudere, atque irridere, socios suos sic perterreri à peltastis, vt pueri à laruis, aut lemuribus. sic Xenophon. ὥστε οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐπισκώπτειν τολμῶν, ὡς οἱ σύμμαχοι φοβοῖντο τοὺς πελταστάς, ὥσπερ μορμόνας παιδάρια, &c. Commemorat & Diod. Siculus aliquot fortia, & præclara Iphicratis ad Corinthum facinora, lib. 14. ibi. μετὰ δέ τινας ἡμέρας τῶν Λακεδαιμονίων μέρος, &c quem locum mox suo loco referemus. Non esse autem artis militaris partem minimam, milites efficere duci dicto audienteis, constat.

17. hoc exercitu moram Lacedam.) mora, vox Græca est, hoc primùm: deinde valet idem, quod μέρος, hoc est pars, quòd sit pars exercitus. Vtebantur autem hac voce Lacedæmonij maximè, & Dores. Et constabat μόρα vel, vt quidam volunt quingentis militib. vel, vt alij, septingentis: vel, vt alij, nongentis. Itaque Diod Siculus loco, quem proximè indicaui, si eadem res ibi à Diod. narratur, quæ hîc à Probo significatur, μέρος appellat. sic Diodorus. μετὰ δέ τινας ἡμέρας τῶν Λακεδαιμονίων μέρος τῆς στρατιᾶς διιὸν διὰ τῆς Κορινθίας χώρας, οἱ Ἰφικράτης, καί τινες τῶν συμμάχων ἐπιθέμενοι, τοὺς πλείστους ἀνεῖλον. i. post aliquot dies pars Lacedæmoniorum exercitus iter faciebat per agrum Corinthium: quos cùm Iphicrates, & nonnulli ex sociis adorti essent, plurimos eorum interfecerunt. Andromachus, siue auctor incertus etymologici, Μόρα, inquit, τάγμα στρατιωτικὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις, οὕτω λεγόμενον, καὶ εἴρηται παρὰ τὸ μείρω μόρα, ἐπὶ μέρους ἔχειν, ὡς σπείρω σπορά. ἔστι δὲ ἡ μόρα, τάξις ἐξ ἀνδρῶν πεντακοσίων, ἢ ἑπτακοσίων, ἢ ἐνακοσίων. Id est, Mora est ordinatio hominum militaris apud Lacedæmonios, dicta à verbo μείρω, quod valet partior, seu diuido, habétque locum in parte aliqua multitudinis, vt à σπείρω σπορά. Est autem mora, multitudo ordinata ex quingentis vnis, aut septingentis, aut no-

centis. Hæc ille. Xenophon huius cohortis casum & cladem multis verbis exponit lib. 4. de reb. Gr. & vtitur hoc ipso vocabulo Græco, quod vsurpauit Probus: ibi. ἐγένετο δὲ τὸ τῆς μόρας πάθος τρόπῳ τοιῷδε, &c. Esset enim longum ea referre: sed hæc summa est: Iphicratem cum Callia Hipponici filio, qui erant Corinthi, Lacedæmoniorum cohortem incautam ad Lechæum intercepisse, & ad trecentos viros interfecisse. Commemorat & Pausanias in Laconicis pag. VIII. & μοῖραν appellat. ταύτην τὴν μοῖραν ἐπιθέμενοι κατὰ ὁδὸν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἰφικράτης διέφθειραν: id est, hanc manum, seu cohortem in itinere adorti Athenienses duce Iphicrate interfecerunt. De mora, hoc est περὶ μόρας, seu μοίρας, lege Plutarch. in Pelopida, ibi. οὔσας δὲ δύο μόρας Λακεδαιμονίων. τὴν δὲ μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας πεντακοσίους φησίν, &c. sexta fere pagina. Xenophon de Lacedæmoniorum rep. ἑκάστη δὲ τῶν πολιτικῶν μορῶν ἔχει πολέμαρχον ἕνα, λοχαγοὺς τέσσαρας, πεντηκοστῆρας ὀκτὼ, ἐνωμοτάρχους ἑκκαίδεκα, &c. i. vnaquæque autem ciuilium cohortium habet polemarchum: id est belli præfectum, vnum: manipuli duces, seu tribunos quattuor, centuriones octo, turmæ ductores sexdecim. Commemorat & hanc Iphicratis rem gestam Plutarchus libello πότερον Ἀθηναῖοι, &c. in extr. καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ περὶ Λέχαιον Ἰφικράτης κατέκοπτε τὴν Λακεδαιμονίων μόραν, &c. i. & interea dum Iphicrates Lacedæmoniorum cohortem concidebat, &c. Et Æschines in orat. κατὰ Κτησιφ. καὶ πυθοῦ παρ᾽ αὐτῶν διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοσαν, καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν. ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται, ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν. Ἰφικράτει δὲ, ὅτι μοῖραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινεν, &c. i. & quære à iudicibus quamobrem præmiis eos affecerint, & statuas eis statuerint. Omnes enim vno tempore tibi respondebunt, Chabriæ statuam donasse, propter pugnam naualem ad Naxum commissam: Iphicrati, quia cohortem Lacedæmoniorum concîdit. Et item Plutarchus in Agesilao, ἧκον δέ τινες ἀγγέλλοντες αὐτῷ τὴν μόραν ὑπὸ Ἰφικράτους κατακεκόφθαι. i. venerunt autem quidam ei nuntiantes moram, id est cohortem, seu partem certam exercitus ab Iphicrate esse concisam.

18. intercepit) id est incautam & imparatam occupauit. quidam legi volunt, interfecit. ego nihil muto: quamquam eis, qui interfecit, legi volunt, suffragatur Æschines, & alij.

19. Iterum eod. bello, &c.) nec vbi, nec quando hoc prælium commissum sit, vsquam reperio: nisi forte id significat, quod narrat Xenophon lib. VI. de reb. Gr. non longè admodum à princip. Iphicratem decem triremibus, quæ à Dionysio Lacedæmoniis Anippo duce subsidio mittebantur, non longè à Cephalenia, vnà cũ viris omnibus, interceptis, & nauibus nonaginta ex Corcyra assumtis, in Cephaleniam nauigasse, & ab illius insulæ ciuitatibus pecunias partim libentibus obtinuisse, partim inuitis extorsisse, iisque rebus gestis agros Lacedæmoniorum populatum esse ac vastasse, vrbeisque aduersariorum Atheniensibus voluntarias adiunxisse: quæ noluerint se dedere, iis bellum intulisse. Quo loco Iphicratis belli gerendi rationem, & scientiam rei militaris laudat Xenophon. sic enim ille. ἐγὼ μὲν οὖν ταύτην τὴν στρατηγίαν τοῦ Ἰφικράτους οὐχ ἥκιστα ἐπαινῶ. i. ego vero hanc rationem belli gerendi, & artem ducendi exercitus, eorum, quæ sunt laudanda in Iphicrate, non minimè laudo.

10. Cùm Artaxerxes) Diodorus Siculus lib.15. tradit, Pharnabazum Artaxerxis præfectum, legatos ad Athenienses misisse, qui & Chabriã accusarent, quòd Ægyptiorum regi Acori, populi iniussu operam daret, atque ita regem Persarum à populo Atheniensi alienaret: & Iphicratem à populo imperatorem postularet. Athenienses verò studentes Persarum regem sibi adiungere, & Pharnabazi beniuolentiam sibi conciliare, celeriter & Chabriam reuocarunt, & Iphicratem ad Pharnabazum miserunt, vt Persæ eo adiutore vterentur. Verba Diodori sunt hæc, si quis forte desiderabit. Φαρνάβαζος δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀναδεδειγμένος στρατηγὸς ἐπὶ τῆς περσικῆς δυνάμεως παρασκευὰς μεγάλας ἐποιήσατο τῶν πρὸς πόλεμον χρησίμων. ἐξέπεμψε δὲ καὶ πρὸς ἀθηναίους πρέσβεις, κατηγορῶν μὲν Χαβρίου, ὅτι τῶν αἰγυπτίων ἡγούμενος ἀπαλλοτριοῖ τὴν τοῦ βασιλέως εὔνοιαν ἀπὸ τοῦ δήμου, παρακαλῶν δὲ στρατηγὸν Ἰφικράτην αὐτῷ δοῦναι. οἱ δ' ἀθηναῖοι βουλόμενοι τὸν βασιλέα τῶν περσῶν εἰς εὔνοιαν προσαγαγέσθαι, καὶ τὸν Φαρνάβαζον ἰδιοποιήσασθαι, ταχέως τόν τε Χαβρίαν ἐξ Αἰγύπτου μετεπέμψαντο, καὶ τὸν Ἰφικράτην στρατηγὸν, ἐξαπέστειλαν συμμαχήσοντα τοῖς πέρσαις. Tradit autem idem ibidem, bellum intulisse Artaxerxem regi Ægyptiorum Q. Crasso, Ser. Cornelio, Sp. Papyrio, Fabio Alb. tribunis pro consulib. Sed parum Persis profuit Iphicrates, non sua, sed Pharnabazi culpa, qui Iphicrati bene monenti, & præcipienti obtemperare noluit, vt tradit Diod. eod. lib. infrà.

12. Ægypt. regi) Acori.

22. quem præficeret) Diod. ibid. ἡγεῖτο δὲ τῆς δυνάμεως Φαρνάβαζος μὲν τῆς βαρβαρικῆς, Ἰφικράτης δ' ὁ ἀθηναῖος τῶν μισθοφόρων, ὄντων δισμυρίων. i. præerant autem copiis Pharnabazus quidem barbaricis, Iphicrates verò Atheniensis, cõductitiis, hoc est Græcis, qui erant numero vicies mille. Lubet huc ascribere, quod tradit Diodorus eod. lib. & loco. (Græca autem verba Latinè reddam, vt tãto sim breuior) fuisse hunc virum (Iphicratem significat) A rege Persarum Athenis euocatum, & exercitui præpositum propter artem, & virtutem imperatoriam: cùm autem Pharnabazus annos duos in exercitu comparando, ceterísque rebus apparandis consumsisset, Iphicratem videntem eum esse lingua quidem, & dicendi facultate promtum atque expeditum, in rebus agendis verò segnem ac tardum, libertate orationis apud eum vsum esse, & dixisse, mirari se, quare ille oratione quidem esset impiger, & celer, factis verò piger, & cunctabundus: illum autem respondisse, quia orationis quidem & verborum ipse dominus esset, factorum verò Artaxerxes.

23. conducto) alij libri habent, conductitio: quam scripturam probo. vtitur eadem voce & in Chabria, princip.

24. duodecim mill.) immò XX. millium, ex Diod. Siculo.

25. Fabiani milites) Festus, si forte illa ad hunc locum pertinent, Fabiani, & Quintiliani (inquit) appellabãtur à Fabio, et Quĩtilio, præpositis suis. nihil aliud de Fabianis compertum habeo. Sed, quòd dicit hîc Probus, Iphicratis milites sic omni disciplina militari fuisse eruditos, libet huc ascribere quæ in hanc sententiam tradit Polyænus lib. III. de Iphicratis arte & diligentia, quam adhibere solebat in militibus erudiendis atque exercendis. Sic igitur ille. Ἰφικράτης πολλάκις ἐγύμναζε τοὺς στρατιώτας, μηχανώμενος ψευδοβοηθείας, ψευδοενεδρίας, ψευδοπροδοσίας,

ψευδαυτομολίας, ψευδεφόδους, ψευδοπανικά, ἵν' ἀεί ποτε, κἂν τοιοῦτό τι γίνοιτο, μηδαμῶς ταράσσοιντο: id est, Iphicrates variè milites exercebat, falsa auxilia excogitans, seu machinans, falsas insidias, falsas proditiones, falsa ad hosteis transfugia, falsas hostium irruptiones, falsos terrores Panicos, vt semper, si quid aliquando tale accideret, præparati essent, & ne vllo pacto permouerentur. Idem ibidem. οὐ μὴν ἐπέτρεπεν αὐτοὺς οὐδὲ σχολάζειν, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ πόλεμος ἦν, ἀεὶ τὰ προσέταττεν, ἢ ὀρύττειν, ἢ ταφρεύειν, ἢ δένδρα κόπτειν, ἢ ἀναζευγνύειν, ἢ μετασκευάζειν, ὡς ἐν τῇ σχολῇ νεωτερίζειν βουλομένων. id est, numquam sinebat eos otiari, aut cessare, sed etiam si bellum non esset, semper eos iubebat aut aliquid fodere, aut fossas ducere, aut arbores cædere, aut castra mouere, aut vasa colligere, & transferre, tanquam in otio homines rebus nouis studere fere velint.

26. idem subsidio Laced.) post cladem Leuctricam, victorib. Thebanis, quorum dux erat Epaminondas: qua accepta, Lacedæmoniorum opes afflictæ sunt. Debent autem ex illo Lacedæmoniorum casu documentum capere reges, & ciuitates, quanta sit vis necessitatis & fortunæ, quantáque imbecillitas, & inconstantia rerum humanarum. Nam Lacedæmonij, qui paucis antè annis vrbis Athenarum muros diruerant, eósque refici vetuerant, tyrannos triginta imposuerant, de vrbe funditus euertenda, & aratro subigenda, & compascua reddenda deliberarāt: hi clade illa accepta, suis opibus fractis, à sociis omnibus deserti, ad eos ipsos, quos miserabilem in modum affecerant, confugere, ab iisque supplices auxilium petere coacti sunt: Athenienses autem tantam animi magnitudinem, & humanitatem in eos præbuerunt, vt, à quibus grauißimis detrimentis, atque iniuriis affecti fuerant, iis neque præteritorum malorum memores, neque Thebanorum potentia, quorum inimicitias erant suscepturi, deterriti, auxilium ferendum censuerint, duodecimque hominum millia subsidio miserint, quibus Iphicratem imperatorem præfecerunt. Hæc fere ex Diod. Siculo lib. 15.

27. Epaminondæ ret.) Hac de re in Epaminonda fortasse dicetur.

27. iniiceret admirat.) pulchrè dictum, pro excitaret, quò potius M. Tull. vti solet. Sic dicimus Latinè, iniicere timorem, spem, suspicionem, studium, &c.

28. remissus) ἀνειμένος, laxus, languidus.

29. Amyntæ) cuius filius Philippus, pater Alexandri Magni. Hic Amyntas autem Pausaniam Macedoniæ regem Aëropi regis filium interfecit: regnauitque annos XXIIII. Diod lib. 14.

30. Eurydice mater Perd.) Æschines in oratione περὶ παραπρεσβ. multis verbis hanc historiam narrat: cuius verba appingemus. sic igitur Æschines non longè à princip. referens quæ, legatus cùm esset in Macedonia, dixerit Philippo. ἀφικομένου δ' εἰς τοὺς τόπους Ἰφικράτους μετ' ὀλίγων τὸ πρῶτον νεῶν ἐπὶ κατασκοπὴν μᾶλλον τῶν πραγμάτων, ἢ πολιορκίαν τῆς πόλεως, ἐνταῦθα, ἔφην ἐγώ, μεταπεμψαμένη αὐτὸν Εὐρυδίκη ἡ μήτηρ ἡ σή, καὶ ὥς γε δὴ λέγουσιν οἱ παρόντες πάντες, Περδίκκαν μὲν, τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν καταστήσασα εἰς τὰς χεῖρας τὰς Ἰφικράτους, σὲ δὲ εἰς τὰ γόνατα τὰ ἐκείνου θεῖσα παιδίον ὄντα, εἶπεν, ὅτι Ἀμύντας ὁ πατὴρ τῶν παίδων τούτων, ὅτ' ἔζη, υἱὸν ἐποιήσατό σε, τῇ δὲ Ἀθηναίων πόλει οἰκείως ἐχρήσατο. ὥστε συμβαίνει σοι καὶ ἰδίᾳ τῶν παίδων τούτων γεγενῆσθαι ἀδελφῷ, καὶ δημοσίᾳ φίλον ἡμῖν εἶναι. καὶ μετὰ ταῦτα ἤδη δέησιν ἰσχυρὰν ἐποιεῖτο καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ αὑτῆς, καὶ

ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, καὶ ὅλως ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἰφικράτης ἐξήλασε Παυσανίαν ἐκ Μακεδονίας, καὶ τὴν δυναστείαν ὑμῖν ἔσωσε. i. Cùm autem Iphicrates in ea loca peruenisset, cum paucis initio quidem ille nauibus, & ad res explorandas potius, quàm ad vrbem obsidendam, tum (inquam ego) eum arceßiuit Eurydice, mater tua, atque, vt aiunt omnes. qui aderant, Perdicca fratre tuo in manus Iphicratis tradito, te in eiusdem genibus, quia paruulus puer eras, collocato, ita locuta est: Te, Iphicrates, Amyntas horum puerorum pater, cùm viuebat, filium adoptauit: cum Atheniensium autem ciuitate magnus ei vsus erat, magnáque neceßitudo intercedebat. Quare euênit tibi, vt & priuatim sis horum puerorum frater, & publicè nobis amicus. Atque hæc locuta, te iam & pro vobis, & pro se, & pro imperio, & omnino pro salute omnibus precibus obsecrauit, atque obtestata est. Iphicrates autem his auditis, & Pausaniam ex Macedonia expulit, & vobis imperium conseruauit.

31. Causam capitis) proditionis accusatus. hac de re in Timotheo: vbi narrat Probus, Timotheum esse damnatum. non pugnant autem hæc cum iis, quæ tradit Diodorus lib. 15. Iphicratem accusatum esse à Pharnabazo, quòd eius culpa Ægyptum capere non potuerit. non enim dicit Diodorus, Iphicratem reum fuisse, & causam dixisse apud ciueis suos, accusante Pharnabazo, sed primùm, missos esse legatos à Pharnabazo, qui Iphicratem accusarent, quasi eius culpa Ægyptus capta non esset: deinde Athenienseis Persis respõdisse, se de Iphicrate supplicium sumturos, si eum peccasse comperissent: postremò ipsos Iphicratem breui pòst tempore claßi præfecisse. sic Diod. ὁ δὲ Φαρνάβαζος πρέσβεις ἐκπέμψας κατηγόρει τοῦ Ἰφικράτους, ὡς αἰτίου γεγονότος τοῦ μὴ ληφθῆναι τὴν Αἴγυπτον. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοῖς μὲν Πέρσαις ἀπόκρισιν ἔδωκαν, ὅτι ἐὰν εὕρωσιν αὐτὸν ἠδικηκότα, κολάσουσι κατὰ τὴν ἀξίαν· αὐτοὶ δὲ μετ' ὀλίγον χρόνον στρατηγὸν κατέστησαν Ἰφικράτην ἐπὶ τὸ ναυτικόν. Causam autem apud ciueis suos simul cum Timotheo dixisse Iphicratem, & multatos esse, tradit idem Diod. lib. 16. ibi, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες ἐζημίωσαν αὐτοὺς πολλοῖς ταλάντοις, καὶ τῆς στρατηγίας ἀπέστησαν. Athenienses autem irati Iphicratem & Timotheum in iudicium vocatos multis talantis multarunt, & imperandi munere abdicarunt. Polyænus cum Probo cõgruens Iphicratem & accusatum esse significat, & absolutum. Sed operæ pretium est, qua ratione iudicium effugerit, eadem opera ex eodem cognoscere. Sic igitur ille. Ἰφικράτης θανάτου δίκην φεύγων παρεστήσατο νεανίσκους ἐγχειρίδια κατέχοντας, οἳ παραφαίνοντες τοῖς δικασταῖς τὰς λαβὰς, οὕτως αὐτοὺς κατέπληξαν, ὥστε φοβηθέντες ἀπεδίκασαν τὴν δίκην. id est, Iphicrates capitis reus factus collocauit iuuenes aliquot pugionibus instructos, qui iudicibus capulos ostendẽtes tantum èis timorem iniecerunt, vt illi perterriti Iphicratem absoluerint. Idem ibidem tradit, cùm esset illi post absolutionem obiectum, eum vi iudicibus illata, & timore armorum iniecto, absolutum esse, ita respondisse: næ ego valde stultus sim, si pro Atheniẽsibus strenuè bella geram, pro me verò non item fortiter decertem. Ad hanc rem fortasse etiam pertinet illud, quod est apud Aristotelem lib. 2. de arte dicendi, vbi loquitur de locis, non admodum longè ab extremo. Ἄλλος ἐκ τῶν εἰρημένων καθ' αὑτοὺς, πρὸς τὸν εἰπόντα. διαφέρει δὲ ὁ τρόπος· οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ· ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς τὸν Ἀριστοφῶντα, ἐπερόμενος, εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν. οὐ φά-

ἐκείνης δ᾽ εἶπε, φησί, σὺ μὲν Ἀριστοφῶν ὤν, οὐκ ἂν προδοίης· ἐγὼ δ᾽ ὢν Ἰφικράτης προδοίην ἄν; id est, Alius locus ex iis, quæ conuenienter ipsorum moribus dicta sunt, aduersus eum ipsum, qui prior dixit, & lacessiuit: quale est illud in Teucro: quo vsus est Iphicrates in Aristophontem, qui interrogauit eum, an ob pecuniam naueis prodere animum induceret. quod cùm ille negasset: Et tu, qui es Aristophon, non proderes: ego, qui Iphicrates sum, proderem? Eundem locum tractans Quintilianus lib. V. cap. XII. ita scribit. His quidam probationes adiiciunt, quas παθητικὰς vocant, ductas ex affectibus. Atque Aristoteles quidem potentissimum putat ex eo, qui dicit, si sit vir optimus: quod vt optimum est, ita longè quidem, sed sequitur tamen, videri. Inde illa nobilis Scauri defensio, Q. Varus Sucronensis ait Æmilium Scaurum remp. populi Rom. prodidisse: Æmilius Scaurus negat. Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cùm Aristophontem, quo accusante, similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia remp. proditurus esset, ísque id negasset: Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci?

32. *bello sociali)* de bello sociali dicemus in Chabria.

33. *Tressa)* ex muliere Thressa, id est in Thracia nata. ἐκ Θρῄσσης γυναικός. Sic autem legendum, non, vt vulgo, Tarsa, vt habent exempla Veneta, & Florẽtina.

34. *Coti regis filia)* Κότυν vocant Græci. Probus autem Latina inflexione tertia, Cotum dixit. alij hîc Cotyis legi volunt, cum quibus non pugnabo, sed Coti non improbo.

35. *quantum in se fuit)* quia vxorem duxit Thressam.

36. *contrà mat. Athen.)* quia mater nupsit Atheniensi.

CHABRIAS.

Chabrias Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus,[1] résque multas memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maximè[2] inuentum eius in prælio, quod apud Thebas fecit, cùm Bœotiis subsidio venisset. namque in ea victoria fidentem[3] summum ducem Agesilaum, fugatis iam ab eo conductitiis cateruis,[4] reliquam phalangem loco vetuit cedere,[5] obnixóque genu scuto,[6] proiectáque hasta impetum excipere hostium docuit. Id nouum Agesilaus intuẽs, progredi non est ausus, suósque iam incurrenteis[7] tuba reuocauit. Hoc vsque eò in Græcia[8] fama celebratum est,[9] vt illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publicè ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, vt postea athletæ, ceteríque artifices his statibus in statuis

[10] *ponendis vterentur, in quibus victoriam essent adepti. Chabrias autem multa in Europa bella administrauit, cùm dux Atheniensium esset:* [11] *multa in Aegypto sua sponte gessit. nam* [12] *Nectanebum adiutum profectus, regnum ei constituit.* [13] *Fecit idem Cypri, sed publicè ab Atheniensibus Euagoræ adiutor datus. neque prius inde discessit, quàm totam insulam bello deuinceret. qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim* [14] *bellum inter Aegyptios & Persas conflatum est: &* [15] *Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant, Lacedæmonij cum Aegyptiis. à quibus magnas* [16] *prædas Agesilaus rex eorum faciebat. Id* [17] *intuens Chabrias cùm in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos adiutum profectus, Aegyptiæ classi præfuit:* [18] *pedestribus copiis Agesilaus. Tum* [19] *præfecti regis Persiæ legatos miserunt Athenas questum, quòd Chabrias aduersum regem bellum gereret cum Aegyptiis.* [20] *Athenienses diem certam Chabriæ præstituerunt,* [21] *quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque* [22] *ibi diutius est moratus, quàm fuit necesse. Non enim libenter erat* [23] *ante oculos ciuium suorum, quòd & viuebat lautè, & indulgebat sibi liberalius, quàm* [24] *vt inuidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis,* [25] *liberísque ciuitatibus, vt inuidia gloriæ comes sit. & libenter de iis detrahunt, quos emergere videant altius: neque animo æquo pauperes alienam* [26] *opulentum* [27] *intuentur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat,* [28] *plurimùm aberat.* [29] *Neque verò solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes ferè principes fecerunt idem: quòd tantùm se ab inuidia putabant* [30] *afuturos, quãtùm à conspectu suorum recessissent. Itaque Conon pluri-*

117. *imprudentia Dionis)ignoratione* Dionis:*quia quo consilio* Callippus,*seu* Callicrates *ita loqueretur, & milites concitaret, ignorabat, neque sibi insidias comparari existimabat.*

118. *coniuratione)* συνωμοσίᾳ,*iureiurando communi.*

119. *conueniunt) subintellige eum,nempe* Dionem,*cuius de periculo, &c. sic solet loqui* Probus,*vt prætermittat nomen, seu pronomen antecedens, vt grammatici appellant Sed hæc paullo aliter* Plutarch. ἤδη δὲ καὶ τὸν Δίωνα, καὶ τὰς γυναῖκας ὑπόνοια τῶν πραττομένων εἶχε· καὶ μηνύσεις ἐγίνοντο πανταχόθεν. i. *iam verò &* Dioni, *& mulieribus suspicio quædam earum rerum,quæ agebantur,oriebatur: & indicia vndique ad eas ventitabant.*

120. *præcepto suo)* ἐξ ὑποθήκης ἑαυτοῦ.

121. *in ædem* Proserp.)*sic* Plutarch.*in* Dione. τὰς δὲ γυναῖκας ὁρῶν ὁ Κάλλιππος ἐξεταζούσας ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα, ἦλθε πρὸς αὐτὰς ἀρνούμενος, καὶ δακρύων, καὶ πίστιν, ἣν βούλονται, διδόναι βουλόμενος· αἱ δ' ἠξίουν αὐτὸν ὀμόσαι τὸν μέγαν ὅρκον· ἦν δὲ τοιοῦτος. καταβὰς εἰς τὸ τῶν θεσμοφόρων τέμενος ὁ διδοὺς τὴν πίστιν, ἱερῶν τινῶν γενομένων, περιβάλλεται τὴν πορφυρίδα τῆς θεοῦ, καὶ λαβὼν δᾷδα καιομένην ἀπόμνυσι. i. *Videns autem* Callippus *mulieres rem accuratè exquirenteis & scrutanteis, venit ad eas negans, & lacrymans, & fidem, quam vellent, dare volens. illæ autem postulabant, vt magnum iusiurandum iuraret. quod erat tale. Descēdit in templum legiferarum dearum is, qui fidem daturus est: & interea dum sacra quædam fiunt, amictum deæ purpureum induit, & tenens manu facem ardentem iurat.*

122. *Ille hac religione)* Plutarch. ταῦτα ποιήσας ὁ Κάλλιππος πάντα, καὶ τὸν ὅρκον ἀπομόσας, οὕτω κατεγέλασε τῶν θεῶν, ὥστε περιμείνας τὴν ἑορτὴν, ἧς ὤμοσε θεοῦ, δρᾷ τὸν φόνον ἐν τοῖς κουρείοις. &c. i. *hæc omnia cùm fecisset* Callippus, *& iurasset, sic deos irrisit, vt exspectato die festo eius deæ, per quam iurarat, eo ipso die cædem admiserit.*

123. *ad maturand.) ad facinus accelerandum, & maturè, id est primo quoque tempore faciendum.* Sallust. *de coniur.* Catil. *facinoris maturandi caussa.* Horat. *lib.* I. *od.* 7. *maturare necem.*

124. *conata)* Nonius, *conatus masc.* Neutro Accius, Atreo, *Ego incipio, conata exsequar.*

125. *in conclaui edito)* Plutarch. καὶ καθεζομένου Δίωνος ἐν οἰκήματι κλίνας τινὰς ἔχοντι μετὰ τῶν φίλων. i. *& cùm* Dio *in conclaui quodam, in quo lecti inerant, cum amicis sederet.*

126. *domum custodib. sæpsit.)* Plutarch. οἱ μὲν ἔξω τὴν οἰκίαν περιίσταντο. i. *alij foris domum circumsteterunt.*

127. *à forib. qui non disc.)* Plutarch. οἱ δὲ πρὸς ταῖς θύραις τοῦ οἴκου, καὶ ταῖς θυρίσιν ἦσαν. i. *alij ad fores domus, & fenestras astabant. Est autem hic ordo, certos præfecit, qui à foribus non discederent. Mendosè porrò legitur in nonnullis codicibus, discedebant.*

128. Philocrati)*immo* Callippus *&* Callicrates *fratres erant, vt diximus, ex aliorum auctoritate.*

129. *vt haberet) cogitans ita facere expedire, vt haberet, &c.*

130. *quò fugeret) quò confugeret.*

131. *Zacynthios adolesc,) sic Plutarch. & Diod. qui ζακυνθίους dicunt fuisse.i. Zacynthios. est autem Zacynthus insula non longè à Cephalenia. Quidam tamē hic legi volunt, Saguntinos. sed Polyb. lib. 3. Saguntum, Ζάκανθαν appellat. quæ vrbs est in finibus Iberiæ & Celtiberiæ, non longè à mari. Non est dissimulandum tamen, videri ex Stephano Saguntū, & Zacynthū vno eodémque nomine apud Græcos significari. sic enim Stephanus, Ζάκυνθος πόλις ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρδάνου. Ὅμηρος. καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος. δευτέρα ἰβηρίας. τρίτη λιβύης.*

132. *inermes) παρῆλθον αἱ δὲ ξιφῶν ἐν τοῖς χιτῶσι. i. ingressi sunt sine gladiis, tunicati.*

133. *sic vt conuen.) id est tanquam conueniendi &c. malim legi, sic vt si conuen. verumtamen nihil muto.*

134. *forib obseratis. forib. clausis. Plutarch fores ab iis, qui erant extrà, clausas, seu potius adductas & attractas esse tradit. οἱ μὲν ἔξω τὰς θύρας ἐπισπασάμενοι, &c. obserare, & reserare, inter se opponuntur: & vtrumque à nomine, sera, factum est.*

135. *colligant) Plutarch. κατεῖχον ἐπιφῶντο, ἢ συνέθλιβον ὡς δ' οὐδὲν ἐποίουν, ᾔτουν ξίφος. i. conabantur continere, & conterere, (vel συνθλίβειν, comprimere, vel πνίγειν spiritum intercludere: quod fortasse significatur per verbum συνθλίβειν) vt autem nihil proficiebant, gladium poscebant.*

136. *singularis potentia) μοναρχία, τυραννίς. Etiam ex hoc loco licet intelligere, huius libri auctorem non vixisse ætate Theodosij, neque omnino vllius superiorū imperatorum, sed in libertate fuisse educatum, & tyrannidi, ac regiæ potestati fuisse inimicum acerrimum.*

137. *vita, qui) vita eorum, qui sic solet loqui Probus.*

138. *facilè intellectu) sic legendum est, non, vt habent codices Veneti, & Florentini, intellecta.*

138. *si propitia) emendata scriptura. nonnulli alij codices habent, prona, &c. mendose opinor: alij pessimè, propiore. Propitia autem, id est placata, non irata, pia. Terent. Adelph. parentes propitij.*

139. *Lyco quidam Syr.) Plutarch. ὀψὲ δὲ Λύκων ὁ Συρακούσιος ὤρεξε διὰ τῶν θυρίδων ἐγχειρίδιον, ᾧ καθάπερ ἱερεῖον, τὸν Δίωνα κρατούμενον πάλαι, καὶ δεδιττόμενον ἀπέσφαξαν. i. mora interposita, Lyco Syracusanus cuidam ex Zacynthiis per fenestram pugionem porrigit, quo, veluti victimam, Dionem, qui iampridem tenebatur, & perterrebatur iugularunt. Diod. lib. 16. Δίωνος τοῦ στρατηγοῦ σφαγέντος ὑπὸ ζακυνθίων τῶν μισθοφόρων. i. Dione imperatore à Zacynthiis conductis iugulato.*

140. *nam celeri rumore dilato) dilato. i. dissipato. sic autem legendum nō delato. sic Plautus dicit, differre famam: & Terent. differre rumorem: cui par est, didere Virgil lib. 7. Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor.*

141 *mirabiliter vulgi) Callippus tamen Dione interfecto principatum excepit, & mensibus tredecim imperauit, vt tradit Diodorus Siculus. Plutarchus verò narrat, eum initio quidem clarum, & illustrem fuisse, & Syracusas tenuisse: sed bre-*

ni post tempore pœnas dedisse, & à Leptine quodam & Polyperchonte eo ipso pugione, quo Dio cæsus erat, percussum interiisse.

142. *ab Acherunte) ab inferis. sic M. Tull. post reditum in senatu. & omneis Metellos præstantiss. ciueis pæne ex Acherunte excitatos,*

143. *in vrbe, celeberrimo loco) malim legi, in vrbis celeberrimo loco. Fuit autem hic eximius honor. nam non solebant veteres quemquam in vrbe sepelire, nisi forte imperatores. Ser. Sulpicius ad M. Cicer. lib 4 epist. ad familiareis. Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui, quòd religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserãt. Idem lib. 5 Tusc. Cuius ego quæstor ignoratum ab Syracusanis, cùm esse omnino negarent, sæptum vndique, & vestitum vepribus, & dumetis indagaui sepulcrum, &c. sequitur, Ego autem cùm omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Acraganas magna frequentia sepulcrorum) animaduerti columellam non multùm è dumis eminentem, &c. Quin apud Homerum, & ceteros poëtas Græcos monumenta omnia etiam regum & principum, sunt extra vrbium portas. exempla proferrem, nisi properarem.*

144. *elatus p.) de hoc verbo suprà. sic autem distinguendum est, elatus publicè: vt illa, in vrbe, vel in vrbis celeberrimo loco, cohæreant cum his. sepulcri monumento donatus est. Præterea hoc sepulcri monumento me suboffendit, putóque vocem, sepulcri, esse suppositam, & delendam. sic Seruius in epistola modò commemorata: postéaque curauimus, vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. & Tusc. V. eodem loco, quem modò indicauimus. tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento inscriptos acceperam, &c. At paullò antè sepulcrum appellarat.*

145. *quartum post annum) cur non dixit quarto post anno? Virgil. Tityro, longo post tempore vénit ad quem locũ lege Seruium. sed vtrumque genus loquendi est vsitatum. M. Tull. lib. 9. epist. ad Att. Hoc scribis post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus. Idem pro Rosc. Amer. aliquot post menses occisus est. Idem alibi Multis pòst annis pecunia recuperata est. Plautus, paucos dies post Tarenti mortuus est.*

IPHICRATES.

Iphicrates Atheniensis non [1] tam genere, aut magnitudine rerum gestarũ, quàm [2] disciplina militari nobilitatus est: fuit enim talis dux, vt non solùm ætatis suę cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. multùm verò in bello est versatus, sæpe exercitibus præfuit, [3] nusquam culpa malè rem gessit, semper consilio vicit, tantúmq; eo valuit, [4] vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit. [5] namque ille pe-

destria arma mutauit, cùm ante illum imperatorem maximis clypeis, breuibúsque hastis, minutis gladiis, vterentur. Ille contrariò[6] peltam pro[7] parma fecit,[8] à qua postea peltastæ pedites appellantur, vt ad motus, concursúsque essent leuiores.[9] hastæ modum duplicauit.[10] gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutauit, & pro ferreis atque æneis [11] lineas dedit. quo facto expeditiores milites reddidit.[12] nam pondere detracto, vt æquè corpus tegerent, & leues essent, curauit. Bellum cum[13] Thracibus gessit:[14] Seuthen socium Atheniensium in regnum restituit.[15] Apud Corinthum tanta seueritate exercitui præfuit, vt nullæ vmquam in Græcia neque exercitatiores copiæ,[16] neque magis dicto audientes fuerint duci: in eámque consuetudinem adduxit, vt, cùm prælij signum ab imperatore esset datum sine ducis opera sic ordinatæ consisterent, vt singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc[17] exercitu moram Lacedæmoniorum[18] intercepit: quod maximè tota celebratum est Græcia. [19] Iterum eodem bello omneis copias eorum fugauit. quo facto magnam adeptus est gloriam.[20] Cùm Artaxerxes[21] Aegyptio regi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Atheniensibus petiuit ducem,[22] quem præficeret exercitui[23] conducto, cuius numerus[24] duodecim millium fuit. quem quidem sic omni disciplina militari erudiuit, vt, quemadmodum quondam[25] Fabiani milites Romani appellati sunt, sic Iphicratenses apud Græcos in summa laude fuerint.[26] Idem subsidio Lacedæmoniis profectus, Epaminondæ retardauit impetus. nam nisi eius aduentus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quàm captam incendio delessent. Fuit autem & animo magno, & corpore: imperatoriáque forma, vt ipso aspectu cuiuis[27] iniiceret admiratio-

nem ſui. ſed in labore[28] remiſſus nimis, parúmque patiens, vt Theopompus memoriæ prodidit. bonus verò ciuis, fidéque magna. quod cùm in aliis rebus declarauerit, tum maximè in[29] Amyntæ Macedonis liberis tuendis. namque[30] Eurydice, mater Perdiccæ & Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confûgit, eiúsque opibus defenſa eſt. Vixit ad ſenectutem placatis in ſe ſuorum ciuium animis.[31] Cauſam capitis ſemel dixit[32] bello ſociali ſimul cum Timotheo, eóque iudicio eſt abſolutus. Meneſthea filium reliquit ex[33] Threſſa natũ,[34] Coti regis filia. Is cùm interrogaretur, vtrùm pluris patrem, matrémne faceret: matrem, inquit. id cùm omnibus mirum videretur: at ille, meritò, inquit, facio. nam pater,[35] quantum in ſe fuit, Thracem me genuit:[36] contrà mater Athenienſem.

IPHICRATES.

NON tam genere, aut magnit.) ſic edendum curaui, rectius, quàm quo modo eſt in vulgatis, quorum alij habent, non tam magnitudine rerum geſtarum, quàm diſc. mil. Alij, non tam genere, quàm magnit. r. g. quàm diſcipl. mil. Fuit autem habitus ſutoris filius. Plutarch. ἀποφθ. στρατηγ. Ἰφικράτης δοκῶν ὑιὸς σκυτοτόμου. i. Iphicrates cùm ſutoris filius haberetur. ſic & Suidas. Significat & Ariſtoteles eum obſcuro genere fuiſſe natum lib. I. rhet. καὶ ὁ Ἰφικράτης αὑτὸν ἐνεκωμίαζε λέγων, ἐξ οἵων ὑπῆρξε ταῦτα. id eſt ex quibus hæc uppeterẽt. ſeu parta eſſent. & eod. lib. infrà, ἐξ οἵων, εἰς οἷα. id eſt ex qualibus, ad qualia perueniſſet. Neque obſtat illud Plutarchi, præceptis politicis, vbi dicit, eum, cùm ab Ariſtophonte dicendi facultate in contione, ſeu in iudicio vinceretur, reſpondiſſe, βελτίων μὲν ὁ τῶν ἀντιδίκων ὑποκριτής, δρᾶμα δὲ τοὐμὸν ἄμεινον. i. melior quidem eſt aduerſariorum actor. ſed mea fabula præſtat. ſignificabat, res ſuas geſtas, & facta ſua eſſe præclara. ſed ab oratione aduerſarij vinci.

2. quàm diſcipl. mil.) fuit tamen idem & bonus rhetor, exſtántque multa apud Ariſtot. in rhet. ex eius orationib. prolata. Suidas. Ἰφικράτης Ἀθηναῖος σκυτέως παῖς, ῥήτωρ καὶ στρατηγός. i. Iphicrates ſutoris filius, Athenienſis rhetor, & imperator.

3. nuſquam culpa male r. g.) Xenophon tamen reprehendit eius conſilium in re militari lib. .. de reb. Gr. in extr. εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι καλῶς ἐστρατήγησε, οὐ ψέγω. ἐκεῖνα μέντοι, ἅ ἐν τῷ χρόνῳ ἐκείνῳ ἔπραξε, ταῦτα εὑρίσκω τὰ μὲν μάτην, τὰ δὲ καὶ ἀσυμφόρως πεπραγμένα αὐτῷ. ἐπιχειρήσας μὲν γὰρ φυλάττειν ἐπὶ τῷ Ὀνείῳ, ὅπως μὴ δύναιντο οἱ Βοιωτοὶ

ἀπελθεῖν οἴκαδε, παρέλιπεν ἀφύλακτον τὴν καλλίστην παρὰ Κεγχρειὰς πάροδον. μαθεῖν δὲ βουλόμενος εἰ παρεληλυθότες εἶεν οἱ Θηβαῖοι τὸ Ὄνειον, ἔπεμψε σκοποὺς τούς τε Ἀθηναίων ἱππέας, καὶ τοὺς Κορινθίους ἅπαντας. &c. i. Si quid igitur aliud ex ratione artis imperatoriæ & militaris rectè gessit Iphicrates, non vitupero. Illa verò, quæ illo tempore gessit, reperio omnia partim frustra, partim inutiliter ab eo esse administrata. Conatus enim in Onéo impedire, ne Bœotij domum reuerti possent, transitum ad Cenchreas sine custodia reliquit. Cùm autem scire vellet, vtrùm Onéum transissent Thebani, nécne, misit explorandi gratia omneis Athenienſium, & Corinthiorum equites. Atqui non minus pauci idonei sunt ad speculandum, quàm multi: & si referre pedem oporteat, multo facilius est paucis, quàm multis & viam expeditam inuenire, & tacitè se recipere. multos autem producere, & admouere ad hosteis, & tamen hostibus numero inferiores, & impares, nónne est magnæ imprudentiæ?

4. vt multa in re mil.) Consentanea his tradit Diodorus Sicul. lib. 13. ex iisdem historicis descripta, vnde Probus expressit. Sic ille. οὐκ ἀνοίκειον δ' ἐστὶ τὰ περὶ τὸν Ἰφικράτης ἀρετῆς ἰδιώματα παραθεῖναι. λέγεται γὰρ περὶ τοῦτον στρατηγικήν τε ἀγχίνοιαν ἐσχηκέναι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀγαθὴν φύσει κεχρῆσθαι διαφόρως. προσλαμβανόμενον οὖν αὐτὸν τὴν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ πολυχρόνιον ἐμπειρίαν τῶν στρατιωτικῶν ἔργων, ἐπινοῆσαι πολλὰ τῶν εἰς τὸν πόλεμον χρησίμων, καὶ μάλιστα τῶν περὶ τὸν καθοπλισμὸν φιλοτιμηθῆναι. i. Non est autem à re alienum, quæ traduntur de Iphicratis virtute, ascribere. hunc enim accepimus, & acumen imperatorium habuisse, & ad omnem inuentionem vtilem natura præstanti vsum esse. Itaque vsu diuturno rerum militarium adiuncto, quem in bello Persico sibi comparauit, cùm multa ad bellum vtilia excogitasse, tum maximè in iis, quæ ad armaturam pertinent, elaborasse, operámque posuisse.

5. namque ille pedestr.) Diod. ibidem. τῶν γὰρ Ἑλλήνων μεγάλαις ἀσπίσι χρωμένων, καὶ διὰ τοῦτο δυσκινήτων ὄντων, συνεῖλε τὰς ἀσπίδας, καὶ κατεσκεύασε πέλτας συμμέτρους, ἀμφοτέρων εὖ στοχασάμενος, τοῦ τε σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, καὶ τοῦ δύνασθαι τοὺς χρωμένους ταῖς πέλταις διὰ τὴν κουφότητα, παντελῶς εὐκινήτους ὑπάρχειν. i. Nam cùm Græci magnis clypeis vterentur, atque iccirco ægrè mouerentur, clypeos contraxit, & peltas fecit magnitudine moderata, & conuenienti commensu, vtrumque præclarè assecutus, & vt illæ satis tegerent corpora, & vt qui peltis vterentur, propter earum leuitatem, agili omnino & mobili corpore esse possent.

6. peltam) pelta, scutum breue est & fere quadratum, aut folij hederæ figuram præ se ferens: denique parma breuius, & mobilius. sic apud Liuium lib. 8. Latini clypeis antea Romanis vsi sunt: deinde posteaquàm stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere, &c.

7. pro parma) Nonius Parma est scutum breue. Sallust. historiar. lib. IIII. Hi locorum perignari, & soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quòd inopia scutorum fuerat, ad ea arte se quisque in formam parmæ equestris armabat. Virgil. lib. VIII. Æn. Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba.

8. à qua postea peltastæ) Diod. ibid. τότε δὲ ἀπὸ τῆς πέλτης πελτασταὶ μετωνομάσθησαν. i. tunc autem à pelta peltastæ nomine mutato dicti sunt, cùm antea diceren-

tur ὁπλῖται. *id est grauioris armaturæ pedites.*

9. *hastæ modum dupl.)* Diod. ηὔξησε τὰ δόρατα ἡμιολίῳ μεγέθει. *i. hastas magnitudine sesquialtera auxit: hoc est tantas fecit, vt totam magnitudinem antiquarum continerent, & præterea dimidiam.*

10. *glad. long. f.)* Diod. τὰ δὲ ξίφη σχεδὸν διπλάσια κατεσκεύασε. *i. gladios autem propemodum duplo maiores fecit.*

11. *lineas) fuerunt tamen & heroicis temporibus* λινοθώρηκες, *id est milites, qui vterentur thoracibus lineis, vt testatur* Hom. Il. β *de* Aiace Oileo. ὀλίγος μὲν ἔην λινοθώρηξ. *Nonnulli legunt hîc, linteas, & ita habent exempla* Germanica. *sed non admodum interest, vtro modo legas.*

12. *nam pondere detracto, vt æquè corp. tegerent) sic* Diod. τό τε σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, *&c. nam suprà retulimus. sic autem legendum esse, non vt habent libri* Veneti *&* Florentini, *quódque corpus tegeret, &c. neque vt* Germ. *quod æquè corpus tegeret, &c. &* Diodori *verba, & scripturæ varietas, & sententia, declarant.* Hoc *enim significat* Probus, *loricas ab* Iphicrate *repertas, pondere detracto, nihilo minus corpus texisse, quàm antiquas, & fuisse præterea leuiores. quod consentaneum est cum iis, quæ scripsit* Diodorus.

13. *bellum cum Thracib. gess.) vel ex* Frontino, Iphicratē *bellum gessisse aduersus* Thracas *intelligere licet: qui hoc scribit de* Iphicrate *lib.* I. *Strategem cap.* 6. Iphicrates *cùm propter condicionem locorum, lōgum agmen deduceret, & nuntiatum ei esset, hosteis summum agmen aggressuros, cohorteis in vtraque latera secedere, & consistere iussit, ceteros fugere, & iter maturare. transeunte autem toto agmine, certissimos quosque retinuit, & ita passim circa prædam occupatos hosteis, iam etiam fatigatos, ipse recentibus & ordinatis suis aggressus fudit, exuitque præda. Exstat & aliud eiusdē strategema in eosdē apud eundē lib.* II *cap.* 12. *Præterea* Æschines *in oratione* περὶ παραπρεσβείας. *non longè à princip. ait* Iphicratē *imperatorem ab* Athieniensib. *suffragio esse creatum aduersus* Amphipolim, *quæ est vrbs* Thraciæ. Xenoph. *lib.* 4. *de reb.* Gr. *in extr. tradit,* Iphicratem *occiso* Thrasybulo, *in* Thraciam *ab* Atheniēsib. *missum esse, ibique cum* Lacedæmoniis, *duce* Anaxibio, *commisso prælio, superiorem discessisse,* Anaxibiúmque *occubuisse cum ducētis* Lacedæmoniis, *& decem harmostis, id est, præfectis: quo facto* Iphicratem *in* Cherronesum *reuertisse. quod &* Frontinus *lib.* 2. *Strateg. cap.* 5. *retulit. Postremò* Polyænus *lib.* III *strateg. profert aliquot* Iphicratis *strategemata, quibus in* Thracia *vsus sit: ex quibus vnum exempli causa referamus.* Ἰφικράτης ἐν Θρᾴκῃ προσκαθημένων τῶν πολεμίων ἐνέπρησε νύκτωρ τὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων ὕλην, καὶ τὰ σκευοφόρα, καὶ πολλὰ τῶν τετραπόδων καταλιπὼν, ὡς καπνοῦ σκοτεινοτέραν τὴν νύκτα ποιοῦντος, ἀνεχώρησεν εἰς τόπον δασὺν καὶ σύσκιον. ἡμέρας δὲ γενομένης οἱ Θρᾷκες ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες, οὐδένα τῶν ἐναντίων εὑρόντες ὥρμησαν ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν τετραπόδων καὶ τῶν σκευοφόρων. Ἰφικράτης δὲ ἐπιστρέψας ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐκ τοῦ χωρίου συντεταγμένος, καὶ τοὺς πολεμίους ἐνίκησε, καὶ τὰ σκευοφόρα ἔσωσεν. *id est,* Iphicrates *in* Thracia *cum assidētes sibi instarent hostes, noctu siluam inter duo castra interiectam incendit: & multis iumentis, quæ impedimenta gerebant, multísque quadrupedibus relictis, cùm fumus noctem tenebrosiorem redderet, se in locum densum, & opacum re-*

cepit. Die autem postero mane Thraces cùm in eius castra venissent, nullo Graeco homine reperto, sese ad direptionem quadrupedum & veterinorum contulerũt. Iphicrates ex illo loco eruptione facta compositus, ordinatus, atque instructus dispersos ac dißipatos adortus hosteis superauit, & veterina cum impedimentis recuperauit, ac seruauit.

14. Seuthen) sic legendum, atque hoc modo impressum est in exemplis Germanicis, non Scotym, quomodo habent Veneta, & Florentina. Seuthen autẽ & Medocum, Thraciæ reges, commemorat Diodorus Sicul. lib. 14. & Thrasybulum cũ eis societatem fecisse tradit. De his diximus nonnulla in Alcib.

15. apud Corinthum) de bello Corinthio dicentur nonnulla in Agesilao. Apud Corinthum autem Iphicratem bellum geßisse, etiam ex Polyæno eodem libro cognoscere licet, ibi. Ἰφικράτης ὄντος ἐν Κορίνθῳ, &c. & ibi, Ἰφικράτης ἐν Κορίνθῳ πυθόμενος, ὡς οἱ τἀναντία φρονοῦντες μισθοφόρους ἐκ Λακεδαίμονος νύκτωρ ἐκδέχεσθαι μέλλοιεν, &c. id est, Iphicrates Corinthi cùm audisset, Corinthios eos, qui aliis partibus studebant, noctu mercenarios milites ex Lacedæmone esse recepturos, &c.

16. neque magis dicto aud) id est neque magis obedientes. sic suprà locutus est in Dione, & itemalibi. Has copias. quæ constabant ex peltastis, sic horrebant Arcadum milites grauioris armaturæ, (quod tradit Xenophon lib. 4. de reb. Gr.) vt pedem conferre cum eis non auderent: contrà sic Lacedæmonios timebant Iphicratis peltastæ, vt intra telorum tactum non prodirent in aciem. Itaque Lacedæmonij salsè peltastas illos audebant his verbis illudere, atque irridere, socios suos sic perterreri à peltastis, vt pueri à laruis, aut lemuribus. sic Xenophon. ὥστε οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐπισκώπτειν ἐτόλμων, ὡς οἱ σύμμαχοι φοβοῖντο τοὺς πελταστὰς, ὥσπερ μορμόνας παιδάρια, &c. Commemorat & Diod. Siculus aliquot fortia, & præclara Iphicratis ad Corinthum facinora, lib. 14. ibi. μετὰ δέ τινας ἡμέρας τῶν Λακεδαιμονίων μέρος, &c quem locum mox suo loco referemus. Non esse autem artis militaris partem minimam, milites efficere duci dicto audienteis, constat.

17. hoc exercitu moram Lacedæm.) mora, vox Græca est, hoc primùm: deinde valet idem, quod μέρα, hoc est pars, quòd sit pars exercitus. Vtebantur autem hac voce Lacedæmonij maximè, & Dores. Et constabat μόρα vel, vt quidam volunt quingentis militib. vel, vt alij, septingentis: vel, vt alij, nongentis. Itaque Diod Siculus loco, quem proximè indicaui, si eadem res ibi à Diod. narratur, quæ hîc à Probo significatur, μέρος appellat. sic Diodorus. μετὰ δέ τινας ἡμέρας τῶν Λακεδαιμονίων μόρος τῆς στρατιᾶς διῄει διὰ τῆς Κορινθίας χώρας· οἷς Ἰφικράτης, καί τινες τῶν συμμάχων ἐπιθέμενοι, τοὺς πλείστους ἀνεῖλον. i. post aliquot dies pars Lacedamoniorum exercitus iter faciebat per agrum Corinthium: quos cùm Iphicrates, & nonnulli ex sociis adorti essent, plurimos eorum interfecerunt. Andromachus, siue auctor incertus etymologici, Μόρα, inquit, τάγμα στρατιωτικὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις, οὕτω λεγόμενον. καὶ εἴρηται παρὰ τὸ μείρω μόρα, ἐπὶ μέρους ὄχλων, ὡς σπείρω σπεῖρα. ἔστι δὲ ἡ μόρα, τάξις ἐξ ἀνδρῶν πεντακοσίων, ἢ ἑπτακοσίων, ἢ ἐννακοσίων. Id est, Mora est ordinatio hominum militaris apud Lacedæmonios, dicta à verbo μείρω, quod valet partior, seu diuido, habétque locum in parte aliqua multitudinis, vt à σπείρω σπεῖρα. Est autem mora, multitudo ordinata ex quingentis viris, aut septingentis, aut nõ-

centis. Hæc ille. Xenophon huius cohortis casum & cladem multis verbis exponit lib. 4. de reb. Gr. & vtitur hoc ipso vocabulo Græco, quod vsurpauit Probus: ibi. ἐγένετο δὲ τὸ τῆς μόρας πάθος τρόπῳ τοιῷδε, &c. Esset enim longum ea referre: sed hæc summa est: Iphicratem cum Callia Hipponici filio, qui erant Corinthi, Lacedæmoniorum cohortem incautam ad Lechæum intercepisse, & ad trecentos viros interfecisse. Commemorat & Pausanias in Laconicis pag. VIII & μοῖραν appellat. ταύτην τὴν μοῖραν ἐπιθέμενοι κατὰ ὁδὸν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἰφικράτης διέφθειραν: id est, hanc manum, seu cohortem in itinere adorti Athenienses duce Iphicrate interfecerunt. De mora, hoc est περὶ μόρας, seu μοίρας, lege Plutarch. in Pelopida, ibi. ἦσαν δὲ δύο μόραι λακεδαιμονίων. τὴν δὲ μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησίν, &c. sexta fere pagina. Xenophon de Lacedæmoniorum rep. ἑκάστη δὲ τῶν πολιτικῶν μορῶν ἔχει πολέμαρχον ἕνα, λοχαγοὺς τέσσαρας, πεντηκοστῆρας ὀκτώ, ἐνωμοτάρχους ἑκκαίδεκα, &c. i. vnaquæque autem ciuilium cohortium habet polemarchum: id est belli præfectum, vnum: manipuli duces, seu tribunos quattuor, centuriones octo, turmæ ductores sexdecim. Commemorat & hanc Iphicratis rem gestam Plutarchus libello πότερον Ἀθηναῖοι, &c. in extr. καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ περὶ Λέχαιον Ἰφικράτης κατέκοπτε τὴν λακεδαιμονίων μοῖραν, &c. i. & interea dum Iphicrates Lacedæmoniorum cohortem concidebat, &c. Et Æschines in orat. κατὰ Κτησιφ. καὶ πύθου παρ' αὐτῶν διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοσαν, καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν. ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται, ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν. Ἰφικράτει δὲ, ὅτι μοῖραν λακεδαιμονίων ἀπέκτεινεν, &c. i. & quære à iudicibus quamobrem præmiis eos affecerint, & statuas eis statuerint. Omnes enim vno tempore tibi respondebunt, Chabriæ statuam donasse, propter pugnam naualem ad Naxum commissam: Iphicrati, quia cohortem Lacedæmoniorum concidit. Et item Plutarchus in Agesilao, ἧκον δέ τινες ἀγγέλλοντες αὐτῷ τὴν μόραν ὑπὸ Ἰφικράτους κατακεκόφθαι. i. venerunt autem quidam ei nuntiantes moram, id est cohortem, seu partem certam exercitus ab Iphicrate esse concisam.

18. intercepit) id est incautam & imparatam occupauit. quidam legi volunt, interfecit. ego nihil muto: quamquam eis, qui interfecit, legi volunt, suffragatur Æschines, & alij.

19. Iterum eod. bello, &c.) nec vbi, nec quando hoc prælium commissum sit, vsquam reperio: nisi forte id significat, quod narrat Xenophon lib. VI. de reb. Gr. non longè admodum à princip. Iphicratem decem triremibus, quæ à Dionysio Lacedæmoniis Anippo duce subsidio mittebantur, non longè à Cephalenia, vnà cũ viris omnibus, interceptis, & nauibus nonaginta ex Corcyra assumtis, in Cephaleniam nauigasse, & ab illius insulæ ciuitatibus pecunias partim libentibus obtinuisse, partim inuitis extorsisse, iisque rebus gestis agros Lacedæmoniorum populatum esse ac vastasse, vrbeisque aduersariorum Atheniensibus voluntarias adiunxisse: quæ noluerint se dedere, iis bellum intulisse. Quo loco Iphicratis belli gerendi rationem, & scientiam rei militaris laudat Xenophon. sic enim ille. ἐγὼ μὲν οὖν ταύτην τὴν στρατηγίαν τοῦ Ἰφικράτους οὐχ ἥκιστα ἐπαινῶ. i. ego vero hanc rationem belli gerendi, & artem ducendi exercitus, eorum, quæ sunt laudanda in Iphicrate, non minimè laudo.

20. *Cum Artaxerxes)* Diodorus Siculus lib. 15. tradit, Pharnabazum Artaxerxis præfectum, legatos ad Athenienses misisse, qui & Chabriã accusarent, quòd Ægyptiorum regi Acori, populi iniussu operam daret, atque ita regem Persarum à populo Atheniensi alienaret: & Iphicratem à populo imperatorem postularet. Athenienses verò studentes Persarum regem sibi adiungere, & Pharnabazi beniuolentiam sibi conciliare, celeriter & Chabriam reuocarunt, & Iphicratem ad Pharnabazum miserunt, vt Persæ eo adiutore vterentur. verba Diodori sunt hæc, si quis forte desiderabit. Φαρνάβαζος δ᾽ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποδεδειγμένος στρατηγὸς ἐπὶ τῆς περσικῆς δυνάμεως παρασκευὰς μεγάλας ἐποιεῖτο τὴν πρὸς πόλεμον χρημάτων. ἐξέπεμψε δὲ καὶ πρὸς Ἀθηναίους πρέσβεις, κατηγορῶν μὲν Χαβρίου, ὅτι τῶν Αἰγυπτίων ἡγούμενος ἀπαλλοτριοῖ τὴν τοῦ βασιλέως εὔνοιαν ἀπὸ τοῦ δήμου, παρακαλῶν δὲ στρατηγὸν Ἰφικράτην αὐτῷ δοῦναι. οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι βουλόμενοι τὸν βασιλέα τῶν περσῶν εἰς εὔνοιαν προσαγαγέσθαι, καὶ τὸν Φαρνάβαζον ἰδιοποιήσασθαι, ταχέως τὸν μὲν Χαβρίαν ἐξ Αἰγύπτου μετεπέμψαντο, καὶ τὸν Ἰφικράτην στρατηγὸν ἐξαπέστειλαν συμμαχήσοντα τοῖς πέρσαις. Tradit autem idem ibidem, bellum intulisse Artaxerxem regi Ægyptiorum Q. Crasso, Ser. Cornelio, Sp. Papyrio, Fabio Alb. tribunis pro consulib. Sed parum Persis profuit Iphicrates, non sua, sed Pharnabazi culpa, qui Iphicrati bene monenti, & præcipienti obtemperare noluit, vt tradit Diod. eod. lib. infrà.

12. *Ægypt. regi)* Acori.

22. *quem præficeret)* Diod. ibid. ἡγοῦντο δὲ τῆς δυνάμεως Φαρνάβαζος μὲν τῶν βαρβάρων, Ἰφικράτης δ᾽ ὁ Ἀθηναῖος τῶν μισθοφόρων, ὄντων δισμυρίων. i. præerant autem copiis Pharnabazus quidem barbaricis, Iphicrates verò Atheniensis, cõductitiis, hoc est Græcis, qui erant numero vicies mille. Lubet huc ascribere, quod tradit Diodorus eod. lib & loco. (Græca autem verba Latinè reddam, vt tãto sim breuior) fuisse hunc virum (Iphicratem significat) A rege Persarum Athenis euocatum, & exercitui præpositum propter artem, & virtutem imperatoriam: cùm autem Pharnabazus annos duos in exercitu comparando, ceterisque rebus apparandis consumsisset, Iphicratem videntem eum esse lingua quidem, & dicendi facultate promtum atque expeditum, in rebus agendis verò segnem ac tardum, libertate orationis apud eum vsum esse, & dixisse, mirari se, quare ille oratione quidem esset impiger, & celer, factu verò piger, & cunctabundus: illum autem respondisse, quia orationis quidem & verborum ipse dominus esset, factorum verò Artaxerxes.

23. *conducto)* alij libri habent, conductitio: quam scripturam probo. vtitur eadem voce & in Chabria, princip.

24. *duodecim mill.)* immò XX. millium, ex Diod. Siculo.

25. *Fabiani milites)* Festus, si forte illa ad hunc locum pertinent, Fabiani, & Quintiliani (inquit) appellabãtur à Fabio, et Quĩtilio, præpositis suis. nihil aliud de Fabianis compertum habeo. Sed, quòd dicit hîc Probus, Iphicratis milites sic omni disciplina militari fuisse eruditos, libet huc ascribere quæ in hanc sententiam tradit Polyænus lib. III. de Iphicratis arte & diligentia, quam adhibere solebat in militibus erudiendis atque exercendis. Sic igitur ille. Ἰφικράτης πολλάκις ἐγύμναζε τοὺς στρατιώτας, μηχανώμενος ψευδοβοηθείας, ψευδενεδρίας, ψευδοπροδοσίας,

ψευδαυτομολίας, ψευδεφόδους, ψευδοπανικά, ἵν' ἀεί ποτε, κἂν τοιοῦτό τι γένοιτο, μηδαμῶς πτοῶνται: id est, Iphicrates variè milites exercebat, falsa auxilia excogitans, seu machinans, falsas insidias, falsas proditiones, falsa ad hosteis transfugia, falsas hostium irruptiones, falsos terrores Panicos, vt semper, si quid aliquando tale accideret, præparati essent, & ne vllo pacto permouerentur. Idem ibidem. οὐ μὴν ἐπέτρεπεν αὐτοῖς οὐδὲ σχολάζειν, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ πόλεμος ἦν, ἀεὶ τὸ στρατόπεδον, ἢ ὀρύττειν, ἢ θορυβεῖν, ἢ δένδρα κόπτειν, ἢ ἅμαξαν ἄγειν, ἢ μετασκευάζειν, ὡς ἐν τῇ σχολῇ νεωτερίζειν βουλομένων. id est, numquam sinebat eos otiari, aut cessare, sed etiam si bellum non esset, semper eos iubebat aut aliquid fodere, aut fossas ducere, aut arbores cædere, aut castra mouere, aut vasa colligere, & transferre, tanquam in otio homines rebus nouis studere fere velint.

26. idem subsidio Laced.) post cladem Leuctricam, victorib. Thebanis, quorum dux erat Epaminondas: qua accepta, Lacedæmoniorum opes afflictæ sunt. Debent autem ex illo Lacedæmoniorum casu documentum capere reges, & ciuitates, quanta sit vis necessitatis & fortunæ, quantáque imbecillitas, & inconstantia rerum humanarum. Nam Lacedæmonij, qui paucis antè annis vrbis Athenarum muros diruerant, eósque refici vetuerant, tyrannos triginta imposuerant, de vrbe funditus euertenda, & aratro subigenda, & compascua reddenda deliberarũt: hi clade illa accepta, suis opibus fractis, à sociis omnibus deserti, ad eos ipsos, quos miserabilem in modum affecerant, confugere, ab iisque supplices auxilium petere coacti sunt: Athenienses autem tantam animi magnitudinem, & humanitatem in eos præbuerunt, vt, à quibus grauissimis detrimentis, atque iniuriis affecti fuerant, iis neque præteritorum malorum memores, neque Thebanorum potentia, quorum inimicitias erant suscepturi, deterriti, auxilium ferendum censuerint, duodecimque hominum millia subsidio miserint, quibus Iphicratem imperatorem præfecerunt. Hæc fere ex Diod. Siculo lib. 15.

27. Epaminondæ ret.) Hac de re in Epaminonda fortasse dicetur.

27. iniiceret admirat.) pulchrè dictum, pro excitaret, quo potius M. Tull. vti solet. Sic dicimus Latinè, iniicere timorem, spem, suspicionem, studium, &c.

28. remissus) ἀνειμένος, laxus, languidus.

29. Amyntæ) cuius filius Philippus, pater Alexandri Magni. Hic Amyntas autem Pausaniam Macedoniæ regem Aëropi regis filium interfecit: regnauitque annos XXIIII. Diod lib. 14.

30. Eurydice mater Perd.) Æschines in oratione περὶ παραπρεσβ. multis verbis hanc historiam narrat: cuius verba appingemus. sic igitur Æschines non longè à princip. referens quæ, legatus cùm esset in Macedonia, dixerit Philippo. ἀφικομένου δ' εἰς τοὺς τόπους Ἰφικράτους μετ' ὀλίγων τὸ πρῶτον ἐπὶ κατασκοπὴν μᾶλλον τῶν πραγμάτων, ἢ πολιορκίαν τῆς πόλεως, ἐνταῦθα, ἔφην ἐγώ, μετεπέμψατο αὐτὸν Εὐρυδίκη ἡ μήτηρ ἡ σή. καὶ ὥς γε δὴ λέγουσιν οἱ παρόντες πάντες, Περδίκκαν μὲν, τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν καταθεῖσα εἰς τὰς χεῖρας τὰς Ἰφικράτους, σὲ δὲ εἰς τὰ γόνατα τὰ ἐκείνου θεῖσα παιδίον ὄντα, εἶπεν, ὅτι Ἀμύντας ὁ πατὴρ τῶν παίδων τούτων, ὅτ' ἔζη, υἱὸν ἐποιήσατο σὲ, τῇ δὲ Ἀθηναίων πόλει οἰκείως ἐχρήσατο. ὥστε συμβαίνει σε καὶ ἰδίᾳ τῶν παίδων τούτων γεγενῆσθαι ἀδελφόν, καὶ δημοσίᾳ φίλον ἡμῖν εἶναι. καὶ μετὰ ταῦτα ἤδη, δέησιν ἰσχυρὰν ἐποιεῖτο καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ

ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, καὶ ὅλως ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἰφικράτης ἐξήλασε Παυσανίαν ἐκ Μακεδονίας, καὶ τὴν δυναστείαν ὑμῖν ἔσωσε. *i. Cùm autem* Iphicrates *in ea loca peruenisset, cum paucis initio quidem ille nauibus, & ad res explorandas potius, quàm ad vrbem obsidendam, tum (inquam ego) eum arcesiuit* Eurydice, *mater tua, atque, vt aiunt omnes. qui aderant,* Perdicca *fratre tuo in manus* Iphicratis *tradito, te in eiusdem genibus, quia paruulus puer eras, collocato, ita locuta est:* Te, Iphicrates, Amyntas *horum puerorum pater, cùm viuebat, filium adoptauit: cum* Atheniensium *autem ciuitate magnus ei vsus erat, magnáque necesitudo intercedebat. Quare euênit tibi, vt & priuatim sis horum puerorum frater, & publicè nobis amicus. Atque hæc locuta, te iam & pro vobis, & pro se, & pro imperio, & omnino pro salute omnibus precibus obsecrauit, atque obtestata est.* Iphicrates *autem his auditis, &* Pausaniam *ex* Macedonia *expulit, & vobis imperium conseruauit.*

31. *Causam capitis) proditionis accusatus. hac de re in* Timotheo: *vbi narrat* Probus, Timotheum *esse damnatum. non pugnant autem hæc cum iis, quæ tradit* Diodorus *lib. 15.* Iphicratem *accusatum esse à* Pharnabazo, *quòd eius culpa Ægyptum capere non potuerit. non enim dicit* Diodorus, Iphicratem *reum fuisse, & causam dixisse apud ciueis suos, accusante* Pharnabazo, *sed primùm, missos esse legatos à* Pharnabazo, *qui* Iphicratem *accusarent, quasi eius culpa Ægyptus capta non esset: deinde* Athenienseis Persis *respôdisse, se de* Iphicrate *supplicium sumturos, si eum peccasse comperissent: postremò ipsos* Iphicratem *breui pòst tempore classi præfecisse. sic* Diod. ὁ δὲ Φαρνάβαζος πρέσβεις ἐκπέμψας κατηγόρει τοῦ Ἰφικράτους, ὡς αἰτίου γεγονότος τοῦ μὴ καταληφθῆναι τὴν Αἴγυπτον. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοῖς μὲν Πέρσαις ἀπόκρισιν ἔδωκαν, ὅτι ἐὰν εὕρωσιν αὐτὸν ἠδικηκότα, κολάσουσι κατὰ τὴν ἀξίαν· αὐτοὶ δὲ μετ' ὀλίγον χρόνον στρατηγὸν κατεστήσαντο Ἰφικράτην ἐπὶ τὸ ναυτικόν. *Causam autem apud ciueis suos simul cum* Timotheo *dixisse* Iphicratem, *& multatos esse, tradit idem* Diod. *lib. 16. ibi,* οἱ δὲ Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες ἐζημίωσαν αὐτοὺς πολλοῖς ταλάντοις, καὶ τῆς στρατηγίας ἀπέλυσαν. Athenienses *autem irati* Iphicratem *&* Timotheum *in iudicium vocatos multis talantis multarunt, & imperandi munere abdicarunt.* Polyænus *cum* Probo *cõgruens* Iphicratem *& accusatum esse significat, & absolutum. Sed operæ pretium est, qua ratione iudicium effugerit, eadem opera ex eodem cognoscere. Sic igitur ille.* Ἰφικράτης θανάτου δίκην φεύγων παρεστήσατο νεανίσκους ἐγχειρίδια κατέχοντας, οἳ παραφαίνοντες τοῖς δικασταῖς τὰς λαβὰς, οὕτως αὐτοὺς κατέπληξαν, ὥστε φοβηθέντες ἀπεδίκασαν τὴν δίκην. *id est,* Iphicrates *capitis reus factus collocauit iuuenes aliquot pugionibus instructos, qui iudicibus capulos ostendẽtes tantum eis timorem iniecerunt, vt illi perterriti* Iphicratem *absoluerint. Idem ibidem tradit, cùm esset illi post absolutionem obiectum, eum vi iudicibus illata, & timore armorum iniecto, absolutum esse, ita respondisse: næ ego valde stultus sim, si pro* Atheniẽsibus *strenuè bella geram, pro me verò non item fortiter decertem. Ad hanc rem fortasse etiam pertinet illud, quod est apud* Aristotelem *lib. 2. de arte dicendi, vbi loquitur de locis, non admodum longè ab extremo.* Ἄλλος ἐκ τῶν εἰρημένων καθ' αὑτοὺς, πρὸς τὸν εἰπόντα. διαφέρει δὲ ὁ τρόπος· οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ· ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα, ἐπερόμενος, εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν. οὐ φά-

σκοντος δ' εἶτα, φησί, σὺ μὲν Ἀριστοφῶν ὤν, οὐκ ἂν προδοίης· ἐγὼ δ' ὢν Ἰφικράτης προδοίην ἄν; id est, Alius locus ex iis, quæ conuenienter ipsorum moribus dicta sunt, aduersus eum ipsum, qui prior dixit, & laceßiuit: quale est illud in Teucro: quo vsus est Iphicrates in Aristophontem, qui interrogauit eum, an ob pecuniam naueis prodere animum induceret. quod cùm ille negasset: Et tu, qui es Aristophon, non proderes: ego, qui Iphicrates sum, proderem? Eundem locum tractans Quintilianus lib. V. cap. XII. ita scribit. His quidam probationes adiiciunt, quas παθητικὰς vocant, ductas ex affectibus. Atque Aristoteles quidem potentißimum putat ex eo, qui dicit, si sit vir optimus: quod vt optimum est, ita longè quidem, sed sequitur tamen, videri. Inde illa nobilis Scauri defensio, Q. Varus Sucronensis ait Æmilium Scaurum remp. populi Rom. prodidisse: Æmilius Scaurus negat. Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cùm Aristophontem, quo accusante, similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia remp. proditurus esset, ísque id negasset: Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci?

32. bello sociali) de bello sociali dicemus in Chabria.

33. Tressa) ex muliere Thressa, id est in Thracia nata. ἐκ Θρᾴσσης γυναικός. Sic autem legendum, non, vt vulgo, Tarsa, vt habent exempla Veneta, & Florẽtina.

34. Coti regis filia) Κότυν vocant Græci. Probus autem Latina inflexione tertia, Cotum dixit. alij hîc Cotyis legi volunt, cum quibus non pugnabo, sed Coti non improbo.

35. quantum in se fuit) quia vxorem duxit Thressam.

36. contrà mat. Athen.) quia mater nupsit Atheniensi.

CHABRIAS.

CHabrias Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus,[1] résque multas memoria dignas geßit. Sed ex his elucet maximè[2] inuentum eius in prælio, quod apud Thebas fecit, cùm Bœotiis subsidio venisset. namque in ea victoria fidentem[3] summum ducem Agesilaum, fugatis iam ab eo conductitiis cateruis,[4] reliquam phalangem loco vetuit cedere,[5] obnixóque genu scuto,[6] proiectáque hasta impetum excipere hostium docuit. Id nouum Agesilaus intuẽs, progredi non est ausus, suósque iam incurrenteis[7] tuba reuocauit. Hoc vsque eò in Græcia[8] fama celebratum est,[9] vt illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publicè ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, vt postea athletæ, ceteríque artifices his statibus in statuis

[10]ponendis vterentur, in quibus victoriam essent adepti. Chabrias autem multa in Europa bella administrauit, cùm dux Atheniensium esset: [11]multa in Aegypto sua sponte gessit. nam[12] Nectanebum adiutum profectus, regnum ei constituit.[13] Fecit idem Cypri, sed publicè ab Atheniensibus Euagoræ adiutor datus. neque prius inde discessit, quàm totam insulam bello deuinceret. qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim[14] bellum inter Aegyptios & Persas conflatum est: &[15] Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant, Lacedæmonij cum Aegyptiis. à quibus magnas[16] prædas Agesilaus rex eorum faciebat. Id [17]intuens Chabrias cùm in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos adiutum profectus, Aegyptiæ classi præfuit:[18] pedestribus copiis Agesilaus. Tum[19] præfecti regis Persiæ legatos miserunt Athenas questum, quòd Chabrias aduersum regem bellum gereret cum Aegyptiis.[20] Athenienses diem certam Chabriæ præstituerunt,[21] quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque[22] ibi diutius est moratus, quàm fuit necesse. Non enim libenter erat[23] ante oculos ciuium suorum, quòd & viuebat lautè, & indulgebat sibi liberalius, quàm[24] vt inuidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis,[25] liberísque ciuitatibus, vt inuidia gloriæ comes sit. & libenter de iis detrahunt, quos emergere videant altius: neque animo æquo pauperes alienam[26] opulentum[27] intuentur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat,[28] plurimùm aberat.[29] Neque verò solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes ferè principes fecerunt idem: quòd tantùm se ab inuidia putabant[30] afuturos, quàtùm à conspectu suorum recessissent. Itaque Conon pluri-

potestate Lacedæmoniorum erant. Sed miris effert laudibus victoriam eius naualem, qua ad Naxum insulam potitus est, deuicta, & fugata Lacedæmoniorum classe, cui præerat Pollis. Itaque post illius pugnæ descriptionem, & prædicationem, subiicit ad extremum. Χαβρίας μὲν οὖν ἐπιφανῆ ναυμαχίαν νικήσας, κατέπλευσε μετὰ πολλῶν λαφύρων εἰς τὸν Πειραιέα, καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχε παρὰ τοῖς πολίταις· μετὰ γὰρ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, Ἀθηναῖοι ταύτην πρώτην ναυμαχίαν ἐνίκησαν. τὴν γὰρ περὶ Κνίδον οὐκ ἰδίᾳ διηγωνίσαντο, τῷ δὲ βασιλικῷ στόλῳ χρησάμενοι, προενίκησαν. *i: Chabrias igitur insigni victoria nauali potitus, reuectus est multis spoliis ornatus in Piræeũ, valdéque honorificè, & cum magna omnium gratulatione à ciuitate exceptus est. namque hac prima post bellum Peloponesiacum victoria Athenienses potiti fuerant. pugnam enim naualem ad Cnidum non ipsi propriè pugnauerant, sed classe regia freti, superiores fuerant. Quibus consentanea sunt quæ scribit Plutarchus in Phocione, ibi.* ταύτην οὖν ἰδίαν ναυμαχίαν ἡ πόλις αὐτὴ δι' αὑτῆς ἀγωνισαμένη τοῖς Ἕλλησι μετὰ τὴν ἅλωσιν, καὶ κατατυχοῦσα, τόν τε Χαβρίαν ὑπερηγάπησε, καὶ τοῦ Φωκίωνος, ὡς ἀνδρὸς ἡγεμονικοῦ, λόγον ἔσχε. *i. Cùm igitur pugnam illam naualem primam ipsa per se ciuitas pugnasset post vrbem captam, & ex sententia rem gessisset, Chabriam plurimùm dilexit, & Phocionis, qui eum secutus erat, tanquam viri principatu digni, rationem habuit. Idem in Camillo.* πέμπτῃ δὲ φθίνοντος ἐν Ἀρβήλοις, Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. *i. Quinto autem die mensis intereuntis, seu decrescentis, id est XXVI. die mensis Boëdromionis. i. sextilis, seu septembris, quo die Chabrias præerat exercitui, circiter plenilunium, &c. refert hanc Chabriæ, Atheniensiúmque victoriam & Xenophon lib. 5. de reb. Gr. sub extr.*

2. *inuentum eius) de quo mox dicetur.*

3. *summum ducem Ages.) de quo in Agesilao.*

4. *reliquam phal. loco vet. ced.) Diod. lib. 15. hanc pugnam, atque hanc artem Chabriæ sic narrat.* Χαβρίας δὲ ὁ Ἀθηναῖος τῶν μισθοφόρων ἀφηγούμενος παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις δέχεσθαι τοὺς πολεμίους καταπεφρονηκότως, ἅμα καὶ ἐν τῇ τάξει μένοντας, καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας ἐν ὀρθῷ τῷ δόρατι μένειν. ὧν ποιησάντων πρὸς τὸ παραχθὲν, ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς παραγγέλματος, ὁ Ἀγησίλαος θαυμάσας τήν τε εὐταξίαν τῶν πολεμίων, καὶ τὴν καταφρόνησιν, τὸ μὲν βιάζεσθαι πρὸς ὑπερδεξίους τόπους, καὶ συναναγκάζειν τοὺς ἐναντίους, ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι πρὸς τὸν ἐκ χειρὸς κίνδυνον, οὐκ ἔκρινε. πεῖραν δὲ λαβὼν ὅτι τολμήσουσιν ἀναγκαζόμενοι διαγωνίζεσθαι περὶ τῆς νίκης, ἐν τῷ πεδίῳ προεκαλεῖτο. *i. Chabrias autem Atheniensis, conductitiis militibus præfectus, significauit suis, vt hosteis sustinerent, & exciperent contemtim, vnóque tempore & locum tenentes, & clypeos ad genu acclinantes, porrecta, seu erecta hastis manerent. qui cùm quod iussi erant, fecissent, quasi vna significatione, & cohortatione intellecta, Agesilaus hostium & ordinem rectum, & contemtum admiratus, vim quidem eis afferre iniquo loco & arduo, cogeréque aduersarios, forteis & strenuos esse in certamine comminus ineundo, non putauit expedire. expertus autem, eos, si cogantur, de victoria ausuros dimicare, in planitiem prouocabat. Refert & Polyænus lib. 2. strategem. his verbis.* Λακεδαιμόνιοι Θηβαίοις ὁμοῦ παρετάσσοντο. τὸ μὲν δυνυ-φθεὶς πλαγιασμὸν τοῖς Λάκωσιν ἀχρεῖον ἦν. τὴν δὲ φάλαγγα ὅλην ἐπάγειν ἔδοξεν Ἀγησιλάῳ.

Χαβρίας Ἀθηναίοις, Γοργίας Θηβαίοις παρήγγειλαν μὴ προσδραμεῖν, ἀλλὰ μένειν ἐν τάξει, τὰ μὲν δόρατα ὀρθὰ προτείνοντας, τὰς δὲ ἀσπίδας εἰς γόνυ προσερείσαντας. Ἀγησίλαος δὲ καταπλαγεὶς τὸ σύστημα τῆς μάχης, ἀνεχώρησε, στρατηγικὸν ἡγούμενος πολεμίων ῥώμην φυλάξασθαι. id est, Lacedæmonij aduersus Thebanos & Athenienseis in acie stabant. Pedites igitur leuioris armaturæ, & peltastæ, seu scutati, seu scutigeri Lacedæmoniis erant inutiles. Itaque visum est Agesilao phalangem totam in aciē producere. At Chabrias Atheniēsibus, Gorgias Thebanis præcipiunt, vti ne procurrant, sed eodem in loco maneant, hastas quidem rectas protendentes, ac porrigentes, clypeos verò ad genu firmiter admouentes atque applicantes. Agesilaus obstupefactus stataria pugnæ figura, receptui cecinit, imperatorium esse existimans hostium robur euitare. Hinc fortasse institutum olim est à Romanis, vt triarij genibus flexis intra scuta subsiderent. Quod quamobrem facerent, ex Vegetio cognoscere licet: cuius hæc verba sunt lib. I. cap. XX. Sed triarij genibus flexu solebant intra scuta subsidere, ne stantes vulnerarentur venientibus telis: & vt, cùm necessitas postulasset, tanquam recreati à labore, vehementius hosteis inuaderent: à quibus cōstat sæpe factā, al. partā esse victoriam, cùm hastati illi, & qui priores steterant, interissent. Phalanx porrò apud Macedones idem fere, quod apud Rom. legio, nisi quòd phalanx ampliore militum numero constabat. octo enim hominum millia continebat, cùm legio nō amplius quàm sex millibus constaret. vtitur hac voce sæpe & Cæsar, & Liuius. Cæsar lib. 3. de bello Gall. phalangem perfregerunt.

5. obnixóque genu sc.) id est obfirmato genu ad scutum. videtur à Probo dictum esse obscurius, propter casuum similitudinem: quod expreßit Diodorus planius lib. 15. καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας. i. & clypeis ad genu acclinatis. & Polyænus. τὰς ἀσπίδας πρὸς γόνυ προσερεισαμένους: id est, clypeis ad genu firmiter acclinatis. Planius, explicatiúsque dixisset hoc modo, obnixo genu in scutum.

6. proiectáque hasta) si locus emendatus est. (vt mihi quidem videtur) proiecta, positum pro, porrecta, seu antè erecta. προβεβλημένης ἀσπίδος. sic Sisenna lib. 2. apud Macrob. lib. 6. cap. 4. scutis proiectis. Idem proiectis ramis. M. Tull. de signis. sed quòd erat eiusmodi loco, atque ita proiecta in altum, &c. Idem lib. 2. de rep. Iustitia foras spectat, & proiecta tota est, atque eminet. Idem de orat. ad Q. Fratrem lib. 3. brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. Idem in oratore perfecto, brachij proiectione in contentionib. contractione in remißionibus. Quidam legi volunt porrecta. Ego nihil muto.

7. tuba reuocauit) cecinit receptui: dedit militibus signū tuba, vt se reciperēt.

8. fama celebr.) sic Cicero dixit pro Cluentio, cædem omnium sermone celebratam: & pro domo sua, omnium sermone celebratum.

9. vt illo statu Chabrias) Diod. Siculus eodem libro. ὁ δὲ Χαβρίας πολλῶν αὐτῷ πεπραγμένων κατὰ πόλεμον, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα ἐσεμνύνετο τῷ στρατηγήματι, καὶ τὰς εἰκόνας τὰς ὑπὸ τοῦ δήμου δοθείσας αὐτῷ, κατεσκεύασεν ἐχούσας τοῦτο τὸ σχῆμα. i. Chabrias autem quamuis multæ & præclaræ ab eo res essent in bello gestæ, hoc tamen acuto & sollerti consilio maximè gloriabatur, & statuas sibi à populo donatas, hoc statu, & hac figura collocabat.

10. his

10. *his statib. instat. pon. vter. in quib.)* *assensus sum Claudio Puteano, qui vidit, hunc locum esse mendosum, vt est vulgò impressus. sic enim habent omnia exempla, his statibus statuis ponendis vterentur, cùm victoriam essent adepti, inepta & absurda prorsus sententia. Nam primùm vox, artifices, non ad pugiles, aut gladiatores, & similes tantùm pertinet, sed & ad omneis alios multùm dissimileis artem aliquam profitenteis. At hic. status, siue hæc figura, non nisi ad pugilis, aut gladiatoris statuam quadrare potest. Deinde esto per artifices hîc significari gladiatores, & similes tantùm: nonne fiebat Chabriæ iniuria, si omnes vel infimi gladiatores eadem figura, eodémque statu sibi statuam fingendam curabant, quo statu Chabrias sibi fieri voluerat? Nunc autem quo modo edidimus, sententia est & facilis, & probabilis: nempe ceteros artifices post hanc Chabriæ statuam, curasse vt statuæ sibi ob victoriam donatæ, eo statu, habitúque fingerentur, ac ponerentur, in quo ipsi statu vicissent.*

11. *multa in Æg. s. sp.) priuato officio, non publicè à populo delata, ac mandata. Diod lib. 15. cum Probo in eo congruit, quòd dicit, Tachum Aegypti regem, siue satrapen, Chabriæ publicè non ab Atheniensib. misso, sed priuatim perducto & adhibito, classis imperium, ac præfecturam tradidisse: in eo discrepat, quòd narrat, Nectanebum, seu, vt est apud Plutarch. in Agesilao, Nectanebin, Tachi filium, vel, vt Plutarch. ἀνεψιόν, i. fratris aut sororis filium, patre absente regnum Aegypti corruptis præfectis occupasse, ita vt pater Tachus ad hostem Artaxerxē confugere coactus sit. Nam si id verum est, quod ait Probus, Chabriam Nectanebo adiumento fuisse ad regnum Aegypti ei constituendum, & constabiliendum: falsum est quod à Diodoro dicitur, Chabriam à Tacho classi præfectum fuisse, nisi quis dicat, Chabriam Tachi desertorem ac proditorem fuisse: quod non sit mihi verisimile. quamquam etiam Agesilaum, qui fuerat à Tacho euocatus, vt sibi opitularetur, ab illo ad Nectanebum desciuisse, in Agesil. cognoscemus.*

12. *Nectanebum) Tachi Aegypti regis filium, vel, vt alij volunt, fratris, sororísve filium: qui patrem seu patruum, seu auunculum, è regno expulit, vt tradit Diodorus. sed, vt idem narrat, breui pòst tempore Tachus quod amiserat scelere filij, facile recuperauit opera & beneficio Agesilai, vt in Agesilao cognoscemus: &, vt narrat Diodorus: à quo discrepat Plutarchus: & verò ipse Probus, hoc loco. Nam si Nectanebo regnum constituit Chabrias, eripuit Tacho, qui cum Nectanebo de regno Aegypti contendebat.*

13. *Fecit idem Cypri) Hac de re nihil reperi præter id, quod est apud Diod. Siculum lib. 16. si forte ad rem pertinet. Nam Phocionem & Euagoram, non Chabriam & Euagoram Cyprum oppugnatum iuisse narrat. sic enim ille.* ὁ δὲ (Ἰδριεὺς τῆς Καρίας δυνάστης) ὀξέως παρασκευασάμενος τριήρεις μὲν τετταράκοντα, στρατιώτας δὲ μισθοφόρους ὀκτακισχιλίους, ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Κύπρον, ἐπιστήσας στρατηγοὺς Φωκίωνα, τὸν Ἀθηναῖον καὶ Εὐαγόραν, τὸν ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις βεβασιλευκότα κατὰ τὴν νῆσον. οὗτοι μὲν οὖν καταπλεύσαντες εἰς τὴν Κύπρον, εὐθὺς ἐπὶ τὴν μεγίστην τῶν πόλεων Σαλαμῖνα τὴν δύναμιν ἤγαγον. βαλόμενοι δὲ χάρακα καὶ τὴν παρεμβολὴν ὀχυρώσαντες, ἐπολιόρκουν τοὺς Σαλαμινίους κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν, &c. *i. Idrieus autem (Cariæ regulus, seu tyrannus) cùm celeriter triremeis parasset quadraginta, milites conductitios octies*

a

mille misit aduersus Cyprum, belli ducibus præpositis Phocione & Euagora, qui superioribus temporibus in insula regnum obtinuerat. Hi igitur cùm ad Cyprum nauigassent, statim aduersus maximam vrbium Salaminem copias duxerunt. Vallo autem vrbe cincta, & castris suis munitis Salaminios terra & mari oppugnabant, &c. Credibile est Diod. Siculum vel Phocionem pro Chabria posuisse, cùm Phocion Chabriæ comes esset, vel alium historicum secutum esse, quàm quẽ secutus est auctor noster.

14. Interim bellum inter Aegypt.) Diod. lib. 15. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀκῶρις ὁ τῶν αἰγυπτίων βασιλεύς, ἀλλοτρίως διακείμενος πρὸς τὸν τῶν περσῶν βασιλέα, δυνάμεις ξενικὰς ἀξιολόγους ἤθροισε· μεγάλους γὰρ μισθοὺς τοῖς ὑπακούουσι προτιθείς, καὶ συχνοὺς εὐεργετῶν, ταχὺ πολλοὺς ἔσχε τῶν ἑλλήνων ὑπακούοντας πρὸς τὴν στρατείαν. οὐκ ἔχων δὲ στρατηγὸν ἀξιόχρεων, μετεπέμψατο Χαβρίαν τὸν ἀθηναῖον, ἄνδρα καὶ συνέσει τῇ στρατηγικῇ διάφορον, καὶ δόξαν ἐπ' ἀρετῇ μεγάλην περιπεποιημένον, &c. i. Dũ hæc geruntur Acoris rex Aegyptiorum, offensus in regem Persarum copias externas sermone dignas collegit. Nam quòd magna stipendia, amplàque congiaria iis, qui nomina darent, adnumerabat, multósque beneficiis inuitabat, atque alliciebat, citò multos Græcos habuit ei militiæ operam danteis. sed cùm ducem non haberent idoneum, Chabriam arcessiuit, virum & scientia rei militaris atque imperatoriæ præstãtem, & magnam gloriam ob virtutem consecutum. Narrat & aliud bellum Diodorus eod. lib à rege Aegypti Tacho regi Persarum illatum, ibi. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ Ταχὼς ὁ βασιλεὺς τῶν αἰγυπτίων, κρίνας πολεμεῖν τοῖς πέρσαις, &c. quod ad hũc locum videtur potius pertinere. In hoc enim bello Agesilaus & Chabrias interfuerunt, regémque Tachum adiuuerunt, vt tradit Plutarch. in Ages.

15. & Athen. cum Artax. soc. hab.) Quocirca & Pharnabazo regis Persarum satrapæ petenti Iphicratem belli ducem dederunt: & Chabriam eiusdem Pharnabazi admonitu & rogatu reuocarunt, vt tradit Diodorus eod. lib.

16. magnas præd. A r. e facieb.) Facere prædam dixit & Cæsar lib. 4. de bello Gallico. sub extr. & quanta prædæ faciendæ, atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur. & Cicero lib. III. accus. maximos quæstus, prædásque fecisse. Dicunt Latini & agere prædam. Cæsar lib. VI. de bello Gall. sub extr. præda ex omnibus lócis agebatur. sic sæpe loquitur & T. Liuius.

17. Id intuens Chabrias) contrà Diodorus, qui tradit, eum fuisse ab. Acoride arcessitum, vt suprà ostendi. In hoc tamen cum Probo congruit, quòd sine suffragio, aut decreto populi Chabriam prouinciam illam belli suscepisse dicit. sic Diod. eod. lib. & loco. ἐπεὶ μὲν οὖν αὐτὸς τῆς τοῦ δήμου γνώμης προσδεξάμενος τὴν στρατηγίαν, ἀφηγεῖτο τῶν κατ' Αἴγυπτον δυνάμεων, καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς παρεσκευάζετο πολεμεῖν πρὸς τοὺς πέρσας. i. Hic igitur (Chabrias) sine populi decreto susceptis ducendi exercitus, & belli gerendi partibus, præerat exercitui Aegyptio, & magno studio bellum aduersus Persas gerere parabat.

18. pedestr. cop.) hac de re in Agesil. cognoscemus.

19. Tum præfecti regis) Pharnabazus. Sic enim Diod ibid. ἐξέπεμψε δὲ (Φαρνάβαζος) καὶ πρὸς ἀθηναίους πρέσβεις κατηγορῶν μὲν Χαβρίου, ὅτι τῶν αἰγυπτίων ἡγούμενος ἀλλοτριοῖ τὴν τοῦ βασιλέως εὔνοιαν ἀπὸ τοῦ δήμου, παρακαλῶν δὲ στρατηγὸν Ἰφικράτην.

αὐτῷ δοῦναι. i. Misit autem Pharnabazus legatos ad Athenienseis partim Chabriam accusans, quòd cùm præesset Aegyptiis, regis animum à populo alienaret, partim petens vt Iphicratem sibi belli ducem darent. Quem locum memini me proferre in Iphicrate.

20. Athenienses diem cert.) Diodor. ibid. οἱ δ' ἀθηναῖοι σπεύδοντες τὸν βασιλέα τῶν περσῶν εἰς εὔνοιαν προσαγαγέσθαι, καὶ τὸν Φαρνάβαζον ἰδιοποιήσασθαι, ταχέως τόν τε Χαβρίαν ἐξ Αἰγύπτου μετεπέμψαντο, καὶ &c. i. Athenienses autem regis Persarum beniuolentiam studentes sibi conciliare, & Pharnabazum sibi beneficio deuincire, celeriter & Chabriam ex Aegypto reuocarunt, & Iphicratem belli ducem, qui Persis adiumento esset, ad bellum gerendum miserunt.

21. quam ante) ante quam. ἀναστροφή.

22. ibi) Athenis.

23. ante oculos) in oculis, in conspectu. Sic Cicero pro Plancio. habitaui in oculis: pressi forum. & lib 3. de off. qui in oculis ciuium quondam viximus. Idem epist. ad Q. fratr lib. I. In oculis clarissimæ prouinciæ, atque in auribus omniū gentium ac nationum esse positum. Nunc quod ad rem attinet, Ephorus lib. 13. Philippic apud Athenæum lib 12 ὁ δυνάμενος (Χαβρίας) δὲ ζῆν ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν διὰ τὴν ἀσέλγειαν, καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τὴν αὐτοῦ τὴν περὶ τὸν βίον. τὰ δὲ διὰ τοὺς ἀθηναίους· ἅπασι γὰρ τοῖς ἐνδόξοις εἰσὶ χαλεποί, &c. i. cùm autem Chabrias in ciuitate viuere non posset, partim propter libidinem, & sumtuosum viuendi genus, partim propter Athenienseis: in omneis enim claros viros asperi, & sæui sunt, &c.

24. vt inuid. glor. com) Itaque non facilè ferunt præstanteis aliqua virtute viros. Horat epist. I. lib. 2. Vrit enim fulgore suo qui prægrauat arteis Infra se positas. ad quem locum de inuidia plura. Morte autem exstinguitur. Cicero pro Corn. Balbo. ibi. mors enim cùm exstinxisset inuidiam, res eius gestæ sempiterna nominis gloria niterentur. Horat. eod. loco, de Hercule loquens.

comperit inuidiam suprema luce domari.

25. liberisque ciuitatib) Ratio est, quia in liberis ciuitatib. qualis erat ciuitas Atheniensis, omnes ciues sunt libertate pares, atque æquales. At libertate sola, aut maximè, ius, & dignitas ciuis in eis æstimantur. Itaque omnem aliam præstantiam & excellentiam oderunt, vt suspectam, verentes, ne, qui excellunt, libertatem populi opprimant, & tyrannidem occupent.

26. opulentum) sic habent omnes libri: quæ lectio si emendata est, vt mihi quidem videtur, opulentum patrij casus est, à recto opulens. sic violens positum ab Horatio od. 30. lib. 3. quà violens obstrepit Aufidus. & epist. 10. lib. I. Sed postquàm victor violens discessit ab hoste. Quemadmodum igitur violens & violentus dixerunt veteres sic opulens & opulentus.

27. intuentur) quidam libri habent, intuuntur, non malè. Vtrumque enim dixerunt veteres, tuor, & tueor, pro eadem re, seu actione. vt Lucr. lib. 4. dilutáque contrà Cùm tuimur misceri absinthia, tangit amaror. notat Pompeius Festus in voce tuor, quamquam eo loco mendosus est.

28. plurimùm) id est plerumque, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.

29. Neque verò solus ille aber. Athen.) expressa sunt hæc ex Ephoro, cuius

verba refert Athen. libro suprà commemorato. Διὸ καὶ εἵλοντο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι, ζῆν ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν, Ἰφικράτης μὲν ἐν Θρᾴκῃ, Κόνων δὲ ἐν Κύπρῳ, Τιμόθεος δὲ ἐν Λέσβῳ, Χάρης δ' ἐν Σιγείῳ, καὶ αὐτὸς ὁ Χαβρίας ἐν Αἰγύπτῳ. i. Quapropter & qui fuerunt ex Atheniensib. clari viri, & gloriosi, extra ciuitatem vitam degere maluerũt: Iphicrates in Thracia, cono in cypro, Timotheus in Lesbo, chares in Sigéo, & ipse chabrias in Aegypto.

30. afuturos) sic legendum non absfuturos, vt est in nonnullis libris, neque affuturos, vt est in Venetis, neque futuros, vt in Germanicis.

31. Dissimilis quidem Ch. hor.) de charete ex Ephoro, & Theopompo refert quædam Athenæus, quæ quia ad hunc locum non admodum pertinent, (tardum enim & segnem fuisse dicit, & voluptarium, hoc tantùm) prudens prætermitto. Demosthenes & Aeschines in orationib. suis sæpe charetem aut nominatim commemorantes, aut tacito nomine describentes, significant, eum parum strenuum fuisse imperatorem, eiúsque culpa cladem ad chæronéam, victore Philippo, esse acceptam. Diod. Siculus lib. 15. in extr. dicit, eum fuisse ignauum & timidum in hosteis, iniustum in socios. sic enim ille. οὗτος δὲ (Χάρης) τοὺς μὲν πολεμίους εὐλαβούμενος, τοὺς δὲ συμμάχους ἀδικῶν διετέλει. i. hic autem chares perpetuò hosteis quidem metuebat, socios verò iniustè lædebat ac vexabat. sic Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. ὀργιζομένων δὲ τοῖς Βυζαντίοις τῶν Ἀθηναίων, μὴ δεξαμένοις τῇ πόλει Χάρητα πεμφθέντα μετὰ δυνάμεως αὐτοῖς βοηθὸν πρὸς Φίλιππον, εἶπεν ὁ Φωκίων, ὅτι δεῖ μὴ τοῖς ἀπιστοῦσι τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τοῖς ἀπιστουμένοις τῶν στρατηγῶν ὀργίζεσθαι, αὐτὸς ᾑρέθη στρατηγὸς, καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων ἐποίησε τὸν Φίλιππον ἀπελθεῖν ἄπρακτον. i. cùm autem irascerentur Byzantiis Athenienses, quòd charetem ad eos adiutorem aduersus Philippum cum classe missum in vrbem non recepissent, Phocio dixit oportere non sociis, qui diffiderent, sed imperatoribus, quibus socij diffiderent, irasci. quo dicto commoti Athenienses Phocionem imperatorem crearunt: ille autem à Byzantiis dignus cui fides haberetur, existimatus, atque in vrbem receptus, Philippum re infecta discedere coëgit. Idem lib. 16. disertè ait, charetem non fuisse quouis alio fortè oblato imperatorem nec in re gerenda, neque in consilio capiendo meliorem. Sic ille eo loco, vbi de pugna ad chæronéam commissa loquitur: παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ μὲν ἀγαθώτατοι τῶν στρατηγῶν ἐτετελευτήκεισαν, Ἰφικράτης, καὶ Χαβρίας, ἔτι δὲ Τιμόθεος· τῶν δὲ ὑπολειπομένων Χάρης προτεύων, οὐδὲν διέφερε τῶν τυχόντων ἰδιωτῶν κατὰ τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἐνέργειαν, καὶ βουλήν. i. apud Athenienseis verò optimi duces è vita excesserant, Iphicrates, & chabrias, & præterea Timotheus: iis autem, qui réliqui erãt, chares antecellens, nihil à quibuslibet priuatis neque agendi celeritate in ducendo exercitu, atque in imperando, neque consilio differebat. Sic & ipse Probus in Timotheo commemorat eum Xenophon aliquoties lib. 7 de reb. Græc.

32. periit bello sociali) Diod. Siculus lib. 16. de bello sociali hæc tradit. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, Χίων, καὶ Ῥοδίων, καὶ Κῴων, ἔτι δὲ Βυζαντίων ἀποστάντων, ἐνέπεσον εἰς πόλεμον τὸν ὀνομασθέντα συμμαχικὸν, ὃς ἔμεινεν ἔτη τρία· εἵλοντο δὲ στρατηγοὺς Χάρητα καὶ Χαβρίαν ἀπέστειλαν μετὰ δυνάμεως. i. Athenienses autem cùm chij, & Rhodij, & coi, præterea verò & Byzantij ab iis desciuissent, in bellum sociale, quod appellatur, inciderunt, quod annos treis productum est. De bello sociali lege & argumentum ora-

tionis de pace, Isocratis. Quomodo autem interierit, iam cognoscemus.

33. oppugnabant Ath. Chium) Diodorus ibidem. οὗτοι δὲ πλεύσαντες ἐπὶ τὴν Χίον, κατέλαβον παραγεγονότας συμμάχους τοῖς Χίοις, &c. sequitur mox. οὗτοι τάξαντες δὲ τὴν δύναμιν, ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. i. hi autem (Chabrias & Chares) cursu ad Chium directo, belli socios à Byzantiis, Rhodiis, Cois, præterea à Mausolo Cariæ regulo Chiis subsidio missos offenderunt. copiis autem dispositis vrbem terra & mari oppugnabant.

34. priuatus) Contrà Diodorus, vt suprà ostendi. fuerat enim cum Charete dux belli à populo factus.

35. quàm qui præerant) id est, quàm eos, qui præerant. sic solet loqui Probus, vt iam sæpius lectorem admonuimus.

36. maturauit) id est, accelerauit. sic M. Tullius pro Cluentio. huic mortem maturabat inimicus, quod illi vnum in malis erat perfugium calamitatis. Horatius oda 7. lib. 3. vt Prœtum mulier perfida credulum Falsis impulerit criminibus nimis Casto Bellerophonti Maturare necem, refert. Aliter apud Virg. Æn. I. Maturate fugam, regique hæc dicite vestro. quamuis Nonius etiam illo loco accelerare interpretetur.

37. Nam dum primus) sic Diod. eod. lib. ὁ δὲ Χαβρίας προσπλεύσας, ἐν τῷ λιμένι ναυμαχίαν καρτερὰν συνεστήσατο, καὶ τῆς νεὼς τοῖς ἐμβόλοις ἀναρραγείσης κατεπονεῖτο. οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων νεῶν εἴξαντες τῷ καιρῷ διεσώθησαν· ὁ δὲ ἀντὶ τῆς ἥττης ἀλλαξάμενος τὸν εὐκλεᾶ θάνατον, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς νεὼς, καὶ τρωθεὶς ἐτελεύτησε. i. Chabrias autem cùm ante ceteros nauigationem accelerasset, in portu acrem pugnam edidit, eiúsque naui nauium aduersariarum rostris percussa, & effracta, valde laborabat. Atq; ij quidē, qui in aliis nauibus erant, tempori cedentes, seruati sunt: ille autem hanc iacturam, & cladem gloriosa morte depactus, pro sua naui certans, & vulneribus aliquot acceptis mortem oppetiit.

38. cùm enim eò) cùm enim portum intrasset.

39. nauis rostro) nauis Chabriæ rostro aduersariæ nauis icta.

40. sidere) subsidere.

41. quòd suberat, &c.) ne quis diceret: quid profecisset Chabrias, si se in mare deiecisset? nam æquè periisset: subiecit Probus, quia suberat classis Atheniensium, quæ eum exciperet natantem.

42. quàm armis abiectis) flagitium est in re militari, arma abiicere. Itaque Epaminondas victor moriens quærit an clypeus suus saluus sit: & apud Cæs. miles quidam, qui in bello Britannico clypeum amiserat, quamuis victor, tamen ab imperatore, peccati veniam petit. Aristot. lib. 2. rhet. αἰσχρά ἐστιν, ὅσα ἀπὸ κακίας ἔργα ἐστίν· ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγεῖν· ἀπὸ δειλίας γάρ. i. turpia, & flagitiosa sunt facta omnia, quæ oriuntur ab ignauia, & nequitia: quod genus, arma abiicere, aut fugere. Idem lib. V. de morib. προστάττει δ' ὁ νόμος καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥιπτεῖν τὰ ὅπλα. i. lex autem viri fortis muneribus fungi iubet, vt locum atque ordinem in acie tenere, neque fugere, neque arma abiicere. Isocrates in oratione de pace, loquens de Lacedæmoniis, eorúmque regibus. ὑπὲρ ἐκείνων δὲ οἱ μὲν δημόται ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκειν, ἀτιμότεροι γίγνονται τῶν

τὰς τάξεις λειπόντων, καὶ τὰς ἀσπίδας ἀποβαλλόντων. i. pro illis (regibus) autem ij, qui non audent in prælijs mortem oppetere, maiore ignominia afficiuntur, quàm qui ordines relinquunt, & clypeos abijciunt. Et Lacedæmoniæ mulieres filios suos in militiam dimittentes, hoc eis mandare, & præcipere solebant, ἢ σὺν ταύτῃ, ἢ ἐπὶ ταύτῃ. i. aut cum hoc, aut super hoc. quo significabant, se monere, vt aut scutum referrent, aut super clypeum mortui efferrentur.

43. honestam mortem &c.) Si Achilles vitam breuem gloriosam, vitæ longæ gloriæ experti anteposuit: quanto magis mors honesta, vitæ turpi anteponenda est? Nam bene & beatè viuere sine gloria licet: bene beatéque viuere cum infamia & dedecore nõ licet. cui autem bene beatéque viuere non licet, ei vitæ dulcedo erepta est. cui vitæ dulcedo erepta est, ei, cur vitam retinere velit, causa nulla est. Hæc sunt fere ex sententia Aristotelis. Nam religionis nostræ alia vox est.

TIMOTHEVS.

Timotheus, [1] Cimonis filius, Atheniensis. hic à patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. fuit enim [2] disertus, impiger, [3] laboriosus, [4] rei militaris peritus, neque [5] minus ciuitatis regendæ. Multa huius sunt præclarè facta, sed hæc maximè illustria. [6] Olynthios & Byzantios bello subegit. Samum cepit. in qua oppugnanda superiori bello Athenienses mille & ducenta talenta consumserant. id ille sine vlla publica impensa populo restituit. Aduersum [7] Cotym bella gessit. ab eo mille & ducenta talenta prædæ [8] in publicum detulit. [9] Cyzicum obsidione liberauit. [10] Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est: à quo cùm [11] Laco pecuniam numeratam accepisset, ille ciueis suos agro, atque vrbibus [12] augeri maluit, quàm id sumere, cuius partem domum suam ferre posset. Itaque accepit [13] Erichthonem & Sestum. Idem classi præfectus [14] circumuehens Peloponesum, [15] Laconicam populatus, classem eorum fugauit. [16] Corcyram sub imperium Atheniensium redegit: sociósque idem adiunxit Epirotas, [17] Athamanas, Chaonas, omneísque eas genteis, quæ [18] mare illud adiacent. quo facto Lacedæmonij de

diutina contentione destiterunt, & sua sponte Atheniensibus imperij maritimi principatum concesserunt, pacémque his legibus constituerunt, vt Athenienses[19] mari duces essent. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, vt tum primum aræ[20] paci publicæ sint factæ, eíque deæ[21] puluinar sit institutum. Cuius laudis vt memoria maneret, Timotheo publicè statuam[22] in foro posuerunt. qui honos huic vni ante hoc tempus contigit: vt, cùm patri populus statuam posuisset, filio quoque daret.[23] Sic iuxtà posita recens filij, veterem patris renouauit memoriam. Hic cùm esset[24] magno natu, & magistratus gerere desisset, bello Athenienses vndique premi sunt cœpti. defecerat Samus: descierat Hellespontus: Philippus[25] iam tunc valens Macedo multa moliebatur: cui oppositus[26] Chares cùm esset, non satis in eo præsidij putabatur. Fit Menestheus prætor, filius Iphicratis, gener Timothei,[27] & vt ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo vsu & sapientia præstantes,[28] quorum consilio vteretur,[29] pater & socer, quòd in his tanta erat auctoritas, vt magna spes esset, per eos,[30] amissa posse recuperari. Hi[31] cùm Samum profecti essent, & eodem Chares eorum aduentu cognito cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur: áccidit, cùm ad insulam appropinquarent,[32] vt magna tempestas[33] oriretur: quam euitare duo veteres imperatores vtile arbitrati, suam classem[34] suppresserunt.[35] At ille temeraria vsus ratione non cessit maiorum natu auctoritati:[36] &, vt si in sua manu esset fortuna, quò contenderat, peruênit: eódémque vt sequerentur, ad Timotheum, & Iphicratem nuntium misit. hinc malè re gesta, compluribus amißis nauibus, eodem, vnde erat profectus, se recepit, litterásque Athenas publicè misit, sibi

procliue fuisse Samum capere, nisi à Timotheo & Iphicrate desertus esset.[37] ob eam rem in crimen vocabantur. populus acer, suspicax, mobilis,[38] aduersarius, inuidus etiam potentiæ, domum reuocat: accusantur proditionis. Hoc iudicio [39] damnatur Timotheus, lísque eius æstimatur centum[40] talentis. Ille odio ingratæ ciuitatis coactus, [41] Chalcidem se contulit. Huius post mortem populus, cùm eum iudicij sui pœniteret, multæ nouem parteis detraxit, & decem talenta Cononem eius filium, ad muri quandam partem reficiendam iussit dare. in quo fortunæ[42] varietas est animaduersa. nam quos[43] auus Conon muros ex hostium præda patriæ restituerat, eosdem nepos cum summa ignominia familiæ ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatæ, sapientísque vitæ, cùm pleraque possimus proferre testimonia, vno erimus contenti, quòd ex eo facilè coniici poterit, quàm carus suis fuerit. Cùm Athenis adolescentulus causam diceret, non solùm amici, priuatíq; hospites ad eum defendendum conuenerunt, sed etiam in eis[44] Iason tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cùm in patria[45] sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine vllo præsidio vênit: tantíque hospitem fecit, vt mallet se capitis periculum adire, quàm Timotheo[46] de fama dimicanti deesse. [47] Hunc aduersùs tamen Timotheus posteà populi iussu bellum gessit: [48] patriæ'que sanctiora iura, quàm hospitij, esse duxit.[49] Hæc extrema fuit ætas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illa vrbe fuit dignus memoria.

TIMOTHEVS.

Cononis fil.) & Thressæ mulieris, impudicæ, vt refert Athenæus lib. 13. pag. 11. Τιμόθεος δὲ ὁ στρατηγήσας Ἀθηναίων ἐπιφανῶς, ἑταίρας ἦν υἱός, Θρᾴττης τὸ γένος, σεμνῆς δ' ἄλλως τοὺς τρόπους. μεταβάλλουσαι γὰρ αἱ τοιαῦται εἰς τὸ σῶφρον, τῶν ἐπὶ τούτῳ σεμνυνομένων εἰσὶ βελτίους. ὁ δὲ Τιμόθεος καὶ σκωπτόμενός ποτε, ὅτι τοιαύτης εἴη μητρὸς, ἀλλὰ χάριν γε αὐτῇ, φησὶν, οἶδα, ὅτι δι' αὐτὴν Κόνωνός εἰμι υἱός. i. Timotheus autem, qui Atheniensium dux belli fuit clarus, & illustris, puellæ impudicæ filius erat, genere Thressæ, alioqui moribus castis atque integris. Nam tales mulieres si semel à vita impudica sese ad temperantiam transferant, iis, quæ hoc nomine gloriantur, & magnificè se circumspiciunt, meliores euadunt. Timotheus verò cùm aliquando salsè luderetur, quòd talis matris esset filius: ego verò, inquit, etiam gratiam ei habeo, quia eius opera Cononis sum filius.

2. disertus) Cicero lib. 1. de off. Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus, Cononis filius: qui cùm belli laude non inferior fuisset, quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. licet etiam ex Demosth. oratione περὶ τῶν ἐν χεῤῥονήσῳ sub extr. intelligere, Timotheum eloquentem fuisse. profert enim fragmentum quoddam ex eius oratione ad populum habita, spiritus, & acrimoniæ plenum. sic Demosth. ἴστε γὰρ δή που τοῦτο, ὅτι Τιμόθεός ποτ' ἐκεῖνος ἐν ὑμῖν ἐδημηγόρει, ὡς δεῖ βοηθεῖν, καὶ τοὺς Εὐβοέας σώζειν, ὅτε Θηβαῖοι κατεδουλοῦντο αὐτούς· καὶ λέγων εἶπεν οὕτω πως. εἰπέ μοι βουλεύεσθε, ἔφη, Θηβαίους ἔχοντες ἐν νήσῳ, τί χρήσεσθε ἑαυτοῖς, καὶ τί δεῖ ποιεῖν; οὐκ ἐμπλήσετε τὴν θάλατταν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τριήρων; οὐκ ἀναστάντες ἤδη πορεύσεσθε εἰς τὸν πειραιᾶ; οὐ καθέλξετε τὰς ναῦς; οὐκοῦν εἶπε μὲν ταῦτα ὁ Τιμόθεος· ἐποιήσατε δ' ὑμεῖς. i. Scitis enim, Timotheum illum quondam apud vos contionatum esse, & dixisse, Eubœensibus auxilium ferre, & eos seruare oportere, cùm eos Thebani in seruitutem redigere conarentur. & cùm apud vos orationem haberet, ita locutus est: Agite dum: vos cùm Thebanos in insula esse auditis, quam rem geratis, aut quid faciendum sit, consultatis? non mare triremibus, Athenienses, implebitis? non iam exsurgetis, & in Piræeum ibitis? non naueis in portum deducetis? Ergo hæc quidem Timotheus dixit: vos autem fecistis. Postremò M. Tull. lib. 3. de orat. ad Q. Fr. scribit, Timotheum ab Isocrate fuisse institutum atque eruditum.

3. laboriosus) φιλόπονος.

4. rei milit. per.) στρατηγικὸς, τῆς πολεμικῆς ἔμπειρος. fuit præterea fortunatus, ac felix: & verò ita cognomento dictus, vt testantur Plutarch. Suidas, Ælian. var. hist. lib. 13. interpres Aristoph. ad illum locum Χρ. ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος. Καρ. ἐμπέσοι γέ σοι. & item alibi.

5. neque min. ciuit. reg.) repete ἀπὸ κοινοῦ, peritus: hoc est, quod Græci dicunt, politicus.

6. Olynthios, & Byzāt.) bello, opinor, sociali. verū nullū hac de re verbū apud Diod. quod quidē meminerim: nisi quòd lib. 16. scribit, bello sociali, Chios, Rhodios, Byzantios, Coos, ceteros, qui ab Atheniensib. defecerant, Imbrum, & Lemnum, quæ erant Atheniensium, diruisse: agrum Samium populatos esse, ac diri-

puisse, vrbem Samum obsedisse atque oppugnasse: Athenienseis verò ducibus Iphicrate, Charete, Timotheo, Byzantium oppugnasse: Chios autem, & Rhodios, ceterósque qui ab Atheniensib. defecerant, classe eo appulsa, Byzantium obsidione liberasse: quæ nihil ad hunc locum videntur pertinere.

7. Cotym, Paphlagoniæ regem.

8. in publicum, in ærarium.

9. Cyzicum obs.) Diod. Siculus lib. 15. Τιμόθεος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς, ἔχων δύναμιν πεζικήν τε, καὶ ναυτικὴν, Τορώνην μὲν καὶ Ποτίδαιαν πολιορκήσας εἷλε, Κυζικηνοῖς δὲ πολιορκουμένοις ἐβοήθησεν. i. Timotheus autem Atheniensium imperator habẽs exercitum pedestrem, & naualem, Tyronam, & Potidæam cepit: Cyzicenos, qui obsidebantur, obsidione liberauit.

10. Ariobarzani) regis Persarum satrapæ in Lydia: qui Mithridate mortuo, regnum Ponti obtinuerat: de quo & Probus in Datame. Nulla autem de hoc bello neque apud Diod neque apud Plutarch. mentio fit, quod sciam.

11. Laco) Agesilaus.

12. augeri) aliàs, augere.

13. Erichthonẽ & Sestum) locus suspectus, atque adeò corruptus. de Erichthòne quidem non video quo modo ferri poßit. nam vrbem huius nominis nullam reperio. Quid si legamus, Erythinos? Erythini Paphlagoniæ oppidum. Quid si, Ctesiphontem? Ctesiphon vrbs est Paphlagoniæ. Omnino hîc mihi aqua hæret.

14. circumuehens) malim circumiens: & ita Puteano videbatur. verùm tamen nihil mutare ausus sum. Et verò fortasse vsurpauit, circumuehens, pro eo quod est, circumnauigans, seu περιπλέων, tamquam participium à verbo deponente circumuehor: quemadmodum inuehens ab inuehor.

15. Laconicam) Laconicam regionem.

16. Corcyr. sub imp. Ath. red.) aliter Diod. lib. 15. pag. 48. ibi. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πάλαι μὲν ἀπεστάλκεισαν Τιμόθεον τὸν Κόνωνος ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Κερκυραίοις μετὰ νεῶν ἑξήκοντα. Οὗτος δὲ πρὸ τῆς συμμαχίας ταύτης πλεύσας ἐπὶ Θρᾴκης, καὶ πολλὰς πόλεις ἐπὶ συμμαχίαν προσκαλεσάμενος, προσέθηκε τριάκοντα τριήρεις. τότε δὲ καθυστερῶν τῆς τῶν Κερκυραίων συμμαχίας, τὸ μὲν πρῶτον ἀφείλατο τὴν στρατηγίαν τοῦ δήμου χαλεπῶς ἔχοντος. ὡς δὲ παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, ἄγων πρέσβεων πλῆθος τῶν τὴν συμμαχίαν συντιθεμένων, καὶ τριάκοντα τριήρεις προσειληφὼς, πάντα τε τὸν στόλον εὖ κατεσκευακὼς πρὸς τὸν πόλεμον μετενόησεν ὁ δῆμος, καὶ πάλιν αὐτῷ τὴν στρατηγίαν ἀποκατέστησεν, &c. id est, Athenienses autem jam pridem Timotheum Cononis fil. ad auxilium Corcyrensibus ferẽdũ cũ nauibus sexaginta miserũt. Hic autẽ cùm ante hanc societatẽ in Thraciã nauigasset, & multas ciuitates ad societatẽ belli aduocasset, atque adiũxisset: etiã triginta triremibus classem suã auxit. Sed cùm tardior esset in illa Corcyrensium societate, primùm imperium amisit, populo in eum grauiter commoto, atque offenso. deinde vt nauigauit Athenas, primùm legatorum multitudinem adduxit, qui societatem cum Atheniensibus constituerent & paciscerentur, deinde triginta nauibus ad eas, quas habebat, additis, & omni classe rectè, atque ordine ad bellum parata atque adornata: populum pœnituit, & imperiũ ei reddidit, &c. Paucis pòst versibus narrat ille, Iphicratem, & Timotheum classi A-

thenienſium præfectos, cùm bello iam confecto in Corcyram veniſſent, eósque Lacedæmonij anteuertiſſent, nihil memorabile geſſiſſe, niſi quòd nouem triremeis Siculas à Dionyſio miſſas ad auxilium Lacedæmoniis ferendum, in quas inciderant, cum viris ceperunt. οὗτοι δὲ τῶν καιρῶν ὑστερηκότες ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔπραξαν μνήμης ἄξιον, τριήρεσι δὲ Σικελικαῖς περιτυχόντες, &c. αὐτάνδρους εἷλον οὔσας ἐννέα. *Sed intellige, Timotheum antea quidem Corcyram ſub imperium Athenienſium redegiſſe, poſteà verò Lacedæmoniis Corcyram obſidentibus, Timotheum imperatorem ad eam obſidione liberandam, & ſeruandam miſſum, ſerius veniſſe. Xenophon quidem lib. 5, de reb. Gr. in extr. diſertè narrat, Timotheum Corcyram ſubegiſſe, his verbis.* ὁ μέντοι Τιμόθεος περιπλεύσας, Κέρκυραν μὲν εὐθὺς ὑφ' ἑαυτῷ ἐποιήσατο· οὐ μέντοι ἠνδραποδίσατο, οὐδὲ ἄνδρας ἐφυγάδευσεν, οὐδὲ νόμους μετέστησεν· ἐξ ὧν τὰς περὶ ἐκεῖνα πόλεις ἁπάσας εὐμενεστέρας ἔσχεν. *i. Timotheus porrò nauigationis flexu circumacto, Corcyra quidem ſtatim potitus eſt: non tamen ciueis in ſeruitutem redegit, neque in exſulium expulit, neque leges mutauit: ex quo omneis illius loci ciuitates maiore beniuolentia ſibi deuinxit. Idem lib. 6. non longe admodum à princip. tradit, Athenienſeis, cùm audiſſent, Corcyram à Lacedæmoniis eſſe obſeſſam, eiúſque inſulæ opportunitatem cognouiſſent, Timotheum, data ei claſſe ſexaginta nauium, eò ſubſidio miſiſſe: illum autem, quòd ex ciuitate naueis remigibus inſtruere non poterat, nauigatione ad inſulas circumacta, illinc ſupplementum ſumere cogitaſſe: Athenienſeis verò hoc audito exiſtimanteis illum tempus fruſtrà contriuiſſe, & occaſionem rei gerendæ amiſiſſe, ei ſuſcenſuiſſe, & imperium ademiſſe, Iphicratem denique in eius locum ſubſtituiſſe. verba Græca Xenophontis non aſcribam. Sed Æſchines in oratione* κατὰ Κτησιφ. *cum Probo congruit, ad extr. ibi.* διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοσαν, καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν; ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν, Ἰφικράτει δὲ, ὅτι μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε, Τιμοθέῳ δὲ διὰ τὸν περίπλουν τὸν εἰς Κέρκυραν. *&c. id eſt, Quamobrem Chabriæ, Iphicrati, Timotheo præmia dederint, ſtatuáſque poſuerint, quære ex iudicibus. Reſpondebunt omnes tibi ſe Chabriam præmio affeciſſe propter pugnam naualem ad Naxum commiſſam: Iphicratem quia Lacedæmoniorum cohortem interfecit: Timotheum, propter nauigationem Corcyræ obſidione liberandæ cauſa ſuſceptam: ceteros denique propter multas cuiuſque res ac præclaras in bello geſtas.*

17. *Athamanas) Ætoliæ, vel, vt vult Stephanus, Theſſaliæ populos. Sed videtur legendum, Acarnanas, ex Diodoro, eod. lib.* καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν πόλεις ὁμοίως ἔπεισεν ἀποκλῖναι πρὸς Ἀθηναίους. *i. & ciuitatib⁹ Acarnaniæ ſimiliter perſuaſit, vt ſeſe ad Athenienſeis applicarent. Sunt autem Acarnanes populi ad Acheloum ſiti.*

18. *quæ mare illud adiac.) dictum antiquè, pro quæ mari illi adiacent: ſeu, ad mare illud adiac. nam veteres non fere præpoſitiones iterabant, vt, adigere arbitrum, apud Cic. propugnare nugis apud Horat. epiſt. lib. I. ad quem locum plura. Sic in Ageſ. & homines ſuis rebus abalienaret. ſic apud Homer. Il. π.* τῷ δὲ καὶ Αὐτομέδων ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους. *dictum enim* ὕπαγε ζυγὸν ἵππους, *pro* ὕπαγε ζυγὸν ὑπὸ ἵππους. *Mox tamen contrà præpoſitio iteratur, ibi, de diutina contentione deſiterunt.*

19. *mari)* κατὰ θάλατταν, id est in mari.

20. *ara paci publica)* Atqui Plutarchus in Cimone, tradit, aras pacis esse positas post victoriam illam Cimonis ad Eurymedontem partam contra Persas: quam pax illa omni sermone celebrata (περιβόητον appellat Plutarchus. & Demosth. oratione περὶ παραπρεσβ. contra Æschin. τὴν ὑπὸ πάντων ὑμνουμένην) consecuta est, sic Plutarch. φασὶ δὲ καὶ βωμὸν εἰρήνης διὰ ταῦτα τοὺς ἀθηναίους ἱδρύσασθαι, &c. i. aiunt autem Athenienseis propter hæc aram pacis posuisse, &c. publicæ, autem edidimus, codices Basileenseis, & Colonienseis secuti, non reclamaturi, si quis, publicè, reponi malit, quo modo habent exempla Veneta, & Germanica.

21. *puluinar)* puluinar à polulis, inquit Varro lib. 4. Erant autem puluinaria, lectuli, seu puluilli ex aluta facti, molli tomento farti, qui sterni in quibusdam templis consueuerant, vt in eis collocarentur deorum statuæ. Interdum puluinaria pro templis ponimus, inquit Seruius ad illum locum Virgilij 4. georg. vris Imparibus ductos alta ad donaria currus: ad extr. libri. Cic. de harusp. resp. Qui sacerdotem ab ipsis aris, puluinaribúsque detraxisti.

22. *statuam in foro pos.)* Æschin. orat. κατὰ Κτησιφ. vt suprà non longè retulimus. Commemorat & Pausanias Cononis statuam in Atticis. sed eam inter eas numerat, quæ in arce Mineruæ positæ sunt.

23. *Sic iuxta posita r. fil.)* ordo verborum hic videtur esse, Sic recens filij memoria, hoc est statua (statuæ enim vt sunt, sic & dicuntur monumenta eorum, quorum similitudinem referunt) iuxta statuam patris posita, veterem patris memoriã renouauit. vel dic hoc modo. Sic recens filij statua iuxta patris statuam posita, veterem patris memoriam renouauit. Quidam libri habent, memoria, in septimo casu.

24. *cùm esset magno natu)* id est, cùm esset magnus, seu grandis natu. sic in Datame. ab hoc tamen viro Scismas maximo natu filius desciit. At in Agesil. princip. qui maximus natu esset ex liberis, &c.

25. *iam tunc valens)* Methonam ceperat, Pydnam, Potidæam, Pagasas, Thraciæ vrbeis aliquot.

27. *& vt ad bellum proficisc.)* quidam libri non habent particulam, vt, fortasse non malè.

28. *quorum consilio vteretur)* videtur ταυτολογία. nam si dati erant in consiliũ, dati erant vt eorum consilio vteretur. Dicendum est igitur esse ἐπεξήγησιν, seu ἑρμηνείας.

29. *pater & socer)* Iphicrates, pater: Timotheus, socer.

30. *amissa posse rec.)* propriè & benè Latinè. Cicero post reditum in senatu, in extr. præsertim cùm illa amissa recuperarim, virtutem & fidem numquam amiserim.

31. *Hi cùm Samum)* Diod. Siculus lib. 15. pag 521. non Menestheum cum Iphicrate & Timotheo classi præfuisse: sed Iphicratem & Charetem: neque illos Samum, sed Byzantium oppugnasse tradit: nisi fortè quæ ibi narrat Diodorus, alio tempore gesta sunt. sic autem ille. ἐπὶ δὲ Σάμον πολλῇ δυνάμει στρατεύσαντες, τὴν μὲν χώραν ἐξέκοψαν, τὴν δὲ πόλιν ἐπολιόρκουν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας.

νῆσος, &c. i. hi autem (nempe Chij, Rhodij, Byzantij, &c.) cùm Samo magna cũ classe bellum intulissent, agrum quidem vastarunt, vrbem autem terra & mari oppugnarunt: multas porrò & alias insulas, quæ sub Atheniensiũ imperio erant, vexarunt, & ab iis pecunias extorserunt ad vsus belli. Atheniensium verò duces omnes in vnum congressi, primùm quidem cœperunt Byzantiorum vrbem obsidêre, atque oppugnare, &c.

32. vt magna tempestas) Ita Atheniensib. Byzantium obsidentibus, & iamiam futura nauali pugna, tanta subitò vis venti exstitit, tantaque tempestas coorta est, vt consilio desistere coacti sint. sic Diod. eod. loco. μελλούσης δὲ γίνεσθαι τῆς ναυμαχίας περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, μέγας ἄνεμος ἐπιπεσὼν, διεκώλυσεν αὐτῶν τὴν προαίρεσιν. i. cùm iam in eo essent Athenienses, & aduersarij, vt prælium nauale committerent, magna vis venti coorta, eorum consilium impediuit.

33. oriretur) al. oreretur: quod non damno. tale est poteretur.

34. suppresserunt) id est sustinuerunt, represserunt, ἐπέσχον.

35. At ille tem. vsus rat.) at ille, Menestheus scilicet. Sic Chares apud Diod. cùm aliis inuitis, & aduersa tempestate pæne reuocante, pugnare vellet: quòd dissenserant collegæ, neque naueis suas producere voluerant, suos collegas apud milites iniquè criminatus est, & scripsit ad populum, se à collegis esse desertum: & nisi hoc esset factum, se fuisse victorem futurum. temeraria vsus ratione autem, id est, ἀβουλίᾳ χρησάμενος. Sed quomodo ratio, temeraria esse potest? Nam temeritas, est fortunæ: ratio, consilij, & mentis. Ratio hîc ponitur non pro potestate illa animi, qua differimus à mutis animantibus, propriè & anguste: sed pro modo, & via agendi, impropriè, & latè: vt dicunt Latini, ratio defendendi, seu defensionis, ratio belli gerendi, ratio concludendi, ratio persuadendi, & simil. Vel dicamus, ita Probum dixisse, rationem temerariam, quasi Græcè dixisset λόγῳ ἀλόγῳ. i. rationem necrationem: qualia sunt illa nuptiæ innuptæ, sepultura insepulta, strenua inertia, &c.

36. & vt si in sua manu) sic legendũ, non, vt est in libris Venetis & Florent. vt in sua manu: neque vt est in Basileensib. & ceteris Germ. & vt in sua naui: neque vt alij habent, & vt in sua manu. in sua manu autem. i. in sua potestate. proinde quasi, inquit, in sua potestate fortunam haberet, &c. proinde quasi fortuna ipsius arbitrio & nutu pugnam esset gubernatura. Sic M. Tull. pro Quintio, princip. propterea quòd omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant quid possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, quàm quid debeat facere. & Sallust. coniur. Catil. oratione Cæsaris. Potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi.

37. ob eam rem in cr.) dissentiunt hîc inter se libri editi. nam Veneti & Florentini sic habent, desertus esset. populus acer, susp. ob eámque rem mobilis, aduersarius, inuidus etiam potentiæ in crim. vocabatur: dom. reu. accusantur prod. planè mendosè, quis non videt? Basileenses sic, vt edidimus. cl. Puteanus suspicans ordinem esse à Germanis mutatũ, putabat exempla Veneta, & Florentina paullum abesse à recta scriptura. Itaque vna vocula addita, sic legendum existimabat, aduersarius, inuidus etiam potẽtiæ, quæ in crimen vocabatur, domum reuo-

cat. accusantur proditionis. acer. i. ὀξὺς ὀξύθυμος, asper, iracundus. Diod. ἦν δ' ἀθη-ναίοις παροξυντικῆς, &c. suspicax. i. ad suspicandum facilis ac proclinis.

38. aduersarius, inu.) Plutarch. præceptis polit. ἔνι δὲ παντὶ δήμῳ τὸ κακόηθες, καὶ φιλαίτιον ἔνεστι πρὸς τοὺς πολιτευομένους, &c. i. Sed quoniam in omni populo inest ingenium malignum, & accusatorium in eos, qui remp. administrant, &c.

39. damnatur Tim.) absoluitur Iphicrates, vt suprà cognouimus in Iphicr.

40. centum talentis) talentum, auctore Festo, valet sex millia drachmarum, aut denariorum. denarius Romanus autem, qui argenteus erat, decem asseis, seu quattuor sestertios nummos valebat. Drachmæ porrò, apud Græcos, & denarius apud Rom. idem valebant, vt docet Budæus noster.

41. chalcidem se contulit) quæ est in Eubœa.

42. fortunæ varietas) Cicero lib. 2. de nat. deorum. nónne ipsa varietas, quæ est propria fortunæ, &c.

43. quos auus Conon) vt suprà in Conone expositum est.

44. Iason tyrannus) Iasonem Pharsaliorum, seu Thessalorum ducem commemorat Xenophon lib. 6. de reb. Gr. non longè à princip. eiúsque potentiam, & scientiam rei militaris, & virtutem, multis verbis exponit sub persona Polydamantis Pharsalij, in ea contione, quam apud Lacedæmonios habuit. commemorat & Isocrates orat. ad Philipp. non admodum longè ab extr. his verbis, ἐκ πολλῶν δὲ κατανοήσας, ὅτι δεῖ τοῦτον τὸν τρόπον πράττειν, μάλιστα δ' ἐκ τῶν Ἰάσονι συμβάντων· ἐκεῖνος γὰρ οὐδὲν τοιοῦτον, οἷόν σὺ, κατεργασάμενος, μεγίστης δόξης ἔτυχεν, οὐκ ἐξ ὧν ἔπραξεν, ἀλλ' ἐξ ὧν εἶπεν· ἐποιεῖτο γὰρ τοὺς λόγους ὡς εἰς τὴν ἤπειρον διαβησόμενος, καὶ βασιλεῖ πολεμήσων. i. Cùm ex multis autem rebus intellexeris, sic agẽdum esse, tum maximè ex iis, quæ Iasoni euenerunt. Ille enim cùm tale nihil, quale tu, fecisset, maximam gloriam consecutus est, non ex iis, quæ gessit, sed ex iis, quæ dixit. Prædicarat enim, se in terram continentem transiturum, & regi Persarũ bellum illaturum, &c. De eodem & Diod. Sicul. mentionem facit lib. 15. ibi. Ἰάσων ὁ Φερῶν τύραννος, ἀεὶ μᾶλλον αὐξόμενος, ἐστράτευσεν εἰς τὴν Λοκρίδα, &c. i. Iason autem Pherarum tyrannus, magis in dies crescens, bellum Locridi intulit. Idem paucis pòst. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἰάσων ὁ Φερῶν τύραννος, συνέσει τε στρατηγικῇ διαφέρων, καὶ πολλοὺς τῶν περιοίκων εἰς συμμαχίαν προσαγόμενος, ἔπεισε τοὺς Θετταλοὺς ἀντιποιεῖσθαι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας. i. eodem tempore dum hæc aguntur, Iason Pherarum tyrannus, scientia rei militaris excellens, cùm multos finitimos ad societatem perduxisset, persuasit Thessalis, vt Græciæ principatum sibi deposcerent, ac vendicarent. Postremò & Plutarch. præceptis polit. eum commemorat, eiúsque hanc sententiam refert, ὡς ἀναγκαῖον ἀδικεῖν τὰ μικρὰ, τοὺς βουλομένους τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν. i. eos oportere leueis & paruas iniurias facere, qui velint magnis iustitiæ muneribus fungi. Idem ἀποφθ. βασιλ. tradit, eum aliquando ad Epaminondam, qui valde pauper erat, duo aureorum millia misisse: illum autem accipere noluisse. Atque vtrobique Plutarch. eum Thessalorum μονάρχην appellat. Hic Iason, tanta suæ virtutis opinione atque admiratione concitata, tantáque exspectatione rerum commota, vt Xenophon eodem libro scribit, & Diodorus Siculus lib. 16. ex Ephori historici sententia, à quibusdam septem adolescentibus coniu-

ratis insidiosè interfectus est. vt alij volunt à fratre. causam cædis non afferunt illi, sed affert Val. Maximus lib. 9. cap. 11.

45. sine satellitib.) ἄνευ δορυφόρων, καὶ σωματοφυλάκων. sine stipatoribus hastatis, & corporis custodibus.

46. de fama dimicanti) in periculo famæ versanti, de fama decernenti, seu certanti. M. Tullius, qui de vita gloriæ causa dimicat. Idem Philipp. vlt. in extr. cúmque vrbem, templa deorum immortalium, bona, fortunásque omnium, liberósque conseruarint dimicatione, & periculo vitæ suæ.

47. Hunc aduersus) ἀναστροφὴ, aduersus hunc, vt & aliàs.

48. patriæque sanct. iura, q. hosp.) sic Demosth. (vt ait Æschines oratione περὶ παραπρεσβ. hoc ei maledicti loco obiiciens) dixit, se anteponere salem ciuitatis hospitali mensæ. Æschinis verba sunt hæc ἔφησθα γὰρ τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῆς ξενικῆς τραπέζης: id est, dixisti enim te salem ciuitatis pluris facere, quàm hospitalem mensam.

49. Hæc extrema fuit ætas) sic fere Diod. lib. 15. de Epaminonda loquens. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἡλικίαν τὴν τούτου, γεγόνασιν ἄνδρες ἐπιφανεῖς, Πελοπίδας ὁ Θηβαῖος, ἔτι δὲ καὶ Τιμόθεος, καὶ Κόνων, καὶ Χαβρίας, καὶ Ἰφικράτης Ἀθηναῖοι· πρὸς δὲ τούτοις Ἀγησίλαος ὁ Σπαρτιάτης βραχὺ τοῖς χρόνοις πρότερος. i. huius autem (Epaminondæ) ætate fuerunt viri clari, & illustres, & Pelopidas Thebanus, & præterea Timotheus, & Cono, & Chabrias, & Iphicrates Athenienses: & præter hos Agesilaus Spartiata paullo tempore antiquior.

50. dignus memoria) dignus, cuius facta, aut res gestæ memoriæ mandentur, ἀξιομνημόνευτός τις, memorabilis.

DATAMES.

VEnio nunc ad fortissimum virum,[1] maximíque consilij omnium barbarorum, exceptis duobus Karthaginiensibus, Hamilcare, & Annibale. de quo hoc plura referemus, quòd &[2] obscuriora sunt eius gesta pleraque: & ea, quæ prosperè ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilij, quo[3] tantùm non omneis superabat, acciderunt: quorum nisi ratio explicata fuerit, res apparêre non poterunt. Datames patre Camissare,[4] natione Care, matre[5] Scythissa natus, primùm[6] militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam tuebantur. pater eius Camissares, quòd &[7] manu fortis, & bello strenuus, & regi multis locis fidelis erat repertus, habuit prouinciam[8] Ciliciæ iuxta Cappa-

dociam, [9] quam incolunt[10] Leucoſyri.[11] Datames militare munus fungens primùm qualis eſſet apparuit in bello, quod rex aduerſus[12] Caduſios geſſit. namque hîc[13] multis millibus hoſtium, & regiorum interfectis magni[14] fuit eius opera. quo factũ eſt, vt, cùm in eo bello cecidiſſet Camiſſares[15] paterna ei traderetur prouincia. Pari ſe virtute poſtea præbuit, cùm [16] Autophradates iuſſu regis bello perſequeretur eos,[17] qui defecerant. namq; eius opera hoſtes, cùm caſtra iam intraſſent,[18] profligati ſunt, exercitúſque reliquus conſeruatus eſt. qua ex re maioribus rebus præeſſe cœpit. Erat eo tempore [19] Thyus dynaſtes Paphlagoniæ, antiquo genere natus, à [20] Pylæmene illo, quem Homerus Troico bello à[21] Patroclo interfectum ait. Is[22] regis dicto audiens non erat. quam ob cauſam bello eum perſequi cõſtituit, eíque rei præfecit Datamem propinquum Paphlagonis. namque ex[23] fratre & ſorore erant nati. quam ob cauſam Datames omnia[24] primùm experiri voluit, vt ſine armis propinquum ad officium [25] reduceret: Ad quem cùm veniſſet ſine præſidio, quòd ab amico nullas vereretur inſidias, pænè interiit. nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat[26] mater cum Datame amita Paphlagonis. ea, quid ageretur,[27] reſciit: filiúmq; monuit. Ille fuga periculum euitauit, bellúmque indixit Thyo. In quo cùm ab Ariobarzane[28] præfecto Lydiæ, & Ioniæ, totiúſque Phrygiæ deſertus eſſet,[29] nihilo ſegnius perſeuerauit, viuúmque Thyum cepit cum vxore & liberis. cuius facti ne prius fama ad regem, quàm ipſe, perueniret, dedit operam. Itaque omnibus inſciis eò, vbi erat rex, venit: poſteróque die Thyum, hominem maximi corporis,[30] terribiliq; facie, quòd & niger, & capillo longo, barbáque[31] erat prolixa, optima veſte contexit, quam ſatrapæ regij[32] gerere conſueuerant.

*ſueuerant.ornauit etiam torque,atque[33] armillis aureis,cete-
róque regio cultu:ipſe agreſti,[34] duplicíque amiculo circum-
datus,[35] hirtáque tunica, gerens in capite galeam[36] venato-
riam,dextra manu clauam,ſiniſtra[37] copulam,qua vinctum
ante ſe Thyum[38] agebat,vt ſi ferám beſtiam captam duce-
ret. Quem cùm omnes proſpicerent propter nouitatem or-
natus,ignotámque formam, ob eámque rem magnus eſſet
concurſus:fuit nemo, qui agnoſceret Thyum, qui non regi
nuntiaret. Ac primò non credidit.itaque[39] Pharnabazum
miſit exploratum. à quo vt rem geſtam comperit, ſtatim
[40] admitti iuſsit,magnopere delectatas cùm facto,tum orna-
tu:in primis,quòd[41] nobilis rex in poteſtatem inopinanti ve-
nerat. Itaque magnificè Datamem donatum ad exercitum
miſit,[42] qui tum contrahebatur duce Pharnabazo,& Ti-
thrauſte ad bellum Aegyptium,paríque eum,atque illos,im-
perio eſſe iuſsit. Poſtea verò quàm Pharnabazum rex re-
uocauit,illi[43] ſumma imperij tradita eſt. Hic cùm maximo
ſtudio compararet exercitum, [44] Aegyptúmque proficiſci
pararet:ſubitò à rege litteræ ſunt ei miſſæ,vt Aſpim aggre-
deretur,qui Cataoniam tenebat.quæ gens iacet ſupra Cili-
ciam,confinis Cappadociæ. namque Aſpis ſaltuoſam regio-
nem,caſtellíſque munitam incolens, non ſolùm imperio re-
gis non parebat,ſed etiam finitimas regiones[45] vexabat,&
quæ regi portarentur,abripiebat.Datames & ſi longè abe-
rat ab his regionibus, & à [46] maiore re abſtrahebatur, ta-
men regis voluntati[47] morem gerendum putauit.Itaq; cum
paucis,ſed viris fortibus,[48] nauem conſcendit,exiſtimans,id
quod áccidit,facilius ſe[49] imprudentem,& imparatum par-
ua manu oppreſſurum, quàm paratum, quamuis magno
exercitu.Hac delatus in Ciliciam,egreſſus[50] inde, dies, no-*

ctéisque iter faciens,[51] Taurum transiit, eóque, quò studuerat, vênit. quærit quibus locis sit Aspis. cognoscit haud longè abesse, profectúmque eum venatum:[52] quem dum[53] speculatur, aduentus[54] eius causa cognoscitur. Pisidas cum iis, quos secum habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id Datames vbi audiuit, arma capit, suos sequi iubet, ipse[55] equo concitato ad hostem[56] vehitur. quem procul Aspis conspiciens[57] ad se ferentem pertimescit, atque à conatu resistendi deterritus sese dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit[58] Mithridati. Hæc dum geruntur, Artaxerxes reminiscens à quanto[59] bello ad quam paruam rem principem ducum misisset, se ipse reprehendit, & nuntium ad exercitum[60] Acæum misit, quòd nōdum Datamē[61] profectū putabat: qui[62] ei diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquàm perueniret, quò erat profectus, in itinere[63] conuênit, qui Aspim ducebant. Qua celeritate cùm magnam beniuolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem[64] inuidiam[65] aulicorum[66] excepit, quòd illum vnum pluris, quàm se omneis, fieri videbant. quo facto cuncti ad eum opprimendum[67] consenserunt. Hæc Pandates, gazæ custos regiæ, amicus Datami,[68] perscripta ei mittit. in quibus docet, eum magno fore in periculo, si quid illo imperante in Aegypto aduersi accidisset. namque[69] eam esse consuetudinem regum, vt casus aduersos[70] hominibus tribuant, secundos[71] fortunæ suæ: quo facilè fieri, vt impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res male gestæ nuntientur. illum hoc maiore fore in discrimine, quòd,[72] quibus rex maximè obediat, eos habeat inimicissimos. Talibus ille litteris cognitis cùm[73] iam ad exercitum Acæum venisset, quòd non ignorabat ea verè scripta:[74] desciscere à rege constituit, neq;

tamen quicquam fecit, quod fide sua esset indignum. nam [75] Androclem Magnetem exercitui præfecit. ipse cum suis in Cappadociam discedit,[76] coniunctámque huic[77] Paphlagoniam occupat, celans qua voluntate esset in regem. clàm cum[78] Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, vrbeis munitas suis tuendas tradit. Sed hæc propter hiemale tempus minus prosperè succedebant. Audit,[79] Pisidas quasdam copias aduersus se parare. filium eò Aridæum cum exercitu mittit. cadit in prœlio adolescens. proficiscitur eò pater non ita magna cum manu, celans[80] quantum vulnus accepisset, quòd prius ad hostem peruenire cupiebat, quàm de male re gesta fama ad suos perueniret ne cognita filij morte animi debilitarentur militum. Quò contenderat, péruenit, iisque locis castra ponit, vt neque[81] circumiri multitudine aduersariorum posset, neque impediri, quo minus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes socer eius, præfectus equitum. is desperatis generi rebus[82] ad hosteis transfugit. Id Datames vt audiuit, sensit, si in turbam[83] exisset, ab homine tam necessario se esse relictum, futurum vt ceteri consilium sequerentur.[84] in vulgus edit, suo iussu Mithrobarzanem profectũ properfuga, quo facilius receptus hosteis interficeret. quare eum relinqui[85] non par esse, sed omneis confestim sequi. quòd si animo strenuo fecissent, futurum, vt aduersarij non possent resistere, cùm & intra vallum, & foris cæderentur. Hac re probata exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur, [86] qui tantùm quòd ad hosteis peruenerat. Datames[87] signa inferri iubet. Pisidæ noua re commoti,[88] in opinionem adducuntur, perfugas mala fide,[89] compositóque fecisse, vt[90] recepti, essent maiori calamitati. primùm eos adoriuntur.

[91] illi, cùm quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant, [92] ab hísque stare, quos reliquerant. quibus cùm neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resistenteis Datames inuadit: primo impetu pellit, fugienteis persequitur, multos interficit, castra hostium capit. [93] Tali consilio vno tempore & proditores [94] perculit, & hosteis [95] profligauit: & quod ad suam perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem conuertit. quo neque acutius vllius imperatoris [96] cogitatum, neque celerius factum vsquam legimus. Ab hoc tamen viro Scismas [97] maximo natu filius desciit, & ad regem transiit, & de defectione patris detulit. quo nuntio Artaxerxes commotus, quòd intelligebat sibi cum viro [98] forti ac strenuo negotium esse, [99] qui, quod cogitasset, facere auderet, & prius cogitare, quàm conari consuesset, Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo [100] Ciliciæ portæ sunt sitæ, Datames præoccupare studuit. sed tam subitò copias contrahere non potuit. à qua re depulsus cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, vt neque circumiretur ab hostibus, neque præteriret aduersarius, quin ancipitibus locis premeretur: &, [101] si dimicare eò vellet, non multum obesse multitudo hostium suæ paucitati posset. Hæc etsi Autophradates videbat, [102] satius tamen statuit congredi, quàm cum tantis copiis refugere, aut tam diu vno loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centũ millia, quos illi [103] Gardates appellant. eiusdemq; generis [104] III. funditorum. præterea Cappadocum VIII. Armeniorum X. Paphlagonum V. Phrygum X. Lydorũ V. Aspendiorum & Pisidarum circiter III. Cilicum II. Captianorum totidem, ex Græcia conductorum III. millia: le-

uis armaturæ maximum numerum. Has aduersus copias spes omnis consistebat Datami[105] in se, locíque natura. namque huius partem non habebat vicesimam militum.[106] Quibus fretus conflixit, aduersariorúmque multa millia concîdit, cùm de ipsius exercitu non amplius[107] hominum mille cecidisset. quam ob causam postero die tropæum posuit, quo loco pridie pugnatum. Hinc cùm castra mouisset, vt inferior copiis, ita superior omnibus prœliis discedebat,[108] quòd numquam manum consereret, nisi aduersarios locorum angustiis clausisset. quod perito regionum, callidéque cogitanti sæpe accidebat. Autophradates cùm[109] bellum duci maiore regis calamitate, quàm aduersariorum, videret, ad pacem atque amicitiam hortatus est, vt cum rege in gratiam rediret. Quam ille[110] & si non fidam fore putabat, tamen condicionem accepit, séque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex aduersus Datamem susceperat,[111] sedatum. Autophradates in Phrygiam se recipit.[112] At rex quòd implacabile odium in Datamem susceperat, postquàm bello eum opprimi non posse animaduertit,[113] insidiis interficere studuit. quas ille plerasque vitauit. sicut cùm nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero. de quibus quòd[114] inimici detulerant, neque credendum, neque negligendum putauit. experiri voluit[115] verum, falsúmne sibi esset relatum. Itaque eò profectus est, in quo itinere futuras insidias illi dixerant. sed elegit corporis statura simillimum sui, eíque vestitum suum dedit, atque[116] eò loci ire, quò ipse consueuerat, iussit: ipse autem ornatus vestitu militari inter[117] corporis custodes iter facere cœpit. At insidiatores, postquàm in eum locum[118] agmen peruênit, [119] decepti ordine, atque vestitu in eum faciunt impetum, qui

suppositus erat.[120] Prædixerat autem Datames, cum quibus iter faciebat, vt parati essent facere,[121] quod ipsum vidissent. Ipse, vt concurrenteis insidiatores animaduertit, tela in eos coniecit. hoc idem cùm vniuersi fecissent, priusquàm peruenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt. Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis Ariobarzanis filij dolo: namque is[122] pollicitus est regi, se eum interfecturum,[123] si ei rex promitteret, vt, quodcunque vellet, liceret impunè facere:[124] fidémque de ea re, more Persarum, dextra dedisset.[125] hanc vt accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias: copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit, regis prouinciam [126] vexat, castella expugnat,[127] magnas prædas agit: quarum partem suis dispertit, partem ad Datamem mittit. pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo persuasit homini, se infinitum aduersus regem[128] suscepisse bellum, cùm nihilo magis,[129] ne quam suspicionem illi præberet insidiarum, neque[130] colloquium eius petiuit, neque in conspectum venire studuit. Sic absens[131] amicitiam gerebat, vt non beneficiis mutuis, sed[132] odio communi, quod[133] erga regem susceperant,[134] contineri viderentur. Id cùm satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit Datamem, tempus esse maiores exercitus parari, & bellum cum rege suscipi. de qua re, si ei videretur, quo vellet, in colloquium veniret. Probata re[135] colloquendi tempus sumitur, locúsque, quò conueniretur. Huc Mithridates cum vno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribúsque locis separatim[136] gladios obruit, eáque loca diligenter [137] notat. ipso autem colloquendi die, vtrique locum, qui explorarent, atque[138] ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ipsi

ſunt congreſſi. Hîc cùm aliquandiu in colloquio fuiſſent, & [139] diuerſi diſceſiſſent, iámq; procul Datames abeſſet: Mithridates priuſquàm ad ſuos perueniret, ne quam [140] ſuſpicionem páreret, in eundem locum reuertitur, atque [141] ibi, vbi telum erat poſitum, reſedit, [142] vt ſi à laſſitudine cuperet acquieſcere: Datamémque reuocauit, ſimulans ſe quiddam in colloquio eſſe oblîtum. interim telum, [143] quod latebat, protulit: nudatúmque vagina veſte texit, ac Datami venienti ait [144] digrediendum: ſe animaduertiſſe, locum quendam, qui erat in conſpectu, ad caſtra ponenda eſſe idoneum. quem [145] cùm digito monſtraret, & ille conſpiceret, auerſum ferro transfixit: priúsque, quàm quiſquam poſſet ſuccurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos conſilio, [146] neminem perfidia ceperat, ſimulata captus eſt amicitia.

DATAMES.

Maximíque conſilij) καὶ βουλότατον, & maxime conſilio valentem.

2. *obſcuriora ſunt eius geſta pleraque) nihil verius. nam exceptis paucis quibuſdam de* Datame *verbis apud* Diod. Siculum, & Polyænum, & Frontinum, *hic vnus auctor ſiue* Probus, *ſiue* Nepos, Datamis *memoriam ab obliuione vindicauit.*

3. *quo tantumnon omneis ſuperabat)* Omnes *libri, quos quidem viderim, ſic habent, quo tamen omneis ſuperabat: in qua oratione, vox, tamen, non videtur ad hunc locum quadrare: Itaque niſi librorum omnium, in quibus reperitur, conſenſus reclamaſſet, ego eam ſuſtuliſſem, nullámque aliam in eius locum ſubſtituiſſem, niſi mihi* Clementis Teuenini, *viri* Romanæ *antiquitatis peritiſſimi, & humaniſſimi coniectura mirum in modum probaretur: quæ talis eſt: quo tantumnon omneis ſuperabat. tantumnon autem, id eſt, μονονουχὶ, propemodum, fere.* Terent. Phorm. princip. *modònon monteis auros pollicens.* Nequis *autem putet hăc coniecturam nimis eſſe violentam, & à ſcriptura recepta remotam, faciam iam vt aliter ſentiat. ſcribatur tantumnon, quo more ſcribebant librarij ſcriptores breuitati ſtudentes, tmnon: fiat ex duob. primis pedib. a ex trib. ſequentib. m. ex o, verò e. ſeruetur n.* Ita *conflabitur vox, tamen.* Sic *igitur* Teueninus *putabat ex tantumnon, recto & vero, quod ſic eſſet in libris manuſcriptis, deſcriptũ, tmnon, factum eſſe, tamen, mendoſum & deprauatum.* Idem *tamen putabat pro hac eádem particula, tamen, legi poſſe, tum,* Ex, *tum, enim facilis calami lapſus fuit, ad, tamen.*

4. *natione Car*) *qui pater natione Car erat. Est autem Caria regio Asiæ, ab occasu mare Myrtoum, & Græciam: ab ortu Lyciam, & Pamphyliam: à septentrionibus Ioniam, & Phrygiam: à meridie Rhodum, & mare Rhodium spectans.*

5. *Scythissa*) *in Scythia nata, Scythide.*

6. *militum numero*) *militum ordine & loco.*

7. *manu fortis*) *sic locutus est suprà in Pausania, princip. Mardonius satrapes regius, &c. manu fortis, & consilij plenus.*

8. *prouinc. ciliciæ iuxta capp.*) *Prouinciam ciliciæ, &c. id est prouinciam ciliciam, quæ est iuxta cappadociam, vt mox dicemus.*

9. *quam*) *cappadociam.*

10. *Leucosyri*) *qui nunc dicuntur cappadoces, à fluuio cappadoce. Plin. lib. 6. cap. 3.*

11. *Datames militare munus fung.*) *sic loquitur & Plautus Menæchm. Nam parasitus octo hominũ munia facile fungitur Idem Trinummo. Sequere hac me, vt munus fungaris tuum. Lucil. sat. lib. I. Munu' tamen fungi, & muros seruare potissent. Idem lib. 5. Lælius pauperem ait se ingentia munera fungi. Hæc ex Nonio. M. Tull. verò cum septimo casu iungere solet. exempla vulgatissima, & notissima sunt. Per regem autem, Persarum regem significat.*

12. *cadusios*) Καδούσιοι, ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης καὶ τοῦ Πόντου. *Stephan. de vrbib. i. cadusij, gens inter mare caspium & Pontum. Plin lib. 6. cap. 17. ait, populos cadusios à Græcis dici, quos Gelas dicunt Latini: eósque circa Hyrcanũ mare locat, à caspiis, orientem versus.*

13. *multis millib. hostium, & reg.*) *secutus fere sum editionem coloniensem, quæ sic habet, multis millib. hostium, regiorum quoque non paucis interfectis. nã à ceteris abest vox hostium, & illud totum, quoque non paucis: quæ recipienda, & probanda fortasse sunt. nihil tamen affirmo. nam cùm hæc historia nusquam alibi scripta sit, quod sciam, aut certè non exstent historici, qui scripserint, difficile est coniicere, vtrùm regiorum militum, an regiorum hostium tantùm, an vtrorumque multa millia in eo prælio ceciderint. Omnino tametsi suspicari licet vocem hostium, & ceteras esse adiectas, tamen ea lectio, quam reposuimus, probabilissima est. hîc autem, id est, in hoc bello. In editione Basileensi, ita impressum est, vt in Venetis, multis millib. regiorum interfectis. Per regios autem, Regis Persarum milites significantur.*

14. *magni fuit eius opera.*) *sic suprà est locutus, in conone, princip. in eáque eius opera magni fuit.*

15. *paterna ei trad. prou.*) *cappadocia. Nam Diod. lib. 15. scribit, Datamẽ Cappadociæ satrapen fuisse. sic ille.* Ἀρταβάζου γὰρ τοῦ βασιλέως στρατηγοῦ μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐμβαλόντος εἰς τὴν Καππαδοκίαν, ὁ δὲ ταύτης τῆς χώρας σατράπης Δατάμης ἀντεστράτευσεν αὐτῷ, *&c. i. cùm Artabazus regis imperator cum magno exercitu in cappadociam irrupisset, huius regionis satrapes Datames exercitum aduersus eum duxit, &c. Sed Probus suprà camissarem patrem Datamis prouinciæ ciliciæ præfuisse licit.*

16. *Autophradates*) *Lydiæ satrapes, seu præfectus: de quo Diod. lib. 15. hanc*

ipsam

ipsam historiam narrans, sed paullo aliter, vt mox referemus.

17. *eos, qui defecerant)* Lycios, Pisidas, Pamphylios, Cilices, Syros, Phœnices, *& propemodum omneis maritimos populos, inquit* Diod. *lib.* 15. Sed quod dicit *Probus,* Autophradatem *iussum esse à rege, eos bello persequi, qui ab ipso defecerant,* Diodorus *eo, quem indicaui, libro tradit,* Autophradatem *vnum fuisse ex iis, qui à rege Persarum defecerant.* Hos enim enumerat, Ariobarzanem *Phrygiæ satrapen, qui &* Mithridate *mortuo, eius regni compos & dominus factus erat:* Mausolum *Cariæ dynasten, multorúmque locorum munitorũ, atque vrbium dominatum obtinentem, quorum princeps, & regia erat* Halicarnassus: Orontem *Mysiæ satrapen,* Autophradatem *Lydiæ: ex Ionibus autem,* Lycios, Pisidas, Pamphylios, *&c. suprà enumeratos. Atque hi, qui à rege* Persarum *defecerant,* Orontem *summæ imperij præfecerant, eúmque imperatorem, ac ducem totius exercitus delegerant. Hic autem imperium adeptus, stipendióque viciesmille militum annuo accepto, eos, qui se ei crediderant, prodidit, & maiorum præmiorum spe ductus, cum rege* Persarum *sese coniunxit. hæc fere* Diod. *lib.* 15. *ab* Æmilio Probo *in eo maximè discrepans, quòd* Autophradatem *in iis, qui à rege* Persarum *defecerant, numeret.*

18. *profligati sunt) perditi, & ad interitionẽ adducti sunt. sic* Nonius *in verbo profligare. Iterum* Probus *infrà eadem vita: Tali consilio, vno tempore & proditores perculit, & hosteis profligauit.*

19. *Thyus dyn. Paphl.) hunc commemorat* Athen. *lib.* 4. *cuius verba ascribã, quòd à re non sint prorsus aliena. sic igitur ille.* Θεόπομπος δ' ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν τὸν παφλαγόνων φησὶ βασιλέα Θῦν ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι δειπνοῦντα ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀπὸ βοῶν ἀρξάμενον, καὶ ἀχθέντα αἰχμάλωτον ὡς βασιλέα, καὶ ἐν φυλακῇ ὄντα, πάλιν τὰ αὐτὰ παρατίθεσθαι, ζῶντα λαμπρῶς· διὸ καὶ ἀκούσαντα Ἀρταξέρξην, εἰπεῖν ὅτι οὕτως αὐτῷ δοκεῖ ζῆν, ὡς ταχέως ἀπολούμενος. *i.* Theopompus *autẽ libro tricesimo quinto historiarũ, ait* Paphlagonum *regem* Thym, *seu* Thyum *cenantem singula centena in mensa apponere solitum, à bobus initio facto, & cùm captiuus ad regem* Persarum *abductus esset, & in custodia esset, eadem rursus sibi apponi iussisse, sumtuosè, & opiparè viuentem: quod cùm audisset rex* Persarum Artaxerxes, *dixisse, hunc sibi ita viuere videri, tamquam citò moriturum. Vtrùm autem scribatur* Thyus, *an* Thuys *an* Thuus, *nihil refert. sed malim scribi* Thys, *siue* Thus, *vnica syllaba.* Θῦς *enim à Græcis dicitur.* Commemorat *eundem idem* Athen. *lib.* 10.

20. *à Pylæmene illo) quem cõmemorat* Homerus Il. β. Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, *&c. i.* Paphlagonũ *autẽ dux erat* Pylæmenes *vir cordatus.*

21. *à Patroclo interf.)* Immò à Menelao, *sic enim* Homerus Il. ε. Ἔνθα Πυλαιμένεα ἑλέτην ἀτάλαντον Ἄρηϊ, Ἀρχὸν παφλαγόνων μεγαθύμων, ἀσπιστάων· Τὸν μὲν ἄρ' Ἀτρείδης δουρικλυτὸς Μενέλαος Ἑσταότ' ἔγχεϊ νύξε κατὰ κληῖδα τυχήσας, *&c. i.* Hîc Pylæmenem *occiderunt cum Marte conferendum,* Paphlagonum *magnanimorum, clypeatorum principem: Hunc quidem* Menelaus *stantem hasta confodit in iugulo percussum, &c. Quod ab aliis animaduersum & notatum esse video.* Troico *autem, hoc est* Troiano.

22, *regis dicto audiens non er.) sic sæpe loquitur* Probus: *suprà in* Lysandro, *princip. qui quòd dicto audientes imperatoribus suis non erant, &c.*
23. *ex fratre & sor.) ita patrueles & amitini erant.*
24. *omnia primum exper.) sic* Terent. Eun. Omnia prius experiri, quàm armis, *sapientem decet.*
25. *ad offic. reduc.) sic suprà* dixit ad officium redire, in Cimone: *& itē infra.*
26. Erat mater cum Dat) *mater* Datamis, *soror patris* Thyi, *& ita eiusdem* Thyi *amita, erat cum* Datame.
27. *resciit) propriè, & significanter. rescimus enim occulta, & celata, & insperata.* Gellius *lib. 2. cap. 19.*
28. Ariobarz *præf. Lydiæ) sic* Diod. *lib. 15.*
29. *nihilo segnius) sic loquitur &* Cæsar *lib. 2. de bello ciuili.* Maßilienses *tamen nihilo segnius ad defensionem vrbis reliqua apparare cœperunt.*
30. *terribili) horribili, terrifica, terrorem incutiente.*
31 *barbáque erat prolixa) id est barbámque habebat multam, & largam, & densam.* Virgil. Pharmac. *Hirsutúmque supercilium, prolixáque barba.* Claudius Puteanus, *iuuenis valde eruditus, idémque optimis moribus præditus, admonuit me, quosdam notauisse, hîc ex veteribus libris, promissa, legi oportere: quod approbo, atque amplector. Nam* Festus *docet, promissum, significare interdū longum, vt promissus capillus, promissa barba.* Cæsar *quidem lib. 5. de bello* Gallico *sic loquitur. Omnes ver*ò *se* Britanni *vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem, atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu, capillóque sunt promisso, &c. prolixa tamen non damno, præsertim si libri veteres non reclament.*
32. *gerere) vsitatè dictum. gerere vestem, vt gerere speciem, personam, annulū, colorem. notauimus in commentationib.* Lucretianis.
33. *armillis aureis)* Festus. *armillas ex auro, quas viri militares ab imperatorib. donati gerunt, dictas esse existimant, quòd antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. vnde arma ab his dependentia sunt vocata.*
34. *duplicique amiculo) quod est indumētum humilium personarum, aut certè senum, & philosophorum, & similium.* Virgil *lib. 5 duplicem ex humero reiecit amictum.* Horat. *ep. 17 lib. I. Cōtra quem duplici panno patiētia velat, &c.*
35. *hirtáque) hirsuta, hispida.* Horat. *epist. 3. lib. I. non tibi paruum* Ingenium *est, non incultum, nec turpiter hirtum.* Virg. *georg 2. hirtæ sub cornibus aures.*
36. *galeam venatoriam) quæ quid differat à militari, non nimis diligenter quæsiui licet tamen suspicari eā fuisse figura prorsus rotunda, omníque ex parte æquabilem, sine cono, & crista, talíque vllo ornamento, vt differret à militari.*
37. *copulam) vinculum.*
38. *agebat) significanter, quasi de fera, aut pecude loqueretur. itaque subiunxit, vt si feram bestiam, &c.* Virgil. Mœride, *Et potum pastas age* Tityre: *& inter agendum, Occursare capro, &c.*
39. Pharnabazum) *satrapen: de quo sæpe alibi.* 40. *admitti) intromitti.*
41. *nobilis rex) sic legendum potius quàm quo modo habent alij libri, non vilis rex. Erat enim à* Pylæmene *illo* Homerico *progenitus.*

42. *qui tum contrahebatur) quæritur vbi cōtraheretur hic exercitus, in Phrygiáne, an in Cilicia, an in Syria? namque hoc ſcire intereſt ad ea, quæ ſequuntur, vt admonebimus lectorem ſuo loco. In Cilicia non. nam primùm ſtatim dicit Probus, Datamem longè ab iis locis, vbi exercitum comparabat, euocatum eſſe, in Cataoniam, ſupra Ciliciam, & iuxta Cappadociam: deinde nauem conſcendiſſe, vt eò perueniret, & in Ciliciam delatum eſſe. At ſi in Cilicia fuiſſet, non longè à Cataonia afuiſſet: neque nauigare, neque om.n.nò iter facere ei neceſſe fuiſſet. Relinquitur vt aut in Syria, aut in Phrygia. in Phrygia, propterea quòd Pharnabazus Phrygiæ præfectus erat. ex quo probabile eſt, eum ibi exercitum cōtrahere inſtituiſſe: in Syria, quia Phrygiæ præfectura eò vſque pertinebat: ex Syria autem in Ægyptum, aduerſus quam bellum parabat, breuior erat traiectio. Cataonia autem, vt docet Plinius lib. VI. cap. 3. Cappadociæ pars eſt, quà Comagenam attingit.*

43. *ſumma imperij) ſic loquitur in Eumene. etenim ſemper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſummam imperij potirentur.*

44. *Ægyptúmque prof par.) quò breuis erat traiectio ex Syria, & maximè ex Ace, quæ poſtea Ptolemais dicta eſt. Plin. lib. 5. cap. 19. Stephan. de vrbib.*

45. *vexabat) ἐκάκου, populabatur, diripiebat, ἦγε καὶ ἔφερε. Virgil Sileno. Dulichias vexaſſe rateis. Cicero pro Milone. Omni ſcelere vexare rempubl.*

46. *à maiore re) à bello Ægyptio.*

47. *morem gerend.) eleganter, & ex conſuetudine ſcriptorum benè Latine loquentium, qui morem gerere dicunt pro obſequi, & obtemperare. Interdum tamen, & ſæpius in re turpi locum habet, vt docet Donatus ad illum locum Terentij Adelph. adoleſcenti morem geſtum oportuit.*

48. *nauem conſcendit) ex aliqua vrbe mari vicina ſcilicet.*

49. *imprudentem & imparatum) ſic locutus eſt in Ageſ. Quo factum eſt, vt omneis imperatores imparatos, imprudenteìſque offenderit.* 50. *inde) è naui.*

51. *Taurum) mōtem de quo lege Plin. lib. 5. cap 27. & Strabonem lib. 14. ibi λέγουσι γὰρ ἀρχὴν εἶναι τοῦ Ταύρου τὰ ὑπερκείμενα ὄρη τῶν χελιδονίων νήσων, αἵπερ ἐν μεθορίῳ τῆς Παμφυλίας, καὶ τῆς Λυκίας προκεινται. ἐντεῦθεν γὰρ ἐξαίρεται πρὸς ὕψος ὁ Ταῦρος, &c. i. aiunt enim Tauri initium eſſe monteis quoſdam, qui ſupra Chelidonias inſulas ſiti ſunt, quæ in mediis Pamphyliæ & Lyciæ finibus prominent. hinc enim Taurus attollitur, &c.* 52. *quem) Aſpin.*

53. *dum ſpecul.) dum veluti è ſpecula proſpicit hinc dicti ſunt ſpeculatores.*

54. *eius) Datamis. cognoſcitur ab Aſpi cauſa quam obrem Datames venerit.*

55. *equo concitato) equo calcarib incitato, & ſtimulato.*

56. *vehitur.) propriè dictum, vehitur equo. Virgil. lib. 12. volat ecce per hoſteis Vectus equo. Vehimur tamen etiam naui, & curru.*

57. *ad ſeferentem) vel legendum ad ſe ruentem, uel ſe ad ſeferentem, vel notandus locus.*

58. *Mithridati) Ariobarzanis filio, à quo poſteà per dolum & perfidiam interfectus eſt, vt infrà cognoſcemus. Sed huius nominis facta mentio admonet me, vt rem indicem lectori fortaſſe leuem, ſed tamen homini polito non negligēdam:*

Mithridatis nomen in nummis antiquis reperiri aliter scriptum, quàm quo modo nunc scribimus. Cùm igitur nuper essem in ædibus Errici Memmij, libellorum in Regia magistri, viri clariss. ostendit ille mihi duos nummos, quorum alter erat æreus, perantiquus: alter argenteus, item antiquiss. In ærei parte antica impressum erat Lysimachi caput: in postica scriptæ erant hæ litteræ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΩΡΟΣ. *In argentei parte postica exuuiæ leonis, claua Herculis, tridens: in antica scriptum, vt in superiore, litteris Græcis* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΩΡΟΣ. *Duos huic posteriori planè simileis argenteos mihi domi suæ ostendit & Clemens Teueninus, homo cùm in aliis rebus ingenuo dignis, tum in his, elegantissimi ac limatissimi iudicij.*

59. *bello) Ægyptio.*

60. *ad exercitum Acæum) sic edendum curaui, reclamantib. libris omnib. in quibus impressum est, ad exercitum acrem, planè mendosè. nam Probus sine dubio locum aliquem certum huius exercitus indicat. Ace autem vrbs est Phœniciæ, seu Syriæ, quæ postea Ptolemais dicta est, vt suprà diximus. sic & Stephanus,* Ἄκη πόλις Φοινίκης· αὕτη Πτολεμαὶς ἐκαλεῖτο. *Idem Probus infrà non longè eandem rem, eundémque locum describens, Talibus ille litteris (inquit) cognitis, cùm iam ad exercitum Acæum venisset, &c. vbi item vulgò legitur, acrē: quãquam cod. Colonienses habent, Agneæ, nulla probabili, meo quidem iudicio, ratione. fatebor tamen ingenuè, me non admodum in hac lectione, quam reposui, acquiescere. visa autem est paullo vulgata tolerabilior. hoc tantùm. ab Ace autem Acæum à Græcis dici, docet Stephanus eodem loco. Licet etiam legere Acensem, consuetudine & inflexione Latina, idque fortasse melius, quàm Acæum, propterea quòd cùm antiquissimi codices habeant Ageen, minus longe ab antiquæ scripturæ vestigiis recedat.*

61. *profectum) ad Aspim persequendum atque aggrediendum.*

62. *qui ei diceret) fortasse legendum, qui ediceret, verbis regis scilicet, Verumtamen nihil muto. qui autem, nuntius scilicet. & paullo pòst, Hic, nuntius, subintell.*

63. *conuênit qui) conuênit eos, qui &c. genus loquendi Probo vsitatum, & sollenne.*

64. *inuidiam) malum in aulis principum frequens, & latè patens.*

65. *aulicorum) eorum, qui regis aulam frequentabant, & terebant.*

66. *excepit) suscepit, subiit,* ἐξεδέξαν. *sic suprà.*

67. *consenserunt) conspirarunt.*

68. *perscripta) accuratè in litteris scripta. perscripta autem habent omnes libri vna voce, præter Basileensem, in quo impressum est, præscripta, mendosè, opinor: & Venetos ac Florentinos, in quibus est per scripta duabus vocibus, fortasse non male, vt per scripta interpretemur, per litteras. sed recepta lectio probabilior videtur, meo quidem iudicio, quamquam alteram non damno.*

69. *eam esse consi. reg.) Attende quale regum ingenium faciat Probus.*

70. *hominib. tribuant) in homines conferant.*

71. *fortunæ suæ) felicitati suæ.*

72. *quòd quib. rex max. obediat) Mirum dictu, regem aliquibus suorum obedire. ex quo putabam hunc locum esse corruptum, & legendum, quibus rex maximè, vel maximam fidem habeat, vel aliquo alio modo: verumtamen nihil mutandum. obedire enim hoc loco videtur idem fere valere, quòd πείθεσθαι, credere, & fidem habere, sequi alicuius consilium, & fidem.*

73. *cùm iam ad exercitum Acæum veniss.) ceteri libri vulgati habent, ad exercitum acrem, exceptis* Coloniensib. *in quib. est* Agneæ. *Licet hîc etiam legere* Acensem, *vt suprà.*

74. *desciscere) deficere.*

75. Androclem) *sic legendum potius, quàm* Androdem, *aut* Mandrodem, *aut* Mandroclem, *quæ reperiuntur in aliis editionibus.*

76. *coniunctámque huic) vt suprà dictum est.*

77. Paphlagoniam) *cuius regem* Thyum *ceperat, & ad regem* Artaxerxem *captiuum duxerat.*

78. *cum* Ariobarzane) Phrygiæ *satrape, qui à rege multo antè defecerat, vt scribit* Diodorus Siculus.

79. Pisidas) Pisidia *est supra* Lycaoniam, *infra* Cappadociam. Plin. *lib. 5. cap. 27.* Cetera Homonadum *castella* XLIIII. *inter asperas conualleis latent. Insident verticem* Pisidæ *quondam* Solymi *appellati: quorum colonia* Cæsarea, *eadem* Antiochia. *Sed quod ad hanc historiam attinet, discrepat à* Probo Diodorus *lib. 15.* Tradit *enim ille,* Persas *duce* Artabazo *in* Cappadociam, *quam tenebat* Datames, *inuasisse.* Datamen *verò magno cum exercitu ei obuiam iuisse. sic* Diod. Ἀρταβάζου γὰρ τοῦ βασιλέως στρατηγοῦ μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐμβαλόντος εἰς τὴν Καππαδοκίαν, ὁ μὲν ταύτης τῆς χώρας σατράπης Δατάμης ἀντεστρατοπέδευσεν αὐτῷ, πολλοὺς μὲν ἱππεῖς ἠθροικὼς, δισμυρίους δὲ πεζοὺς μισθοφόρους ἔχων αὐτῷ συστρατεύοντας, &c. i. *Cùm enim* Artabazus *regis imperator cum magno exercitu in* Cappadociam *inuasisset, huius prouinciæ præfectus, seu satrapes* Datames, *aduersus eum copias eduxit, multis equitibus coactis, viginti peditum conductorum millia secum in castris habens, &c.*

80. *quantum vulnus accep.) quantum dolorem, seu quantum detrimentum accepisset. tralatio est.*

81. *circumiri à multitudine) omnes quidem libri habent, circumiri multitudine, sine præpositione à, eóque nihil putabam mutandum, quamuis vsitatius videatur cum præpositione, circumiri à multitudine. nam &* M. Tullius *ita locutus est* Philipp. *13. qui se circumiri totius belli fluctibus, quàm illum aut regredi, aut progredi maluit, &c. Sed cùm meminissem* Probum *infrà non longè in eadem vita præpositionem adhibere, ibi, vt neque circumiretur ab hostibus, neque &c. ego constantiæ causa à multitudine edendum curaui. Quod si quis improbabit, cum eo non pugnabo.*

82. *ad hosteis transfugit) sic* Diod. *eod. lib.* ὁ δὲ κηδεστὴς τοῦ Δατάμου Μιθροβαρζάνης τῶν ἱππέων ἀφηγούμενος, χάριν τῷ βασιλεῖ βουλόμενος καταθέσθαι, καὶ τῆς ἰδίας σωτηρίας ἅμα προνοούμενος, νυκτὸς μετὰ τῶν ἱππέων ἀπήλαυνε πρὸς τοὺς πολεμίους, συντεθειμένος πρὸς Ἀρτάβαζον τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ περὶ τῆς προδοσίας. i. *Socer autem* Da-

tamis Mithrobarzanes, præfectus equitum, partim gratiam à rege Persarum inire, partim saluti suæ consulere volens, noctu è castris egressus cum equitibus, ad hosteis transfugit, pridie eius noctis cum Artabazo de proditione pactus. cetera, quæ ad hanc rem pertinent, mox ascribemus.

83. *si in turbam exisset) si in vulgus emanasset.* Cic. *pro* Rosc. Amerino. *nequaquam tamen similiter exire, atque in vulgus emanare poterit.*

84. *in vulgus edit) spargit rumorem.*

85. *non par esse,) non æquum esse, non conuenire.*

86. *qui tantum quòd ad host peru.) sic restitui, & ita legendum. deprauatus fuerat hic locus ignoratione venustissimæ, & bonis auctoribus* Latini *sermonis vsitatissimæ locutionis, tantùm quòd ad hosteis peruenerat, quod valet, vix dum ad hosteis peruenerat quo modo impressum est in codicib. Basileensib. vel commodum ad hosteis peruenerat, vel modò primùm ad hosteis peru. non amplius quàm quòd. Sic loquitur* M. Tull. *lib. 7. epist. ad fam. epist. 23.* Tantùm *quòd ex* Arpinati *veneram, cùm mihi à te litteræ redditæ sunt, &c. Idem ad Att lib. 15. epist. 13.* Hæc *cùm scriberem, tantùm quòd existimabam orationẽ ad te esse perlatã.* Idem *lib. Acc. 3:* Tantùm *quòd aratoribus* Metellus *obsides non dedit, se nulla in re* Verri *similem futurum.* Donatus *ad illum locum* Terentij Phorm. *cum hoc id agebam commodum, notat, commodùm, tantùm quòd.*

87. *signa inferri) sic* Cæsar. *Proximos colleis capere vniuersos, atque eò signa inferri iubet.* Cic. *pro* L. Flacco, *qui* Catilinam *signa inferentem patriæ interemit.* Idem *pro* Milone, *qui non calumnia litium, non iniustis vindiciis ac sacramento alienis fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat.*

88. *in opinion. adduc.) sic loquitur* Cic. *orat. pro* Cæcinna. *& in eam opinionem* Cesenniam *adducebat. vt mulier imperita, &c.*

89. *compositóque) compositò, id est, quòd* Græci *dicunt, ἐκ συνθήκης, id est, re inter ipsos comparata, & constituta.* Terent. Phorm. *Compositò factum est, quo modo hanc amans habere posset.* Virgil. *æn. lib. 2.* Composito *rumpit vocem, & me destinat aræ.*

90. *vt recepti, essent m.) vt cùm recepti essent, maiorem calamitatem importarent.* 91. *illi) perfugæ.*

92. *ab hisque stare) id est, & pro his pugnare.*

93. Tali *consilio &c.) referunt hoc &* Frontinus *lib. 2. strategem. &* Polyænus *lib 7. &* Diod. Siculus *lib. 15.* Sed *& hi tres à* Probo, *& ipsi inter se dißidẽt, ac discrepant tum nominibus, tum etiam totius rei gestæ narratione. sic* Frontin. Datames *dux* Persarum *aduersus* Autophradatem *in* Cappadocia *cùm partem equitum suorum transfugere comperisset, ceteros omneis venire secum iußit, assecutúsque trãsfugas collaudauit, quod eum alacriter præceßissent, hortatúsque est eos etiam, vt fortiter hostem adorirentur. pudor attulit transfugis pœnitẽtiam, & consilium suum (quia non putabant deprehensum) mutauerunt.* Polyænus *sic.* Δατάμης πολεμίοις παρετάσσετο. ἐν τῷ κινδύνῳ τῆς μάχης ἵππαρχος ἀπὸ μέρους ἀνωτυμου τοὺς ἱππέας ἀναλαβὼν, ηὐτομόλει πρὸς τοὺς ἐναντίους. ὁ δὲ τοὺς πεζοὺς καταπεπληγμένους τὴν προδοσίαν, διαλύει τὴν φάλαγγα πρῶτον παρεκελεύετο, ὡς καὶ τῶν ἱππέων ἐν καιρῷ συστ-

πεισθησομένων, ὅτι αὐτὸς εἴη δεδωκώς. ἐπίστευσαν οἱ πεζοὶ προσλαβεῖν τῶν ἱππέων τὴν νίκην ἐσπεύσαν καὶ αὐτοὶ ταύτης θερμῶς ἐμβαλόντες τοῖς πολεμίοις ἐνίκησαν καὶ μετὰ τὴν νίκην ἔμαθον τὴν προδοσίαν τῶν ἱππέων. i. Datames aciem aduersus hosteis instruxerat. in ipso pugnæ periculo præfectus equitum à læuo cornu equitib. secum abductis ad hosteis transfugit. Ille autē ad pedites proditionis metu perterritos accurrens, eos, vt totam phalangem tuerentur ac seruarent, hortatus est, tamquam equites vnà cum eis in hosteis essent impetum facturi, tempus idoneū nacti, quod ipse eis præscripserat. pedites crediderunt. præripere equitibus victoriam studuerunt. omnes magnis viribus in aduersarios impreßione facta, vicerunt: & post victoriam, equitum proditionem cognouerunt. Diodorus autem deinceps post illa verba, quæ paullo antè protuli, de Datamis socero, cui nomē erat, Mithrobarzani, qui ad hosteis trāsfugerat, sic: Δατάμης δὲ προσκαλέσας τοὺς μισθοφόρους, καὶ δωρεὰς ὑποσχόμενος, ἀνέζευξε πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας· καταλαβὼν δ' αὐτοὺς ἤδη συνάπτοντας τοῖς πολεμίοις, καὶ προσπεσὼν ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ἀρτάβαζον, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἔκτεινε τοὺς εἰς χεῖρας ἐρχομένους. ὁ δ' Ἀρτάβαζος τὸ μὲν πρῶτον τὸ ἀληθὲς ἀγνοῶν, ὑπολαβὼν δὲ τὸν ἀποστάτην τοῦ Δατάμου πρότερον πάλιν προδοσίαν ποιεῖσθαι, παρήγγειλε τοῖς ἰδίοις κτείνειν τοὺς προσιόντας ἱππεῖς· ὁ δὲ Μιθροβαρζάνης ἐν μέσοις ἀποληφθεὶς, καὶ τῶν μὲν ὡς προδότην ἀμυνομένων, τῶν δὲ πάλιν ὡς προδότην τιμωρουμένων, ἐν ἀπορίᾳ καθειστήκει· τῆς δ' ἀπορίας οὐκ ἐώσης βουλεύσασθαι, πρὸς ἀλκὴν ἐτράπετο, καὶ πρὸς ἀμφοτέρους διαμαχόμενος, πολὺν ἐποίει φόνον. τέλος δὲ πλειόνων, ἢ μυρίων ἀναιρεθέντων, τοὺς ὑποληφθέντας ὁ Δατάμης τρεψάμενος, καὶ πολλοὺς φονεύσας ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς διώκοντας στρατιώτας· τῶν δ' ἱππέων τῶν ὑποληφθέντων οἱ μὲν πρὸς τὸν Δατάμην ἀποχωρήσαντες, ἠξίουν τυχεῖν συγγνώμης· οἱ δὲ λοιποὶ τὴν ἡσυχίαν ἦγον, οὐκ ἔχοντες ὅποι τράπωνται. καὶ τέλος εἰς πεντακοσίους ὄντες κυκλωθέντες ὑπὸ Δατάμου κατηκοντίσθησαν. Δατάμης μὲν οὖν καὶ πρότερον ἐπὶ στρατηγίᾳ θαυμαζόμενος, πολλῷ τότε μᾶλλον ἔσχε περιβόητον τήν τε ἀνδρείαν, καὶ τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν σύνεσιν. i. Porro Datames cohortatus milites cōductos, magnáq; præmia iis pollicitus, castris motis ad eos, qui defecerāt, se contulit. Cùm autem eos offendisset sese iam cum hostibus cōiungenteis, ipse impetu facto & in Artabazi milites, & in equites, qui defecerant, omneis, qui in eius manus inciderunt, interfecit. Artabazus autem primò cùm rei veritatem ignoraret, eósque, qui antea à Datame defecerat, rursus proditione facta à se desciscere putaret, edixit suis, vt equites perfugas conciderent. Porrò autem Mithrobarzanes inter eos, ad quos transfugerat, medius interceptus, cùm hi ei, vt proditori, repugnarēt, illi rursus de eo, vt proditore, pœnas sumerent: consilij inopia laborabat, nec quid faceret, reperiebat. Cùm autem in talibus angustiis, consultationi locus non esset, rationem expediendæ salutis sibi à virtute petendam esse existimauit: & cum vtrisque depugnans, magnā eorum stragem edebat. ad extremum autem cùm plures, quàm decies mille equites interiissent, reliquis in fugam versis, & multis corū interfectis, Datames suis tuba signum dedit, vt persequendi finem facerent. Atque ex equitib. qui erant reliqui, alij ad Datamem se contulerunt, ab eóque vt sibi ignosceret, petiuerunt: ceteri quieuerunt, quò se verterent, non habentes. atque hi tandem cùm essent numero circiter quingenti, vndique à Datame circumuenti, telis confixi sunt. Ita Datamis, qui iam antea ob scientiam ducendi exercitus apud omneis mortaleis

magnam sui admirationem concitarat, multo magis & virtus hominum fama ac sermone celebrata est, & prudentia bene imperandi. Tali cōsilio igitur, id est, tali sollertia, & belli acumine, seu strategemate.

94. *perculit) peruertit, prostrauit.*

95. *profligauit) confecit, perdidit, vt suprà.*

96. *cogitatum) cogitatum hic nomen est, & substantiuè positum. suprà autem non longè, ibi. fuerat cogitatum, perspicuè est participium adiectiuum: vt fortasse suprà in Pausania, ibi, non callida: sed dementi ratione cogitata perfecit. Quamquam malim illic legi, conata.*

97. *maximo natu) alij libri habent, maximus natu, non malè. hic tamen nihil muto. Sic enim & alibi loquitur.*

98. *forti ac strenuo.)* Horat epist. 7. lib. I. *Strenuus ac fortis.*

99. *qui quod cog. f aud. & pr. cog. q.) sic Sallustius procem. belli Catilin.* Nam *& prius quàm incipias, consulto: & vbi consulueris, maturè facto opus est.*

100. *Ciliciæ portæ)* Plin. *lib. 5. cap. 27. de monte Tauro loquens, Torquetur itaque collisus (inquit) inter hæc claustra, & tamen victor flexuosus euadit vsque ad cognata Rhipæorum montium iuga, numerosis nominibus & nouis, quacumque incedit, insignis: Imaus prima parte dictus &c. sequitur deinde, iterúmque Taurus, etiam vbi dehiscit, séque populis aperit: portarum tamen nomine vnitatē sibi vindicans, quæ alibi* Armeniæ, *alibi* Caspiæ, *alibi* Ciliciæ *vocantur.*

101. *&, si dimicare eò vellet) si hic locus integer, & à mendo vacuus est, sic eum explicabo: &, si ob eam causam, quòd premeretur ancipitib. locis, dimicare vellet* Autophradates, *non multum obesse, &c.* Sed *quibusdam videtur vocula, eò, superuacanea, & inanis esse, atque idcirco delenda: quibus assentior. verumtamen quando ea in omnibus libris reperitur, retineatur potius.*

102. *satius tamen statuit) satius, subintell. esse. satius est, autem, id est, præstat, melius est. vtuntur hoc genere omnes boni scriptores. vox, satius, autem desiderabatur in libris fere omnibus, omissa à librariis propter similitudinē verbi, statuit.*

103. *quos illi* Gardates) Sic Cæsar lib III. *de bello* Gallico. *cum sexcentis deuotis, quos illi soldurios appellant: (quorum hæc est condicio, &c.* Idem lib. I. *qui summo magistratui præerant, quem* Vergobretum *appellant* Hedui: *qui creatur annuus) &c.*

104. III. *funditorum) tria funditorum millia.*

105. *in se, in seipso, vel in ipso.*

106. *quibus fretus) quibus paucis militib. fretus* Datames *signa contulit cum* Autophradate. Sed *antequàm cōfligeret* Datames, *credibile est, eum, licétque hoc intelligere ex illis verbis* Probi, *suprà non longè, locum delegit talem, &c. sæpe persequentem* Autophradatem *fugisse, ne iniquo loco cum tanta multitudine hostium, habens ipse paruam manum, confligere cogeretur.* Omnem *autem dubitationem tollit* Polyænus *lib. 7. strategem. qui refert, quo modo aliquādo* Datames Autophradatem *persequentem, in transitu fluminis eluserit. sic* Polyænus. Δατάμης Αὐτοφραδάτην διώκοντα φεύγων, ἧκεν ἐπὶ ποταμόν. τὸν δὲ πόρον ἐκκλίνας προσεποιήσατο στρατοπεδεύειν, τὰς μὲν μεγίστας καὶ ὑψηλοτάτας σκηνὰς κατὰ πρόσωπον σκηνοῦσθαι κελεύσας

κελεῦσαι. τὰ δὲ σκευοφόρα λύειν ὄπισθεν οὐκ εἴασε· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς στρατιώταις ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα ἐπέτρεψε. οἱ πολέμιοι τὰς σκηνὰς ὁρῶντες, καὶ αὐτοὶ κατεσκήνωσαν, καὶ τὰ σκευοφόρα διέλυσαν, καὶ τοὺς ἵππους ἀφῆκαν ἐπὶ νομήν, καὶ παρασκευῇ τοῦ δείπνου προσεῖχον. Δατάμης ἑτοίμην, καὶ διεσκευασμένην ἔχων τὴν δύναμιν, διὰ τοῦ ποταμοῦ διήγαγεν. οἱ πολέμιοι διεσκεδασμένην τὴν δύναμιν αὐτῶν ἕως ἀνεκάλουν, καὶ συνέλεγον, καὶ συνέταττον, καὶ τοὺς ἵππους ἐσκεύαζον, καὶ τὰ ὅπλα ἀνελάμβανον, οἱ περὶ Δατάμην φθάσαντες ᾤχοντο. i. Datames Autophradatem persequentem fugiens ad fluuium propius accessit: trāsitu autem fluuij declinato ac vitato, se castra metari simulauit, cùm maxima quidem & altissima tabernacula à fronte collocari iussisset, iumenta verò à tergo solui vetuisset: ne milites quidem arma deponere, atque exuere permisisset. hostes, qui tabernacula videbant, ipsi quoque tabernacula collocarunt, & iumenta soluerunt, & equos pastum dimiserunt, atque ad cenam parandam animum attenderunt. Datames paratum, & armis vasisque instructū habens exercitum flumen traiecit. Interea dum hostes milites dispersos reuocabant, & contrahebant, dúmque equos onerabant, ac iumenta iungebant, & arma sumebāt, Datames cum suis anteuerterat, & discesserat. Libet hoc quoque strategema illi adiungere, quòd ad elabēdum è manibus hostium pertinere videatur, à Polyæno eodem libro relatum. Δατάμης Εὐφράτην διαβὰς ἐπολέμει μεγάλῳ βασιλεῖ. ὁ δὲ μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐξῄει, οὐ πάνυ τῶν ἐπιτηδείων εὐπόρως ἔχων, χαλεπώτερον ὥδευεν. Δατάμης ἄνω τοῦ ποταμοῦ πολλὴν ὁδὸν παρελάσας, τὰς ἁμάξας συνδύο ζεύξας, ἐπέθηκε καὶ ἄλλας δύο κατ' αὐτῶν, καὶ συνήλωσε πρὸς ἀλλήλας. καὶ περὶ τοὺς κανθοὺς κάτω σανίδας προσήλωσεν, ὅπως οἱ τροχοὶ τὴν ἰλὺν τοῦ ποταμοῦ μὴ καταδύοιντο· ἄνδρας δὲ ἐρρωμενεστάτους τὰ ἰσχυρότατα τῶν ὑποζυγίων ἐπισύροντας ἀπὸ κάλου διανήξασθαι προσέθηκεν. ἔπειτα ἐνῆγε τὰς προσηλωμένας ἁμάξας εἰς τὸν ποταμόν, τῶν μὲν ὄπισθεν ὠθούντων, τῶν δὲ διανηξαμένων ἔμπροσθεν ἑλκόντων κάλοις μεγάλοις ἐξηρτημένοις· καὶ ἐπιβαλὼν ἄνω κλήματα καὶ ξύλα, διέβη τὸν ποταμὸν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, καὶ ἐς τὴν αὐτοῦ ἀφίκετο ἡμέραις δέκα πρότερον, ἢ τὸν βασιλέα ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀφικέσθαι. i. Datames Euphrate traiecto regi Persarum bellum inferebat. Ille magno contracto exercitu obuiam ire cœperat, quòd rebus ad alendum exercitum non admodum abundaret, tardius iter faciens. Datames, qui multorum dierum viam supra Euphratem processerat, binis curribus iunctis alteros binos imposuit, & clauis inter se coagmentauit, & colligauit. Tum ab infima parte rotarum ferramentis, seu canthis tabulas clauis adfixit, vt ne rotæ in limum fluuij penetrarent, atque ita currus in eo adhærescerent: viros autem robustissimos, qui iumenta valentissima fune attraherent, tranare iussos, in vlteriore parte fluminis posuit: deinde currus illos ita coniunctos in fluuium immisit, aliis quidem à parte posteriore eos impellentibus, ac trudentibus: illis verò, qui tranarant, ab anteriore trahentibus, magnis funibus aptos, & annexos. Atque iniectis à summa parte sarmentis & lignis, fluuium cū toto exercitu traiecit: & domum peruēnit decem diebus antè quàm rex fluuio appropinquasset.

107. non amplius hominum mille) id est, non amplius, quàm hominum mille, seu homines mille. sic suprà locutus est in Miltiade mille misit militum.

108. numquam manum consereret) numquam pedē conferret, numquam præ-

e

lium committeret. Manum conserere tamen interdum genus est actionis, seu formulæ prætoriæ, & significat, qua de re disceptatur, siue sit ager, siue quid aliud, in re præsenti, aduersario manu prehenso, omnibus verbis vindicare, idque præsente prætore: vnde illud, ex iure manum consertum vocare, de quo lege A. Gellium, lib.20. cap.9. vbi hos versus profert Ennij. Non ex iure manum consertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnúmque petunt, vadunt solida vi. proferuntur & à M. Tullio, oratione pro Murena.

109. *bellum duci) bellum produci. sic suprà in Alcib. vt bellum quàm diutissimè duceret.*

110. *& si non fidam) etsi insidiosam, infirmam, infidam fore existimabat, &c.*

111. *sedatum) compositum.*

112. *At rex quòd impl. &c.) hoc Diodorus valde breuiter retulit, quod Probus multis verbis persecutus est. Diod.* ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης πυθόμενος τὴν στρατηγίαν τοῦ Δατάμου, καὶ σπεύδων ἀνελεῖν τοῦτον, δι' ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἐδολοφόνησεν. *i. Rex autem Artaxerxes audita Datamis in bello gerendo sollertia, & studens, seu festinans hunc de medio tollere, dolo, & insidiis eum interemit. Sic autem dixit Cicero, implacabiles iracundias, epist. ad Q. Fr. lib.1. & Probus implacabile odiū. & idem Probus, suscipere odium, vt Cicero, suscipere inimicitias.*

113. *insidiis interficere)* δολοφονεῖν. *Diodorus.*

114. *quòd inimici detul.) inimici eorum, qui Datami insidiari arguebantur.*

115. *verum, falsúmne) legendum fortasse est, verúmne, an falsum &c.*

116. *eò loci) id est, in eum locum sic autem legendum, non, vt vulgò, eo loco. sic Terent. Andr. Commigrauit huc viciniæ, id est, in hanc viciniam.*

117. *corporis custod.)* σωματοφύλακας.

118. *agmen) agmen, id est, multitudo hominum perpetuo ordine, & continenti serie incedens. dictum ab agendo. agmen fluminis, agmen aquarum, agmen auium, agmen militum.*

119. *decepti ordine atque vestitu) hāc historiā refert & Polyænus lib.7. his verbis.* Δατάμης μαθὼν ὡς ἐπιβουλεύοιτο ὑπὸ στρατιωτῶν ἰδίων ἐν Ἀσπενδίῳ πεδίῳ μέλλων συμβάλλειν πολεμίοις, ἄλλον διεσκεύασε τῇ αὐτοῦ πανοπλίᾳ, ἐν ἄλλῃ δὲ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν. οἱ δὲ ἐπιθέμενοι ἐγνώσθησαν ὑπὸ τοῦ σχήματος ἐξαπατηθέντες. *i. Datames cùm cognouisset sibi à suis militibus insidias comparari, in Aspendio campo cum hostibus prælium commissuro, alium sua armatura instruxit: ipse in aliis armis periclitatus est. insidiatores autem cogniti, & deprehensi sunt, ornatus & armaturæ similitudine decepti.*

120. *Prædixerat autem Dat cum quib.) id est, Prædixerat autem Datames iis, cū quibus &c. nō dissimulabo tamē, in quibusdā lib. ita legi, iis cū quibus, &c.*

121. *quod ipsum vidissent) quod ipsum facere vidissent.*

122. *pollicitus est regi) paulla aliter refert hoc Polyænus, vt mox ostendemus.*

123. *si ei rex promitt.) cur non dixit, si sibi rex promitteret?*

124. *fidémque de ea re, m. P. d. d.) suprà in Themistocle. Inde non prius congressus est, quàm rex eum data dextra in fidem reciperet. ad quem locum de hoc more diximus nonnulla.*

125. *hanc vt accepit simulat se cum r. suscepisse inim.)* In vna editione hanc ferè lectionem reperi, neque eam tamen satis sinceram, neque integram. nam primùm in ea est inimicitiam, pro inimicitias: quamquam inimicitiam dixit Ennius. Eo ingenio natus sum, Inimicitiam atque amicitiam in fronte promtam gero. deinde, ordo verborum perturbatus & peruersus est. Ceteræ editiones, quæ habẽt, Hanc vt recepit à rege missam, copias p deprauatæ sunt à recta.

126. *vexat)* κακοῖ, diripit, populatur. Sic suprà eadem vita, sed etiam finitimas regiones vexabat.

127. *magnas prædas agit)* de hoc genere locutionis suprà in Chabria. ibi. à quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat. Quòd autem in aliquot editionibus legitur, prædas capit, mẽdosæ sunt, & legendum agit, vt nos edidimus, vel certè, facit. agit autem minus longè abest ab antiquæ scripturæ vestigiis. Græci autem dicunt vno verbo λῃλατεῖν, quod Latinè diceres, prædas agere, seu facere.

128. *suscepisse bellum)* atqui nondum bellum susceperat, vt appâret ex iis, quæ paucis pòst versibus sequuntur. ibi. certiorem facit Datamem tempus esse maiores exercitus parari. & bellum cum rege suscipi. Quare legendum hîc arbitror, persuasit homini (id est, Datamæ, seu Datami) se infinitum aduersus regem suscepisse odium: quo modo suprà locutus est, quòd implacabile odium in Datamem susceperat. & infrà non longè, sed odio communi, quod erga regem susceperat.

129. *ne quam suspicionem illi præb.)* sic loquitur & Tacitus quodam loco.

130. *neque colloq. eius pet.)* sic loquitur & Cæsar non semel.

131. *amic. gereb.)* M. Tull. epist. 8. lib. 3. ad famil. quorum sunt de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri.

132. *sed odio communi)* rectè. nam nõ ij soli sunt inter se amici, qui sunt iisdem amici, verùm etiam ij, qui eosdem oderunt, & iisdem sunt inuisi, atque odiosi, vt docet Aristot. lib. 2. de arte dicendi καὶ τοὺς φιλοῦντας, οὓς αὐτοὶ φιλοῦσι, καὶ τοὺς φιλουμένους ὑπὸ τῶν φιλουμένων ἑαυτοῖς, καὶ τοὺς τοῖς αὐτοῖς ἐχθρούς, καὶ μισοῦντας, οὓς αὐτοὶ μισοῦσι, καὶ τοὺς μισουμένους ὑπὸ τῶν ἑαυτοῖς μισουμένων· πᾶσι γὰρ τούτοις ταὐτὰ ἀγαθὰ φαίνεται εἶναι καὶ ἑαυτοῖς, ὥστε βούλεσθαι τὰ αὐτοῖς ἀγαθά, ὅπερ ἦν τοῦ φίλου. i. & solent homines illos amare, qui amant eos, quos amant ipsi, & qui iis sunt inimici, quibus sunt & ipsi, & qui eos oderunt, quos & ipsi oderunt, & qui iis inuisi sunt, quibus ipsi quoque sunt inuisi. His enim omnibus eadem videntur expedire, quæ & ipsis, ita vt hi velint ipsis bona euenire: quod amici propriũ esse dicebamus.

133. *erga regem)* aduersus regem. erga, hîc pro in, & aduersus positum est, cõtra grammaticorum præceptiones & obseruationes. sed sic interdum Plautus & Terent. vsurpant.

134. *contineri)* συνέχεσθαι, in amicitia mutua permanere, vel coniuncti esse, & quasi quodam vinculo vincti & colligati retineri.

135. *colloquendi tempus sumitur* sic Cæsar dixit lib. I. de bello Gallico. diem se ad deliberandum sumturum, &c.

136. *gladios obruit)* gladios defossos terra operit. sic M. Tull. in Catone. Nec

verò quemquam senum oblitum audiui quo loco thesaurum obruisset.

137. *notat, notis distinguit, & designat.*

138. *ipsos)* Datamem & Mithridatem.

139. *diuersi discessissent) in diuersa loca discessissent, Datames huc, Mithridates illuc.* Virgil. lib. V. æn. *Quò diuersus abis? Idem lib. I. submersasque obrue puppeis, Aut age diuersas, & disiice corpora ponto.*

140. *ne quam suspicionem pareret) ne quam suspicionem præberet, vt suprà locutus est. vel vt Cicero, ne quam suspicionem iniiceret.*

141. *vbi telum erat pos.) Videtur oblitus esse Probus quid paullo antè dixerit, non enim tela, sed gladios separatim à Mithridate esse obrutos dixit. gladij autẽ non sunt tela: neque gladiorum appellatione tela continentur.*

142. *à lassitudine cuperet requiescere) sic dixit* M. Tull. *à bellis, & ab armis conquiescere. pro Cornelio Balbo, & pro Milone.*

143. *quod latebat) quod erat terra obrutum.*

144. *ait digrediendum) legendum fortasse est, degrediendum.*

145. *quem cùm digito monstraret, &c.) totam hanc historiam refert & Polyænus lib. 7. aliquantum tamen à Probo discrepans, his verbis,* Μιθριδάτῃ βασιλεὺς προσέταξεν ἀπο, τοῦ τὰ Δατάμην κτεῖναι, ἢ ἀγαγεῖν. Μιθριδάτης ὑποκρίνεται καὶ αὐτὸς ἀποστῆναι βασιλέως. οὐ μὴν ὅμως Δατάμης ἐπίστευσεν, εἰ μὴ πρότερον πολλὰ λυμαίνεται τὴν βασιλέως ἀρχήν. καὶ δὴ πολλὰ ἐλυμήνατο, φρούρια βασιλέως κατέσκαψε, κώμας κατέπρησε, φόρους ἥρπασε, λείαν ἤλασεν· ἔδοξεν ἄρα πολέμιος εἶναι βασιλεῖ. ἄμφω δὴ ἐπὶ συνθήκαις γυμνοί, διαλεξόμενοι περὶ ὧν χρή. Μιθριδάτης ἐν τῷ χωρίῳ προκατασκευάσατο νύκτωρ ἐγχειρίδια πολλά, κεκρυμμένον ἄλλο ἀλλαχοῦ, καὶ τούτοις ἐπέκειτο σημεῖον. διαλεγόμενος δὲ περιῆγεν αὐτὸν ἠρέμα βαδίζων· ἐπεὶ δὲ ἅλις ἦν τοῦ λόγου, Δατάμης ἀσπασάμενος ἀπῄει. Μιθριδάτης ἓν τῶν ἐγχειριδίων ἀνελόμενος διὰ τάχους, καὶ ὑπὸ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ κρύψας, ἀνεκαλέσατο Δατάμην, ὡς ἐπιλαθόμενος δή τινος ὧν ἐχρῆν εἰπεῖν. προσελθόντα δὲ ἐκέλευσεν, τὸ ὄρος ἐκεῖνο ὀχυρῶσαι μάλιστα. οὕτως ἀφορῶντα Δατάμην ἐς τὸ ὄρος, τῷ ἐγχειριδίῳ Μιθριδάτης πλήξας ἀπέκτεινεν. *i. rex Persarum Mithridati mandauit, vt Datamem, qui à se defecerat, aut interficeret, aut captiuum adduceret. Mithridates, vt hoc efficere posset, simulat se quoque à rege defecisse: non tamen Datames aliter credidit, nisi Mithridates multa detrimẽta regis imperio antè intulisset. Itaque multis ille detrimentis regem affecit: castella regis munita subruit, vicos incẽdit, vectigalia diripuit, prædas egit. Ita ostendit, se regis hostem esse. Tunc igitur ambo conuenerunt nudi atque inermes, de iis, quæ opus essent, locuturi. Mithridates in hoc loco multos pugiones noctu præpararat: eos diuersis in partib. occultarat, & his notam aliquam apposuerat. colloquendo igitur eum huc adduxit, leniter & remissè ambulans. vbi autem sibi visi sunt satis esse collocuti, Datames illum cõplexus abiit. Mithridates interea vno ex pugionibus celeriter sublato, & sub alam læuam abdito, Datamem reuocauit, tanquam aliquid eorum, quæ opus essent, oblitus Datamem, cùm accessisset, iussit montem illum, quem digito indicabat, maximè munire. ita Datam. m, dum montem illum spectat, pugione percussum interemit.*

146. *neminem perfidia) contrà Polyænus eodem libro, his verbis,* Δατάμης ἐπι-

βουλεύων Σινωπεῦσι ναυτικὸν ἔχουσιν, αὐτὸς ναυπηγῶν, καὶ τεκτόνων ἀπορούμενος, φιλίαν συνθέμενος πρὸς αὐτοὺς, ἐπηγγείλατο Σηστὸν αὐτοῖς ἐκπολιορκήσας παραδώσειν, ἣν πολεμιωτάτην ἡγοῦντο. ἐπίστευσαν οἱ Σινωπεῖς, καὶ παρεκάλεσαν, ὧν ἂν ἐς τὸν πόλεμον δέοιτο, παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. ὁ δὲ ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἔφη δεῖσθαι, ὡς λαμπρὰν χορηγίαν ἔχων καὶ χρημάτων, καὶ σωμάτων. τοὺς δὲ τὰ μηχανήματα, κριοὺς, καὶ χελώνας κατασκευάζοντας οὐκ ἔχειν, ἃ δὴ μάλιστα ὠφέλιμα τοῖς πολιορκοῦσιν. οἱ Σινωπεῖς πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει τεχνίτας, καὶ ἀρχιτέκτονας ἔπεμψαν αὐτῷ. ὁ δὲ ταῖς τέχναις αὐτῶν χρησάμενος, ναῦς πολλὰς καὶ μηχανήματα κατασκευάσας, ἀντὶ Σηστοῦ τὴν Σινώπην ἐπολιόρκει. i. Datames cùm Sinopenseis insidiis capere vellet, qui classem habebant, ipse autem nauium opificibus & fabris carebat, amicitiam cum eis pactus, promisit se Sestum expugnaturum, eamque à se expugnatam eis traditurum, quam illi sibi inimicißimam existimabant. crediderunt Sinopenses, & rogarunt eum, vt, quibuscunque rebus ad bellum egeret, eas à se peteret, ac sumeret. Ille autem se nulla quidem alia re egere dixit, tamquam & pecuniæ, & virorum copia abunde instructus: sed fabros, qui machinas, arietes, testudines fabricarētur, non habere: quæ vrbium expugnatoribus maximè vtilia & necessaria sunt. Sinopenses, omneis, qui in vrbe erant, artifices, & architectos ad eum miserunt. Ille autem eorum arte & opera vsus, naueis multas, & machinationes fabricatus, pro Sesto, Sinopen oppugnauit. Hoc profectò Datamis consilium vafrum & callidum perfidia non vacat, siquid intelligo quid sit fidem seruare, & fallere. Idem tamen Datames huius vrbis obsidionem atque oppugnationem inchoatam relinquere regis iussu coactus est, vt ex eodem Polyæno intelligere licet: cuius verba non videtur à re alienum ascribere, vt ex eis duo discamus, alterum, Datamem Sinopen miro astu contra fidem datam oppugnasse: &, cùm forte eius perfidia regi Persarum non esset probata, illéque Datamem à Sinopes oppugnatione desistere iussisset, hunc non minore consilio & calliditate dolorem ignominiæ occultasse ac dißimulasse. Δατάμης πολιορκῶν Σινώπην γράμματα παρὰ βασιλέως δεξάμενος οὐκ ἐῶντος πολιορκεῖν, αἰσχυνθεὶς προσκύνησε τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἔθυσεν εὐαγγέλια, ὡς μεγάλα δὴ ἀγαθὰ παρὰ βασιλέως λαβὼν, καὶ νυκτὸς ἐπιβὰς τῆς νεὼς ἀπέπλευσεν. id est, Datames cùm Sinopen obsideret, litteras à rege Persarum accepit, quibus iubebatur ab oppugnanda Sinope desistere. has lectas continuò veneratus est, & ob lætum nuntium acceptum diis immortalibus gratias egit, & hostias immolauit, quasi magno beneficio à rege affectus: & noctu nauem ingressus, è portu soluit, & discessit.

EPAMINONDAS.

EPaminondas[1] Polymni filius, Thebanus. De hoc priusquàm scribamus, hæc[2] præcipienda videntur lectoribus, ne alienos[3] mores ad suos referant, néue ea, quæ ipsis leuiora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrētur. Scimus enim[4] musicen nostris moribus abesse à principis personæ,[5] saltae-

re etiam in vitiis poni.[6] quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna ducuntur. Cùm autem[7] exprimere imaginem consuetudinis, atque vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam.[8] Quare dicemus primùm de genere eius: deinde quibus disciplinis, & à quibus sit eruditus: tum de moribus, ingeniíque facultatibus, & si qua alia digna memoria erũt: postremò de rebus gestis, quæ plurimis omnium anteponuntur virtutibus. Natus igitur[9] patre, quo diximus, honesto genere,[10] pauper iam à maioribus relictus.[11] Eruditus autem sic, vt nemo Thebanus magis. nam &[12] cithariZare, & cantare ad chordarum sonum doctus est à[13] Dionysio: qui non minore fuit in musicis gloria, q̃[14] Damon, aut[15] Lamprus, quorum peruulgata sunt nomina: carmina cantare tibiis ab[16] Olympiodoro, saltare à[17] Calliphrone. At philosophiæ præceptorem habuit[18] Lysim Tarentinum, Pythagoréum: cui quidem sic fuit deditus, vt adolescens tristem & seuerum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate antepos uerit: neque prius eum à se dimiserit, quàm doctrinis tanto antecessit condiscipulos, vt facilè intelligi posset, pari modo omneis in ceteris artibus superaturum. Atque hæc[19] ad nostram consuetudinem sunt leuia, & potius contemnenda: at in Græcia[20] vtique olim magnæ laudi erant. Postquàm[21] ephebus factus est, &[22] palæstræ dare operam cœpit: non tam magnitudini virium seruiuit, quàm[23] velocitati. illam enim ad athletarum vsum, hanc[24] ad belli existimabat vtilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimùm currendo & luctando[25] ad eum finem, quoad stans[26] complecti posset, atque[27] contendere. In armis plurimum studij consumebat. Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona ac-

cesserant.erat enim[28] modestus, prudens, grauis,[29] temporibus sapienter vtens, peritus belli,[30] fortis manu, animo maximo: adeò[31] veritatis diligens, vt ne iocò quidem mentiretur. Idem[32] continens, clemens,[33] patiénsque admirandum in modum: non solùm populi,[34] sed etiam amicorum ferens iniurias: in primísque[35] commissa celans:[36] quod interdum non minus prodest, quàm disertè dicere.[37] Studiosus audiendi. ex hoc enim facillimè disci arbitrabatur. Itaque cùm in[38] circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur, numquam inde prius discessit, quàm ad finem sermo esset[39] deductus.[40] Paupertatem adeò facilè perpessus est, vt de republica nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in se tuendo[41] caruit facultatibus, fide ad alios subleuandos sæpe sic vsus est, vt possit iudicari omnia ei cum amicis fuisse communia. nam cùm aut ciuium suorum aliquis ab hostibus fuisset captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem[42] collocari non posset,[43] amicorum concilium habebat, & quantum quisque daret, pro cuiusque facultatibus imperabat, eámq; summam cùm faceret, prius, quàm acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat, ad eos, qui conferebant: eíque vt ipsi numerarent, faciebat, vt ille,[44] ad quem ea res perueniebat, sciret quibus, & quantum cuique deberet. Tentata autem eius est abstinentia[45] á Diomedonte Cyziceno. namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. hic magno cum pondere auri Thebas venit, &[46] Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem: quem tum Epaminondas plurimùm diligebat. Micythus Epaminondam conuenit, & causam aduentus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coràm, Nihil, inquit, opus

pecunia est. nam si ea rex vult, quę Thebanis sint vtilia, gratis facere sum paratus. sin autem contraria, non habet auri, atque argenti satis. namque [47] orbis terrarum diuitias accipere nolo pro patriæ caritate. [48] Te, qui me incognitum tentasti, tuíque similem existimasti, non miror, tibi ignosco. sed egredere properè, ne alios corrumpas, cùm me non potueris. [49] tu argentum huic redde, aut nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui. Hunc Diomedon cùm rogaret, vt tutò exire, suáque, quæ attulisset, liceret efferre: istud, inquit, faciam, neque tua causa, sed mea: ne, si tibi sit pecunia ademta, aliquis dicat ad me [50] ereptum peruenisse, quod delatum accipere noluissem. à quo cùm quæsisset, quò se duci vellet, & ille Athenas dixisset: præsidium dedit, vt eò tutò perueniret. neque verò id satis habuit, sed etiam vt inuiolatus in nauem ascenderet, per Chabriam Atheniensem curauit: de quo suprà mentionem fecimus: [51] abstinentiæ erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est: quoniam vno hoc volumine vitas excellentium virorum complurium concludere coustituimus, quorum separatim [52] multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt. Fuit & disertus, vt nemo Thebanus ei par esset eloquentia: neque minus [53] concinnus in breuitate respondendi, quàm in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem [54] Meneclidem quendam, [55] indidem Thebis, [56] aduersarium in administranda republica, [57] satis exercitatum in dicendo, vt [58] Thebanum scilicet. namque [59] illi genti plus inest virium, quàm ingenij. Is quòd in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, vt pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. huic ille, [60] fallis, inquit, verbo cineis tuos,

quòd

quòd hos à bello auocas.[61] otij enim nomine seruitutem conciliás.[62] nam paritur pax bello. itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. quare si principes Græciæ esse vultis, castris est vobis vtendum, non palæstra. Idem ille Meneclides cùm huic obiiceret, quòd liberos non haberet,[63] neque vxorem duxisset,[64] maximéque[65] insolentiam, quòd sibi Agamemnonis, bello, gloriam viderctur consecutus: at ille, desine, inquit, Meneclide de vxore mihi exprobrare. nam nullius in ista re minus, quàm tuo, vti consilio volo.[66] Habebat enim Meneclides suspicionem adulterij Quòd autem me Agamemnonem æmulari putas, fálleris[67] namque ille cum vniuersa Græcia vix decem annis vnam cepit vrbem: ego contrà ex vna vrbe nostra,[68] diéque vno totã Græciam, Lacedæmoniis fugatis,[69] liberaui. Idem cùm in[70] conuentum venisset Arcadum, petens vt societatem cum Thebanis & Argiuis facerent: contrà[71] Callistratus Atheniensium legatus, qui eloquentia[72] omneis eo præstabat tempore, postularet, vt potius amicitiam sequerentur Atticorum, & in oratione sua[73] multa inuectus esset in Thebanos & Argiuos,[74] in eísque hoc posuisset,[75] animaduertere debere Arcadas, qualeis vtraque ciuitas ciueis procreasset, ex quibus de ceteris possent iudicare: Argiuos enim fuisse Orestem & Alcmæonem, matricidas: Thebis Oedipum natum, qui cùm[76] patrem suum interfecisset, ex[77] matre liberos procreasse. Hîc in respondendo Epaminondas cùm de ceteris perorasset, postquàm ad illa duo opprobria peruênit: admirari se dixit stultitiã rhetoris Attici, qui non animaduerterit innocenteis illos natos, domi scelere admisso cùm[78] patria essent pulsi, receptos esse ab Atheniensibus. Sed maximè eius eloquentia eluxit Spartæ, quò cùm omnium

sociorum conuenissent legati, coràm frequentissimo legationum conuentu,[79] sic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, vt non minus illa oratione opes eorum concusserit, quàm[80] Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod pòst apparuit, vt[81] auxilio sociorum Lacedæmonij priuarentur.

Fuisse autem patientem, suorúmque iniurias ferentem ciuium,[82] quòd se patriæ irasci nefas esse duceret,[83] hæc sunt testimonia. Cùm eum propter[84] inuidiam ciues exercitui præficere noluissent,[85] dúxque esset delectus belli imperitus, cuius errore eò esset deducta res illa militum, vt omnes de salute pertimescerent,[86] quòd locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari cœpta est Epaminondæ diligentia.[87] erat enim ibi priuatus[88] numero militis. à quo cùm peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ, & exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque verò hoc semel fecit, sed sæpius: maximè autem fuit illustre, cùm in Peloponnesum exercitum duxisset aduersus Lacedæmonios, haberétque collegas duos, quorum alter erat[89] Pelopidas, vir[90] fortis ac strenuus.[91] hîc cùm criminibus aduersariorum omnes in inuidiam venissent, ob eámque rem imperium his esset[92] abrogatum, atque in eorum locum alij prætores successissent: Epaminondas plebiscito non paruit,[93] idémque vt facerent, persuasit collegis, & bellum, quod susceperat, gessit. namque animaduertebat,[94] vbi id fecisset, totum exercitum propter prætorum imprudentiam, inscientiámque belli periturum:[95] Lex erat Thebis, quæ morte multabat, siquis imperium diutius retinuisset, quàm lege præfinitum foret. hanc Epaminondas cùm reipubl. conseruandæ causa latam videret, ad perniciem ciuitatis conferre noluit, &[96] quattuor mensibus diutius,

quàm populus iusserat,[97] *gessit imperium. Postquàm domum reditum est,*[98] *collegæ eius hoc crimine accusabantur. quibus ille permisit, vt omnem causam in se transferrent, suáque opera factum contenderent, vt legi non obedirent. qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quòd, quid diceret, non haberet. At ille in iudicium vênit: nihil eorum negauit, quæ aduersarij crimini dabant, omniáque, quæ collegæ dixerant, confessus est, neque recusauit, quo minus legis pœnam subiret: sed vnum ab his petiuit, vt*[99] *in periculo suo conscriberent,* EPAMINONDAS A THEBANIS MORTE MVLTATVS EST, QVOD EOS COEGIT [100]APVD LEVCTRA SVPERARE LACEDAEMONIOS, QVOS ANTE SE IMPERATOREM NEMO BOEOTIORVM[101]AVSVS FVIT ASPICERE. IN ACIE QVOQVE VNO PROELIO NON SOLVM THEBAS [102]AB INTERITV RETRAXIT, SED ETIAM[103]VNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT, EOQVE RES VTRORVMQVE PERDVXIT, VT[104]THEBANI SPARTAM OPPVGNARENT, LACEDAEMONII SATIS HABERENT,[105]SI SALVI ESSE POSSENT: NEQVE PRIVS BELLARE DESTITIT, QVAM[106] MESSENA CONSTITVTA VRBEM EORVM OBSIDIONE CLAVSIT. *Hæc cùm dixisset,*[107] *risus omnium cum hilaritate coortus est: neque quisquam iudex ausus est*[108] *ferre suffragium. Sic à iudicio capitis maxima discessit gloria. Hic extremo tempore imperator*[109] *apud Mantinéam, cùm*[110] *acie instructa audacius instaret hostibus, cognitus à Lacedæmoniis, quòd in eius vnius pernicie, patriæ sitam putabant salutem, vniuersi in vnum im-*

petum fecerunt, neque prius abſceſſerunt, quàm magna cæde facta, multíſque occiſis, ipſum Epaminondam pugnantem, ſparo[111] *eminus percuſſum concidere viderunt.*[112] *Huius caſu aliquantùm retardati ſunt Bœotij: neque tamen prius pugna exceſſerunt, quàm repugnanteis profligarunt.* [113] *At Epaminondas, cùm animaduerteret, mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimúlque, ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet,*[114] *animam ſtatim amiſſurum: vſque eò retinuit, quoad renuntiatum eſt viciſſe Bœotios. Id poſtquàm audiuit: ſatis, inquit, vixi. inuictus enim morior. Tum ferro extracto confeſtim*[115] *exanimatus eſt. Hic* [116] *vxorem numquam duxit. in quo cùm reprehenderetur à Pelopida,*[117] *qui filium habebat infamem: maléque eum in eo patriæ conſulere diceret, quòd liberos non relinqueret: vide, inquit, ne tu peius conſulas, qui talem ex te natum relicturus ſis. neque verò ſtirps mihi poteſt deeſſe. namque ex* [118] *me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modò mihi ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit neceſſe eſt. Quo tempore,*[119] *duce Pelopida, exſules Thebas occuparunt, & præſidium Lacedæmoniorum ex*[120] *arce expulerunt, Epaminondas, quàm diu facta eſt cædes ciuium, domi ſe*[121] *retinuit, quòd neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus*[122] *ſuorum ſanguine cruentaret. namque omnem*[123] *ciuilem victoriam, funeſtam putabat. Idémque poſtquàm ad*[124] *Cadmíam pugnari cum Lacedæmoniis*[125] *cœpit,*[126] *in primis ſtetit. Huius de virtutibus, vitáque ſatis erit dictum, ſi hoc vnum adiunxero, quod nemo*[127] *eat infitias,*[128] *Thebas & ante Epaminondam natum, & poſt eiuſdem interitum, perpetuò alieno paruiſſe imperio: cum eo, quàm diu ille præfuerit reipub. caput fuiſſe totius Græ-*

ciæ: ex quo intelligi potest[129] vnum hominem pluris, quàm ciuitatem, fuisse.

EPAMINONDAS.

Polymni) Ælianus lib. XI. var. histor. Polymnidis.

2. *præcipienda*) de huius verbi vi in Themistocle dictum est.

3. *ne alienos mores ad suos ref.*) sed considerent omnia maiorum institutis, & patriis moribus iudicari, & alia aliis populis esse honesta ac turpia, vt dictum est in proœmio.

4. *musicen nostris m. abesse*) discebant tamen fidibus antiqui, vt testatur Cato apud M. Tull. in Catone maiore.

5. *saltare etiam in vit.*) Cic. pro Mur. saltatorem appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuiciatoris, &c. Nemo enim saltat sobrius, nisi forte insanit, atque in solitudine: neque in conuiuio moderato atque honesto, &c. Idem in oratione pro Plancio, Gabinium saltatorem maledicti loco nominat. Martis sacerdotes tamen, qui salij à re dicti sunt, nō tam salire, quàm saltare solebant iis diebus, quibus Martem venerabantur & colebant. Sed de saltatione mox plura dicemus.

6. *quæ omnia apud Gr.*) apud Græcos musicam & saltationem in honore & pretio fuisse vel ex Platone intelligere licet, qui multis locis eas commemorat & commendat, Socratémque vtramque didicisse atque vsurpasse scribit. Sed de musica, constat, eam nobilium virorum filios æquè vt grammaticam discere consueuisse. Aristoteles quidem docet multis verbis lib. 8. polit. musicam, artem ad liberorum hominum vitæ degendæ rationem & consuetudinem esse vtilem, immò non esse necessariam neque vtilem, sed liberalem atque honestam. Vtilitatē enim & fructum, inquit ille, vbique consectari, non conuenit viris magnanimis, & liberalibus. Itaque accepimus, Herculem & Achillem musica esse vsos, quorum magister fuit Chiron, centaurorum sapientissimus, ac iustissimus, cùm esset musicæ simul, & medicinæ, & iustitiæ doctor insignis, & præclarus. Quamuis autem musicæ cognitio apud Græcos laudi duceretur, vt contrà ignoratio probro vertebatur: ex quo Themistocles, quòd lyram in conuiuio recusasset, habitus est indoctior: non tamen omnibus organis in musica discenda & tractanda vti honestum erat: verbi gratia, tibiarum vsus illiberalis habebatur: & tibias reiicit & improbat Aristoteles eodem libro: atque ibidem, fabulam illam de Minerua, & tibiis, quam veteres confinxerunt, habere rationem probabilem. Traditum enim esse à veteribus, Mineruam tibias reiecisse, non eò solùm quòd oris deformitate; quam tibiarū inflatio afferre solet, offensa fuerit, sed etiam ob eam causam, multóque adeò magis, quòd tibiarum inflandarum disciplina nihil ad mentis agitationē, cognitionémque rerū cōferat: cuius antistes, & dea sit Minerua. Itaque accepimus, Alcibiadē cùm primùm ad disciplinas se contulit, cetera musicæ genera didicisse, ceteráque organa recepisse, atque approbasse: tibias verò aspernatum esse, quòd lyra quidem, & plectra nullam neque figuræ, neque formæ, quæ libe-

rum deceat, partem corrumpant, aut deforment: tibiæ verò hominis, eas ore inflantis, speciem ita diducant atque immutent, vt ne familiarissimi quidem interdum agnoscant. Prætereа lyra quidem cum eo, qui ea vtitur, consonat, concinit, & pæne dicam, colloquitur: tibia verò homini tibia canenti os obturat, vocem intercludit, sermonem adimit. Quare, inquit Alcibiades, tibia canant Thebanorum filij: non enim loqui sciunt. nos autem Athenienses, quibus, vt à patribus accepimus, Minerua est princeps, atque antistes, Apollo deus patrius, quorum alter Marsyam tibicinem pelle exuit, altera tibias abiecit, lyra, ac ceteris libero dignis organis vtamur. Tibiarum rectarum inuentorem fuisse Marsyam ferunt: obliquarum Midam Phrygium: atque eas primùm ex gruum tibiis, deinde ex arundinibus esse factas. Sed Athen. lib. 4. in extr. ait scriptũ esse à Chamæleonte quidẽ Heracleota, Lacedæmonios tibia discere solitos, & Heracleotas, qui Pontũ incolunt, & viros Atheniensium clarissimos, Calliam Hipponici fil. & Critiam Callæschri: à Duride verò, etiam Alcibiadem tibia canendi scientiam à Pronomo didicisse, multósque Pythagoricos, & Archytam ipsum. M. Tullius verò lib. I. Tusc. Epaminondam non tibia, sed fidibus præclarè cecinisse dicit. Quòd autem ad saltationem attinet, iidem erant olim saltatores & philosophi. Itaque refert Athenæus lib. I. philosophum Pythagoréum quendam, Memphim cognomine, disciplinam Pythagoréam, quæ silentio continetur, saltando planius demonstrasse, quàm qui artem dicendi profitentur, verbis explicare possent: & Telestem Æschyli saltatorem, tantum fuisse saltandi artificem, vt tragœdiam quandam totam saltando exprimeret, doceret, ac declararet. Proteum non aliam ob causam rerum variarum speciem, formámque induisse ferunt, quàm quòd saltando omnium rerum, omniúmque animãtium formas referret, ita vt & aquæ humorem, & leonis iracundiam, & pardali feritatem, & ignis celeritatem, & arboris agitationem, motionis pernicitate imitaretur. Empusa, quam putant vulgò spectrũ fuisse, mulier saltatrix fuit, quæ celerrimo pedum, totiúsque corporis motu, varias rerum formas spectantium oculis obiiceret. Corymbantes, quos fabulantur poëtæ vagitum Iouis nascentis ab auribus Saturni auertisse: Castor & Pollux, quorum alterum equitem, alterum pugilem fuisse memoriæ proditũ est, Orpheus, Musæus, Bacchus ipse, præstantes saltatores fuerunt. Prætermitto, Salios, Martis sacerdotes, de quibus paullo antè mentionem feci, non nisi saltando sacerdotij sui munere fungi potuisse. Lacedæmonij, Æthiopes, Indi in aciem prodeuntes, & cũ hoste manum conserere, pedémque conferre parantes, saltabant. Quid quòd Dauid rex idem & vates, & Christi simulacrum ac figura, (si licet sacra profanis miscere) saltandi non imperitus fuit? Dies me deficiat, si, quæ de saltationis laudibus dici possunt, colligere velim. Plura autem de musica, & saltatione qui cognoscere volet, legat Plutarchi librum de musica, & Luciani de saltatione, & Athenæi lib. XIIII. pag. 10. 11. 12. denique à pagina tertia vsque ad extr. Laudat & Polybius multis verbis musicam lib. 4. Ephorum refellens, qui scripsit musicam initio esse comparatam ac repertam ad homines capiendos & fallendos: & Plato lib. 4. de rep. & Aristot. lib. 8. polit. à capite tertio vsque ad extrem.

7. exprimere imag. consf.) sic fere loquitur Cic. pro Roscio Am. vt effictos no-

stros mores in alienis personis, expressamque imaginem vitæ nostræ quotidianæ videremus.

8. *Quare dicemus)* Huius diuisionis ordinem in explicanda Epaminondæ vita diligenter seruat Probus.

9. *patre, quo dix.)* Polymno.

10. *pauperiam)* de paupertate Epaminondæ infrà dicemus.

11. *Eruditus autē sic)* Diod. lib. 16. tradit, Epaminondā, & Philippū Amyntæ fil. Alexādri Magni patrē, ab eodem magistro, philosopho Pythagoreo (quem non nominat ille quidem, sed constat eum Lysim appellatum esse.) & apud Pammenem Thebanum, eruditos fuisse, & vtrumque discipulum, cùm ad discendum ingenium & industriam attulisset, virtute præstantem euasisse. Quæ cùm lego, & similia de multis aliis regibus & imperatoribus, temperare mihi non possum, quin non dicam rideam, (non est enim res tanti momenti, ridicula) sed ingemiscam, partim cernens oculis tantam hodiè in instituendis principum filiis negligentiam adhiberi, quasi doctrina sit principibus inutilis, aut indecora: partim audiens quorumdam, qui nobiles dicuntur, voces, principes nihil præter vsum armorum, & artem militarem scire oportere: litteras & doctrinam principum virorum personam dedecorare ac dedecere. quorum vtrumque à vero perquàm remotum est. Nam, quod ad doctrinam attinet, optabile sit principes tanto ceteris hominibus esse eruditiores, quanto plurib. præsunt atque imperant, tantóque scientia & virtute esse præstantiores, quanto opibus, & potentia suis ciuibus antecellunt. De armis autem & arte militari, vt non sunt studia armorum principibus negligenda, ita sapientiæ & iustitiæ prima debet eis esse cura. His enim artibus ac disciplinis optimè resp. gubernatur, illis iniuria externa facillimè propulsatur: & doctrina quidem ac virtute semper opus est: arma verò, & scientia rei militaris, belli tempore tantùm vsui sunt. Sed refellit & coarguit horum sententiam regum nostrorum inueterata iam & recepta consuetudo, qui semper magnam diligentiam adhibere consueuerunt, vt filij sui optimis, & doctissimis magistris freti, optimè instituantur, optimísque disciplinis erudiantur. Si quis autem videre cupit, quātum conferat philosophia ad rem militarem, legat Chionis Platonici ad Matridem epistolam, in qua posteaquàm ille multis verbis exposuit, quo pacto Xenophon Socraticus decem millia Græcorum, Cyro mortuo, & belli ducibus contra fidem, & fœdera trucidatis, per mediam hostilem terram incolumia reduxerit, tumultúmque illum Byzantij coortum, & metum direptionis ac cædis Byzantiis iniectum, militibus ad vrbem diripiēdam concitatis iam, atque expeditis, vnus Xenophon prudentia & eloquentia sua compresserit, ac sedarit, tantámque subitò commutationem rerum fecerit, vt, qui paullo antè, se vrbem direpturos minabantur, tubarum clangore vndique iam ad impetum faciendum hortante, ij statim Xenophonte audito, cum ciuibus Byzantiis in foro res ad victum cultúmque necessarias emere cernerentur: colligit ad extremum, se putauisse antea temperantiam quidem & iustitiam, ceterásque virtutes ex philosophia hauriri, sed ab ea animorum neruos molliri, atque ineptos ad actiones militareis & bellicas reddi: nunc autem vsu didicisse & comperisse longe ali-

ter esse: & eos, qui sapientiæ dederunt operam, hoc est, qui philosophati sunt, & quotidie philosophantur, maximè ad fortiter & strenuè agendum exacui, atque excitari, atque adeò verè fortiter agere, & res forti viro dignas gerere: exercitus, vrbeisque, & cùm velint, expugnare, & cùm eis commodum sit, incolumeis conseruare: ceteros autem, qui litteras, & doctrinam contemnunt, & aspernantur, innumerabilia quotidie, & in rep. administranda, & in bello gerendo peccare: quòd siquid interdum bene & ex animi sui sententia gerant, id non tam eorum virtuti, quàm fortunæ ascribere, & referre acceptum oportere. Quietem sanè ad vitam beatam efficiendam magis, quàm negotium, & laborem, valere: sed eum, qui benè quiescere, & otium rectè ponere didicerit, omnia melius administraturum atque acturum, quàm qui honestè otiari non possit: quales sunt inertissimi, & nequissimi quidam homines, qui bonas horas, & otium suum in rebus ludicris, iisque illiberalissimis, & plerumque flagitiosis & turpibus, & homine indignis collocant & consumunt. Nam omnino qui cupiditates suas, & affectus animorum coërcere & domare potest, eo, qui bellum gerit, maiorem esse: à quibus vrbium & exercituum victores sæpe subiguntur & vincuntur, & in turpissimam ac miserrimam seruitutem rediguntur. Ego igitur, inquit Chilo, philosophia fretus spero, atque adeò confido, me cùm aliis in rebus fore vulgo hominum meliorem, tum etiam in prœliis, si quando pro rep. aut libertate pugnandum fuerit, fortiorem, & ad res bellicas compositiorem. Hæc fere ex Chilone, quæ nos non verbum verbo reddentes, sed arbitratu nostro Latinè vertimus.

12. *citharizare)* κιθαρίζειν, *cithara canere.*

13. *Dionysio) commemorat hunc Dionysium Plutarchus in libro de Musica, & Lamprum, IX. fere pagina ibi.* καὶ μαθεῖν ἄλλα τε τῶν εὐδοκιμούντων, καὶ δὴ καὶ τὰ Πινδάρου καὶ τὰ Διονυσίου τοῦ Θηβαίου, καὶ τὰ Λάμπρου.

14. *Damon) Damonem commemorat Plato & in Alcibiade primo, medio fere dialogo: & in Lachete bis. & lib. 4. de repub. vbi scribit Plato, Damonis esse hoc verbum, nusquam moueri musicæ modos, sine ciuilibus legib. iisque maximis. sic Plato:* οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὥς φησί τε Δάμων, καὶ ἐγὼ πείθομαι.

15. *aut Lamprus) Lamprum, vt paullo antè dixi, commemorat Plutarchus: & præter eum Athenæus lib. I. pag. X. apud quem narrat ille Sophoclem saltare didicisse. mendosè autem in exēplis Venetis & Florētinis impressum est, Lampus.*

16. *Olympiodoro) de quo suprà ex Athenæo. Olympiodorum quendam commemorat philosophum Suidas, alium, opinor, ab hoc musico, & tibicine.*

17. *Calliphrone) de Calliphrone saltatore nihil me legere memini.*

18. *Lysim Tarentinum) Lysim Tarentinum Pythagoréum, Epaminondæ magistrum fuisse in philosophicis etiam M. Tullius testatur lib. 3. de orat. ad Q. fratrem, his verbis, Aliisne artibus instituit Pythagoréus ille Lysis Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum omnis Græciæ? & Diogenes Laërtius in Pythagora, non longè à princip.* τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου, Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου πυθαγορικοῦ, φυγόντος εἰς Θήβας, καὶ Ἐπαμινώνδα καθηγησαμένου. *i. liber autem, qui circumfertur, tanquam Pythagoræ, Lysidis est Tarentini Pythagorici, qui*

Thebas

Thebas exsul se contulit, & Epaminondæ magister fuit. & Diod. lib. 15. οὗτος γὰρ (Ἐπαμινώνδας) οὐ μόνον ὁμοεθνειώτων, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων πολὺ προεῖχεν ἀνδρείᾳ τε καὶ στρατηγικῇ συνέσει. μετέσχε γὰρ ἐπὶ πλεῖον πάσης τῆς παιδείας, καὶ μάλιστα τῆς πυθαγορικῆς φιλοσοφίας· πρὸς δὲ τούτοις, φύσει τοῖς προτερήμασι κεχορηγημένος, εἰκότως καὶ πράξεις ἐπιφανεστάτας συνετέλεσεν, *& c. 1. hic enim (Epaminondas) non solùm eiusdem ciuitatis & gentis hominibus, sed etiam omnibus Græcis virtute & scientia rei militaris, & artis imperatoriæ longè præstitit. fuit enim cùm omni liberali doctrina valde politus, tum philosophia Pythagorica imbutus. præterea verò cùm præcipuis quibusdam philosophiæ naturalis documentis instructus esset, res clarißimas probabili ratione ad exitum perduxit, & confecit, & c. Mendosè autem legitur in omnibus libris vulgatis, Lysiam contra veritatis vocem, & historiæ fidem.*

19. *ad nostram cons.) si ad nostram consuetudinem referantur. i. Romanam.*

20. *vtique) omnino, planè, prorsus.*

21. *ephebus) pubes.*

22. *palæstræ dare op.) solebant etiam* γυμναστικῇ *. i. arti corporum exercẽdorum, operam dare veteres in Græcia, vt ex Platone, Xenophonte, Aristotele, Plauto, & Terentio, ceteris intelligere licet. Facta palæstræ mentio admonet me, vt Epaminondæ consilium, quod refert Polyænus lib. 2. strategematum, huc adscribam.* Ἐπαμινώνδας τοὺς Θηβαίους ἔπεισε τοῖς ἐπιδημοῦσι Λακεδαιμονίοις ἐν τοῖς γυμνασίοις παλαίειν. οἱ δὲ εὐκόλως καταβαλόντες αὐτοὺς, ἐδιδάχθησαν καταφρονεῖν αὐτῶν, καὶ ὡς ἀνδρειότεροι τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον θαῤῥοῦντες ἐξήνεγκαν. *id est, Epaminondas persuasit Thebanis, vt cum Lacedæmoniis, qui Thebas venirent, in gymnasiis luctarentur. Illi autem cùm facilè Lacedæmonios percellerent, ac prosternerent, eos contemnere didicerunt, & tanquam fortiores, fiducia pleni, & optima spe confirmati bellum eis intulerunt.*

23. *velocitati) quæ in bello, & in re militari vtilis est, vt mox ostendet Probus. ex quo ab Homero Achilles* πόδας ὠκὺς *dictus, id est, celeritate pedum valẽs.*

24. *ad belli exist. vtilit.) M. Tullius, si & belli vtilitatem, & pacis dignitatem sustinere vultis.*

25. *ad eum finem) id est, vsque ad eum finem, vsque eò. M. Tull. lib. 1. de orat. ad Q. Fr. aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere. Idem pro M. Cœlio. Quem ergo ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? Idem. 1. Catilinar. quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?*

26. *stans compl.) quod est luctantis.*

27. *contendere) quod est currentis. horum verborum autem hæc sententia est, eò vsque luctabatur, & currebat, donec etiamnum stans, manibus, brachiisque complecti posset, & currendo contendere: neque tantopere se luctando, currendóque defatigabat, vt neque complecti manibus, neque currere pedibus amplius posset.*

28. *modestus)* σώφρων, κόσμιος.

29. *temporib sap. vtens) quod monebat Pittacus,* γνῶθι καιρόν. *i. cognosce tempus. Excidit hîc Probo versus imprudenti. Est enim versus hic constans ex duobus dactylis, & duobus choréis, seu vno choréo & vno spondéo.*

30. *fortis manu) sic de Comissare Datamis patre, non longè à princip. quod & manu fortis, &c.*

31. *veritatis diligens) vno verbo Græco,* φιλαλήθης.

32. *continens)* ἐγκρατής.

33. *patiénsque)* καρτερικός.

34. *sed etiam amic. fer. iniur.) sic infrà fuisse autem patientem, suorúmque iniurias ferentem, &c. Cic. de Orat. ad Q. Fr. lib. 2. dixit perferentes iniuriarum, in generandi casu.*

35. *commissa celans) Horat. sat. 4. lib. I. commissa tacere Qui nequit, hic niger est: hunc tu Romane caueto. Idem epist. XVIII. lib. V. Commissúmque teges, & vino tortus, & ira.*

36. *quod interdum non min. prod.) benè & opportunè tacere, interdum æquè vtile est, vt benè dicere. Horat. oda 2 lib. 3. Est & fideli tuta silentio Merces. vetabo qui Cereris sacrum Vulgarit arcanæ, sub iisdem Sit trabibus, fragilémque mecum Soluat faselum.*

37. *studiosus aud.)* φιλήκοος.

38. *circulum) cœtum hominum circumstantem, seu circumsedentem. M. Tull. epist. 18 lib. 2. epist. ad Att. hac tamen in oppreßione sermo in circulis duntaxat, & in conuiuiis est liberior. Idem lib. I. de Orat. ad Q. Fr. quemcumque patremfamilias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percunctantib. respondisset.*

39. *deductus) legendum fortasse est, perductus.*

40. *paupertatem adeò facilè perp.) Itaque Epaminondam inter eos numerat Athen. lib. 10. qui tenuißimè, & parcißimè vixerunt, Pythagoram, Aristidem, Phocionem, Phormionem, M'. Curium. Plutarchus in Pelopida non longè à princip. ait, Epaminōdam, cùm esset à patre pauper relictus, paupertatem fecisse philosophando facilem, leuem, & tolerabilem. De paupertate Epaminondæ sic Ælianus lib. 5. var. hist. non longè ab extremo.* Ἐπαμινώνδας ἕνα εἶχε τρίβωνα, καὶ αὐτὸν ῥυπῶντα. εἴ ποτε δὲ αὐτὸν ἔδωκεν εἰς γναφεῖον, αὐτὸς ὑπέμενεν οἴκοι δι' ἀπορίαν ἑτέρου. ἐν δὲ τοιαύτῃ τῆς ἀπορίας ὤν, τοῦ Περσῶν βασιλέως πέμψαντος αὐτῷ πολὺ χρυσίον, οὐ προσήκατο, καὶ, εἴ τι ἐγὼ νοῶ, μεγαλοφρονέστερος ἦν τοῦ διδόντος ὁ μὴ λαβών. *i. Epaminondas vestem vnam habebat, eámque tritam, & immundam, sordibúsque squalentem. quòd si quando fulloni dabat eam lauandam, & interpolandam, domi se continebat, propterea quòd ei alia deerat. Cùm igitur hæ facultates & copiæ ei suppeterent, & rex Persarum magnam vim auri ad eum misisset: non admisit, neque accepit: & si quid ego intelligo, ac sapio, maiore erat animo is, qui non accipiebat, quàm qui dabat.*

41. *caruit) vti noluit.*

42. *collocari) in matrimonium dari.*

43. *amicorum concil. hab.) amicos in vnum locum congregatos conuenire iubebat.*

44. *ad quem ea res peru.) al. ad quem ea res pertinebat.*

45. *à Diomedonte Cyziceno) refert hoc Plutarch.* ἀποφθ. βασιλ. *his verbis.* αὖθις δὲ τοῦ Περσῶν βασιλέως τρισμυρίους δαρεικοὺς ἀποστείλαντος αὐτῷ, καθήψατο πικρῶς Διο-

μὴ δόντος, εἰ τοσούτων πλοῦτον πέπλευκε διαφθερῶν Ἐπαμινώνδαν. πρὸς δὲ τὸν βασιλέα λέγειν ἐκέλευσεν, ὅτι τὰ συμφέροντα Θηβαίοις φρονῶν ἕξει προῖκα φίλον Ἐπαμινώνδαν, τὰ δὲ μὴ συμφέροντα, πολέμιον. i rursus autem cùm rex Persarum triginta Daricorum millia ad eum misisset, acerbè & amarè Diomedontem reprehendit, quòd tantam nauigationem suscepisset, vt Epaminondam corrumperet: regi Persarum autem nũtiare iussit, eum, si, quæ essent è re Thebanorum, cogitaret ac sentiret, Epaminondam sibi amicum gratis habiturum: sin aliter, hostem. Idem Plutarch. ibid. suprà, tradit, etiam ab Iasone Thessalorum tyranno Epaminondæ abstinentiam tentatam esse, missis ad Epaminondam acri paupertate laborantem duobus aureorum millibus: hunc autem aurum accipere noluisse: sed coniectis in eum oculis dixisse, iniuria me lacessis, vel manus mihi infers, nulla lacessitus iniuria, ἄρχεις χειρῶν ἀδίκων. Refert & Ælianus var. hist. lib. XI. sub extr.

46. Micythum adolesc.) Athenæus lib. 13. adolescentem quendam Epaminondæ delicias, Asopicum nomine commemorat, siue sit alius, siue idem, diuersis nominibus appellatus.

47. orbis terr. diuitias &c.) videntur hæc è Græcis expressa, cuiuscunque auctoris fuerint. Græca autem talia credibile est fuisse. τὸν τῆς οἰκουμένης πλοῦτον αἱρεῖσθαι οὐ βούλομαι ἀντὶ τῆς εἰς τὴν πατρίδα εὐνοίας. vel, τὸν τῆς οἰκουμένης πλοῦτον τῆς εἰς τὴν πατρίδα εὐνοίας οὐκ ἄξιον ἀντικαταλλάττεσθαι. vel quo modo Xenophon in Agesilao loquitur, πᾶσαν τὴν γῆν οὐκ ἂν δεξαίμην ἀντὶ τῆς εἰς τὴν πατρίδα εὐνοίας. videtur autem legendum hoc loco, (& sanè ita Cl. Puteano videtur) præ patriæ caritate, non, vt vulgò. pro patriæ caritate.

48. Te) ὦ Diomedon.

49. tu) tu Micythe. quidam libri habent vocem Micythe, expressam.

50. ereptum) id ereptum peruenisse ad me, quod &c. id est me id eripuisse, & ereptum tenere, quod cùm delatum esset, accipere noluissem.

51. abstinentiæ erit hoc satis test.) videbatur aliquid desiderari, & ita legendum, abstinentiæ erit hoc satis magnum testimonium, sed nihil deest. hic enim ordo, & hæc sententia est: hoc abstinentiæ testimonium, quod exposuimus, satis erit: vel dic legendum, abstinentiæ erit hoc satis testimonij.

52. multis millib. versuum) sic solebant veteres ex versuum numero librimagnitudinem significare ac notare: fortasse ne quid alienum inculcaretur, ac supponeretur, vel ne quid detraheretur. Sic Diogenes Laërtius in Aristot. posteaquam libros ab Aristotele scriptos enumerauit, subiicit, γίνονται αἱ πᾶσαι μυριάδες στίχων τέτταρες καὶ τετταράκοντα πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις καὶ διακοσίοις ἑβδομήκοντα. καὶ τοσαῦτα μὲν αὐτῷ πεπραγμάτευται βιβλία, &c. i. efficiantur omnino versuum myriades quattuor & quadraginta, cũ quinque millib. & ducẽtis, & septuaginta. sic & in Theophrasto, vbi numeri partim desunt, partim corrupti sunt. sic autẽ restituẽdos puto. ἃ γίνεται στίχων μυριάδες ἑκατόν, ὀκτακόσιοι ὀκτώ. i. in summa, fiunt versuum myriades centum, octingenti octo. Plin. lib. 30. cap. I. Hermippus, qui de tota ea arte diligentissimè scripsit, & vicies centum millia versuum à Zoroastre cóndita, indicib. quoque voluminum eius positis explanauit, &c. Iustinianus imperator in epistola Græca ad magnum senatum & populum, & omneis orbis terra-

rum ciuitates, ἀπὸ τῶν βιβλίων, ἅπερ ἦν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἀριθμὸν δὲ εἶχον στίχων μυριάδων τριακοσίων, &c. i. ex librorum circiter duobus millib. qui numerum trecentarum myriadum versuum continebant, &c. ibid. aliquanto pòst, de suis Digestis, quæ Pandecten quòd omnia contineat, appellauit, οὐ περαιτέρω τι πέντε καὶ δέκα μυριάδων στίχων ἀριθμὸν αὐτοῖς δόντες, &c. i. cùm ei non supra quindecim myriadas versuum tribuerimus, &c. Idem in epistola Latina ad Antecessores. ex tanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo millia, versuum autem tricies centena extendebantur, &c. Quæ omnia ferè à Duareno nostro notata, atque obseruata sunt, & à Claudio Puteano mihi indicata.

53. concinnus) lepidus, venustus, comtus. M. Tull. in Bruto. Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm venustæ & concinnæ. Horat. Sat. 3. lib. I. ineptus, Et iactantior hic paullo est? concinnus amicis Postulat vt videatur. Lucret. lib. 4. Et simul ipsa viris Venus vt concinnior esset.

54. Meneclidem) hunc Plutarchus commemorat in Pelopida, eúmque dicit fuisse δεινότατον μὲν λέγειν, ἀκόλαστον δὲ καὶ κακοήθη τὸν τρόπον. i. disertissimum quidem, sed moribus intemperãtissimum, & malitiosissimum. quod & Probus dicit infrà non longè. Idem Plutarch. præceptis polit. τὸ μὲν γὰρ ἀνδρὶ χρηστῷ, καὶ δι᾽ ἀρετὴν πρωτεύοντι προσμάχεσθαι κατὰ φθόνον, ὡς Περικλεῖ Σιμμίας, Ἀλκμαίων δὲ Θεμιστοκλεῖ, Πομπηΐῳ δὲ Κλώδιος, Ἐπαμινώνδᾳ δὲ Μενεκλείδης ὁ ῥήτωρ, οὔτε πρὸς δόξαν καλὸν, οὔτε ἄλλως συμφέρον. i. Nam cum viro bono, & virtute præstanti inuidia impulsum pugnare & contendere, vt Simmias cum Pericle, Alcmæon cum Themistocle, Clodius cum Pompeio, Meneclides cum Epaminonda, neque ad bonam existimationem est honestum, neque alioqui vtile.

55. indidem Thebis) sic Cic. pro Rosc. Am. Indidémne Ameria, an hosce ex vrbe sicarios?

56. aduersarium) ἀνταγωνιστὴν, ἀντίπαλον.

57. satis exercitatum in dic.) sic fere Plutarch. vt paullo antè retulimus.

58. vt Thebanum) quasi Thebani non soleant esse diserti, quia sunt pingues, & hebetes: qua de re alibi dictum. Sic loquitur Cic. in Bruto. Tum etiam Græcis litteris, vt temporib. illis, satis eruditus. Idem in Catone, Multæ etiam, vt in homine Ro. litteræ.

59. illi genti plus inest virium) sic in Alcib. in extr ibi, Omnes enim Bœotij magis firm corp. &c.

60. fallis verbo) παραλογίζῃ.

61, Otij enim nom) id est, quam tu pacem appellas, ea seruitus est dicẽda. nam qui nimis otio consulunt, vel qui omni ratione otio consulendum putant, neque iniuriam externam propulsare volunt, propterea quòd belli laborem ferre non possunt, aut quia rei militaris scientiam vsu consecuti non sunt, pacem iniquissimis condicionibus facere, & seruire coguntur. potest & sic hic locus explicari, otij, seu pacis nomine, quod est populare, & speciosum, seruitutis iugum nobis imponis: otij, seu pacis nomine, id est, pace, quæ nomine tantùm pax est, non re, seruitutem concilias, subintell. ciuibus tuis: id est, quæris, & comparas.

62. Nam paritur bello pax) Iccirco bellum geritur, vt in otio, & pace vitam,

degere possimus, inquit Aristot. lib. X. de Morib. ad Nicom. & lib. 8. polit. Itaque quisquis bellum gerit, aut suscipit: ea mente, eóque consilio facit, vt pacem obtineat. Quòd siquis eo animo sit, vt bellum perpetuò facere velit, numquámque vllum belli finem, aut modum constituendum putet: hic immanis quidam sicarius, & carnifex cæde cruentus, aut monstrum ex omni genere feritatis, & crudelitatis conflatum & concretum existimari debet.

63. *neque vxorem duxisset)* Aqui filium habuit Stesibrotum nomine, quamquam eum pater, quòd in bello aduersus Lacedæmonios suscepto, se absente, suóque iniussu, atque adeò contrà imperium suum prælium commisisset, interfici iussit. auctor Plutarch. περὶ Ἐπαμινώνδου &c. Et Polyæn. lib. 2. strategem. perspicuè indicat, Epaminondam vxorem habuisse, vbi refert à Phœbida Lacedæmonio Epaminondæ vxorem amatam fuisse. sic ille. Ἐπαμινώνδου τῆς γυναικὸς ἠράσθη Φοιβίδας φρουρῶν τὴν Καδμείαν. ἡ δὲ τῷ ἀνδρὶ τὴν πεῖραν ἐμήνυσεν. Ἐπαμινώνδας προσέταξεν αὐτῇ τὸν Φοιβίδαν φιλεῖν ὑποκρίνεσθαι, καὶ νύκτα συνθέσθαι, &c. i. Epaminondæ vxoris Phœbidas, qui Cadméam præsidio deuinctam tenebat, & custodiebat, amore captus erat. Illa autem viro se à Phœbida tentatam esse significauit. Epaminondas præcepit ei, vt simularet se Phœbidæ amore captam esse, & noctem ei polliceretur, ac constitueret, &c.

64. *maximéque insolentiam, quòd)* si locus est sincerus, sic videtur explicandus, Et maximè ei Meneclides obiiceret insolentiam, quòd sibi videretur Agamemnonis gloriam bello esse consecutus, &c. verùm, vt dicam quod sentio, vox, insolentiam, videtur mihi esse supposita, & aliena. Nam omnino ea deleta sententia est facilis, plana, & integra. Verùm tamen eam delere non ausim.

65. *quòd sibi Agam.)* oratio implicata: quæ sic explicanda est, quòd sibi Epaminondas Agamemnonis gloriam bello videretur consecutus.

66. *habebat enim Menecl. susp. adult.)* Quid sibi vult, aut quid sentit Probus? vtrùm Meneclidem fuisse adulterum, an eius vxorem? si Meneclidem fuisse adulterum, non videtur Epaminondæ responsio satis apta, aut acuta fuisse: sin vxorem eius, parum videtur Probus dilucidè locutus esse. debuit enim ita potius dicere. habebat enim Meneclidis vxor suspicionem adulterij: id est, vxor Meneclidis suspecta erat adulterij: nisi dicamus, horum verborum, habebat enim Meneclides suspicionem adulterij, hanc esse sententiam: Meneclides enim suspicabatur vxorem suam esse adulteram. Talis autem mariti suspicio de vxore, marito magnum malum. Quod autem ad genus loquendi attinet, M. Tull. lib. 8. epistolarum, epist. 15. princip. habere suspicionem vsurpauit ἀσυνήθως, seu, actiuè. sic enim ille ad Pompeium. suspicionem nullam habebam te reip. causa mare transiturum.

67. *namque ille cum vniu. Gr. vix d.)* Hæc cùm ex aliis poëtis, tum ex Homero nota sunt. Lõgum esset Homeri, & aliorum poëtarum versus referre ad hanc rem pertinẽteis. Satis sit nobis Chalcãtis augurium protulisse: quem ex passerum numero, belli Troiani annos auguratum esse canit Homerus ἰλ. β. Noti sunt versus: eósque Latinè vertit M. Tullius lib. 2 de Diuinatione. Ex quibus hos tantùm ascribam. Nam quot aueis tætro mactatas dente videtis: Tot nos ad Troiam belli

exanclabimus annos: Quæ decimo cadet, & pœna satiabit Achiuos. Edidit hæc Chalcas: quæ iam matura videtis. Sic Hom. Ὡς οὗτος κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο, καὶ αὐτὴν, Ὀκτώ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα. Ὣς ἡμεῖς τοσσαῦτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι. Τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν. Κεῖνος δ' ὡς ἀγόρευε. τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται.

68. *diéque vno)* quo Lacedæmonios vicit Epaminondas in Leuctris.

69. *liberaui)* superba Lacedæmoniorum dominatione.

70. *in conuentum venisset Arcad.)* εἰς τοὺς μυρίους. sic enim dicebatur Arcadum conuentus. Harpocratio. μυρίοι ἐν μεγάλῃ πόλει. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. συνέδριόν ἐστι κοινὸν ἀρκάδων. i. Myrij, seu Myriæ, in vrbe Arcadiæ, quæ dicitur Megalepolis. seu Megalopolis. vtitur Demosthenes in oratione contra Æschinem de falsa legatione. cōcilium, seu conuentus est communis Arcadum. Xenoph. lib. 6. de reb. Gr. οἱ δὲ ἄρχοντες φάσκοντες αὐτοὺς λυμαίνεσθαι τὸ ἀρκαδικὸν, ἀνεκάλουν εἰς τοὺς μυρίους, &c. i. Magistratus autem cùm dicerent eos lædere rem communem Arcadum, euocabant eos ad conuentum Arcadum, &c.

71. *Callistratus)* de quo Xenoph. lib. 6. de reb. Gr. cuiúsque exstat oratio apud Lacedæm. habita, eod. lib. Commemorat eum & Æschines oratione περὶ παραπρεσβ. non admodum longè ab extr. ὁ μὲν γὰρ Λεωσθένης ὁ φεύγων ἐνθένδε διὰ τοὺς συκοφάντας, οὐ δυνατὸς ὢν ἐπιδείξασθαι ὡς ἐπιστολὴν γράψαι, ὃν ἔνιοί φασιν ἀποφαίνεσθαι μετὰ Καλλίστρατον τὸν ἀφιδναῖον τῶν ἄλλων μάλιστα εἰπεῖν δύνασθαι, &c. i. Leosthenes igitur, qui hinc in exsulium pulsus est opera sycophantarum, non poterat commodè epistolam conscribere: quem non dubitarunt quidam post Callistratum Aphydnæū aliorum omnium pronuntiare disertissimum, &c.

72. *omneis)* Cicero dixisset, omnibus præstabat. Virgil. tamen cum accusandi casu iunxit lib. XI. *Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillem.* Probus vtroque modo loqui solet.

73. *multa)* more Græcorum dixit, πολλά. i. multum. Virgil. lib. 4. georg. & spiritus oris *Multa reluctanti obstruitur.* Idem lib. 3. æn. *Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus Dat iuueni.* vel dic, multa, nomen esse, non aduerbium, & Probum Græcos secutum esse.

74. *in eisque)* multis.

75. *animaduertere deb)* refert hoc Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. ἐπεὶ δὲ ἀργεῖοι μὲν ἐγένοντο σύμμαχοι Θηβαίων, ἀθηναῖοι δὲ πρέσβεις εἰς Ἀρκαδίαν παραγενόμενοι κατηγόρουν ἀμφοτέρων, καὶ Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ ὠνείδισε τὸν Ὀρέστην, καὶ τὸν Οἰδίποδα ταῖς πόλεσιν· ἐπαναστὰς Ἐπαμινώνδας, ὁμολογοῦμεν, ἔφη, καὶ παρ' ἡμῖν πατροκτόνον γενέσθαι, καὶ παρ' ἀργείοις μητροκτόνον. ἀλλὰ τοὺς ταῦτα δράσαντας ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν, ἀθηναῖοι δὲ ὑπεδέξαντο. i. posteaquam autem Argiui quidem Thebanorum socij fuerunt, Athenensium autem legati in Arcadiam venerunt, & vtrosque accusarunt, in quibus Callistratus Atheniensis orator, ciuitatibus illis Orestem & Oedipum maledicti loco obiecit: tum Epaminondas cùm surrexisset, fatemur, inquit, & apud nos patricidā Oedipum natum esse, & apud Argiuos, Orestem matricidam: sed eos, qui hæc scelera admiserunt, nos eiecimus, Athenienses receperunt. Idem Plutarch. πολιτ. παραγγελμ. ὡς τοῦ Ἐπαμινώνδου πρὸς Καλλίστρατον ὀνειδίζοντα Θηβαίοις καὶ ἀργείοις τὴν Οἰ-

ἀπόδος πατροκτονίας, καὶ τὴν Ὀρέστου μητροκτονίαν, ὅτι τοὺς ταῦτα ποιήσαντας ἡμῶν ἐκβαλόντων, ὑμεῖς ἐδέξασθε. i. responsiones, quæ in eum, qui maledixit, retorquentur & cõuertuntur, sine stomacho & iracundia prolatæ, sed lenitatem cum lepôre & venustate coniunctam declarantes, elinguem propemodum aduersarium reddunt, qualis fuit illa Epaminondæ in Callistratum, qui obiiciebat Thebanis & Argiuis Oedipodis patricidium, & Orestis matricidium: at cùm eos, qui hæc admiserunt, nos eiecerimus, vos recepistis. Alcmæon Amphiarai & Eriphyles filius. hic matrem interfecit, quòd illa monili aureo corrupta, viri sui, Alcmæonis patris salutem prodidisset. De Oreste & Clytemnestra, eius matre, Oedipo & Laio eius patre, notæ fabulæ: & quibus ignotæ sunt, legendus Sophoclis Oedipus tyrannus, & Euripidis Orestes.

76. patrem suum) Laium.

77. matre) Iocasta, Creontis Thebanorum regis filia.

78. cùm patr. ess. p.) Sic Plutarchus, vt suprà retulimus, ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν, Ἀθηναῖοι δὲ ὑπεδέξαντο: id est nos quidẽ eos eiecimus, Athenienses verò receperũt.

79. sic Lacedæm. tyr. coarg.) de hac Epaminondæ apud Lacedæmonios contione, nihil apud quemquam alium me legere memini. paullo antè eluxit, id est. apparuit, illustris fuit, emicuit, à verbo eluceo, non ab elugeo.

80. Leuctrica pugna) de qua Diod. lib. 15. vbi narrat ille quo modo instruxerit Epaminondas exercitum. de eadem & Xenoph. lib. 6. de reb. Gr. & Plutarch, in Pelopida, & Pausanias Bœoticis. occiderunt in ea pugna Lacedæmoniorum, vt narrat Diod. & alij, quattuor millia, & rex eorum Cleombrotus: vt Pausanias in Bœot. plures quàm mille: Bœoti circiter trecenti. exponunt autem Xenophon & Diodorus prodigia & ostenta, quæ cladem illam antecesserunt, & præsignificarunt. Polyænus lib. 2. strategem. aliquot Epaminõdæ in hoc prælio refert strategemata: ex quibus vnum atque alterum ponam. Ἐπαμινώνδας Θηβαίων ἦρχε, Λακεδαιμονίων Κλεόμβροτος· Λεῦκτρα, ἔνθα ἦν ἡ μάχη. τὸ μὲν ἔργον ἰσόρροπον ἦν. Ἐπαμινώνδας δὲ παρὰ Θηβαίων ᾐτήσατο, ἓν βῆμα χαρίσασθέ μοι, καὶ τὴν νίκην ἕξομεν. ἐπίθοντο. οἱ Λάκωνες εἶξαν· καὶ Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ. i. Epaminondas Thebanorum dux erat, Lacedæmoniorum Cleombrotus: Leuctra, locus, in quo pugna committebatur: & certamen erat anceps & æquale. Epaminondas autem à Thebanis petiuit, vt sibi vnum gradum largirentur: id est, vt vno gradu longius progrederentur: & ita, inquit, vincemus: paruerunt Thebani: cesserunt Lacedæmonij. & Cleombrotus rex in eo prælio cecidit. Addamus & hoc alterum ex eodem libro. Ἐπαμινώνδας ἐν Λεύκτροις προσῆγεν ἤδη τὴν φάλαγγα. Θεσπιεῖς ἐθελοκακοῦντες εἵποντο. οὐκ ἠγνόησεν Ἐπαμινώνδας· ἀλλὰ ὅπως μὴ ταράττοιτο ἡ τάξις ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης, ἐκήρυξε, Βοιωτῶν ἀπιέναι τοῖς βουλομένοις ἐξέστω. Θεσπιεῖς μὲν αὐτοῖς ὅπλοις ἀπηλλάσσοντο. Ἐπαμινώνδας δὲ τοῖς μείνασιν ὁπλίταις συμπαραταξάμενος, καὶ προθύμοις χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐνίκησεν. id est, Epaminondas in Leuctris producebat legiones in aciem, & signa inferebat. Thespienses non satis ad pugnandum alacres sequebãtur. Id non ignorauit Epaminondas: sed ne in ipso prælij committendi tempore ordines turbarentur, hoc iussit à præconibus prædicari: Bœotiis iis, qui volent, discedere liceat. Ita Thespienses cum armis ex acie excesserunt, & domum reuerterũt.

Epaminondas verò militibus grauioris armaturæ, qui permanserant, ordinatis, & egregia animi alacritate ad pugnam excitatis vsus, magna cum laude vicit. Iam verò Leuctra, vicus est Bœotiæ non longè à Thespiis.

81. vt auxil. sociorũ Laced.) id est vt Lacedæmonij à sociis suis desererentur.

82. quòd se patriæ irasci) tanquam parenti. sic Plato, vim afferre patriæ negat fas esse. Idem lib. 5. de rep. scribit, patriam ciuibus maiore studio colendam esse, quàm matrem liberis. sic ille pag 6. θεραπεύειν αὐτὴν δεῖ μειζόνως, ἢ μητέρα παῖδας. Quòd si vultu sæpè, vt ait M. Tullius pro Rosc. Am. læditur pietas: quibus suppliciis eorum impietas lui, aut expiari potest, qui non solum hosteis patriæ ciuibus anteponunt, verùm etiam ipsi in patriam hostes acerrimi reperiuntur, Galliámque omni scelere lacerant, quæ est antiquißima, & sanctißima omnium nostrûm parens?

83. hæc sunt testimonia) legendum fortasse est, hæc sunt testimonio: quamquam nihil muto.

84. inuidiam) id est inuidentiam.

85. dúxque esset delectus) qui non nominatur, neque à Diod. neque ab aliis.

85. quòd locorum angustiis, &c.) hoc sic narrat Diod. lib. 15. pag 494. & his verbis. πορείας οὔσης διὰ χώρας πεδιάδος, Ἀλέξανδρος ἐπηκολούθει πολλοῖς ἱππεῦσι, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς οὐραγίας ἐπέκειτο. τῶν δὲ Βοιωτῶν οἱ μὲν κατακοντιζόμενοι συνεχῶς ἀπέθνησκον, οἱ δὲ τραύμασι περιέπιπτον, τέλος δὲ οὔτε μένειν, οὔτε προάγειν ἐώμενοι, εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν ἐνέπιπτον, ἅτε δὴ καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανιζόντων. ἤδη δ᾽ αὐτῶν τὴν σωτηρίαν ἀπογινωσκόντων, Ἐπαμινώνδας ἰδιωτεύων κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατεστάθη στρατηγός. οὗτος δὲ διαλέξας τοὺς ψιλοὺς, καὶ τοὺς ἱππεῖς, τούτους μὲν αὐτὸς ἀνέλαβε, καὶ ταχθεὶς ἐπὶ τῆς οὐραγίας, διὰ τούτων ἀνέστελλε τοὺς ἐπακολουθοῦντας πολεμίους, καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν παρείχετο τοῖς προηγουμένοις ὁπλίταις. ποιούμενος δὲ μάχας ἐξ ὑποστροφῆς, καὶ τάξει φιλοτέχνῳ χρώμενος, διέσωσε τὸ στρατόπεδον, &c. i. Cùm autem castra mouissent Thebani, seu Bœotij, cúmque iter facerent per loca plana, Alexander Thessalorum tyrannus cum multis equitibus sequebatur, & in eos, qui in extrema parte agminis erant, impetum faciebat. Bœotiorum autem alij aßiduè telis confixi interibãt, alij vulnera comminus accipiebãt: & tandem cùm eis neque manere, neque procedere per hosteis liceret, magna consilij inopia & difficultate laborabant, vtpote quos res ad victum necessariæ deficerent. Itaque cùm iam salutem desperarẽt, Epaminondas, qui tum priuatus erat, à militibus factus est imperator. ac statim pedites aliquot leuioris armaturæ, & equites delectos in ordinem redegit, & cùm se in extremum agmen contulisset, horum opera hosteis insequenteis reprimebat, tutámque atque ab omni periculo vacuam itineris faciendi facultatem iis, qui antecedebant, grauioris armaturæ militibus præbebat. redintegratis autem militum animis prælia committens, & dispositione artificiosa vtens exercitum seruauit. semper autem secundis rebus magis ac magis augens suam gloriam, magnam apud ciueis suos, & socios beneuolentiam, gratiámque sibi cõparauit.

87. erat enim ibi priuatus) sic Diod. vt suprà proximè retulimus. Sed quamobrem talis vir aliquando priuatus fuerit, ex eodem ostendamus. Sic igitur Diod. eod. loco. ἐπὶ Ζηνομήδους δὲ τῆς αἰτίας πῶς ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ ἰδιώτης ὢν ἐστρατεύετο μετὰ τῶν

εἰς Θετταλίαν ἀποσταλέντων, ἀποδοτέον τὸν οἰκεῖον λόγον τῆς ἀπολογίας. τῇ μάχῃ τῇ περὶ Κόρινθον Ἐπαμινώνδας διακόψας τὴν ἐπὶ τοῦ ἐπιτειχίσματος φυλακὴν τῶν λακεδαιμονίων, καὶ δυνάμενος πολλοὺς ἀνελεῖν τῶν πολεμίων, ἠρκέσθη τῷ προτερήματι, καὶ τῆς ἐπὶ πλεῖον μάχης ἀπέστη. ὑπονοίας δὲ περὶ αὐτὸν ἱκανῆς ὑποψίας, ὡς πεφεισμένου τῶν λακεδαιμονίων ἰδίας ἕνεκα χάριτος, οἱ φθονοῦντες αὐτοῦ τῇ δόξῃ καιρὸν ἔλαβον εὔλογον διαβολῆς. ἐπενεγκάντων οὖν αὐτῷ προδοσίας ἔγκλημα, τὸ πλῆθος παροξυνθὲν ἀφείλετο αὐτὸν τῆς βοιωταρχίας, καὶ ἰδιώτην ποιήσαν, ἐξαπέστειλε μετὰ τῶν ἄλλων. i. Quoniam autem quæritur, quam ob causam talis vir cum iis, qui in Thessaliam missi sunt, priuatus militabat: eius rei propria ratio exponēda est. Cùm Epaminondas in prælio ad Corinthum commisso, præsidium Lacedæmoniorum, quod in arcem fuerat impositum, concidisset, cúmque longe numero plureis hosteis occidere potuisset: pugnæ successu contentus fuit, & à longiore prælio destitit. Cùm autem in eum cōmota esset proditionis suspicio, quasi Lacedæmoniis gratiæ causa pepercisset: ij, qui eius gloriæ inuidebant, probabilis calumniæ occasionem nacti sunt. Epaminonda igitur ab illis in proditionis iudicium & crimen vocato, multitudo irritata, & cōcitata, abrogauit ei imperium & magistratum, eúmque priuatum factum nihilo minus cum aliis in Thessaliam misit.

88. *numero milit.*) ἐν τάξει, vel ἐν μέρει στρατιώτου.

89. *Pelopidas*) cuius vitam etiam Plutarchus scripsit, ibique, vnde nata sit Epaminondæ & Pelopidæ amicitia, multis verbis exposuit pag. 2. Hic, vt ibidem Plutarchus tradit, in pugna Leuctrica non habebat imperium, neque erat Bœotarches, sed sacræ cohorti tantùm præerat. constabat autem sacra cohors ex amantibus, & iis, qui amarentur. Secutus sum autem paullo antè exempla Basil. Colon. & omnium antiquissima, Argentor. in quibus impressum est, haberétque collegas duos, &c. Nam cetera habent, haberétque coll. suos. sic autē legendū esse, declarat id, quod sequitur, quorum alter erat &c. Ita ex auctoritate Probi tres erant imperatores. Neque obstat quod dicunt alij, sex fuisse. Nam non semper inter se congruunt historici, vt appâret.

90. *Vir fortis ac stren.*) sic suprà in Datame hæc nomina cōiunxit, ibi, quòd intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse.

91. *Hìc cùm criminib. aduers.*) paullo aliter Plutarchus in Pelopida. Narrat enim, post pugnam Leuctricam, Epaminōdam & Pelopidam, solos ex iis, qui imperium obtinebant (qui sex erāt numero) cùm pauci dies imperij superessent, & aut imperium aliis bœotarchis tradere ex lege oporteret, aut, ni facerent, extremo supplicio affici: solos, inquam, aliis imperatoribus exercitum reducere, & magistratu se abdicare paratis, in Lacedæmonem irrupisse, Eurotam transiisse, totum agrum Lacedæmonium vsque ad mare vastasse. & Diod. lib. 15. nullum de aliis successoribus, aut aliis imperatoribus in eorum locum subrogandis, neque de lege, verbum facit. Iterum Plutarch. παραγγελ. πολιτ. pag. 15. Epaminondam quattuor menses contra legem imperio addidisse dicit, quibus in Lacedæmonem irrupit, & res illas ad Messenam gessit. Sed hac de re mox plura. Dictum est autem, in inuidiam venire, sic, vt in odium venire, in discrimen. in dubium, in ora hominum, & simil.

92. *abrogatum) per plebiscitum, vt ex iis, quæ sequuntur, intelligere licet.*

93. *idémque vt facerent) ne plebiscito parérent.*

94. *vbi id fecisset) vbi se imperio abdicasset, aut vbi exercitum successoribus tradidisset, plebiscitóque paruisset.*

95. *lex erat Thebis) M. Tull. lib. I. de inuentione, eo loco, quo loco de argumentatione loquitur. Ergo in hac causa, quæ apud Græcos est peruagata, quòd Epaminondas Thebanorum imperator, ei, qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum non tradidit: &c, cùm paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedæmonios funditus vicit: poterit accusator argumentatione vti per inductionem, cùm scriptum legis contra sententiam defendet, ad hunc modum, &c. Ælianus de varia hist. lib. 13.* Ἐπαμινώνδας ὤφλησε δίκην θανάτου ἐπανελθὼν ἐκ τῆς Λακωνικῆς, ὡς ἐπιβαλὼν τῇ βοιωταρχίᾳ τέτταρας μῆνας παρὰ τὸν νόμον, *&c. i. Epaminõdas reus agebatur in iudicio capitis ex agro Lacedæmonio reuersus, quòd Bœotarchiæ, id est, imperio, menseis quattuor contra legem addidisset, &c. quæ infrà suo loco proferemus. Plutarch.* ἀποφθ. βασιλ. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς Λακωνικῆς ἐπανελθὼν ὦφλε θανάτου δίκην μετὰ τῶν στρατηγῶν, ὡς ἐπιβαλὼν τῇ βοιωταρχίᾳ τέτταρας μῆνας παρὰ τὸν νόμον, *&c. i. Postcaquam autem ex agro Laconico reuersus Epaminondas, adductus est in iudicium capitis cum suis collegis, quòd mẽseis quattuor imperio addidisset contra legem, &c.*

96. *& quattuor mensib.) sic Plutarch. in præcept. polit. & apophth. reg. & ducum. & Ælian. lib. 13. vt diximus. sic idem Plutarch. in Pelopida, ibi,* τέτταρας ὅλους προσεπέβαλον μῆνας, *&c. i. totos quattuor menseis addiderunt, &c.*

97. *gessit imper.) scilicet lege naturali, & immortali, diuinæque obtemperans, quam humanæ imitari & sequi debent: quòd si secus fiat, nõ sunt bonæ, neque vtiles leges: immò verò non sunt leges. Leges enim ad salutem ciuium, ciuitatúmque incolumitatem, vitámque omnium quietam & beatam conditæ sunt, vt scribit M. Tullius lib. 2. de Legibus. Ex quo intelligi debet (inquit ille ibidem) eos, qui perniciosa, & iniusta populis iussa descripserint, cùm contrà fecerint, quàm polliciti, professíque sint, quiduis potius tulisse, quàm leges, &c.*

98. *collegæ) Plutarch. in Pelopida, videtur dicere non plureis accusatos esse, quàm Epaminondam & Pelopidam. sic enim ille.* θανάτου γὰρ ἀμφότεροι δίκας ἔφυγον ἐπανελθόντες, ὅτι τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν βοιωταρχίαν ἑτέροις, ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσι, τέτταρας ὅλους προσεπέβαλον μῆνας, *&c. i. ambo enim (Epam. & Pelop.) in iudicium capitis adducti sunt reuersi, quia, cùm lex iuberet primo mense imperium aliis prætoribus tradere, quem Bucatium nominant: quattuor totos menseis adiecerunt, &c. Idem in apophth. reg. cum Probo congruens,* τοὺς μὲν, *inquit,* συνάρχοντας ἐκέλευσεν εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν ὡς ἐκβιασθέντας, *&c. i. collegas quidẽ suos iussit in se culpam omnem cõferre, vt coactos, &c. & item Ælian. loco suprà commemorato.* τοὺς μὲν οὖν συνάρχοντας ἐκέλευσεν, *&c. iisdem enim verbis vtitur, atque Plutarchus.*

99. *petiuit, vt in periculo suo) locus obscurus propter vocem vulgo incognitam, periculum. itaque alij, vt Aldus, pro periculo, sepulcro, ediderunt: alij, peristylio reponi volunt: ego quid sentiam, mox aperiam. sed antè videndum, ecquid*

hæc lectio ferri posit. Primùm testantur homines fide digni, & testes locupletes, sic esse scriptum in lib. manuscr. vt edendum curaui, in periculo ego in omnib. libris impreßis, præter quàm in Florentinis & Venetis, ita impressum reperi. deinde Cuiatius noster, cuius iudicio multum tribuo, vt debeo, hanc scripturam tuetur lib. obseruationum & emendation. 5. cap. 25. vbi docet, periculum, idem fere valere, atque indicem. index autem est (inquit ille) ex latiore scriptura breuis quædam subnotatio, aut breue scriptum. Sed hæret scrupulus, quòd στήλη, qua voce vtuntur Plutarchus, & Ælianus, hanc historiam narrantes, non videtur posse significare sententiam, neque periculum, seu indicem: sed potius cippum, aut columellam, quæ sepulcris imponi solebat: quamuis Gregorius Nazianzenus expositionem per indicem στηλογραφίαν dicere videatur. sic autem Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. eo, quem paullo antè indicaui, loco. αὐτὸς δὲ ἔφη βελτίονας ἔχειν τῶν ἔργων λόγους. εἰ δὲ δεῖ τι πάντως εἰπεῖν πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἀξιοῦν, ἂν ἀποκτείνωσιν αὐτὸν, ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ τὴν καταδίκην, ὅπως οἱ Ἕλληνες εἰδῶσιν, ὅτι μὴ βουλομένους Θηβαίους Ἐπαμινώνδας ἠνάγκασε τὴν Λακωνικὴν πυρπολῆσαι, πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδῄωτον οὖσαν, οἰκίσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων, συντάξαι δὲ συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸ Ἀρκάδας, ἀποδοῦναι δὲ τοῖς Ἕλλησι τὴν αὐτονομίαν, &c. i. Ipse autem negauit se verba factis habere meliora. quòd si quid omnino apud iudices dicendum sit, se postulare, vt si se interfici iubeant, cippo suo inscribant sententiam aduersus se latam, vt sciant Græci, Epaminondam Thebanos inuitos coëgisse, vt Lacedæmonium agrum incendio vastarent, à ferro, manúque hostili totos quingentos annos intactum, integrum, atque immunem, Messenam autem post annos triginta & ducentos de integro excitarent, & ciuibus frequentem ac celebrem redderent, Arcadas distractos, in vnum cœtum, conciliúmque contraherent, Græcis libertatem, & suarum legum vsum restituerent. Sic & Ælian. eo, quem suprà indicaui, & protuli, loco, & verò iisdem fere verbis, quibus Plutarchus, vt videatur vterque ex eodem fonte hausisse. ἐπιγράψαι μόνον τῇ στήλῃ, &c. Solebant autem veteres monumentis, aut sepulcris cippos, seu columellas, seu pylas quasdam imponere, quibus breuiter inscriberent mortuorum nomina, & virtutes, & studia, factáque laudabilia, & præclara. Homer. Ιλιάδ. Π. Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε, ἔται τε, Τύμβῳ τε, στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. id est, Hîc eum sepelient fratres, & amici, sepulcro & cippo decoratum. hoc est enim mortuorum præmium atque ornamentum. Sic M. Tullius lib. V. Tuscul. quæst. de monumento Archimedis: in quo scribit ille. columellam è dumis eminentem fuisse. Eius verba alibi protulimus. Nunc si quis, quid de hoc loco sentiam, quærat: amplius de hoc deliberandum, & considerandum: scripturam tamen receptam retinendam, interea dum aliquid melius reperiatur, Cuiatiíque nostri, viri & nostræ ætatis, & ætate superiorum iurisconsultorum doctißimi sententiam, atque auctoritatem esse amplectendam. Omnino, ne quid dißimulem, mihi videtur στήλη & periculum plurimum inter se, vt nominibus & litteris, ita & re distare: &, si quis liber adiuuet, multo malim legi, in cippo, seu cippulo suo: aut, vt Err. Memmius, vir clariß. arbitratur, in scapulo suo, quàm in periculo suo. Nam omnino nisi hæc verba inscriberentur in cippo, sed tantùm in charta, aut in tabula aliqua cerata, quæ sententiam in reum latam

contineret: non posset ea verba quivis in Græcia natus videre, sed Thebani tantùm. At Plutarchus scribit, Epaminondam icciro à iudicibus postulasse, vt sententiam in se latam in columna inscriberent, quo Græci omnes intelligerēt, Lacedæmonios opera Epaminondæ à Thebanis esse superatos.

100. *apud Leuctra) alij videntur velle, ac significare, Epaminondam cum suis collegis aduersus legem commisisse post pugnam Leuctricam.*

101. *ausus fuit aspicere)* ἐτόλμησεν ἀντιβλέπειν, vel ἀντοφθαλμεῖν, hoc est, ὀρθοῖς ὄμμασι προσβλέπειν, *rectis, & irretortis oculis intueri. prouerbium olet. notauimus in commentar. Horatianis ad illum locum od. 2. lib. 2. Quisquis ingenteis oculo irretorto Spectat aceruos.*

102. *ab interitu retraxit) al. ab interitu extraxit. retraxit tamen non damno, & interpretor, reuocauit, & quasi pereuntem, & ad exitium præcipitantem retinuit, ac seruauit.*

103. *vniuersam Gr. in libert. vind.) nam Lacedæmonij clade Leuctrica, & Mantineensi accepta, principatum Græciæ amiserunt: quod & Diod. testatur lib. 15. pag. 474.* τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐν Λεύκτροις ἡττηθέντες πολλοὺς ἀπώλεσαν τῶν πολιτῶν, ἐν οἷς καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Κλεόμβροτος ἔπεσε. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ Μαντίνειαν πολεμήσαντες, τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀνελπίστως ἀπέβαλον. *i. Primùm enim Lacedæmonij in Leuctris superati, complureis è ciuibus amiserunt, in quibus & Cleombrotus eorum rex occubuit: deinde cùm de Mantinéa bellum suscepissent, aciéque cōtendissent, funditus conciderunt, & corruerunt, Græciæque principatum amiserūt.*

104. *vt Thebani Spart. oppugn.) Spartam à Thebanis duce Epaminonda esse oppugnatā testis est historia, & hac de re dicētur à nobis in Agesilao nonnulla. Interea tamen videor neque alienum à meo instituto facturus, neque lectorem inani sermone moraturus, si duo Epaminondæ strategemata, quæ à Polyæno lib. 2. referuntur, ad hanc rem pertinentia, ad hunc locum ascribam. Sic igitur Polyænus.* Ἐπαμινώνδας ἀεὶ τὴν δύναμιν ἅμα ἡλίῳ προῆγε, δόξαν ἐμποιῶν, ὡς ἐκ τοῦ φανεροῦ διαμάχοιτο. ἐν δὲ Πελοποννήσῳ νυκτὸς ἐπαναστὰς προσέπεσεν ἀπροσδοκήτως Λακεδαιμονίοις ἔτι καθεύδουσιν. *id est, Epaminondas copias suas semper oriente sole producebat, vt opinionem afferret hostibus se aperto Marte decertare velle. In Peloponneso autem de nocte suis surgere iussis, impetum fecit insperatò in Lacedæmonios etiam tum dormienteis. Idem eodem libro.* Ἐπαμινώνδας ἐνέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικήν. ἐξὸν δέ τι διαρπάσαι τὴν Λακεδαιμονίων πόλιν ἀλλὰ μεταγνοὺς, οὐχ ἁψάμενος τῆς πόλεως, ἀνέζευξεν. οἱ συνάρχοντες ἠπείλουν αὐτῷ δίκην. ὁ δὲ δείξας αὐτοῖς τοὺς συμμάχους, Ἀρκάδας, Μεσσηνίους, Ἀργείους, καὶ ὅσοι ἄλλοι Πελοποννήσιοι, εἰ Λακεδαιμονίους ἀναστάτους πεποιήκειμεν, ἔφη, νῦν ἐχρῆν πᾶσιν ἂν τούτοις μάχεσθαι. ὡς καὶ νῦν συμμαχοῦσιν ἡμῖν, Λακεδαιμονίους καθαιροῦντες οὐχὶ Θηβαίους αὔξοντες. *id est, Epaminondas in agrū Laconicum inuasit, & in eius erat manu Lacedæmoniorum vrbem capere, ac diripere: sed eum incœpti pœnituit, vrbéque intacta relicta discessit, & castra mouit. Collegæ eius iudicium ei minabantur. Ille autem cùm socios eis demonstrasset, Arcades, Messenios, Argiuos, & alios omneis Peloponnesios si Lacedæmonios euertissem, inquit, nunc cū his omnibus nos pugnare oporteret. Nam & nunc ea gratia, eóque consilio nobis belli societate coniuncti sunt, nósque adiuuant, vt La-*

cedæmonios deleant, non vt nostram potentiam augeant.
105. *si salui esse possent) si vrbem defendere possent.* Diod. lib. 15. pag. 491. Spartam à Thebanis esse oppugnatã, & à Lacedæmoniis ægrè illam quidem defensam, sed tamen non sine Thebanorum incommodo ac detrimento, multis verbis refert.
106. *Messena constituta) quæ multos annos deserta fuerat, atque adeò diruta, atque euersa iacuerat, vt ex iis, quæ suprà protuli, cognitum est: & narrat item* Diodorus eodem loco, his verbis. Ἐπαμινώνδας δὲ φύσει μεγαλεπίβολος ὤν, καὶ δόξης ὀρεγόμενος αἰωνίου, συνεβούλευσε τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις οἰκίσαι τὴν Μεσσήνην, πολλὰ μὲν ἔτη γεγενημένην ἀνάστατον ὑπὸ Λακεδαιμονίων, τόπον δὲ εὔθετον ἔχουσαν κατὰ τῆς Σπάρτης· συγκατατεθειμένων δὲ πάντων, ἀνεζήτησε τοὺς ἀπολελειμμένους τῶν Μεσσηνίων, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς βουλομένους καταλέξας εἰς τὴν πολιτείαν, ἔκτισε τὴν Μεσσήνην, πολλοὺς ποιήσας αὐτῆς οἰκήτορας. i. *Epaminondas autem magnarum rerum cupidus, magnáque sibi proponens natura, & gloriæ auidus sempiternæ, suasit* Arcadibus, *& aliis sociis, vt* Messenam *incolendam, & frequentandam curarent, à* Lacedæmoniis *quondam dirutam, multósque annos desertam, atque incultam relictam, loco autem aduersus* Lacedæmonem *opportuno sitam: cui cùm omnes assentirentur,* Messenios, *qui reliqui erant, diligenter perquisiuit, & aliis, qui vellent, in ciuitatem receptis, atque in remp. allectis,* Messenam *de integro condidit, & constituit, multisque habitatoribus celebrem reddidit.* Eadẽ de re sic & Pausanias Bœoticis, *quo loco elegẽa statuæ eius inscripta refert.* τῷ δὲ ἀνδριάντι τῷ Ἐπαμινώνδου καὶ ἐλεγεῖα ἔπεστιν, ἄλλα τε ἐς αὐτὸν λέγοντα, καὶ ὅτι Μεσσήνης γένοιτο οἰκιστής, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὑπάρξαι ἐλευθερία δι' αὐτοῦ. καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἐλεγεῖα.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
  Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται.
Θῆβαι δ' ὅπλοισι μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
  Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ. i.
Consiliis nostris laus est attonsa Laconum,
  Messene *natos denique nunc recipit.*
Sacræ nunc armis Thebæ *sunt vndique septæ,*
  Et retinet leges Græcia *læta suas.*

107. *risus omnium) sic* Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. eod. loco. ἐξῆλθον οὖν οἱ δικασταὶ σὺν πολλῷ γέλωτι, μηδὲ τὰς ψήφους ἐπ' αὐτὸν ἀναλαβόντες. i. *exierunt igitur iudices multo risu profuso, ne calculis quidem aduersus eum in manus sumtis.*
108. *ferre suffr.) id est, ferre sententiam. ferre suffragium autem dixit, quia* Græci *calculis vtebantur in sententia ferenda.* Ita *per suffragium, calculum significat.*
109. *apud* Mantinéam) *hoc prælium res* Lacedæmoniorum *afflixit, vt ait:* Diodorus *lib.* 15. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ Μαντίνειαν πολεμήσαντες, τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, &c. *quem locum paullo antè protulimus.* Idem Diodor. *hoc prælium copiosè describit eodem lib. non admodum longè ab extr. numerúmque* Græciæ *populorum ab vtraque parte pugnantium, dispositionem vtriusque aciei, pugnæ initium, progressum, & euentum multis verbis exponit: ex quibus mox pauca proferemus.*

& ante eum Xenophon lib. 7. de reb. Gr. non longè ab extr. Est autem Mantinéa vrbs Arcadiæ.

110. cùm acie instructa &c.) Diod. eo, quem proximè indicauimus, loco. ἰσχυρᾶς δὲ μάχης ἐπὶ πολὺν τὸν χρόνον γινομένης, καὶ τοῦ κινδύνου μηδεμίαν ῥοπὴν λαμβάνοντος, ὁ μὲν Ἐπαμινώνδας ὑπολαβὼν τῆς ἰδίας ἀρετῆς προσδεῖσθαι τὴν νίκην, ἔγνω δι' ἑαυτοῦ κρῖναι τὸν κίνδυνον. εὐθὺς οὖν ἀναλαβὼν τοὺς ἀρίστους, καὶ μετὰ τούτων συμφράξας ἐνέβαλεν ἐς μέσους τοὺς πολεμίους. καθηγούμενος δὲ τοῦ συντάγματος, καὶ πρῶτος ἀκοντίσας, ἔβαλε τὸν ἡγούμενον τῶν Λακεδαιμονίων. εὐθὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐς χεῖρας ἐρχομένων, οὓς μὲν ἀνελών, οὓς δὲ καταπληξάμενος, διέκοψε τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τὸ ἀξίωμα τοῦ Ἐπαμινώνδου, καὶ τὸ βάρος τοῦ περὶ αὐτὸν συστήματος καταπλαγέντες, ἀνεχώρουν ἐκ τῆς μάχης. ἐπικειμένων δὲ τῶν Βοιωτῶν, καὶ τοὺς ἐσχάτους ἀεὶ φονευόντων, νεκρῶν ἐσωρεύθη πλῆθος. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι θεωροῦντες Ἐπαμινώνδαν προθυμότερον προσπίπτοντα, τῷ θυμῷ συνέδραμον ἐπ' αὐτόν. πολλῶν δὲ καὶ πυκνῶν φερομένων βελῶν, τὰ μὲν ἐξέκλινε, τὰ δὲ διεκρούετο, τινὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος ἐξαιρῶν, τούτοις ἠμύνετο τοὺς ἐπιφερομένους. ἡρωικῶς δ' ὑπὲρ τῆς νίκης ἀγωνιζόμενος, καιρίαν ἔλαβε πληγὴν ἐς τὸν θώρακα, &c. i. Cùm autem acre prœlium ad multum temporis fieret, & neutram in partem discriminis fieret inclinatio, Epaminondas ratus victoriam sua virtute egere, constituit periculum per se cernere, ac diiudicare. Statim igitur assumtis ex toto exercitu militum fortissimis, & testudine facta, in medios hosteis irruit. Cùm autem phalangem duceret, & primus iaculum torsisset, Lacedæmoniorum ducem ictum perculit. Statim autem aliis quoque in manus incidentibus, & aliis interfectis, aliis perterritis, hostium aciem perfregit, ordinésque perturbauit. Lacedæmonij verò cùm auctoritate ac dignitate Epaminondæ, tum globo ac mole multitudinis eum circumstantis timefacti, pedem è prœlio retulerunt, ac retrocesserunt. Instãtibus autem Bœotiis, & postremum quemque occidentibus, cadauerum aceruo campus coopertus est. At Lacedæmonij Epaminondam videntes audacius ruentem, in eũ concurrerunt. Telis autem multis & crebris in eum volantibus, alia capitis nutu declinabat, alia discutiebat, alia è corpore auellens, his ipsis aduersarios incurrenteis vlciscebatur, & configebat. tandem cùm heroicè de victoria certaret, mortiferum vulnus in thorace accepit, &c. Plutarch. apophth. Lacon. ἐν δὲ τῇ περὶ Μαντίνειαν μάχῃ παρεκελεύσατο Ἀγησίλαος τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοὺς ἄλλους ἐάσαντας πάντας, Ἐπαμινώνδᾳ μάχεσθαι, μόνους λέγων τοὺς ἔμφρονας ἀνδρείους εἶναι, καὶ μόνους νίκης αἰτίους ὑπάρχειν. εἰ οὖν τοῦτον ἀνέλοιμεν, ῥᾷστα τοὺς ἄλλους ὑποχειρίους ποιήσειν. ἄφρονας γὰρ εἶναι, καὶ οὐδενὸς ἀξίους. ὃ καὶ συνέβη. τῆς γὰρ νίκης σὺν Ἐπαμινώνδᾳ οὔσης, καὶ φυγῆς γινομένης, ἐπιστραφέντα αὐτὸν, καὶ ἀνακαλούμενον τοὺς ἰδίους, τῶν Λακεδαιμονίων τις καιρίως ἐπάταξε, καὶ πεσόντος, ἀνασφήλαντες ἀπὸ τῆς φυγῆς οἱ σὺν Ἀγησιλάῳ ἐφάμιλλον τὴν νίκην ἐποίησαν, &c. i. In pugna autem ad Mantinéam pugnata hortatus est Agesilaus Lacedæmonios, vt alijs omnibus omissis, vnum Epaminondam ferro peterent, cùm diceret, solos prudenteis esse forteis, & solos victoriæ auctores. Si igitur, inquit, hunc interfecerimus, facillimè alios in potestatem nostram redigemus. imprudenteis enim esse, & nullius pretij. quod & accidit. Nam cùm victoria vnà cum Epaminonda esset, & fuga Lacedæmoniorum facta: conuersum eum, & suos reuocantem & cohortantem, Lacedæmoniorum aliquis opportune, hoc est,

mortifero vulnere illato, percussit, eóque perculso ac prostrato, Agesilaus cum suis victoriam dubiam & controuersam reddiderunt, &c. Xenoph. verò lib. 7. de reb. Gr. Epaminonda multis verbis laudato, idque duobus locis non longè inter se distantibus, & quo modo exercitus ab Epaminonda instructus sit, explicato, ita de huius pugnæ euentu scribit. τὴν μὲν οὖν συμβολὴν οὕτως ἐποιήσατο· καὶ οὐκ ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος· κρατήσας γὰρ ᾗ προσέβαλεν, ὅλον ἐποίησε φεύγειν τὸ τῶν ἐναντίων. ἐπεί γε μὴν ἐκεῖνος ἔπεσεν, οἱ λοιποὶ οὐδὲ τῇ νίκῃ ὀρθῶς ἔτι ἐδυνήθησαν χρήσασθαι· ἀλλὰ φυγούσης μὲν αὐτοῖς τῆς ἐναντίας φάλαγγος, οὐδένα ἀπέκτειναν οἱ ὁπλῖται, οὐδὲ προῆλθον ἐκ τοῦ χωρίου, ἔνθα ἡ συμβολὴ ἐγένετο. φυγόντων δὲ αὐτοῖς καὶ τῶν ἱππέων, ἀπέκτειναν μὲν οὐδ᾽ οἱ ἱππεῖς διώκοντες οὔτε ἱππέας, οὔτε ὁπλίτας· ὥσπερ δὲ ἡττώμενοι, πεφοβημένως διὰ τῶν φευγόντων πολεμίων διέπεσον. καὶ μὴν οἱ ἅμιπποι, καὶ οἱ πελτασταὶ συννενικηκότες τοῖς ἱππεῦσιν, ἀφίκοντο μὲν ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου ὡς κρατοῦντες. ἐκεῖ δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἀπέθανον. τούτων δὲ πραχθέντων, τοὐναντίον ἐγεγένητο, οὗ ἐνόμισαν πάντες ἄνθρωποι ἔσεσθαι. συνεληλυθυίας γὰρ σχεδὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ ἀντιτεταγμένων πασῶν πόλεων, οὐδεὶς ἦν ὅστις οὐκ ᾤετο, εἰ μάχη ἔσοιτο, τοὺς μὲν κρατήσαντας ἄρξειν, τοὺς δὲ κρατηθέντας ὑπηκόους ἔσεσθαι. ὁ δὲ θεὸς οὕτως ἐποίησεν, ὥστε ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες τρόπαιον ἐστήσαντο· τοὺς δ᾽ ἱσταμένους, οὐδέτεροι ἐκώλυον, &c. i. Atque hoc sanè modo certamen iniit, & cum hostibus conflixit: neque eum spes sua fefellit. Nam quà impressionem fecit, victoria potitus, aduersarios omneis terga vertere coëgit. Posteaquàm verò ille cécidit, reliqui ne victoria quidem rectè vti amplius potuerunt: sed neque pedites grauioris armaturæ, cùm fugisset ea phalanx, quæ eis opposita fuerat, quemquam interfecerũt, aut ex eo loco, vbi conflictus fieri cœptus erat, progressi sunt: neque equites, cùm aduersariorum equitatus diffugisset, quemquam aut ex equitib. persequentes occiderunt, aut ex peditibus grauioris armaturæ: sed quasi victi per medios hosteis in fugam versos timidè dilapsi sunt. Et verò qui erant sine equis, & peltastæ, iisdem consiliis vsi, atque equites in sinistrum cornu se contulerunt, tamquam victores: sed illic ab Atheniensibus plerique eorum interemti sunt. His autem rebus gestis contraria euenerũt, atque omnes mortales futurum putauissent. Nam cùm tota fere Græcia conuenisset, & omnes Græciæ ciuitates dimicandi causa essent cõgressæ: nemo erat, qui non existimaret, si prælium committeretur, victores quidem imperio potituros: victos verò, sub alterius partis iura, & potestatem casuros. At deus sic rem totam moderatus est, vt vtrique tanquam victores tropæum posuerint: eos autem, qui tropæum poneret, neutri prohibuerint: corpora mortuorum vtrique tanquam victores ad sepulturam pactis interpositis dederint: & rursus vtrique vt victi ad sepulturam pactione interposita acceperint. cùm autem vtrique se vicisse prædicarent, neutri tamen neque agro, neque vrbe, neque imperio auctiores, quàm ante prælium, visi fuerint: sed contrà maior in Græcia post pugnam, quàm antea, confusio, & perturbatio versata sit. Hactenus Xenophon. Atque hæc quoque Xenophontis ascripsi, vt videat lector, quanta sit in pugnis, earúmque euentis exponẽdis, etiam inter historicos, qui illa narrãt, pugna.

III. sparo eminus perc.) sparus, genus teli. Virgil. æn. 4: Agresteis manus armat sparus. Sallust. de coniur. Cat. non longè ab extr. ceteri, vt quemque casus armauerat, sparos, lanceas: alij præacutas sudeis portabant. Interdum etiam neutrius

generis est. Lucil. Tum spara, tum rumices. Nonius. Sed quæritur à quo sit percussus Epaminondas. ex iis, quæ paullo antè ex Plutarcho retulimus, cognouimus, eum à Lacedæmonio aliquo non nominato esse percussum. Sed aliud à Pausania traditum est non vno loco. sic enim ille in Arcadicis pag. 8. Ἐπαμινώνδαν δὲ ἀποθανεῖν μαντινεῖς μὲν ὑπὸ Μαχαιρίωνος μαντινέως φασὶν ἀνδρός· ὡσαύτως δὲ καὶ λακεδαιμόνιοι σπαρτιάτην λέγουσιν εἶ(ναι). Ἐλέγετο δὲ Μαχαιρίωνα ὄνομα καὶ οὕτω τῷ ἀνδρί. ὁ δὲ ἀθηναίων ἔχει λόγος, ὁμολογοῦσι δὲ αὐτῷ καὶ θηβαῖοι, τρωθῆναι τὸν Ἐπαμινώνδαν ὑπὸ Γρύλλου. παραπλήσια δέ σφισιν ἐστὶ καὶ τὰ ἐν τῇ γραφῇ τὸ ἔργον ἐχούσῃ τὸ ἐν Μαντινείᾳ. φαίνονται δὲ οἱ μαντινεῖς Γρύλλον μὲν δημοσίᾳ τε θάψαντες, καὶ ἔνθα ἔπεσεν ἀναθέντες εἰκόνα ἐπὶ στήλης ἀνδρὸς ἀρίστου τῶν συμμάχων. Μαχαιρίωνα δὲ λόγῳ μὲν καὶ αὐτοὶ οἱ λακεδαιμόνιοι λέγουσιν· ἔργῳ δὲ οὔτε ἐν Σπάρτῃ, οὔτε παρὰ Μαντινεῦσι Μαχαιρίων ἐστὶν οὐδείς. *i. Epaminondam autem occisum esse Mantineenses quidem à Machærione quodam Mantineensi dicunt: Lacedæmonij verò similiter etiam à Lacedæmonio quodam, & ei homini Machærionis nomen fuisse volunt. Sed fama est apud Athenienseis, cum qua consentiunt, & congruunt etiam Thebani, vulneratum esse Epaminondam à Gryllo, (Xenophontis fil.) Similia autem & consentanea sunt his ea, quæ insunt in tabula picta pugnam Mantineensem continente. quin appâret, Mantineenseis Gryllum publicè sepeliuisse, & quo loco cécidit, statuam ei posuisse, ac dicasse super cippum, viri sociorum fortißimi. Machærionem autem etiam Lacedæmonij verbo quidem dicunt, sed re neque Machærio quisquam est Spartæ, neque apud Mantineenseis huic Machærioni tanquam viro forti honos vllus habitus est. Idem Bœoticis,* καὶ Ἀθήνησιν ἐν ἵππων μάχῃ τὸν Ἐπαμινώνδαν ὁ ἀνὴρ ἐστὶ γεγραμμένος φονεύων Γρύλλος ὁ Ξενοφῶντος. *i. & Athenis in equorum pugna vir iste pictus est Epaminondam interficiens, Gryllus Xenophontis filius.*

112. *huius casu) sic legendum, non, vt habent omnes, quos quidem viderim, libri vulgati, huius causâ.*

113. *At Epam. cùm animad.) Diod. eod. loco.* Ἐπαμινώνδας ἔτι ζῶν εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπηνέχθη, καὶ τῶν συγκληθέντων ἰατρῶν ἀποφηναμένων, ὅτι πάντως, ὅταν ἐκ τοῦ θώρακος ἐξαιρεθῇ τὸ δόρυ, τελευτήσει, καὶ τὸν θάνατον ἐπακολουθήσαι, εὐψυχοτάτην τοῦ βίου καταστροφὴν ἐποιήσατο. πρῶτον μὲν τὸν ὑπασπιστὴν προσκαλεσάμενος, ἐπηρώτησεν, εἰ διασέσωκε τὴν ἀσπίδα. τοῦ δὲ φήσαντος, καὶ θέντος αὐτὴν πρὸ τῆς ὁράσεως, πάλιν ἐπηρώτησε, πότεροι νενικήκασι. ἀποφαινομένου δὲ τοῦ παιδὸς, ὅτι Βοιωτοὶ νενικήκασιν. ὥρα, φησὶν, ἐστὶ τελευτᾶν· καὶ προσέταξεν ἐκσπάσαι τὸ δόρυ. *i. Epaminondas autem adhuc viuens in castra deportatus est, & cùm medici conuocati pronuntiassent, vbi primùm ex thorace extractũ fuisset spiculum, prorsus fore vt mors subsequeretur, generosissimi pectoris, & maximi animi indicem exitum vitæ fecit. Primùm enim scutigero euocato, ab eo quæsiuit, saluúsne clypeus esset: cùm ille respõdisset, saluum esse, eúmque in eius conspectu posuisset: rursus quæsiuit, vtri vicissent. cùm autem respondisset puer, Bœotios esse victores: tempus est, inquit, mihi moriendi: & tum iußit sibi spiculum auelli. Pausanias Arcadicis statim post eum locũ, quem paullo antè protuli:* ὡς δὲ ἐτέτρωτο Ἐπαμινώνδας, ἐκκομίζουσιν ἔτι ζῶντα ἐκ τῆς παρατάξεως αὐτόν. ὁ δὲ τέως μὲν τὴν χεῖρα ἔχων ἐπὶ τῷ τραύματι, ἐταλαιπώρει, καὶ ἐς τοὺς μαχομένους ἀφεώρα· ὁπόθεν δὲ ἀπέβλεπεν ἐς αὐτοὺς, ὀνόμασαν σκοπὴν οἱ ἔπειτα. λαβόντες δὲ ἴσον

τοῦ ἀγῶνος φέρας, οὕτω τὴν χεῖρα ἀπέχει ἀπὸ τοῦ τραύματος. καὶ αὐτὸν ἀφέντα τὴν ψυχὴν ἔθαψαν ἔνθα σφίσιν ἐγένετο ἡ συμβολή. τῷ τάφῳ δὲ κίων τε ἐφέστηκε, καὶ ἀσπὶς ἐπ' αὐτῷ δράκοντα ἔχουσα ἐπειργασμένον. ὁ μὲν δὴ δράκων ἐθέλει σημαίνειν γένους τῶν σπαρτῶν καλουμένων εἶναι τὸν Ἐπαμινώνδαν. i. vbi autem sauciatus est Epaminondas, eum ex acie adhuc viuum exportant. Ille autem tum quidem manu vulneri admota, atque opposita, dolorem perferebat, & pugnanteis speculabatur ac prospiciebat. locum autem, vnde prospiciebat, posteri speculam ex re nominarunt. Adepto autem æqualem euentum prælio, tum à vulnere manum amouit: eúmque anima efflata humarunt quo loco prælium commissum est. in sepulcro autem pyla posita est, & in ea clypeus draconem cõtinens manu factũ. Ac draco quidem significat, Epaminondã ex eo hominũ genere originẽ trahere, qui ex satis draconũ dẽtibus nati sunt. M. Tull. lib. V. epist. ad fam. in epistola illa elaboratißima ad L. Luceiũ Q. fil. Quẽ enim nostrûm ille moriẽs apud Mantineã Epaminõdas nõ cũ quadã miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli spiculum iubet, posteaquàm ei percunctanti dictum est, clypeum esse saluum, vt etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur. Idem lib. 2. de finib. bon. Non ego iam Epaminondæ, non Leonidæ mortem huius morti antepono: quorum alter cùm vicisset Lacedæmonios apud Mantinéam, simúlque ipse graui vulnere exanimari videret se: vt primùm despexit, quæsiuit, saluus ne esset clypeus. cùm saluum esse flentes sui respondissent: rogauit, essent ne fusi hostes: cúm que id quoque, vt cupiebat, audiuisset, euelli iußit eam, qua transfixus erat, hastam. ita multo sanguine profuso, in lætitia & in victoria est mortuus, &c. Ælian. var. hist. lib. 12. Ἐπαμινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ καιρίαν, εἰς τὴν σκηνὴν κομισθεὶς ἔτι ἔμπνους Διόφαντον ἐκάλει, ἵνα ἀποδείξῃ στρατηγόν. οἱ δὲ ἔφασαν τεθνάναι τὸν ἄνδρα· εἶτα Ἰολαΐδαν καλεῖν διὰ ταχέων ἠξίου. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐλέχθη τεθνάναι, συνεβούλευσε διαλύσασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ φιλίαν θέσθαι, ὡς μηκέτι στρατηγοῦ καταλαμβανομένου ἐν Θήβαις. i. Cùm Epaminondas ad Mantinéam mortiferum vulnus accepisset, in tabernaculũ suum delatus adhuc spirans, Diophantum arcessebat, vt eum belli ducem declararet. dixerũt autem ei sui virum illum interiisse: deinde Iolaidam celeriter euocari postulabat. Vbi autem hic quoque periisse dictus est, suasit, vt cum hostibus belli controuersias componerent, ac deciderent, quasi non iam vllo Thebis imperatore comparente. Eadem fere exstant apud Plutarchum in apophth. reg. vt videatur vterque ex eodem fonte hausisse. Appingerem his & quod Valerius eadem de re retulit lib. 3. cap. 2. nisi ad alia properarem.

114. *animam statim amiss.) id est, vitam statim amissurum. sic sæpe loquitur Plautus.*

115. *exanimatus est) animam efflauit.*

116. *Hic vxorem numq.) falsum hoc esse suprà ostendimus, si Plutarcho & Polyæno credimus.*

117. *qui filium inf.) ex Plutarcho cognoscere licet, filios aliquot Pelopidam ex vxore sua habuisse. hoc enim refert ille: sed neque quot fuerint, neque vllum ex eis infamem fuisse narrat. Cùm & Claudio Puteano, & mihi in hoc loco, vt & in multis aliis ordo verborũ videretur esse perturbatus (sic enim vulgò legitur:)*

Hic vxorem numquam duxit.in quo cùm reprehenderetur,quòd liberos non relinqueret, à Pelopida, qui filium habebat infamem : maléque eum in eo patriæ consulere diceret: vide,inquit,ne tu peius,&c. ego sic restituendum curaui. Hic vxorem numquam duxit.in quo cùm reprehenderetur à Pelopida,qui filium habebat infamem:maléque eum in eo patriæ consulere diceret,quòd liberos non relinqueret: vide,inquit,ne tu peius,&c. Quod erudito iuueni,Claudio Puteano, venit in mentem, prius quàm animum attendissem.

118. ex me natam rel.) aliter Diod.eod.loco. ἀναβοησάντων δὲ τῶν παρόντων φίλων, καὶ τινὸς εἰπόντος, ὅτι τελευτᾷς ἄπαις, Ἐπαμινώνδα, καὶ δακρύσαντος. οὐ μὰ Δία μὲν οὖν, φησίν, ἀλλὰ καταλείπω δύο θυγατέρας, τήν τε ἐν Λεύκτροις νίκην, καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ. καὶ τοῦ δόρατος ἐξαιρεθέντος, ἄνευ πάσης ταραχῆς ἐξέπνευσεν.i. Cùm autem exclamassent amici præsentes,& quidam ex iis dixisset, at sine liberis moreris, Epaminonda:& illacrymasset:minimè verò,inquit:sed duas filias relinquo, victoriam in Leuctris partam, & victoriam ad Mantinéam. Ac tum hasta extracta sine omni perturbatione animam efflauit.

119. duce Pelopida) hac de re in Pelopida.

120. ex arce) Cadméa.

121. retinuit) malim,continuit. Sed nónne debuit potius Epaminondas,quamuis Thebanus esset,ex auctoritate & lege Solonis,qui capite sanxit,si quis in seditione non alterutrius partis esset,cum Pelopida se coniungere,& improbos ciueis oppugnare ? fortassè non debuit. Cur autem non debuerit, & quamobrem laudanda sit Epaminondæ quies, si quis audire volet,ex Plutarchi,& Aristotelis sententia exponam. Longè dissimilis est(inquit Plutarch præcept.polit.)apũ procurandarum ratio,ciuitatum & reip.administrationi. Qui sunt apum curandarum,atque alendarum periti,ex susurro,& strepitu, & murmure aluearia bene affecta esse indicãt. At,quibus Deus hoc munus assignauit,vt ciuitatem aliquam, aut remp. gubernent,ex quiete & tranquillitate,salutem ac beatitudinem populi coniicere debent. Quare non oportet aut bonum ciuem , aut peritum reip. gerendæ moderatorem,in seditione,aut bello ciuili alterutri parti suum consilium, suámve operam admiscere,& ita malum publicum amplificare: sed potius se ab vtraque,animo & voluntate,& factis quàm longissimè remouere. Neque verò est,quòd quemquam moueat Solonis auctoritas. nam quemadmodum in corpore humano malè affecto & morboso,ab ea parte,quæ laborat,non proficiscitur bonæ valetudinis,aut sanitatis initium,sed à sana & integra: sic in ciuitate,quæ seditione conflictatur,si modò seditio non sit pestifera, & ad interitum præceps, oportet aliquam populi partem ab affectu vitioso vacuam,& integram, & incolumẽ remanere,vnde publicæ trãquillitatis & salutis principium nascatur. Ita fiet enim, vt ad totũ corpus ciuitatis,ab iis,qui rectè sentiũt,& sapiũt,& iudicio, cõsilióq; valẽt,ad eos,qui consilij sunt inopes,& errãt,& insaniũt,per reliquam partem ciuitatis ægram,& corruptam salus perueniat,ac permãnet. Ciuitates verò,quæ omnibus in partibus seditione & discordia perturbantur,funditus intereunt,nisi quis casus insperatus,aut deus propitius ac benignus eas seruet. Neque tamen oportet bonum ciuem in seditione, veluti sensus omnis expertem,

& stupidum, & dolore carentem, & mala communia nihil ad se pertinere existimantem, domi otiosum ac securum sedere, sua indolentia, suáque animi tranquillitate lætantem, de aliorum amentia, & calamitate nihil aut parum sollicitum: sed cónuenit eum Theramenis illius cothurno indutum cum vtrísque congredi, & colloqui, & neutris assentiri, neque adhærere. Ita enim videbitur non eò quòd vnà cum ceteris insaniat, neque iniuriam cuiquam faciat, ab vtrísque alienus: sed eò quòd vtrísque consulat & opituletur, amicus omnium communis. Neque verò quòd rerum aduersarum non fuerit particeps, id erit ei inuidiosum: sed quòd videatur pari molestia vnà cum omnibus affici, id ei fidem apud vtramque partem conciliabit. Cùm sint autem hæc fere ciuitatum bona maximè exoptáda, pax externa, libertas, frugum vbertas, bonorum & fortium virorum multitudo, concordia: quòd ad pacem externam attinet, eius procurandæ in nostra reip. administrandæ forma, qui regum imperio paremus, nulla opera ad populum pertinet, sed eius arbitrium & potestas penes regem est. Et verò hodie sanè nos à bello externo tuti sumus. Iam de libertate: libertatis nostræ caput est, bonis, & iustis, & clementibus principib. quales esse consueuerunt Gallorũ reges, libenter parére, ac seruire. Frugum vbertas, fortium & bonorum virorum copiæ, à deo optandæ, & precibus, votísque expetẽdæ sunt. Reliqua est concordia, quam secundum regem, magistratus, & qui aliquam reip. partem attigerunt, maximè in animis ciuium inserere, & ingenerare, atque omnibus modis constituere, & constitutam retinere ac tueri debent. Hæc enim sola, aut certè maximè, in hominum manu posita est, & hæc maximè ciuitates incolumeis conseruat: contrà discordia omnium malorũ ciuilium maximè eas perdit, delet, ac perimit. Itaque scribit Aristoteles in libris de moribus, amicitia ciuitates contineri, eámque scriptoribus legum maiori curæ, quàm iustitiam, esse consueuisse. Nam & concordiam, inquit, amicitiæ simillimam ac geminam, sibi maximè proponunt, summóque opere expetunt: & seditionem illi dißimillimam, atque adeò repugnantem, omni studio eiiciunt, atque exterminant: &, si ciues amicitiam inter se colant, nulla causa sit, quamobrem iustitiam desiderent. at quamuis iusti sint, tamen amicitiæ concordiæque acceßionem requirant. Ex quo intelligere licet, eos esse capitaleis & perniciosos reip. ciueis, & grauißimis suppliciis afficiendos, qui in ciuitatibus serunt discordias. Illi enim, quantum in ipsis est, societatis humanæ vinculum dissoluunt ac perfringunt, concordiam. Sic igitur (vt eò, vnde degressa est, reuertatur oratio) gessit se in seditione Thebana Epaminondas: sic in duobus bellis ciuilibus Pomponius Atticus: sic alij multi sapientißimi, & laudatißimi viri: quorum exemplum secuti nuper innumerabiles boni ac sani ciues, & moderati viri, religionisque antiquæ retinentes, theologi, fanorum ac sacrorum antistites, senatores, libellorum in regia magistri, Regis consiliarij, iudices, iurisconsulti, causarum actores, medici, bonarum artium doctores ac magistri, negotiatores, mercatores bene de re sua familiari constituti, hoc proximo bello ciuili, quo iterum iam vniuersa Gallia conflagrauit, dum alij arreptis armis paßim ruunt ac volitant, quieuerunt: in quibus ego fui. primùm enim existimaui, ciueis inter se virtute, non armis certare & contendere oportere: illam enim contentio-

nem esse honestam, & laudabilem, & reip. vtilem, ac salutarem: hanc turpem, vituperabilem, & patriæ calamitosam, ac funestam: deinde non putaui, decere me, qui totam ætatem antè actam in studio litterarum consumsissem, aut castra persequētem bellis ciuilibus interesse: aut in vrbe manentem, præter personæ meæ decorum, armatum exsultare. Hoc si fecissem, ridiculum me futurum existimassem. Quòd si præterea manus meas sanguine ciuili cruentassem, aut alicui viro bono & integro periculum capitis & fortunarum creassem, aut terrorem proscriptionis denuntiassem, aut rem suam familiarem eripuissem, eiúsque partem aliquam in meam domum transtulissem, (quæ perditi ciues legibus inter arma silentibus impunè fecerunt) impium me & sceleratum fore putauissem. Neque tamen ego interea aut otiosus domi sedi, aut incommodorum communium, malorúmque publicorum securus fui: sed cum aliis bonis ciuibus pro aris ac focis excubans, communia pericula pro mea parte virili ac ciuili propulsare conatus sum: imperatam ac descriptam in capita, & in ostia ad stipendium militum, & mercedem eorum, qui aggerem iaciebant, fossásque ducebant, pecuniam (quamuis iure ciuili, & more maiorum, bonarum artium doctores sint immunes) libenter tamen contuli: hominem armis instructum, meæ operæ vicarium, armorū tractandorum non imperitum, qui & noctu vigilias ageret, & interdiu ad vrbis portas in præsidio staret, ipse ad arma gestādа ineptus & studio, & natura, præbui: omnia denique munera, atque onera boni ciuis mihi cum aliis ciuibus communiter vel à rege, vel à præfectis vrbis imposita, non inuitus subij ac sustinui. Neque eo contentus fui: sed molestiam mihi ex malis publicis obortam partim legendo & scribendo, partim munus docendi mihi à rege mandatum diligenter administrando minui ac leuaui. Quod quamuis quidam homines improbarint, ac reprehenderint (quos ego non reprehendo, siquid non omnibus bonis probatum fecerint, quòd facti sui probabilem rationem afferre possunt, vt ego mei,) consilij tamen mei me non pœnitet, méque & meæ optimæ, rectissimæque voluntatis conscientia, & sincero amplissimorum, optimorúmque virorum de me iudicio tueor, consolor, ac sustento. Postremò omnibus votis expeto, vt Gallia nostra, duobus iam bellis ciuilibus conquassata, & pæne afflicta, quamprimùm impiis ciuibus ad sanitatem reuersis, sempiternísque hostibus domitis ac subactis recreata, suam pristinam dignitatem recuperet: bonæque litteræ, & liberales doctrinæ eodem motu labefactatæ, & perculsæ, Carolo nostro IX. laboribus omnibus, & periculis perfuncto, in eum statum, locúmque restituantur, in quo à Rege Francisco I. bonarum artium ac litterarum parente, quōdam fuerāt collocatæ.

122. suorum sanguine) sanguine ciuili. sic M. Tull. Philipp. 13. de M. Lepido. res familiaris cùm ampla, tum casta à cruore ciuili: nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio & misericordia liberati.

123. omnem ciuil. vict. fun. put.) quod ita est. & M. Tull. in epistola quadam ad Varr. lib. 9. scribit, belli ciuilis victoriam esse malorum omnium extremum. Idémque in epistola quadam ad Att. lib. 7. tanquam verus vates, prædixerat, ex victoria ciuili cùm multa mala, tum tyrannidem exstituram.

124. Cadmíam) arcem Thebarum. Καδμεία, Θηβῶν ἀκρόπολις, Stephan. vtrùm

autem Cadmía, an Cadméa scribatur, nihil réfert.

125. *cœpit) cur non dixit cœptum est, vt & alibi? erat enim veteribus vsitatius: quamquam hoc etiam modo loqui solent. Horatius epistola ad Pisones, in princip. amphora cœpit Institui: currente rota cur vrceus exit? ad quem locum plura.*

126. *in primis)* ἐν προμάχοις, *in iis, qui in primis ordinibus pugnabant.*

127. *quod nemo eat inf.) quod nemo neget. Terent. Adelph. Si infitias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat. Propriè tamen infitiari, est creditum fraudare, vt docet Festus. M. Tull. Catil. II. infitiatores lentos.*

128. *Thebas & ante Epam. nat.) sic Diod. lib. 15. eodem fere loco.* Τοιγαροῦν ἡ πατρὶς αὐτοῦ ζῶντος μὲν ἐκτήσατο τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος. τελευτήσαντος δὲ, ταύτης ἐστερήθη, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ μεταβολῆς ἐπειράθη, καὶ πέρας διὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν ἡγουμένων, ἀνδραποδισμοῦ καὶ κατασκαφῆς ἔλαβε πεῖραν. *i. Itaque huius patria, eo quidem viuo Græciæ principatum comparauit: mortuo verò, eum amisit, & commutationem semper in deterius experta est: ad extremum propter imprudentiam eorum, qui reip. præerant, in seruitutem redacta, & funditus euersa est. Idem eod. lib. pag. 498. de eodem.* εἰ μὲν οὖν ὁ ἀνὴρ οὗτος πλείω χρόνον ἐπέζησεν, ὁμολογουμένως ἂν οἱ Θηβαῖοι τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν, καὶ τὴν τῆς θαλάττης ἀρχὴν περιεποιήσαντο. ἐπεὶ δὲ μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν τῇ περὶ τὴν Μαντίνειαν μάχῃ λαμπροτάτην τὴν νίκην τῇ πατρίδι περιποιήσας ἡρωϊκῶς ἐτελεύτησεν, εὐθέως καὶ τὰ τῶν Θηβαίων πράγματα τῷ τούτου τέλει συναπέθανεν. *i. Si igitur hic vir diutius vixisset, sine controuersia Thebani terræ principatum, & præterea maris imperium comparassent. Sed quoniam breui pòst tempore in prælio ad Mantinéam commisso clarißima patriæ victoria parta, heroicè interiit, statim & res Thebanorum vnà cum hoc pereunte perierunt.*

129. *Vnum hominem) Ita vnus homo interdum instar est multorum millium: immo vnus homo pluris est, quàm multa hominum millia: idque in vtramque partem: verbi gratia, vnus vir bonus, & sapiẽs, & virtute præstans, potest multis perditis hominibus repugnantibus, modò audiatur, remp. seruare: & contrà vnus homo perditus, & sceleratus, & impius auctoritatem nactus, multis bonis reclamantibus, & ad reip. salutem incumbentib. potest regnum florentißimum ac potentißimum euertere.*

PELOPIDAS.

PElopidas Thebanus[1] *magis historiis, quàm vulgo, notus: cuius de virtutibus dubito quemadmodum*[2] *exponam, quòd vereor, ne, si res explicare incipiam, non vitam eius enarrare, sed historiam videar scribere: si tantummodò*[3] *summas attigero, ne*[4] *rudibus litterarum Græcarum minus*[5] *lucidè appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque vtrique rei*

occurram, quantum potero, & medebor cùm[6] satietati, tum [7] ignorãtiæ lectorum.[8] Phœbidas Lacedæmonius, cùm exercitum Olynthum duceret, itérque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ[9] Cadméa nominatur, occupauit,[10] impulsu perpaucorum Thebanorum, qui[11] aduersariæ factioni quo facilius resisterent,[12] Laconum rebus studebant:[13] ídque suo priuato, non publico, fecit consilio. quo facto eum Lacedæmonij [14] ab exercitu remouerunt, pecuniáque multarunt:[15] neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quòd susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri, quàm liberari. nam post [16] Peloponnesium bellum, Athenásque deuictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant: & eos esse solos,[17] qui aduersus resistere auderent. Hac mente[18] amicis suis summas potestates dederant,[19] alterius factionis principes[20] partim interfecerant, alios in exsulium eiecerant. in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat. Hi omnes fere[21] Athenas se contulerant, non vt sequerentur otium, sed vt, quemcumque ex proximo locum fors obtulisset, eo[22] patriam recuperare niterentur. Itaque cùm tempus est visum rei gerendæ,[23] communiter cum his, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos, ciuitatémque liberandam,[24] eum, quo maximi magistratus simul consueuerant epulari. Magnæ sæpe res non ita magnis copiis sunt gestæ: sed profectò numquam ab tam tenui initio tantæ opes sunt profligatæ. nam[25] duodecim adolescentuli [26] coierunt ex iis, qui exsulio erant multati, cùm omnino non essent[27] amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. qua paucitate[28] percussa est Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis aduersariorum factioni, quàm Spartanis eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Græciæ.

quorum[29] imperiosa maiestas neque ita multo post Leuctricta mpugnam ab hoc initio perculsa cécidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, cùm Athenis interdiu exissent, vt[30] vesperascente cælo Thebas possent peruenire, cum[31] canibus venaticis exierunt,[32] retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter. qui cùm tempore ipso, quo[33] studuerant, peruenissent: domum Charonis[34] deuerterunt. à[35] quo & tempus & dies erat datus. Hoc loco libet interponere, etsi seiunctum à[36] re proposita est, NIMIA[37] FIDVCIA QVANTAE CALAMITATI SOLEAT ESSE. nã[38] magistratuum Thebanorum statim ad aureis peruênit, exsules in vrbem deuenisse. id illi vino, epulísque dediti vsque[39] eò despexerunt, vt ne quærere quidem de tanta re laborarint. accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. allata[40] est enim epistola Athenis ab Archia[41] hierophante Archiæ, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectione exsulum scripta erant. quæ cùm iam accubanti in conuiuio esset data, sicut erat signata, in puluinum subiiciens, in crastinum,[42] inquit, differo res seueras. At illi omnes, cùm iam[43] nox processisset,[44] vinolenti ab exsulibus duce Pelopida sunt interfecti.[45] Quibus rebus cõfectis, vulgò ad arma, libertatémque vocato, non solùm qui in vrbe erant, sed etiam vndique ex agris concurrerũt, præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberarunt. auctores[46] Cadméæ occupandæ partim occiderunt, partim in exsulium eiecerunt. Hoc tam turbidò tempore (sicut suprà docuimus) Epaminondas, quoad cum ciuibus dimicatum est, domi[47] quietus fuit. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ: ceteræ ferè

omnes communes cum Epaminonda. namq; in[48] Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux[49] delectæ manus, quæ[50] prima phalangem prostrauit Laconum. omnibus præterea periculis affuit, sicut Spartam cùm[51] oppugnauit, alterum tenuit cornu: quóque[52] Messena celerius restitueretur,[53] legatus in Persas est profectus. Denique hæc fuit[54] altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita, vt[55] proxima esset Epaminondæ.[56] Conflictatus autem est cum aduersa fortuna. nam & initio (sicut ostẽdimus) exsul patria caruit: & cùm Thessaliam[57] in potestatẽ Thebanorum cuperet redigere, legationísque[58] iure satis tectum se arbitraretur, quod apud omneis[59] genteis sanctum esse consuesset, à tyranno Alexandro Pheræo simul cum Ismenia comprehensus, in vincula coniectus est. Hunc Epaminondas[60] recuperauit bello persequens Alexandrum. Post id factum, numquam[61] is animo placari potuit in eum, à quo erat violatus. Itaque[62] persuasit Thebanis, vt subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannósque eius expellerent. Cuius[63] belli summa cùm ei esset data, eóque cum exercitu profectus esset, non dubitauit,[64] simulac conspexit hostem, confligere. in quo prœlio[65] Alexandrum vt animaduertit, incensus ira, equum in eum[66] concitauit, procúlque degressus à suis, coniectu[67] telorum confossus cécidit.[68] Atque hoc secunda victoria áccidit. nam iam[69] inclinatæ erant tyrannorum copiæ. Quo facto omnes[70] Thessaliæ ciuitates interfectum Pelopidam coronis aureis, & statuis æneis, liberósque eius multo agro donarunt.

PELO-

PELOPIDAS.

Magis histor. quàm vulgò n.) Quid sibi vult siue Æmilius, siue Cornelius? aut quid sentit? hoc, vt opinor: Pelopidæ genus clarum quidem & antiquum esse, sed nullis populi honoribus recentibus illustratum: hoc est, maiores Pelopidæ proximos & nouissimos, nullis à populo honorib. fuisse ornatos: sed eos tantùm, qui antiquissimi sunt, & vnde initium generis ducit, fuisse illustreis, & claros. sic M. Tull. de Ser. Sulpicio, in oratione pro L. Murena. Tua verò nobilitas Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominib. litteratis & historicis notior est: populo verò & suffragatorib. obscurior. pater enim fuit equestri loco: auus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuæ.

2. *exponam) verbum exponendi iunxit cum auferendi casu. ex quo videtur nihil mutandum à lectione recepta suprà in procemio, seu præfatione, in extr. ibi, & in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum: (sic enim habent plerique libri) vbi ego edidi, secutus alios codices, in hoc exponemus libro vitas excell. imper. Verumtamen non muto factum. nam neque vitæ, neque vitas, neque vitis in numero multitudinis, reformido: quibus casibus vsi sunt & veteres. verbi gratia, Terent. Adelph. denique inspicere tanquam in speculum, vitas omnium iubeo, &c. Virgil. æn. VI.*

Conciliúmque vocat, vitásque, & crimina discit.

3. *summas) τὰ κεφάλαια. Virgil. lib. I. Æn. longa est iniuria, longæ Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.*

4. *rudib. litt. Gr.) sic loquitur Cic. lib. I. off. princip. vt non modò Græcarum litterarum rudes, sed etiam docti, &c.*

5. *lucidè) dilucidè.*

6. *satietati) medebor satietati lectorum, summas tantùm attingendo, & breuitati studendo.*

7. *ignorantiæ lect.) medebor ignorantiæ lectorum, Pelopidæ vita breuiter exponenda, & quantum satis sit ad hoc, ne tanti viri virtutes à lectorib. ignorētur.*

8. *Phœbidas Lacedæm. cum exerc.)* Diod. lib. 15. pag. 468. Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης, τεταγμένος ἐπί τινος ἡγεμονίας, καὶ δύναμιν ἄγων ἐπὶ Ὀλυνθίους, κατελάβετο τὴν Καδμείαν. *i. Phœbidas Spartiates cùm imperium quoddam obtineret, & exercitum aduersus Olynthios duceret, Cadméam occupauit.* Hunc Phœbidam commemorat & *Aristides sophista in oratione pro Thebanis prima, princip.* ἀναμνῆσαι δ' ὑμᾶς προσῆκει βούλομαι, ὅτι Φοιβίδας ἠγγέλθη τὴν Καδμείαν κατειληφώς, *&c. i. volo autem vobis in memoriam redigere, quo tempore vobis nuntiatum est, Cadméā à Phœbida esse occupatam, quis vester sensus, quæ vestra mens fuerit, &c.* Sed Xenophon *vnus omnium plenissimè, vt mox ostendemus.*

9. *Cadméa) Arx Thebarum, à Cadmo, Agenoris Phœnicum & Tyriorum regis filio, Thebarum conditore, sic appellata.*

10. *impulsu perpauc.)* Plutarch. in Pelopida, *eos nominat, & hanc historiam sic narrat,* Ἀρχίας καὶ Λεοντίδης, *vel, vt* Xenophon, Λεοντιάδης, καὶ Φίλιππος, ἄνδρες ὀλ-

ὀλιγαρχικοὶ, καὶ πλούσιοι, καὶ μάταιον οὐδὲν φρονοῦντες, ἀναπείθουσι Φοιβίδαν τὸν Λάκωνα, μετὰ στρατιᾶς ἐξ πορευόμενον, ἐξαίφνης καταλαβεῖν τὴν καδμείαν, &c. i. Archias & Leontidas, seu Leontiadas, & Philippus, viri potentiam paucorum spirantes, & diuites, nihilque moderatum sentientes, persuadent Phœbidæ Laconi, vt cũ exercitu profectus repente Cadméam occupet, & iis, qui ipsis aduersentur, eiectis, reip. statum, paucorum potentia constituta, ad parendum Lacedæmoniis adducat atque accommodet. Exstat porrò apud Xenophontem lib. 5. de reb. Gr. Leontiadæ oratio, qua persuasit Phœbidæ, vt eam rem conaretur, & susciperet. Ἔξεστί σοι ὦ Φοιβίδα τῇδε τῇ ἡμέρᾳ μέγιστα ἀγαθὰ τῇ σεαυτοῦ πατρίδι ὑπουργῆσαι· ἐὰν γὰρ ἀκολουθήσῃς ἐμοὶ σὺν τοῖς ὁπλίταις, εἰσάξω σε ἐγὼ εἰς τὴν ἀκρόπολιν. τούτου δὲ γενομένου, νόμιζε τὰς Θήβας παντάπασιν ὑπὸ τοῖς λακεδαιμονίοις, καὶ ἡμῖν τοῖς ὑμετέροις φίλοις ἔσεσθαι, &c. i. Datur tibi, Phœbida, hodie optimè de tua patria mereri, præclarámque ei operam nauare. Nam si me secutus fueris cum tuis peditibus grauioris armaturæ, te in arcem introducam. Quo facto, existima Thebas prorsus in Lacedæmoniorũ, & nostra, qui vobis amici sumus, potestate futuras, &c. subiungit idem Xenophon paucis interpositis. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φοιβίδας ἀνεκουφίσθη· καὶ γὰρ ἦν τοῦ λαμπρόν τι ποιῆσαι πολὺ μᾶλλον, ἢ τοῦ ζῆν, ἐραστής· οὐ μέντοι λογιστικός γε, οὐδὲ φρόνιμος πάνυ ἐδόκει εἶναι. i. his autem auditis Phœbidas, sublatus animo, & magna spe inflatus est. erat enim præclari alicuius facinoris edendi, quàm vitæ retinendæ, cupidior: non tamen satis consideratus, neq; prudens esse videbatur. Idẽ paucis pòst versibus, quo modo, & quo die, & cuius opera, atque adiumento Cadméam occuparit, exponit.

11. aduersariæ factioni) viris aduersariæ factionis, Ismeniæ, Pelopidæ, Pherenico, Androclidæ, Epaminondæ: quamquam hic propter paupertatem, & philosophiam minus timebatur.

12. Laconum reb. stud.) ἐλακώνιζον.

13. idque suo) hoc licet vel ex iis, quæ suprà retulimus, intelligere. Sed tamen Diod. lib. 15. tradit, ephoros clam mandasse præfectis, & ducibus, vt Cadméam occuparent. sic enim ille. ἐπὶ δὲ τούτων λακεδαιμόνιοι κατελάβοντο τὴν καδμείαν ἐν ταῖς Θήβαις διὰ τοιαύτας αἰτίας. ὁρῶντες τὴν Βοιωτίαν ἔχουσαν πόλεων πλῆθος, καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἄνδρας ὑπάρχοντας ἀλκῇ διαφόρους· ἔτι δὲ τὰς Θήβας ἐχούσας παλαιὸν ἀξίωμα, καὶ τὸ σύνολον ὥσπερ ἀκρόπολιν εἶναι τῆς Βοιωτίας οὔσας, εὐλαβοῦντο μήποτε καιροῦ παραφανέντος οἰκείου τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιήσωνται. διόπερ τοῖς ἡγεμόσιν οἱ σπαρτιᾶται παρήγγειλαν ἐν ἀπορρήτοις, ἵνα, ἐάν ποτε καιρὸν λάβωσι, καταλάβωνται τὴν καδμείαν, &c. i. sex tribunis Romæ pro consulib. remp. moderantib. M. Cornelio, &c. Lacedæmonij Cadméam propter taleis quasdam causas occuparunt. Cùm viderent Bœotiam vrbibus abundare, & eos, qui eam incolerent, viros esse fortitudine præstanteis: præterea verò Thebas suam antiquam dignitatem tueri, & omnino, veluti Bœotiæ arcem esse, metuebant nequando occasione idonea oblata, principatum sibi vendicarẽt. Quapropter Spartiatæ ducibus occultè & arcanò mandarunt ac præceperunt, vt occasionem nacti, Cadméam occuparent. Neque verò hoc negat Plutarchus, qui in Pelopida ait Lacedæmonios verbo quidem erga Thebanos ita se gessisse, vt erga amicos, & socios: re vera spiritus, &

ferociam, & potentiam illius ciuitatis eis suspectam fuisse. Xenoph. verò lib. 5. de reb. Gr. hæc de re sic scribit. ἦρε δὲ (Λεοντιάδης) ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐφόρους, καὶ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως χαλεπῶς ἔχοντας τῷ Φοιβίδᾳ, ὅτι οὐ προσταχθέντα ὑπὸ τῆς πόλεως ταῦτα ἐπεπράχει. ὁ μέντοι Ἀγησίλαος ἔλεγεν, ὅτι, εἰ μὲν βλαβερὰ τῇ Λακεδαίμονι πεπραχὼς εἴη, δίκαιος εἴη ζημιοῦσθαι. εἰ δ' ἀγαθά, ἀρχαῖον εἶναι νόμιμον ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν, &c. i. Reperit autem illic, id est, Lacedæmone, Leontiades ephoros & populum Phœbidæ iratos, quòd hæc fecisset præter iussum ac mandatum ciuitatis. Verùm Agesilaus dicebat, si res Lacedæmoni damnosas egisset, supplicio, aut mulcta dignum esse: si vtileis, antiquam esse legem, licere hæc cuiuis iniussu ciuitatis, & suo priuato consilio agere.

14. Lacedæm. ab exerc.) ne videretur factum probare scilicet. sed ridiculè, atque absurdè. nam arcem retinentes, ratum se habere declarabant. Hoc igitur erat dicis causa Phœbidæ factum improbare: vt mox cognoscemus, & res in promtu est.

15. neque eo magis arcem Theb.) sic Plutarchus in Pelopida. ἐπεὶ δὲ Λακεδαιμόνιοι Φοιβίδαν μὲν ἀφείλοντο τῆς ἀρχῆς, καὶ δέκα δραχμῶν μυριάσιν ἐζημίωσαν, τὴν δὲ Καδμείαν οὐδὲν ἧττον φρουρᾷ κατεῖχον· οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες ἐθαύμαζον τὴν ἀτοπίαν, εἰ τὸν μὲν πράξαντα κολάζουσι, τὴν δὲ πρᾶξιν δοκιμάζουσι. i. postea quàm autem Lacedæmonij Phœbidæ quidem magistratum, seu imperium ademerunt, & decem drachmarum myriadib. i. centum drachmarum millib. multarunt, Cadméam autem nihilo secius præsidio deuinctam tenebant: alij quidem Græci rei absurditatem mirabantur, quòd facti auctorem multarent, actionem probarent. Thebanis verò &c. Polyb. lib. 4. histor. Λακεδαιμόνιοι τὴν Καδμείαν Φοιβίδου παρασπονδήσαντος, τὸν μὲν αἴτιον ἐζημίωσαν, τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξήγαγον, ὥσπερ λυομένης τῆς ἀδικίας διὰ τῆς τοῦ πράξαντος βλάβης; παρὸν τἀναντία ποιεῖν. i. Lacedæmonij cùm Phœbidas contra pacis pactiones & fœdera Cadméam occupasset: eum qui fecerat, multarunt, sed præsidium non deduxerunt, quasi verò mulcta in auctorem facti irrogata, expiaretur, aut sarciretur iniuria.

16. post Peloponn. b.) de quo suprà in Pausania & Lysandro.

17. qui aduersus resist.) Mirum loquendi genus. putabam sic legendum, qui sibi resistere auderent, deleta voce, aduersus: vel certè, qui se aduersus, seu aduersus se. sed nihil mutare sum ausus. sic enim habent omnia exempla.

18. amicis suis) potentiæ paucorum fautoribus, quales erant Thebis Archias, Leontidas, Philippus.

19. alterius factionis princ.) Ismeniam capitis accusatum damnarunt: Androclidas, Pelopidas, Pherenicus, & multi alij, plus quadringenti Athenas profugerunt, ex quibus Androclidem Leontidas dolo interficiendum curauit, vt Xenophon & Plutarchus narrant. Epaminondas remansit, neque relegatus est, eò quòd propter paupertatem, & studium doctrinæ contemnebatur, vt paullo antè diximus.

20. partim interfecer.) sic loquitur & M. Tull. lib. I. de nat. deorum. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, &c. partim hîc semel positum est, & idem valet, quod aliæ. sic A. Gellius lib. 12. cap. 2. princip.

De Anneo Seneca partim existimant, vt de scriptore minimè vtili, cuius libros attingere nullum pretium operæ sit, &c. Alij verò elegantiæ in verbis parum esse non infitias eunt, &c. Alibi semel item dumtaxat positum est sine voce, alij, vt M. Tullius lib. 2. accus. De quo homine hoc auditum est vmquam, quod tibi áccidit, vt eius in prouincia, statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim, & per vniuersam multitudinem deiicerentur? sic Lucret. lib. 5. quibus exibant humore fluenta Lubrica, proluuie larga lauere humida saxa: Humida saxa super viridi stillantia musco, Et partim plano scatere, atque erumpere campo. De voce, partim, lege & quæ obseruauit Gellius lib. 12. cap. 13.

21. *Athenas se cont.*) sic Xenoph. Plutarch. Diodorus.

22. *patr. recuper.*) patriam, scilicet amissam recuperare. propriè dictum. nam recuperari dicuntur amissa, atque erepta. recuperare autem dictum à verb. recipio. Itaq; vtro modo scribatur & dicatur, recuperare, an reciperare, nihil réfert.

23. *communiter cum iis*) Xenoph. lib. 5. de reb. Gr. tradit, Melonem vnum ex Thebanis exsulibus cum quodã Phyllida nomine, qui Archiæ, polemarchi Thebani, scriba erat, ac non ita pridem Athenas venerat, & Archiam, ceterósque tyrannos oderat, esse de opprimendis aduersariis collocutum.

24. *eum, quo max. m.*) Xenoph. eod. lib. ait diem fuisse, quo magistratus, imperiúmque deponi solebat: & Phyllidam, qui operam dabat coniuratis, has parteis suscepisse, vt ad polemarchos, epulari, & indulgere Genio, & litare Veneri cogitanteis ac paranteis, matronas quasdam nobileis & formosas perduceret. Neque hanc de mulieribus ad epulas exspectatis historiam omisit Plutarchus, cuius hæc verba sunt. εἰς δὲ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐκ παλαιοῦ κατηγγελκὼς τοῖς περὶ τὸν Ἀρχίαν πότον τινὰ καὶ συνουσίας, καὶ γυναῖκας τῶν ὑπάνδρων, ἐπαγγελθεὶς αὐτοῖς ἵν' ὅτι μάλιστα ταῖς ἡδοναῖς ἐκλελυμένους, καὶ κατοίνους, ὥστε τὸ πρᾶγμα ῥᾷον μεταχειρίσασθαι παρέξειν τοῖς ἐπιτιθεμένοις, &c. id est, Cùm autem in diem illum iam pridem Archiæ, & eius sodalibus atque amicis compotationem quandam, & cœtum hominum ad omnem remissionem animorum solutorum, & matronas quasdam nobileis contulisset, hoc agebat, vt voluptatibus maximè eneruati, & vino obruti essent, quo rem facilem atque expeditam ad conficiendum iis, qui aggredi cogitabant, præberet. verba Xenophontis sunt hæc, καὶ δὴ καὶ γυναῖκας πάλαι ὑποσχόμενος ἄξειν αὐτοῖς τὰς σεμνοτάτας καὶ καλλίστας τῶν ἐν Θήβαις, τότε ἔφη ἄξειν, &c. i. Et verò iampridem Phyllidas pollicitus se ad eos adducturum mulieres omnium, quæ Thebis essent, clarissimas, & pulcherrimas, tunc se eas perducturũ dixit, &c. Illi autẽ (tales enim erant) se valde iucundè pernoctaturos sperabant. Posteaquàm autem cenarunt, & illo libenter adiuuante citò ebrij facti sunt, cùm mulieres promissás flagitarent, domo egressus ille, adduxit Melonem cum sex aliis iuuenibus, treis ornatos habitu & cultu dominarum: ceteros ancillarum. Ita tres pro mulieribus intromissi, statim vt assederunt, illos interfecerunt. reliqui tres interea domum Leontidæ ducti, eum quoque recepti interemerunt. Cetera suo loco dicentur. Polyænus quoque testatur promissiones intercessisse mulicercularum producendarũ, quamquam paullo aliter apud illum, quàm apud alios, hæc historia explicatur. sic enim ille lib. 2. strateg. Θήβας ἐφύλαττε φρουρὰ λακωνική. ὁ φρούραρχος ἐπὶ τῆς Καδ-

μείας ἐπέπεκλο. ἦν Ἀφροδίτης ἑορτή. αἱ μὲν γυναῖκες ἔπαιζον τῇ θεῷ. οἱ δ' ἄνδρες ἀμφὶ ταύτας εἶχον. ἔδοξε τῷ φρουράρχῳ τιμῆσαι τὴν θεόν. ἐκάλεσεν ἑταίρας. ἔχων ξιφίδιον κρυπτὸν Πελοπίδας εἰσέρχεται, καὶ τὸν φρούραρχον ἀνελὼν, ἠλευθέρωσε τὰς Θήβας. i. Thebas custodiebat præsidium Laconicū. & præsidij præfectus collocatus erat in Cadméa. dies erat festus Veneris. ac mulieres quidem deæ ludum ludebant. viri autem circum eas versabantur. visum est præsidij præfecto deam colere. puellas euocauit. Pelopidas gladiolum occultum habens ingreditur, & interfecto præsidij præfecto, Thebas liberauit.

25. duodecim adolesc.) Xenoph. tradit, sex duntaxat exsules fuisse cum Melone, qui erat septimus. Plutarch. cum Probo congruit: cuius verba ascribam. γενόμενοι δὲ οἱ σύμπαντες δώδεκα, καὶ τοὺς ἀπολειπομένους ἀσπασάμενοι, καὶ προπέμψαντες ἄγγελον τῷ Χάρωνι, προῆγον ἐν χλαμυδίοις σκύλακάς τε θηρευτικὰς καὶ στάλικας ἔχοντες, ὡς μηδεὶς ὑποπτεύῃ τῶν ἐντυγχανόντων καθ' ὁδὸν, &c. i. cùm essent autem omnino duodecim, & reliquis salutatis, & præmisso ad Charonem nuntio, procedebant breuib. chlamydibus amicti. catulos agentes venaticos, & perticas tenentes ad feras indagine cingendas, vt nequis eorum, qui in via occurrerent, suspicaretur eos aliquid noui moliri, sed huc & illuc vagari & venari existimaret.

26. coierunt) conuenerunt, societatem coierunt.

27. amplius centum) erant tamen exsules amplius quadringenti.

28. percussa est) labefacta est, seu permota est. al. perculsa est. i. euersa est: quā scripturam æquè probo nam bellum, quod Spartæ dignitatem, ac maiestatem fregit, quódqne Lacedæmonios maris & terræ imperio spoliauit, ex illa nocte, qua hi duodecim iuuenes Thebani tyrannos oppresserunt, natum est. Sed melius Plutarch. in Pelopida. pag. 6. ὁ γὰρ καταλύσας τὸ τῆς Σπάρτης ἀξίωμα, καὶ παύσας ἄρχοντας αὐτοὺς γῆς τε καὶ θαλάττης πόλεμος, ἐξ ἐκείνης ἐγένετο τῆς νυκτὸς, ἐν ᾗ Πελοπίδας οὐ φρούριον, οὐ τεῖχος, οὐκ ἀκρόπολιν καταλαβὼν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν δωδέκατος κατελθὼν, εἰ δεῖ μεταφορᾷ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἔλυσε, καὶ διέκοψε τοὺς δεσμοὺς τῆς Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας, ἀλύτους, καὶ ἀρρήκτους εἶναι δοκοῦντας. i. bellum enim, quod Spartæ amplitudinem & maiestatē perculit, quod'que Lacedæmonios imperio maris & terræ spoliauit, ex illa nocte ortum est: in qua Pelopidas non castello, non muro, non arce occupata, sed in domum duodecimus ingressus, si per translationem sermonis verum dicendum est, dissoluit, & comminuit imperij Lacedæmoniorum vincula, quæ indissoluta, & irrupta esse videbaptur. sic & Diod. lib. 15 πλεῖστα δὲ συνεβάλετο πρὸς τὴν τῶν Θηβαίων αὔξησιν· ἐν γὰρ τῇ τῶν φυγάδων καταλήψει, καθ' ἣν ἀνεκτήσαντο τὴν Καδμείαν, ὁμολογουμένως ἅπαντες τούτῳ τὸ πρωτεῖον τοῦ κατορθώματος ἀπονέμουσι. τὴν δὲ εὐημερίαν ταύτην συνέβη πάντων τῶν ὕστερον γενομένων ἀγαθῶν αἰτίαν γενέσθαι. i. plurimum autem adiumenti attulit Pelopidas ad Thebanorum opes amplificandas. Nam in ea occupatione, quam fecerunt exsules, qua Cadméam à Lacedæmoniis antè occupatam receperunt, sine controuersia huic omnes huius rei benè gestæ primam laudem tribuunt. Sic autem fors tulit, vt hæc prosperitas omnium rerum secundarū, quæ postea acciderunt, causa fuerit.

29. imperiosa maiestas) sic legendum, non vt vulgo, imperio maiestas, sine vlla sententia, ac ratione. Imperiosam autem Lacedæmoniorum maiestatem appellat,

k 3

imperium Lacedæmoniorum superbum. Imperiosus enim vitium sonat, vt imperiosus dominus, imperiosus consul. Cic. parad. Imperiosa domina cupiditas. Horat. oda 14. lib. I. imperiosius Æquor. Sed videtur hic locus præterea mendosus, & sic emendandus, quorum imperiosa maiestas, neque ita multo pòst, Leuctrica pugna, ab hoc initio perculsa, cécidit: vt sit hæc sententia. quorum imperiosa maiestas ab hoc initio perculsa, cécidit funditus pugna Leuctrica, ídque non multo pòst. Atque hæc Cl. Puteano priori in mentem venerunt.

30. *vesperasc. cælo) vesperascente die: cùm aduesperasceret. Sic Xenoph. qui tradit, eos ea hora ad vrbis portas venisse, qua hora ab opere rustico in vrbem ij redeunt, qui postremi & maximè serò redeunt.* περὶ τὰς πύλας ἦλθον, ὡς δὴ ἐξ ἀγροῦ ἀπιόντες, ἡνίκα περ οἱ ἀπὸ τῶν ἔργων ὀψιαίτατοι. *sic & Diod.* καὶ κατῆλθον εἰς τὰς πατρίδας νυκτός. *i. & redierunt in patriam noctu. Sed Plutarch. aliter.* οἱ δὲ περὶ τὸν Πελοπίδαν, ἐσθῆτας τὰς γεωργῶν μεταλαβόντες, καὶ διελόντες αὑτοὺς ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη τῆς πόλεως, παρεισῆλθον ἔτι ἡμέρας οὔσης. *i. At Pelopidas & eius comites sumtis vestibus agricolarum, & distributi alij in alias vrbis parteis, ingreßi sunt cùm etiam dies esset. Idem tamen subiicit deinceps.* ἦν δέ τι πνεῦμα καὶ νιφετός, ἀρχομένου τρέπεσθαι τοῦ ἀέρος, καὶ μᾶλλον ἔλαθον καταπεφευγότων ἤδη διὰ τὸν χειμῶνα τῶν πλείστων εἰς τὰς οἰκίας. *i. Increbrescebat autem ventus, & ningebat, aëre mutari incipiente: atque eo magis fefellerunt, seu latuerunt, quòd plerique iam propter aduersam tempestatem in ædeis suas confugissent.*

31. *cum canibus venaticis) Plutarch. vt suprà numero 25. indicauimus.*

32. *retia ferentes) Plutarch.* καὶ στάλικας ἔχοντες. *i. & furcas, seu perticas ferentes.*

33. *quò studuerant) sic suprà alibi Probus. Græci,* ᾗ ἐσπούδαζον.

34. *domum Charonis deuert.) Xenoph.* διενυκτέρευσαν παρὰ Χάρωνί τινι, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν διημέρευσαν. *i. apud Charonem quendam noctem illam pernoctarunt, & diem subsequentem traduxerunt. Plutarch.* οἷς δ' ἦν ἐπιμελὲς τὰ πραττόμενα γινώσκειν, ἀνελάμβανον τοὺς προσερχομένους, καὶ κατῆγον εὐθὺς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Χάρωνος. *i. quibus autem erat cura ea, quæ agerentur, cognoscere, receperũt illos aduenienteis, & statim eos in ædibus Charonis collocarũt. Erat autem hic Charon, vir bonus, & impauidus, & in sententia sua perseuerans, vt ait Plutarch. Iam verò quòd libri vulgati habent, domum Charonis deuenerunt, mendum manifestum est, ex veræ scripturæ ignoratione, deuerterunt, natum. Cic. pro Deiot. cùm domum regis hospitis tui deuertisses, &c. Videtur autem, domum deuerterunt, dixisse, pro, domi deuerterunt.*

35. *à quo & tempus) nihil hac de re Xenoph. nihil Plutarch. nisi quòd hic diẽ ad rem gerendam præstitutum fuisse tradit, neque dicit à quo. sed quid sibi vult, & tempus, & dies? nónne idem sunt tempus & dies? vtrum tempus diei significat, an tempus anni?*

36. *à re posita) sic quidem habent omnes libri: sed malim tamen, à re proposita.*

37. *nimia fiducia) nimia securitas.*

38. *nam magistr. Theb.) sic Plutarch.* οὔπω δὲ πάνυ πόῤῥω μέθης οὖσιν αὐτοῖς, προσέπεσέ τις οὐ ψευδὴς μὲν, ἀβέβαιος δὲ, καὶ πολλὴν ἀσάφειαν ἔχουσα περὶ τῶν φυγάδων, ὡς ἐν τῇ πόλει κρυπτομένων, μήνυσις. *i. cùm autem nondum admodum longè abessent ab*

ebrietate magistratus Thebani, peruênit ad eos non falsum quidem illud, sed neque satis constans, & valde obscurum atque incertum de exsulibus indicium, quasi in vrbe latentibus.

39. vsque eò despexer.) contrà Plutarchus, qui tradit, Archiam, vnum ex ministris suis ad Charonem misisse, qui eum suis verbis arcesseret: Charonem autem initio commotum, composito tandem, quo ad eius maximè fieri potuit, ad trãquillitatem & serenitatem vultu, ad Archiam venisse. cùm iam ad foreis Charon peruenisset, Archiam ei obuiam vnà cum Phyllida processisse, & ita eum interrogasse, quósnã audio, Charon, in vrbem venisse, & alicubi occultari, & nõnullis ciuib. adiutorib. aliquid noui moliri? Tum Charonem primò conturbatum esse, deinde quæsiuisse ex Archia, quinam essent ij homines, qui venissent, & qui essent ij, qui illos occultarent: postremò vt viderit, Archiam nihil certi posse dicere: suspicatum, à nemine, qui sciret, rem illi indicatam esse, dixisse: videte igitur ne vos inanis rumor conturbet. verumtamen exquiram, & scrutabor quid sit. oportet enim fortasse nihil contemnere. Hæc à Phyllida approbata esse, & Archiam ab illo è vestigio in triclinium reductum esse, & illos pocula poposcisse, & compotationem redintegrasse atque instaurasse.

40. allata est enim epist.) hac de re nullum verbum apud Xenophontem. Plutarchus autem eam sic narrat. ἧκέ τις ἐξ Ἀθηνῶν παρὰ Ἀρχίου τοῦ ἱεροφάντου πρὸς Ἀρχίαν τὸν ὁμώνυμον, ξένον ὄντα καὶ φίλον, ἐπιστολὴν κομίζων, οὐ κενὴν ἔχουσαν, οὐδὲ πεπλασμένην ὑπόνοιαν, ἀλλὰ σαφῶς ἕκαστα περὶ τῶν πραττομένων φάσκουσαν, ὡς ὕστερον ἐπεγνώσθη. τότε δὲ μεθύοντι τῷ Ἀρχίᾳ προσαχθεὶς ὁ γραμματοφόρος, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀποδούς, ὁ ταύτην, ἔφη, πέμψας, ἐκέλευσεν εὐθὺς ἀναγνῶναι· περὶ σπουδαίων γὰρ τινῶν γεγράφθαι· καὶ ὁ Ἀρχίας μειδιάσας, οὐκοῦν εἰς αὔριον, ἔφη, τὰ σπουδαῖα· καὶ τὴν ἐπιστολὴν δεξάμενος, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν· αὐτὸς δὲ πάλιν τῷ Φυλλίδᾳ περὶ ὧν ἐτύγχανον διαλεγόμενοι, προσεῖχε. ὁ μὲν οὖν λόγος ἔστιν ἐν παροιμίας τάξει περιφερόμενος μέχρι νῦν διασώζεται παρὰ τοῖς Ἕλλησι, & c. i. venit quidam Athenis ab Archia hierophante ad Archiam eiusdem nominis, hospitem illius & amicum, epistolam afferẽs, quæ non inanem, neque fictam suspicionem continebat, sed apertè singula de iis, quæ agebantur, aperiebat ac declarabat, vt posterius cognitum est: tunc autem ad Archiam ebrium adductus tabellarius, epistola reddita, Is (inquit) qui hanc ad te misit, iussit te continuò legere. de quibusdam enim rebus seriis esse scriptam. Archias autem subridens, ergo in diem crastinum seria: & acceptam epistolam sub ceruicali posuit: ipse autem rursus ad Phyllidam aureis & animum iis de rebus, de quibus loqui cœperant, attendebat. Hoc igitur verbum, locum prouerbij apud Græcos occupauit, & adhuc obtinet.

41. ab Archia hierophante) secutus sum exempla Veneta & Florentina, quãuis assentiar doctis quibusdam viris, qui putant huius scripturæ auctorem esse Aldum Manutium, quia libri antiquissimi impressi, & manu scripti habeant, ab Archia vno Tinarchiæ, contendúntque, Probum properantem, & aliud agẽtem, ita scripsisse, cùm hæc Græca verba apud historicum Græcum reperta, ἀπ' Ἀρχίου τινὸς τιν' ἀρχίᾳ, sic Latinè redderet, ab Archia quodam Tinarchiæ, quasi scriptum esset, Τιναρχίᾳ vno vocabulo, cùm essent duo, τιν' Ἀρχίᾳ, pro τινὶ Ἀρχίᾳ, cum debe-

ret ita vertere, ab Archia quodam, cuidam Archiæ. Quod erratum si à Probo, seu Nepote admissum est, negari non potest illum in hoc loco vertendo vel negligentem fuisse & dormitasse, vel aliud egisse, & animo peregrinatum esse. Nã linguæ Græcæ ignoratione peccasse, & incredibile est, & nefas est dicere. Omninò, hæc mea sententia est, ex omnibus libris hãc maculam esse delendam, vt tam insignis negligentiæ crimine Probum, siue Nepotem liberemus. Alius contrà placet, hanc scripturam intactam esse relinquendam, vt meminerint lectores, magnos viros interdum negligentia labi, & dormitare: hócque illis concedi atque ignosci oportere: quod etiam Homero contigit: de quo Horatius, & idem Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. Hierophantes autem, seu hierophanta, significat eum, qui ostendit populo sacra, æditumum, seu æditimum, & sacerdotem. dictus est tamen primus hierophanta, vt docet Harpocratio & Suidas, qui sacra ex bello abeuntia populo ostendebat.

42. in crastin. inquit, diff.) sic Plutarch. εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα. i. in diem crastinum seria, subintellige ἀναβάλλωμεν, differamus: seu ἀναβάλλω, differo, vt suprà retulimus. Probus verbum non tacuit, nisi fortè à Probo prætermissum, ab aliquo lectore ad oram libri ascriptum est, & inde in contextum translatum. nam omninò venustius & concinnius tacetur, quàm exprimitur.

43. cùm iam nox process.) Diod. lib. 15. eod. loco, καὶ πρῶτον μὲν τοὺς τὰ Λακεδαιμονίων φρονοῦντας ἐν ταῖς οἰκίαις ἰδίαις ἐφόνευσαν, ἔτι κοιμωμένους καταλαβόντες, &c. i. & primùm quidem eos, qui rebus Lacedæmoniorum studebant, in suis domibus occiderunt, etiam tunc dormienteis, &c. Nullum hîc Probus de exsulib. vestitu muliebri ornatis verbum facit, neque Diodorus. Ceteri, Xenophon, Plutarchus, Polyænus mulierum nobilium nocteis promissas fuisse, & iuuenes exsules muliebri ornatu intromissos esse in domos tyrannorum, Lacedæmoniorum reb. studentiũ, congruentes inter se narrãt. Ac Polyæni quidem verba suprà numero 24. posuimus: Xenophontis autem ea fere, quæ ad hanc rem cognoscendam sunt satis, Latinè versa retulimus. restat vt & ex Plutarcho quæ ad interitum tyrannorum pertinent, proferamus. sic igitur Plutarch. τῆς δὲ πράξεως δεούσης ἔχειν ἤδη τὸν οἰκεῖον καιρόν, ἐξώρμησαν δίχα διελόντες αὑτούς, οἱ μὲν περὶ Πελοπίδαν καὶ Δαμοκλείδαν ἐπὶ τὸν Λεοντίδαν, καὶ τὸν Ὑπάτην ἐγγὺς ἀλλήλων οἰκοῦντας. Χάρων δὲ καὶ Μέλων ἐπὶ τὸν Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον, ἐσθῆτας ἐπενδεδυμένοι γυναικείας τοῖς θώραξι, καὶ δασεῖς στεφάνους ἐλάτης τε καὶ πεύκης περικείμενοι, κατασκιάζοντες τὰ πρόσωπα. διὸ καὶ ταῖς θύραις τοῦ συμποσίου τὸ πρῶτον ἐπιστάντων, κρότον ἐποίησαν καὶ θόρυβον, οἰομένων, ἃς πάλαι προσεδόκων, γυναῖκας ἥκειν. ἐπεὶ δὲ περιβλέψαντες ἐν κύκλῳ τὸ συμπόσιον, καὶ τῶν κατακεκλιμένων ἕκαστον ἀκριβῶς καταμαθόντες ἐσπάσαντο τὰς μαχαίρας, καὶ φερόμενοι διὰ τῶν τραπεζῶν ἐπὶ τὸν Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον, ἐφάνησαν οἵπερ ἦσαν, ὀλίγους μὲν ὁ Φυλλίδας τῶν κατακειμένων ἔπεισεν ἡσυχίαν ἄγειν. τοὺς δὲ ἄλλους ἀμυνομένους μετὰ τῶν πολεμάρχων ἐπιχειροῦντας καὶ συνεξανισταμένους, διὰ τὴν μέθην οὐ πάνυ χαλεπῶς ἀπέκτειναν, &c. i. Cùm autem actionis obeundæ videretur iam tempus maturum atque idoneum venisse, exierunt in duas parteis distributi, Pelopidas & Damoclides cum suis comitibus in Leontidam, & Hypatem inter se vicinos: Charo verò & Melo in Archiam & Philippum, vestibus ornati muliebribus, vt tamen subiecti thoraces laterent, & densis coronis ex abiete, &

te, & picea redimiti, quibus ora inumbrabant. Quocirca cùm foribus conuiuij primùm astitissent, plausus & strepitus à conuiuis editus est, existimantibus eas, quas iampridem exspectabant, mulieres venire. Posteaquam autem illi conuiuas oculis collustrantes circumspexerunt, & singuli singulos agnouerunt & eductis gladiis, per mensas in Archiam & Philippum irruentes, apparuerunt, vt erant, viri: paucis quibusdam Phyllidas accumbentibus persuasit, vt quiescerent: alios, cum polemarchis vim repellere conanteis, & vna exsurgenteis, non magno negotio propter ebrietatem interfecerunt.

43. vinolenti) Plutarch. non omneis fuisse vinolentos, sed Leontidam siccum & sobrium, & sollertem fuisse tradit, eóque Pelopidam plus negotij habuisse in eo tollendo. sic Plutarch. τοῖς δὲ περὶ Πελοπίδαν ἐργωδέστερον ἀπήντα τὸ πρᾶγμα· καὶ γὰρ ἐπὶ νήφοντα, καὶ δεινὸν ἄνδρα τὸν Λεοντίδαν ἐχώρουν. i. Pelopidæ autem & eius comitibus, negotium difficilius, atque operosius occurrit. Nam aduersus Leontidam virum sobrium, & sollertem ibant. sequitur deinceps. καὶ κεκλεισμένην τὴν οἰκίαν εὗρον ἤδη καθεύδοντος, καὶ πολὺν χρόνον κόπτουσιν αὐτοῖς οὐδεὶς ὑπήκουσε. μόλις δέ ποτε τοῦ θεράποντος αἰσθομένου προσιόντος ἔνδοθεν, καὶ τὸν μοχλὸν ἀφαιροῦντος, ἅμα τῷ πρῶτον ἐνδοῦναι καὶ χαλάσαι τὰς θύρας, ἐμπεσόντες ἀθρόοι, καὶ τὸν οἰκέτην ἀνατρέψαντες, ἐπὶ τὸν θάλαμον ὥρμησαν. ὁ δὲ Λεοντίδας αὐτῷ τεκμαιρόμενος τῷ κτύπῳ, καὶ δρόμῳ τὸ γινόμενον, ἐξανέστη μὲν ἐγχειρίδιον ἁρπάσας· ἔλαθε δὲ αὐτὸν καταβαλεῖν τὰ λύχνα, καὶ διὰ σκότους αὐτοὺς ἐν αὑτοῖς περιπετεῖς ποιῆσαι τοὺς ἄνδρας. ἐν δὲ φωτὶ πολλῷ καθορώμενος, ὑπήντα πρὸς τὰς θύρας αὐτοῖς τοῦ θαλάμου, καὶ τὸν πρῶτον εἰσιόντα Κηφισόδωρον πατάξας, κατέβαλε. πεσόντος δὲ τούτου, δευτέρῳ συνεπλέκετο τῷ Πελοπίδᾳ, καὶ τὴν μάχην χαλεπὴν ἐποίει καὶ δύσεργον ἡ στενότης τῶν θυρῶν, καὶ κείμενος ἐμποδὼν ἤδη νεκρὸς Κηφισόδωρος. ἐκράτησε δ᾽ οὖν ὁ Πελοπίδας, καὶ κατεργασάμενος τὸν Λεοντίδαν ἐπὶ τὸν Ὑπάτην εὐθὺς ἐχώρει μετὰ τῶν αὐτοῦ, καὶ παρεισέπεσον μὲν εἰς τὴν οἰκίαν ὁμοίως, αἰσθόμενον δὲ ταχέως, καὶ καταφυγόντα πρὸς τοὺς γείτονας ἐκποδὼν διώξαντες εἷλον καὶ διέφθειραν. i. & clausam domum repererunt, dormiente iam Leontida: eisque diu pulsantibus nemo respondebat. vix tandem cùm famulus experrectus audisset, & processisset vt ostium aperiret, & vectem oppositum demeret, cùm primùm cœptæ sunt cedere, & laxari fores, illi conferti, impressione facta, famulo perculso & prostrato, in cubiculum irruperunt. Leontidas cõiectura rei, quæ ageretur, ex strepitu & cursu facta, exsurgens gladium nudauit: sed fugit eum lucernas deiicere, & efficere vt ipsi per tenebras inter se incurrentes sibi impedimento essent. Ita cùm in multo & largo lumine cerneretur, iis obuiam iit ad ostium cubiculi, & primum in cubiculum ingredientem Cephisodorum percussum perculit: cùm hic cecidisset, cum secundo Pelopida manum conseruit, pedémque contulit: ac pugnam difficilem, & operosam, & impeditam reddebant ostij angustiæ, & Cephisodorus iacens iam in medio mortuus. Vicit igitur tandẽ Pelopidas: & confecto Leontida, in Hypatem recta contendebat cum suis comitib. & in domum similiter irrumpebat. Illum autem cùm citò sensisset, & ad vicinos confugisset, è vestigio persecuti, prehenderunt, & interfecerunt.

45. Quibus rebus confectis, &c.) paullo aliter Plutarch. διαπραξάμενοι δὲ ταῦτα, καὶ τοῖς περὶ Μέλωνα συμβαλόντες, ἔπεμψαν μὲν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐπὶ τοὺς ὑπολελειμ-

μένοις ἐκεῖ τῶν φυγάδων· ἐκάλουν δὲ τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τοὺς προσιόντας ὥπλιζον, &c. i. his autem rebus confectis, & cum Melone eiúsque comitib. congreßi, miserunt in Atticam ad eos, qui illic relicti erant, exsules: civeis autem ad libertatem vocabant, & omneis advenienteis armabant, spolia è porticibus circùm suspensa deripientes, & eorum, qui hastas faciunt ac poliunt, eorúmque, qui gladios fabricantur, officinas effringentes, &c. sequitur paucis pòst versib. ἡ δὲ πόλις ἤδη μὲν αἰσθόμενη πᾶσα, καὶ πολὺς θόρυβος ἦν, καὶ φῶτα περὶ τὰς οἰκίας, καὶ διαδρομαὶ πρὸς ἀλλήλους. οὔπω δὲ συνειστήκει τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἐκπεπληγμένοι πρὸς τὰ γινόμενα, καὶ σαφὲς οὐδὲν εἰδότες, ἡμέραν περιέμενον. i. ciuitas autem iam quidem spe & metu perculsa, atque attonita erat, & multus erat in vrbe strepitus, & circum domos lumina, & concursationes hominum inter se. Sed nondum in vnum conuenerat multitudo, sed obstupefacti rerum nouitate, nihilque exploratum habentes, diem exspectabant.

46. auctores Cadméæ occup.) de quibus suprà.

47. domi quietus fuit) atqui Plutarchus tradit, statim postquàm tyranni, & potentes illi interfecti sunt, Epaminondam & Gorgidam, non paucis iuuenib. & ex senum numero, iis, qui erant fortißimi, coactis, subsidio Pelopidæ, & eius comitibus venisse.

48. Leuctrica pugna) de qua suprà in Epaminonda.

49. hic fuit dux delectæ manus) præfuit Pelopidas cohorti trecentorum iuuenum, ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων. i. & qui amabant, & qui amabantur, quos Plutarchus appellat ἐπιλέκτους. i. delectos, seu dilectos potius, non à diligendo, sed à dilegendo. & ἱερὸς λόχος dicebatur, id est, sacra cohors: de qua multa Plutarch. in Pelopida.

50. quæ prima phalangem) hoc qua sollertia effecerit Pelopidas, operæpretium est ex Plutarcho cognoscere: qui hanc historiam explicat luculentè his verbis, pag. 9. ἐν δὲ τῇ μάχῃ, τοῦ Ἐπαμινώνδου τὴν φάλαγγα λοξὴν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον ἕλκοντος, ὅπως τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀπωτάτω γένηται τὸ δεξιὸν τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ τὸν Κλεόμβροτον ἐξώσῃ προσπεσὼν ἀθρόως κατὰ κέρας καὶ βιασάμενος· οἱ μὲν πολέμιοι καταμαθόντες, &c. nam satis erit fortaßis hunc locum Latinè reddere. In prælio autem Epaminonda phalangem obliquè in læuam partem trahente, vt dextrum cornu Spartiatarum ab aliis Græcis quàm longißimè remotum esset, & ipse impetu facto, & magna vi irrumpens, directa acie, Cleombrotum de gradu depelleret, & cedere cogeret: aduersarij, re, quæ agebatur ab Epaminonda, cognita, se ipsi ordine mutato, cœperunt loco mouere, & dextrum cornu explicabant, & circumducebant, tanquam Epaminondam multitudine sua circumuenturi, & complexuri. At Pelopidas interea præcurrit, & suis trecentis cursim conuersis, Cleombrotum anteuertit, antè quàm cornu suum vel explicaret, vel iterum eodem reduceret & contraheret, ordinémque clauderet, impreßione facta in Lacedæmonios nondum certo ordine collocatos, sed inter se trepidanteis & perturbatos. sequitur paucis pòst versib τότε δὴ ἡ τοῦ Ἐπαμινώνδου φάλαγξ ἐπεφέρετο δὴ μόνοις ἐκείνοις, καὶ παραλλάττουσα τοὺς ἄλλους, ὅ, τε Πελοπίδας μετὰ τάχους ἀπίστου καὶ τόλμης ἐν τοῖς ὅπλοις γενόμενος, συνέχεε τὰ φρονήματα, καὶ τὰς ἐπιστήμας αὐτῶν οὕτως, ὥστε φυγὴν καὶ φόνον παρ-

πατῶν, ὅσων οὕτω πρότερον, ἐφοίδαν. διὸ τῷ Ἐπαμεινώνδᾳ βοιωταρχοῦντι μὴ βοιωταρχῶν, καὶ πάσης ἡγουμένῳ τῆς δυνάμεως μικροῦ μέρους ἄρχων, ἴσον ἠνέγκατο δόξης τῆς νίκης ἐκείνης, καὶ κατορθώματος. i. Tunc igitur Epaminondæ phalanx in solos illos irruens, aliósque præteriens, & Pelopidas incredibili celeritate & audacia ad comminus pugnandum expeditus, eorum cogitata & spiritus, & disciplinas ita confudit, vt fuga, cædésque Spartiatarum inaudita, atque inusitata, facta sit. Quocirca cùm magistratum Bœotium non gereret, neque imperator esset, sed paucis militibus præesset, æqualem atque Epaminondas Bœotiæ præfectus, & totius exercitus imperator, victoriæ illius, & rei bene gestæ gloriam consecutus est. Consentanea fere sunt his Plutarchi, ea, quæ tradit Diodorus Siculus lib. 15. διὸ καὶ λοξὴν ποιήσας τὴν φάλαγγα, τῷ ἐις ἐπιλέκτους ἔχοντι ἔγνω κρίνειν τὴν μάχην, &c. id est, Quapropter Epaminondas phalange in obliquum inflexa, eo cornu aciei, in quo erant dilecti milites, quibus præerat Pelopidas, prælium diiudicare constituit. Malim autem hîc legi, dilectæ, quàm delectæ, vt suprà dixi.

51. Spartam cùm oppugn.) Plutarchus narrat, Pelopidam primum assensum esse Epaminondæ, post victoriam Leuctricam de exercitu aduersus Spartam ducendo, & ciues suos ab illo excitatos in Spartam duxisse, & Eurotam transisse, & multis Lacedæmoniorum vrbib. captis, omnem agrum Lacedæmoniorum vsque ad muros ferro, flammáque vastasse, cùm septuaginta Græcorum millib. præesset, quorum vix duodecima pars erant Thebani.

52. Messena celerius restit) hac de re dictum est in Epaminonda.

53. legatus ad Persas) de hac legatione sic Plutarch. οἱ δὲ Θηβαῖοι περὶ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν Ἀθηναίων αἰσθόμενοι πρὸς τὸν μέγαν βασιλέα πρέσβεις ἀναβαίνοντας ὑπὲρ συμμαχίας, ἔπεμψαν καὶ αὐτοὶ Πελοπίδαν ἄριστα βουλευσάμενοι πρὸς τὴν δόξαν αὐτοῦ. πρῶτον γὰρ ἀνέβαινε διὰ τῶν βασιλέως ἐπαρχιῶν ὀνομαστὸς ὤν, καὶ περιβόητος, &c. i. Thebani autem cùm legatos à Lacedæmoniis & Atheniensib. ad regem Persarum de societate missos esse sensissent, miserunt & ipsi Pelopidam: qua in re optimè rebus suis consuluerunt, multúmque viderunt, spectata ea, quæ de eo erat, hominũ opinione & fama. Primùm enim iter fecit per regis prouincias, cùm esset magna eius nominis gloria, & omnium sermone, vocéque celebrata, &c.

54. hæc fuit altera pers.) secunda scilicet, vt mox subiicit. videtur à fabulis translatum.

55. vt proxima esset Epam.) ita vt breuissimo interuallo Epaminondam sequeretur. aliter Virgil lib. V. æn. de Salio. Proximus huic, longo sed proximus interuallo Insequitur Salius. & Cic. de L. Philippo in Bruto. Duobus igitur summis Crasso, & Antonio L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo tamẽ proximus. Itaque eum, etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim. & Horat. de Pallade oda 12. lib. 1. Vnde nil maius generatur ipso, Nec viget quicquam simile, aut secundum: Proximos illi tamen occupauit Pallas honores.

56. Conflictatus) colluctatus, vel contritus, & collisus. conflictatio enim (vt docet Donatus ad illud Terent. Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi, &c. in Andria) est corporum tactus inuicem & collisio. significat Pelopidam fortu-

nam non habuisse vsquequaque sibi propitiam, benignam, atque amicam: sed interdum infestam, iratam, atque aduersariam, ita vt cum ea necesse haberet pugnare & luctari. vsurpauit idem verbum Probus etiam in Timoleonte infrà non longè à princip. sed iunxit cum eodem casu sine præpositione: ibi. Sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est.

57. *& cùm Thess.)* Diod. lib. 15. παραλαβὼν Ἰσμηνίαν ἄνδρα φίλον μὲν ἑαυτοῦ, θαυμαζόμενον δὲ ἐπ' ἀρετῇ, παρῆλθεν εἰς Θετταλίαν, &c. i. Pelopidas adiuncto sibi Ismenia amico quidem suo, sed ob virtutem admirando, in Thessaliam transiit. Plutarch. ὡς οὖν ἐστράτευσεν ἐπὶ Θεσσαλίαν μετὰ δυνάμεως, τήν τε Λάρισσαν εὐθὺς παρέλαβε, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐλθόντα, καὶ δεόμενον, διαλλάττειν ἐπειρᾶτο, καὶ ποιεῖν ἐκ τυράννου πρᾶον ἄρχοντα τοῖς Θετταλοῖς, καὶ νόμιμον, &c. i. Posteaquàm igitur Pelopidas coacto exercitu, Thessaliæ bellum intulit, statim Larissam deditione facta in fidem suam recepit, & Alexandrum tyrannum ad se venientem, & orantem, cum Thessalis reconciliare in gratiam, & ex tyranno clementem in Thessalos, & legitimum principem reddere conabatur.

58. *legationísque iure)* nulla legationis fit mentio neque apud Diod. neque apud Plutarch. Diodorus hoc tantùm scribit, Pelopidam & Ismeniam, cùm Alexandro Pherarum tyranno, obuij facti essent, temere, & sine vlla probabili ratione ab eo comprehensos esse, & in custodiam datos. verba Græca non ascribã. sunt autem lib. 15. Plutarchus verò sic. ἄρτι δ' αὐτοῦ παρεληλυθότος, Ἀλέξανδρος ὁ τύραννος ἐπεφάνη μετὰ τῆς δυνάμεως. καὶ νομίσαντες οἱ περὶ τὸν Πελοπίδαν ἀπολογησόμενον ἥκειν, ἐβάδιζον αὐτοὶ πρὸς αὐτόν, ἐξώλη μὲν ὄντα, καὶ μιαιφόνον εἰδότες. διὰ δὲ τὰς Θήβας, καὶ τὸ περὶ αὑτοὺς ἀξίωμα καὶ δόξαν οὐδὲν ἂν παθεῖν προσδοκήσαντες. ὁ δὲ ὡς εἶδεν ἀνόπλους, καὶ μόνους προσιόντας, ἐκείνους μὲν εὐθὺς συνέλαβε, τὴν δὲ Φάρσαλον κατέσχε. i. Cùm autem Pelopidas paullo antè Larissam è Macedonia reuersus esset, & modò venisset, ecce Alexander tyrannus cum exercitu apparuit. ac Pelopidas quidẽ & Ismenias rati illum vt se defenderet, & ad crimina responderet, venisse, ipsi ad eum se contulerunt, perditum quidem hominem, & cæde cruentum esse scientes, sed propter Thebas, & suam ipsorum dignitatem, & gloriam, nullum se ab illo detrimentum, nullámque iniuriam accepturos sperantes. At ille vt vidit Pelopidam & Ismeniam inermeis, & solos ad se venienteis, illos quidem statim comprehendit, Pharsalum autem occupatam tenuit.

59. *apud omneis gent.)* M. Tull. lib. I. accus. Legati nomen eiusmodi esse debet, quod non modò inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.

60. *hunc Epaminondas recup.)* quo consilio, qua arte, quáque moderatione vsus, narrat Plutarchus. non enim omneis suos neruos contendit, neque omnibus suis opibus illum oppugnauit, ne cum ad desperationem rerum suarum redactũ, ad sæuiendum in Pelopidam impelleret: sed eam belli gerendi rationem adhibuit, vt tyrannus impetratis XXX. dierum indutiis Pelopidam liberarit.

61. *numquam is animo placari pot.)* Itaque Thessali multis prœliis ab Alexãdro, Pherarum tyranno, superati, multísque imperatorib. amissis, legatos Thebas miserunt, petentes, vt sibi opem ferrent, Pelopidámque imperatorem mitterent.

Nam cùm scirent illum implacabileis cum tyranno inimicitias gerere, tum eum virtute & scientia rei militaris, secundum Epaminondã, omnib. mortalib. præstare sibi persuaserant, vt scribit Diod. lib. 15. pag. libri 41. neque multo aliter Plutarch. in Pelop. pag. X. vbi is quoque tradit, Thessaliæ ciuitates, legatis ad Thebanos missis, auxilium ab illis petiuisse: Pelopidam autem, qui videret Epaminondam res Peloponesiacas administrare, illúmque vnum ei negotio satis esse, neque alium desiderari imperatorem, vbi Epaminondas imperaret: suam operam vltrò Thessalis obtulisse, sibique hanc prouinciam depoposcisse, vt Thessalis aduersus tyrannum, à quo iniustè læsus fuerat, subueniret.

62. Itaque persuasit Theb.) paullo aliter Diod. & Plutarchus, vt proximè ostendimus.

63. cuius belli summa cùm ei) id est, cùm ei summa eius belli administrandi potestas data esset: cùm esset factus dux eius belli summus, & solus. sic sæpe loquitur Probus, summa belli, summa imperij.

64. non dubitauit sim. ac consp.) sic Diod. eod. fere loco. ὡς δὲ κατήντησεν εἰς τὴν Θετταλίαν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον κατέλαβε προκατειλημμένον τοὺς ἐπιδεξίους τόπους, καὶ στρατιώτας ἔχοντα πλείους τῶν δισμυρίων, ἀντεστρατοπέδευσε μὲν τοῖς πολεμίοις, προσλαβόμενος δὲ συμμάχους παρὰ τῶν Θετταλῶν, συνῆψε μάχην τοῖς ἐναντίοις. i. vbi autem in Thessalia pedem posuit, & Alexandrum offendit, in locis opportunis & idoneis iam antè castra metatum, & militum habentem amplius XX. millia: primùm ipse quoque castra locauit contrà, & socios à Thessalis nactus, cum aduersariis conflixit. sic & Plutarch. ὡς οὖν εἰς Φάρσαλον ἐλθὼν ἤθροιζε τὴν δύναμιν, εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον. i. statim autem vt Pharsalum venit, exercitúmque comparauit, aduersus Alexandrum contendit.

65. in quo prælio Alex. vt animadu.) Plutarch. hanc rem multis verbis exponit: quæ iuuabit fortaßis audire. ὁ δὲ Πελοπίδας ἀπὸ τῶν ἄκρων κατιδὼν ἅπαν τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων, οὔπω μὲν εἰς φυγὴν τετραμμένον, ἤδη δὲ θορύβου καὶ ταραχῆς ἀναπιμπλάμενον, ἔστη, καὶ περιέσκεψεν αὐτὸν, ζητῶν τὸν Ἀλέξανδρον. ὡς δ' εἶδεν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ παραθαρρύνοντα, καὶ συντάττοντα τοὺς μισθοφόρους, οὐ κατέσχε τῷ λογισμῷ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὄψιν ἀναφλεχθεὶς, καὶ τῷ θυμῷ παραδοὺς τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῆς πράξεως, πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐξαλλόμενος ἐφέρετο βοῶν, καὶ προκαλούμενος τὸν τύραννον. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὐκ ἐδέξατο τὴν ὁρμὴν, οὐδ' ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἀναφυγὼν πρὸς τοὺς δορυφόρους ἐνέκρυψεν ἑαυτὸν, &c. i. Pelopidas autem cùm ex collib. vniuersum hostium exercitum despexisset, nõdum illum quidem in fugam versum, sed tumultus iam & trepidationis plenum: stetit, & circumspexit, Alexandrum quærens. vbi autem eum vidit in loco idoneo mercenarios cohortantem, & disponentem, non potuit iram ratione continere: sed hostis aspectu ira deintegro accensa, & corpore & principatu actionis iracundiæ tradito ac permisso, longè ante alios exsiliens, vociferans, & tyrannum prouocans ferebatur. Ille igitur Pelopidæ impetum nõ excepit, neque sustinuit, sed refugiens ad satellites, se ipse occultauit.

66. equum in eum concit.) sic loquitur in Datame. Ipse equo concitato ad hostem vehitur.

67. coniectu telorum confossus, Plutarch. ὁ δὲ πολλοῖς τοῖς δόρασιν [illegible] διὰ τῶν

οἱ πλεῖστοι πλήττοντες αὐτὸν, κατετραυμάτιζον, &c. i. plerique autem hastis amentatis eminus eum per arma percussum vulnerabant.

68. Atque hoc secunda victoria) Quid sibi vult, hoc secunda victoria? nulla enim victoria est aduersa: & omnis victoria secunda est: nisi quis dicat, aliquas esse Cadméas, nonnullas etiam funestas: vel per secundam victoriam significari ἐπιφανεστάτην, id est, clarißimam, & luculentißimam. Atqui nihil hoc ad rem. significat enim Probus, Pelopidam cecidisse secundo prœlio, id est, parta suis victoria. Ne igitur lectorem diutius suspensum teneam, legendum, & scriptum à Probo, seu Nepote arbitror, secunda pugna. hanc autem scripturam receptam, natam esse puto ex annotatione, cùm primùm esset ad oram libri ascriptum, id est victoria: deinde vox victoria, in contextum verborum translata. Sed quòd ad rem attinet, sic Diodorus eod. libro. Τέλος δὲ ἐπιθεὶς τῷ κινδύνῳ, καὶ τοὺς πολεμίους τρεψάμενος τὴν μὲν νίκην ἑαυτῷ περιεποιήσατο, τὸν δ' αὐτοῦ βίον ἀπέβαλε, πολλοῖς περιπεσὼν τραύμασι, καὶ τὴν ζωὴν ἡρωϊκῶς προέμενος. i. fine autem periculo imposito victoria quidē ipse potitus est, vitam autem suam amisit, multis vulneribus acceptis perculsus, & anima heroicum in morem profusa.

69. inclinatæ erant) i. in fugam versæ. nam dum certamen est anceps, atque ἰσόῤῥοπον, seu ἰσοτάλαντον. i. æquale, seu æqualis momenti, interea vtraq; acies stat: vbi fugit altera pars, in anteriorem partem prona, & propensa ruit: quod Homerus non vno loco dicit ἠμύειν. i inclinari. Cic. lib. 2. epist. ad famil. epist. 16. vt me existimares tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope iacentem desciscerem. & Cæsar epist. 9. lib. 10. scribendum ad te existimaui, & pro nostra beneuolentia petendum, ne quò progredereris, inclinata iam re, qua integra progrediendum tibi non existimasses.

70. omnes Thessaliæ ciuit.) Mira Plutarchus narrat de honore habito à Thessalis & sociis Pelopidæ mortuo. Nam cùm omnem honorem humanum virtuti conuenientem decretis exsuperarint, tum magis affectu & mærore suam in illum beniuolentiam declararunt. quin milites neque thoracem posuerunt, neque frenos equis detraxerunt, neque vulnera obligarunt, postquàm de eius morte audierunt: sed cum armis, & etiā tum puluere sordidi, & calidi ad cadauer quasi sentiens, hostium spolia certatim deportarunt: equos totonderunt, ipsi quoque tonsi fuerunt: multi in tabernacula sua reuersi, neque ignem accenderunt, neque cenati sunt: silentium autem & luctus tota castra occupauit, quasi non gloriosißimam & maximam victoriam peperissent, sed à tyranno victi, & in seruitutem redacti essent. Ex ciuitatibus autem, vbi nuntius ad eas perlatus est, aderāt magistratus, & in eis ephebi, (id est, puberes.) & pueri impuberes, & sacerdotes, ad subeundum humeris cadauer, tropæa, & coronas, & totius corporis armaturas aureas afferentes. habitæ sunt etiam orationes funebres miserabiles, & mæstißimæ. Quid multa? nullæ vmquam sepulturæ videntur hac fuisse magnificentiores, neque clariores, iis hominibus. qui magnificentiam non in auro. aut ebore, aut purpura, sed in studio, & officio, & affectu, & vero mærore ponunt. Sed Diodorus tradit hoc euenisse posteriore pugna. duas enim pugnas fuisse significat, his verbis. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος δευτέρᾳ μάχῃ λειφθεὶς, (al. ληφθεὶς) καὶ τοῖς ὅλοις συν-

περιβαλεὶς, ἠναγκάσθη καθ' ὁμολογίαν τὰς μὲν Θετταλοῖς τὰς καταπεπολεμημένας πόλεις ἀποδοῦναι. μάγνητας δὲ, καὶ τοὺς φθιώτας, καὶ ἀχαιοὺς παραδοῦναι βοιωτοῖς, καὶ τὸ λοιπὸν Φερῶν μόνον ἄρχοντα, σύμμαχον τῶν βοιωτῶν. i. Alexander autem altero prælio captus, seu victus, & omnino confractus atq; afflictus, coactus est ex conuentione Thessalis quidem vrbeis expugnatas reddere: Magnetas verò, & Phthiotas, & Achæos Bæotiis tradere, & in reliquum tempus iis heris tantùm imperātem, socium esse Bæotorum. Legendum est autem suprà in princip. Pelopidæ, magis historicis, quàm vulgo notus.

AGESILAVS.

Agesilaus Lacedæmonius cùm à ceteris scriptoribus, tum[1] eximiè à Xenophonte[2] Socratico collaudatus est. eo[3] enim vsus est familiarißimè. Hic primùm de regno cum[4] Leotychide fratris filio habuit contentionem. Mos est enim à maioribus Lacedæmoniis traditus, vt duos haberent semper reges, nomine magis, quàm[5] imperio, ex duabus[6] familiis Procli & Eurysthenis, qui principes ex[7] progenie Herculis Spartæ reges fuerunt. harum[8] ex altera in alterius familiæ locum[9] fieri non licebat. itaque vterque suum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur,[10] qui maximus natu esset ex liberis eius, qui regnans decessisset. sin is virilem sexum non reliquisset, tum dilegebatur, qui proximus esset[11] propinquitate. Mortuus erat[12] Agis rex, frater Agesilai. filium reliquerat Leotychidem,[13] quem ille viuus non agnorat: eundem[14] moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo contendit: neque id,[15] quod petiuit, consecutus est. nam Lysandro[16] suffragante, homine (vt[17] ostendimus suprà) factioso, & his temporibus potente, Agesilaus antelatus est. Hic simulatque imperij potitus est, persuasit[18] Lacedæmoniis, vt exercitum emitterent in Asiam,[19] bellúmq; regi facerent, docens[20] satius esse in Asia, quàm in Europa, dimicare. namque[21] fama exierat, Artaxerxem comparare classem, pedestreísque exercitus, quos in Græ-

ciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate vsus est, vt prius in Asiam cum copiis peruenerit, quàm regij satrapæ eum scirent profectum. Quo factum est, vt omneis imperatores[22] imparatos, imprudentéisque[23] offenderet. Id vt cognouit Tissaphernes, qui summũ imperium tum inter præfectos habebat regios, indutias à[24] Lacone petiuit, simulans se dare operam, vt Lacedæmoniis[25] cum rege conueniret: re autem[26] vera ad copias comparandas: eásque impetrauit [27] trimestreis. Iurauit autem vterque se sine[28] dolo indutias conseruaturum: in qua[29] pactione summa fide mansit Agesilaus:[30] contra ea Tissaphernes nihil aliud, quàm bellum cõparauit. Id & si sentiebat Laco, tamen iusiurandum seruabat, multúmque in eo consequi se dicebat, quòd[31] Tissaphernes periurio suo & homines suis rebus[32] abalienaret, & deos sibi iratos redderet: se autem seruata[33] religione confirmare[34] exercitum, cùm animaduerteret deorum numen [35] facere secum, hominésque[36] sibi conciliari, quòd his studere consuessent, quos conseruare fidem viderent. Postquàm indutiarum præteriit dies, barbarus non dubitans, quòd ipsius erant plurima[37] domicilia in Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eò potissimùm hosteis impetum facturos: omneis suas copias eò contraxerat. At [38] Agesilaus in Phrygiam se conuertit, eámque prius depopulatus est, quàm Tissaphernes vsquam se moueret. Magna præda militibus locupletatis[39] Ephesum hiematum exercitum reduxit, atque ibi officinis armorum institutis, magna industria bellum parauit: & quo studiosius armarentur, insigniúsque ornarentur, præmia[40] proposuit, quibus donarentur,[41] quorũ egregia in ea re fuisset industria.[42] Fecit idem in exercitationum generibus, vt, qui ceteris præstitissent, eos

magnis

magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut ornatißimum, & exercitatißimum haberet exercitum. Huic [43] cùm tempus esset visum copias extrahere ex hibernaculis: vidit, si, quò eßet iter facturus, [44] palàm pronuntiaßet, hosteis non credituros, aliásque regiones occupaturos, nec dubitaturos aliud eße facturum, ac pronuntiaßet. Itaque cùm ille [45] Sardis se iturum dixißet, Tißaphernes eandem [46] Cariam defendendam putauit. In quo cùm eum opinio fefellißet, victúmque se vidißet consilio: serò suis [47] præsidio profectus est. nam cùm illò venisset, iam Agesilaus multis locis expugnatis [48] magna erat præda potitus. Laco autem, cùm videret, hosteis equitatu superare, numquam [49] in campo sui fecit potestatem, & his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiæ valerent. Pepulit ergo, quotiescumque congressus est, multo maiores aduersariorum copias, & sic in Asia versatus est, vt omnium opinione victor duceretur. Hic cùm animo meditaretur proficisci in Persas: & ipsum regem adoriri, [50] nuntius ei domo vênit Ephorûm iussu, bellum Athenienseis & Bœotios indixisse Lacedæmoniis: [51] quare venire non dubitaret. In hoc non minus eius pietas [52] suspicienda est, quàm virtus bellica: qui cùm [53] victori praeesset exercitui, maximámque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit iussis absentium magistratuum, vt si priuatus [54] in comitio esset Spartæ. [55] Cuius exemplum vtinam imperatores nostri sequi voluissent. sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno præposuit [56] bonam existimationem, multóque gloriosius duxit, si [57] institutis patriæ paruisset, quàm si bello Asiam superasset. Hac igitur mente Hellespontum copias traiecit, tantáque [58] vsus est celeritate, vt, quod iter

Xerxes[59] annovertente confecerat, hic[60] tranſierit triginta [61]diebus. Cùm iam haud longè abeſſet à Peloponneſo,[62] obſiſtere ei conati ſunt Athenienſes, & Bœotij, ceteríque eorum ſocij,[63] apud Coronéam: quos omneis graui prælio vicit. Huius victoriæ vel maxima fuit laus, quòd, cùm plerique ex fuga ſe[64] in templum Mineruæ conieciſſent, quæreretúrque ab eo,[65] quid his fieri vellet,[66] etſi aliquot vulnera acceperat eo prælio, & iratus videbatur omnibus, qui aduerſus arma tulerant, tamen antetulit iræ religionem, & eos vetuit violari. Neque hoc ſolùm in Græcia fecit, vt templa deorum[67] ſancta haberet: ſed etiam[68] apud barbaros ſumma religione omnia ſimulacra, aráſque conſeruauit. Itaque[69] prædicabat, mirari ſe non ſacrilegorum numero haberi, qui ſupplicibus eorum nocuiſſent: aut non [70]grauioribus pœnis affici, qui religionem minuerent, quàm qui fana ſpoliarent. Poſt hoc prælium, collatum eſt omne bellum circa Corinthum: ideóque[71] Corinthium eſt appellatum. Hic cùm vna pugna decem[72] milia hoſtium,[73] Ageſilao duce, cecidiſſent: eóque facto opes aduerſariorum debilitatæ viderentur: tantùm[74] afuit ab inſolentia gloriæ, vt [75]commiſeratus ſit fortunam Græciæ, quòd tam multi à ſe victi vitio aduerſariorũ concidiſſent. namq; illa multitudine, ſi ſana[76] mens eſſet, Græciæ ſupplicium Perſas dare potuiſſe. Idem cùm aduerſarios intra mœnia compuliſſet, &, vt Corinthum oppugnaret, multi hortarentur: negauit [77]id ſuæ virtuti conuenire. ſe enim eum eſſe dixit, qui[78] ad officium peccanteis redire cogeret, non qui vrbeis nobiliſsimas expugnaret Græciæ.[79] nam ſi, inquit, eos exſtinguere voluerimus,[80] qui nobiſcum aduerſus barbaros ſteterunt; noſmetipſi nos expugnauerimus, illis quieſcentibus.[81] quo fa-

cto sine negotio, cùm voluerint, nos opprimerent. Interim áccidit illa calamitas[82] apud Leuctra Lacedæmoniis, quò ne proficisceretur, cùm à plerisque ad exeundum premeretur, vt[83] si de exitu diuinaret, exire noluit. Idem cùm[84] Epaminondas Spartam oppugnaret, essétque[85] sine muris oppidum, talem se imperatorem præbuit, vt eo tempore omnibus apparuerit,[86] nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine celeritas eius consilij saluti fuit vniuersis. nam cùm quidam adolescentuli hostium aduentu perterriti ad Thebanos transfugere vellent,[87] & locum extra vrbem editum cepissent: Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si animaduersum esset, quemquam ad hosteis transfugere conari, cum suis[88] eò vênit, atque, vt si bono animo fecissent,[89] laudauit consilium eorum, quòd eum locum occupassent: & se, id quoque fieri debere, animaduertisse. Sic adolescentulos simulata laudatione[90] recuperauit, & [91] adiunctis de suis comitibus, locum tutum reliquit. namque [92] illi aucto numero eorum,[93] qui expertes erant consilij, commouere se non sunt ausi, eóque libentius, quòd[94] latêre arbitrabantur, quæ cogitarant. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedæmonij se[95] numquam refecerunt, neq;[96] pristinum imperium recuperarunt: cùm interim Agesilaus non destitit, quibuscumque rebus posset, patriam iuuare. nam cùm præcipuè Lacedæmonij indigerēt pecunia:[97] ille omnibus, qui à rege defecerant, præsidio fuit. à[98] quibus magna donatus pecunia, patriam subleuauit. Atque in hoc illud in primis fuit admirabile, cùm maxima munera ei ab regibus, & dynastis, ciuitatibúsque conferrentur, nihil vmquam in domum suam[99] contulit,[100] nihil de victu, nihil de vestitu Laconū mutauit. Domo eadem fuit contentus, qua[101] Eu-

rysthenes, progenitor maiorum suorum fuerat vsus : quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat:[102] contrà plurima patientiæ, atque abstinentiæ. [103] Sic enim erat instructa, vt nulla in re differret[104] à cuiusuis inopis atque priuati. Atq; hic tantus vir vt naturam [105] fautricẽ habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore, exiguus, &[106] claudus altero pede. Quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem: atque[107] ignoti faciem eius cùm intuerentur, contemnebant. qui autem virtutem nouerant, non poterant admirari satis. Quod ei vsu venit, cùm annorum[108] octoginta subsidio [109] Thaco in Aegyptum iuisset, & in[110] acta cum suis accubuisset, sine vllo tecto: stratúmque haberet tale, vt terra tecta esset stramentis: neque[111] huc amplius, quàm pellis esset iniecta, eodémque comites omnes accubuissent, vestitu humili, atque obsoleto, vt eorum ornatus[112] non modò in his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspicionem præberet. Huius de aduentu fama cùm ad regios esset perlata, celeriter munera eò cuiusque generis sunt allata. His quærentibus Agesilaum[113] vix fides facta est vnum esse ex iis, qui tum accubabant. Qui cùm regis verbis, quæ attulerant, dedissent, ille præter vitulina, & huiusmodi genera opsonij, quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit. vnguenta,[114] coronas,[115] secundámque mensam[116] seruis dispertiit, ceteráque referri iussit. Quo facto eum barbari magis[117] etiam contemserunt, quòd eum[118] ignorantia bonarum rerum illa potissimùm sumsisse arbitrabantur. Hic cùm ex Aegypto reuerteretur; donatus à rege[119] Nectanabe [120] ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret: venissétque[121] in portum, qui Menelai vocatur, iacens

inter[122] Cyrenas & Aegyptum : in[123] morbum implicitus decesſit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre posſent,[124] quòd mel non habebant, cera circumfuderunt: atque ita domum retulerunt.

AGESILAVS.

TVM *eximiè à Xenoph.) quæ etiam nunc exſtat laudatio.*

2. *Socratico) Socratis diſcipulo, vt ex ſcriptis Xenophontis facilè appâret. Vtrùm autem Plato & Xenophon inter ſe obtrectarint, & æmulati ſint, nécne, diſputat A. Gellius lib. 14. cap. 3.*

3. *eo enim vſus eſt familiariſsimè) dubium eſt vtrùm dicat Probus, Xenophontem vſum eſſe Ageſilao familiariſsimè, an Ageſilaum Xenophonte. Mihi quidem videtur illud potius.*

4.. *cum Leotych. fr. fil.) ſic Xenophon in Ageſ.* ἐρισάντων περὶ τῆς ἀρχῆς Λεωτυχίδα μὲν ὡς Ἄγιδος ὄντος υἱοῦ, Ἀγησιλάου δὲ ὡς Ἀρχιδάμου, *&c. i. cùm de regno contendiſſent Leotychides & Ageſilaus, ille vt Agidis fil. hic vt Archidami, &c.*

5. *nom. mag. quàm imperio) Nam ita ephori oppoſiti fuerant à Theopompo regibus, vt reges ephororum poteſtati ſubiecti eſſent, vt ſuprà diximus in Pauſania pag. 57. Sic in Timoleonte, in extr. vbi de regibus loquitur, Lacedæmonius Ageſilaus nomine, non poteſtate fuit rex, ſicut cæteri Spartani. Itaque eo diuturnius fuit regnũ Lacedæmoniorũ. Quãto enim, vt ait Ariſtoteles lib. V. cap. XI. de optima reipubl. forma, pauciorũ rerũ penes principes ſingulareis poteſtas eſt, tãto diutius omnis principatus ſingularis maneat neceſſe eſt. Nam cùm ipſi minus fiunt dominorum in morem imperioſi, tum moribus efficiuntur magis ad æquitatem, atque æqualitatem propenſi, tum ciuibus minus ſunt inuidioſi. Tradit porrò Xenophon Lacedæm polit. in extr. Lacedæmone reges, & ephoros ſingulis menſibus mutuò iurare conſueuiſſe: ephoros pro ciuitate: reges pro ſeipſis. Iuſiurandum autem tale fuiſſe, regum quidem, ſe ex legum ſcriptarum præſcripto regnaturos: ephororum verò, & ciuitatis, ſe regnum firmum & ſtabile redditurum, ſi rex iuſiurandum ſeruet. Idem in Ageſil. ſcribit, neque ciuitatem vmquam regibus inuidiſſe quòd aliis anteponantur, eorúmque imperium euertiſſe: neque reges plura, quàm quibus cõdicionibus regnum adepti ſunt, concupiuiſſe. Itaque nullum aliud imperium, inquit ille, appâret permanſiſſe diuturnum, & indiſſolutũ, neque populi potentiam, neque paucorum principatum, neque tyrannidem: ſed hoc ſolum regnum manet perpetuum & peremne. Verba Græca non aſcribam.*

6. *ex duab. fam. Proclis & Euryſth.) Quoniam videntur Herodotus, Plutarchus, Pauſanias, & Probus non ſatis inter ſe congruere, plurib. verbis tota hæc regum Lacedæmoniorum generis ratio explicanda eſt. Ac primùm ſanè ab Herodoto ordiamur. Sic igitur Herodotus lib. 7. ſeu Polyhymn. fere ſub extr.* Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Λέοντος, τοῦ Εὐρυκρατίδεω, τοῦ Ἀναξάνδρου, τοῦ Εὐρυκράτεος, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμαίνεος, τοῦ Τηλέκλου, τοῦ Ἀρχέλεω, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Δορυάγου, τοῦ Λεωβώ-

πω, τοῦ Εὐχεστράτου, τοῦ Ἡγήσιος, τοῦ Εὐρυσθένεος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος. i. Leonides rex Lacedæmoniorum, filius Anaxandridæ, filij Leontis, cuius pater Eurycratidas, filius Anaxandri, qui filius erat Eurycratis, filij Polydori, cuius pater erat Alcamenas, cuius pater Telecles, filius Archelai, filij Agesilai, filij Doryagi, filij Leobotis, filij Echestrati, cuius pater Hegesis, filius Eurysthenis, filij Aristodemi, filij Aristomachi, filij Cleodæi, filij Hylli, filij Herculis. Ex quibus verbis intelligimus, reges Lacedæmoniorum vltimam originem ab Hercule repetere. Hoc posito, illud præterea tenendum est, non semper, neque omneis Heraclidas apud Lacedæmonios regnum obtinuisse: sed tum demum cùm in regnum restituti sunt, Aristodemi filij, Procles & Eurysthenes, quos commemorat Pausanias in Laconicis non longè à principo, & M. Tull. lib. 2 de diuinat. M. Tullij verba sunt hæc. Procles & Eurysthenes Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt. At hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Proclis vita breuior fuit, multóque is fratri rerum gestarum gloria præstitit. Pausanias sic. Εὐρυσθένει πρεσβυτέρῳ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων ὄντι ἡλικίαν, γενέσθαι λέγουσιν υἱὸν Ἆγιν. ἀπὸ τούτου δὲ τὸ γένος τὸ Εὐρυσθένους καλοῦσιν Ἀγιάδας. i. Eurysthenis natu maioris Aristodemi liberorum filium fuisse dicunt Agin. ab hoc genus Eurysthenis Agidas appellant. Idem pag. 6. Προκλῆς ὁ Ἀριστοδήμου τὸ παιδίον ἔσχε, ᾧ ὄνομα τίθεται Σόον. Εὐρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην, Εὐρυποντίδας ὄνομα ἀπ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν, Προκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλουμένους.. i. Procles alter Aristodemi filius, filium habuit, cui nomen imposuit Soo: Eurypontem autem Soi filium aiunt ad tantam gloriam peruenisse, vt hæc familia Eurypontidarum nomen ab eo consecuta sit, qui antea Proclidæ vsque ad illum appellati fuerant. Nunc ad Plutarchum veniamus. sic igitur Plutarch. in Lysandro. Εὑρόντα δὲ τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένος ἦν ὁ περὶ τῆς πολιτείας λόγος, ὡς χρὴ τῶν Εὐρυποντιδῶν (sic autem legendum, non vt vulgò, Εὐρυπωντιδῶν, aut Εὐρυπωνιδῶν, quod mendum secuti sunt omnes interpretes: nisi corruptus est Pausanias: quod non fit mihi verisimile) καὶ Ἀγιαδῶν, seu Ἀγιδῶν, τὴν βασιλείαν ἀφελομένους εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν ἐκ τῶν ἀρίστων, ἵνα μὴ τῶν ἀμφ᾽ Ἡρακλέους, ἀλλ᾽ οἷος Ἡρακλῆς τῇ ἀρετῇ κρινομένων τὸ γέρας ᾖ, ᾗ κἀκεῖνος εἰς θεῶν τιμὰς ἀνήχθη, &c. i. Reperit autem Agesilaus libellum à Lysandro scriptum de rep. administranda, oportere regnum Eurypontidis & Agiadis ademtum in medio ponere, optionémq;, seu electionem ex viris optimis facere, vt non eorum, qui ab Hercule prognati essent, sed eorum, qui tales virtute iudicarentur, qualis Hercules fuit, munus ac præmium esset: qua & ille ad honores deorũ sublatus est. Quid igitur hæc aut inter se, aut à Probo discrepãt? nihil, aut parum admodum. Probus ait, reges Lacedæmoniorum ex duabas familiis creari solitos, Proclis, & Eurysthenis. Plutarchus significat ex Eurypontidarum, & Agidarum familiis sumi consueuisse: Herodotus ad Herculem refert regum Spartanorum genus, tanquam ad fontem, ac parentem. hæc omnia inter se consentiunt. Nam Procles & Eurysthenes filij erant Aristodemi: Aristodemus ab Hercule prognatus erat. Familiæ, à quibus reges Lacedæmonij sumebantur, Proclidarum, & Eurysthenidarum antea dicebantur, vt tradit Pausanias. postea verò qui Proclidæ dicebantur, Eurypontidæ ab Euryponte Proclis filio ob

Eurypontis excellentem ac præstantem virtutem appellati sunt: & qui Eurysthenidæ appellabantur, ij, Agidæ, seu Agiadæ dicti sunt, ab Agide Eurysthenis filio. Rectè igitur Plutarchus, qui Lacedæmoniorum reges ex Eurypontidarum, & Agidarū familiis fuisse significat: rectè Probus, qui ex Eurysthenidarum, & Proclidarum, seu Eurysthenis, & Procli familiis fuisse dicit. Eurypontidæ enim orti erant à Proclidis: Agidæ ab Eurysthenidis.

7. *ex progenie Herc.) hoc paullo antè satis apertè, opinor, ostendimus.*

8. *harum ex altera) Qui erat ex familia Proclidarum, seu Eurypontidaram, non poterat rex fieri in locum eius, qui fuisset ex familia Eurysthenidarum, seu Agidarum: neque contrà.*

9. *fieri) regem.*

10. *qui maximus natu) Herod. lib. suprà commemorato.* οὕτω δὴ ἐς Λεωνίδην ἀνέβαινε ἡ βασιληίη, καὶ διότι πρότερος ἐγεγόνεε Κλεομβρότου. οὗτος γὰρ ἦν νεώτατος Ἀναξανδρίδεω παῖς, *&c. i. sic igitur ad Leonidam regnum peruenerat, tum propterea quòd erat Cleombroto natu minor. hic enim Anaxandridæ filiorum natu minimus erat, &c.*

11. *propinquitate)* συγγένεια.

12. *mortuus erat Agis) de morte Agidis & sepultura lege Xenophontem lib. 3. de reb. Gr.*

13. *quem ille viuus non agn.) secutus sum exempla Veneta, & Florentina. nam alia habent partim, quem ille viuens non agnorat: partim, quem ille natum non agnorat. Verisimile est ex voce, viuus, factū esse, viuens, vt responderet voci, moriens, quasi viuus minus quadraret: quamquam, viuens, non damno. natū, suspicor esse inculcatū, quamquam ferri potest, vt intelligamus, natū Leotychidē à patre non esse agnitū: aliquāto postquàm natus est tēpore esse agnitū. Nō agnorat autē Leotychidē Agis, quia suspicabatur, ab Alcibiade procreatum. Consentanea his Plutarchus scribit in Agide.* ὁ δὲ παῖς τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ὕποπτος ἦν τῷ Ἄγιδι, καὶ γνησίου τιμὴν οὐκ εἶχε παρ' αὐτῷ. νοσοῦντι δὲ προσπεσών, καὶ δακρύων, ἔπεισεν υἱὸν ἀποφῆναι πολλῶν ἐναντίον. *i. puer autem antea quidem suspectus erat Agidi, & germani filij locum, & honorem non obtinebat apud eū. cùm autem se ad pedes patris ægrotantis abiecisset, & multas lacrymas profudisset, persuasit ei, vt se multis præsentibus filium pronuntiaret. Athen. lib. 12 pag. 13. de Alcibiade loquens:* ἐν Σπάρτῃ δ' ὢν ἔφθειρε τὴν Ἄγιδος τοῦ βασιλέως γυναῖκα Τιμαίαν· ἐπιπληττόντων δ' αὐτῷ τινῶν, οὐκ ἀκρασίας ἕνεκεν συνελθεῖν ἔφη, ἀλλ' ἵνα ὁ γενόμενος ἐξ αὐτοῦ βασιλεύσῃ τε τῆς Σπάρτης, καὶ μηκέτι λέγωνται οἱ βασιλεῖς ἀφ' Ἡρακλέους, ἀλλ' ἀπ' Ἀλκιβιάδου. *i. Spartæ autem cùm esset Alcibiades, regis Agidis vxorem corrupit, Timæam. obiurgantibus autem eum quibusdam, se non libidinis & incōtinentiæ causa cum illa concubuisse dixit, sed vt is, qui sibi nasceretur, Spartæ regnaret, & ne amplius reges Spartani ab Hercule, sed ab Alcibiade orti dicerentur. Pausanias in Laconicis scribit, Agidi mali genij impulsu hoc ei in mentem venisse, vt audientib. ephoris, diceret se non putare Leotychidem filium suum esse. sic Pausan.* καί οἱ κατά τινα οὐκ ἀγαθὸν δαίμονα ἐσῆλθεν ἐς ἐπήκοον τῶν ἐφόρων εἰπεῖν, ὡς οὐχ αὑτοῦ νομίζοι Λεωτυχίδην.

14. eundem moriens suum esse d.) Idem Pausanias ibid. ἐπῆλθε μέντοι καὶ Ἄγιν μεταμέλεια ὕστερον· καὶ ἐπεί γε νοσοῦντα οἴκαδε ἐξ Ἀρκαδίας αὐτὸν κομίζοντας, ὡς ἐγένετο ἐν Ἡραίᾳ, καὶ τὸ πλῆθος μάρτυρας ἐποιεῖτο, ἦ μὴν Λεωτυχίδην ἑαυτοῦ παῖδα ἡγεῖσθαι. καί σφισιν σὺν ἱκετείᾳ καὶ δακρύοις ἐπέσκηπτε πρὸς Λακεδαιμονίους ταῦτα ἀπαγγέλλειν. i. pœnituit tamen Agin posterius eius, quod dixerat. Nam cùm esset in vrbe Heræa, cúmque domum morbo implicitus ex Arcadia reuerteretur, testatus multitudinẽ affirmauit, se Leotychidem filium suum existimare: & eis mandauit supplex & lacrymans, vt hæc Lacedæmoniis renuntiarent. Hæc Pausanias.

15. neque id, quod pet. cons.) quia Agesilaus rex à ciuitate declaratus est: qua de re deinceps dicemus.

16. nam Lysandro suffr.) sic Plutarchus in Ages. οὐ μὴν ἀλλὰ τελευτήσαντος τοῦ Ἄγιδος, ὁ Λύσανδρος ἤδη καταναυμαχηκὼς Ἀθηναίους, καὶ μέγιστον ἐν Σπάρτῃ δυνάμενος, τὸν Ἀγησίλαον ἐπὶ τὴν βασιλείαν προῆγεν, ὡς οὐ προσήκουσαν ὄντι νόθῳ τῷ Λεωτυχίδῃ. i. Verumtamen Agide mortuo Lysander Atheniensib. iam prælio nauali superatis, plurimum Spartæ auctoritate & opibus valens, & factiosus, Agesilaum ad regnum produxit, ac prouexit, tamquam Leotychidæ, qui nothus esset, minimè cõueniret. Xenophon in Agesilao non dicit, vllam ea re Lysandri operam fuisse. sic enim ille. ἐπεὶ γὰρ Ἆγις βασιλεὺς ὢν ἐτελεύτησεν, ἐρισάντων περὶ τῆς ἀρχῆς Λεωτυχίδα μὲν ὡς Ἄγιδος ὄντος υἱοῦ, Ἀγησιλάου δ', ὡς Ἀρχιδάμου, κρίνασα ἡ πόλις, ἀνεπικλητότερον, (al. ἀνεπιληπτότερον) εἶναι Ἀγησίλαον καὶ τῷ γένει, καὶ τῇ ἀρετῇ, τοῦτον ἐστήσατο βασιλέα. i. Postquàm enim Agis cùm rex esset, mortuus est, de regno inter se contendentibus Leotychida & Agesilao, Leotychida quidem, vt Agidis filio, Agesilao verò vt Archidami, ciuitas arbitrata Agesilaum & genere, & virtute minus affinem esse reprehensioni, aut criminationi, hunc regem creauit. Ne illud quidem prætermittendũ est, quod iis respondisse Lysandrum tradit Plutarchus, qui proferebãt oraculum, quo monebantur Lacedæmonij cauere, ne regnum claudicaret: idque ita interpretabantur, claudum hominem in regnum recipiendum non esse: quare Agesilaum, qui claudus esset, à regno esse repellendum. hoc igitur Lysandrum illis opposuisse, ac retulisse narrat Plutarchus: si Lacedæmonij illo oraculo commouerentur, ac terrerentur, Leotychidem eis esse vitandum. Nihil enim referre deo, vtrùm aliquis offenso pede claudicet, nécne: sed si quis non germanus ciuis, neque ab Hercule prognatus, regnet. hoc enim esse claudum regnum. Sed præstat Xenophontis verba ascribere, vnde videtur illa sumsisse Plutarchus: apud quem tota hæc inter Agesilaum & Leotychidem de regno contentio illustri dialogo exponitur. sic igitur Xenoph. lib. 3. de reb. Gr. ἐπεὶ δέ, ὡς εἰώθεσαν, αἱ ἡμέραι παρῆλθον, καὶ ἔδει βασιλέα καθίστασθαι, καὶ Ἀγησίλαος βασιλεύειν ἠξίου· ἀντέλεγε περὶ βασιλείας Λεωτυχίδης, υἱὸς φάσκων Ἄγιδος εἶναι. Ἀγησίλαος δὲ ἦν ἀδελφός. εἰπόντος δὲ τοῦ Λεωτυχίδου, ἀλλ' ὁ νόμος, ὦ Ἀγησίλαε, οὐκ ἀδελφόν, ἀλλ' υἱὸν βασιλέως βασιλεύειν κελεύει· εἰ δὲ υἱὸς μὴ τυγχάνοι ὤν, ὁ ἀδελφὸς βασιλεύοι. ἐμὲ οὖν ἂν δέοι, ἔφη ὁ Ἀγησίλαος. πῶς; ἐμοῦ γε ὄντος; ὅτι ὃν σὺ καλεῖς πατέρα, οὐκ ἔφη σε εἶναι ἑαυτοῦ. ἀλλ' ἡ πολὺ κάλλιον εἰδυῖα μήτηρ καὶ νῦν ἔτι φησίν. ἀλλὰ καὶ ὁ Ποσειδῶν ὡς μάλα ψευδομένου σου, κατεμήνυσεν ἐκ τοῦ θαλάμου ἐξελάσας σεισμῷ εἰς τὸ φανερὸν τὸν σὸν πατέρα. συμμαρτυρεῖ δὲ ταῦτ' αὐτῷ καὶ ὁ ἀληθέστατος λεγόμενος χρόνος εἶναι. ἀφ' οὗ γάρ τοι ἔφυσέ σε, καὶ ἐφάνη ἐν τῷ θαλάμῳ, δεκάτῳ μηνὶ ἔφυς. οἱ μὲν τοιαῦτα ἔλεγον.

Διοπείθης

Διοπείθης δὲ μάλα χρησμολόγος ἀνήρ, Λεωτυχίδῃ συναγορεύων εἶπεν, ὡς καὶ Ἀπόλλωνος χρησμὸς εἴη, φυλάξασθαι τὴν χωλὴν βασιλείαν· Λύσανδρος δὲ πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ Ἀγησιλάου εἰπόντι, ὡς οὐκ οἴοιτο τὸν θεὸν τοῦτο κελεύειν φυλάξασθαι, μὴ προσπταίσας τις χωλεύσῃ, ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐκ ὢν γνήσιος βασιλεύσῃ. παντάπασι γὰρ ἂν χωλὴν εἶναι τὴν βασιλείαν, ὁπότε ὡς μὴ ἀπὸ Ἡρακλέους, τῆς πόλεως ἡγοῖτο. Τοιαῦτα ἀκούσασα ἡ πόλις ἀμφοτέρων, Ἀγησίλαον εἵλοντο βασιλέα. *i. Postquàm dicrum numerus vsitatus præteriit, & regem creari oportebat, & Agesilaus vt regnaret, postulabat: de regno Agesilao reclamabat Leotychides, cùm se Agidis filium esse diceret. Agesilaus autẽ frater erat. cùm autem dixisset Leotychides, At lex, Agesilae, non fratrem, sed filium regis regnare iubet: quòd si filius non exstet, fratrem: Me igitur, inquit Agesilaus, regnare oporteat. Quo pacto, inquit ille, me filio superstite? quia, inquit, is, quem patrem appellas, te filium suum negauit esse. Quin ea, quæ multo certius scit, quàm ille, mater, etiam nunc idem dicit. Iam verò Neptunus index aduersus te, mentiri te indicauit, qui patrem tuum ex lecto geniali terræ motu excussum in propatulo posuit. Testimonium in te vnà cum eo dixit & id, quod verißimum esse dicitur, tempus. Nam posteaquàm Agis cum matre tua postremùm rem habuit, & in lecto geniali postremùm visus est, mense decimo natus es. Talia quidem hi dicebant. Diopithes autem, homo oraculorum interpres clariß. Leotychidæ suffragans, dicebat Lacedæmonios oraculo Apollinis moneri, vt regnum claudum vitent. Lysander verò et pro Agesilao contrà respondebat, ac referebat, se non existimare, deum hoc vetare, nequis pede offenso titubet, aut claudicet, sed potius ne quis, non ex Herculis genere, regnet. Omnino enim claudum esse regnum cùm qui non ab Hercule prognatus est, ciuitati præest. Talibus ab vtroque auditis, ciuitas Agesilaum regem creauit. Proferunt autem oraculum illud Plutarchus in Ages. & Pausanias in Laconicis. quod tale est,*

> Φράζεο δὴ Σπάρτη καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα,
> Μή σευ ἀρτίποδος βλάψῃ χωλὴ βασίλεια, *id est,*
> *Sparta vide, sis ipsa ferox licet atque superba,*
> *Ne te, quæ recta es, lædat claudo pede regnum.*

17. *vt ostendimus suprà) in Lysandro: quem fuisse Aristocriti filium, quia fugit nos admonere lectorem suo loco, hîc vel alieno relatum sit potius, quàm prætermissum.*

18. *persuasit Lacedæm.) Immo verò Lysander (vt tradit Plutarchus) cupiens in Asiam reuerti, & amicis suis, quos in Asiæ vrbibus reliquerat, opitulari: cùm quidam nuntiassent, Persarum regem exercitum & classem comparare, vt Lacedæmonios è mari pelleret: Agesilao persuasit, vt huius belli gerẽdi prouinciam sibi deposceret, & quàm longißimè à patria bellaret, & regis Persarum apparatum anteuerteret: eadémque opera, atque uno tempore ad amicos suos eos, qui erant in Asia, scripsit, vt certos homines Lacedæmonem mitterent, qui Agesilaum imperatorem poscerent. Sic fere Xenophon lib. 3. de reb. Græc.* μετὰ ταῦτα Ἡρώδας τις Συρακούσιος ἐν Φοινίκῃ ὢν, μετὰ ναυκλήρου τινός, καὶ ἰδὼν τριήρεις φοινίσσας, &c. ἐξήγγειλε τοῖς Λακεδαιμονίοις ὡς βασιλέως, καὶ Τισσαφέρνους τὸν στόλον τοῦτον παρασκευαζομένων· ὅποι δὲ, οὐδὲν ἔφη εἰδέναι. ἀνεπτερωμένων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ τοὺς συμμάχους συναγα-

γιγνομένων, καὶ βουλευομένων τί χρὴ ποιεῖν, Λύσανδρος νομίζων καὶ τῷ ναυτικῷ πολὺ περιέσεσθαι τοὺς Ἕλληνας, καὶ τὸ πεζὸν λογιζόμενος ὡς ἐσώθη τὸ μετὰ Κύρου ἀναβάν, πείθει τὸν Ἀγησίλαον ὑποστῆναι, ἢν αὐτῷ δῶσι τριάκοντα Σπαρτιατῶν, ἐς δισχιλίους δὲ τῶν νεοδαμωδῶν, ἐς ἑξακισχιλίους δὲ τὸ σύνταγμα τῶν συμμάχων, στρατεύεσθαι ἐς τὴν Ἀσίαν. πρὸς δὲ τούτῳ τῷ λογισμῷ, καὶ αὐτὸς συνεξελθεῖν αὐτῷ ἐβούλετο, ὅπως τὰς δεκαρχίας τὰς κατασταθείσας ὑπ' ἐκείνου ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐκπεπτωκυίας δὲ διὰ τοὺς ἐφόρους, οἳ τὰς πατρίους πολιτείας παρήγγειλαν, πάλιν καταστήσειε μετ' Ἀγησιλάου. i. Postea verò Herodas quidam Syracusanus, cùm in Phœnicia esset cum quodam nauclero, & triremeis Phœnissas vidisset, &c. id Lacedæmoniis nuntiauit, tanquam rex Persarum, & Tissaphernes hanc classem compararent. quò autem, scire se negauit. Lacedæmoniis porrò hoc nuntio excitatis atque erectis. cùm socios suos in vnum coëgissent, & quid opus esset facto, vnà consultarent: Lysander existimans classe Græcos longè superiores futuros, & pedites, qui cum Cyro in Asiam profecti erant, seruatos esse incolumeis cum animo suo reputans, persuadet Agesilao vt promittat ac recipiat Lacedæmoniis, si sibi dent cineis Spartanos triginta, qui sibi in consilio adsint, nouorum ciuium autem ad duo millia, sociorum ad sex millia, se Asiæ bellum illaturum. In hac ratione ineunda vnà cum eo in Asiam proficisci volebat, vt decemuiraleis potestates in vrbibus Asiæ ab illo constitutas, quæ ab ephoris sublatæ erāt, qui antiquam & patriam reip. administrandæ formam seruari iusserant, cum Agesilao restitueret. Idem in Ages. paullo aliter, quàm in lib. 3. de reb. Gr. & fere ita vt Probus. sic enim ille. ἄρτι δὲ ὄντος αὐτοῦ ἐν τῇ ἀρχῇ ἐξηγγέλθη βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πολὺ στράτευμα, ὡς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. βουλευομένων δὲ περὶ τούτων Λακεδαιμονίων, καὶ τῶν συμμάχων Ἀγησίλαος ὑπέστη, ἐὰν δῶσιν αὐτῷ τριάκοντα μὲν Σπαρτιατῶν, δισχιλίους δὲ νεοδαμώδεις, εἰς ἑξακισχιλίους δὲ τὸ σύνταγμα τῶν συμμάχων, διαβήσεσθαι εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ πειράσεσθαι ἀναγκάζειν τὸν βασιλέα ἢ εἰρήνην ποιῆσαι, ἢ, ἂν πολεμεῖν βούλεται ὁ βάρβαρος, ἀσχολίαν αὐτῷ παρέξειν στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. i. Tantùm quòd autem Agesilaus regnum obtinere cœperat, cùm allatus est nuntius, regem Persarū classem, & exercitum pedestrem ingentem comparare, tanquam Græcis bellum illaturum. Consultantib. autem his de rebus Lacedæmoniis, ac sociis, Agesilaus promisit ac recepit si sibi dederint Lacedæmonij quinquaginta Lacedæmonios, quorum consilio vtatur, nouorum ciuium tria millia, sociorum autem ad sex millia, se in Asiam transiturum, & vel regem Persarum, vt pacem faciat, cogere conaturum atque experturum: vel, si bellum paci barbarus anteponat, se tantum ei negotij exhibiturum, vt de bello Græcis inferendo desinat cogitare. Diod. autem lib. 14. sic hanc rem narrat. κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Λακεδαιμόνιοι προορώμενοι τὸ μέγεθος τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου, τὸν ἕτερον τῶν βασιλέων Ἀγησίλαον ἐπέστησαν τοῖς πράγμασιν. οὗτος δὲ ἑξακισχιλίους στρατιώτας ἐπιλέξας, τριάκοντα δὲ τῶν πολιτῶν εἰς τὸ συνέδριον τοὺς ἀρίστους καταστάξας, διεβίβασε δύναμιν ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς Ἔφεσον. i. In Græcia autem Lacedæmonij belli Persici magnitudinem prouidentes, alterum ex regib. Agesilaum reb. gerendis præfecerunt. Hic autem sex militum millibus, & triginta Spartiatarum fortissimis, atque optimis ad consilium cum eis ineundum sumtis, traiecit exercitum ex Asia Ephesum. Sed non videtur silentio prætereundum quod scriptum reliquit Plutarchus in apophth. Lacon. neque vsquam alibi reperi, Agesi-

laum, cùm vellet regi Persarum bellum inferre, vt Graecos, qui erant in Asia, liberaret, consultũ iuisse Dodonaeum oraculũ: cùm autẽ Iuppiter Dodonaeus responso suo Agesilai consilium, conatúmque approbasset, responsúmque Iouis ephoris renuntiasset: illos iußisse eum eadem de re Delphos proficisci, & Apollinem consulere: cùm ille ad oraculum Delphicum peruenisset, Apollinem sic interrogasse, Apollo, idémne tibi videtur, quod patri? cùm ille idem, quod patri, sibi probari respondisset, Idque Agesilaus Lacedaemoniis renuntiasset, imperatorem ad bellum Persicum missum esse. Verba Plutarchi Graeca non ascribam.

19. *bellúmque regi fac.) sic saepe loquitur M. Tullius, exempli causa lib. 6. accus. Tu, quos seruos arma capere, ac bellum facere in Sicilia voluisse cognoras, & de consilij sententia indicaras, hos, &c. & Catilinaria secunda. nullus rex, qui bellum populo Ro. facere poßit.*

20. *docens satius esse) sic Xenophon in Ages.* εὐθὺς μὲν οὖν πολλοὶ ἠγάσθησαν, αὐτὸ τοῦτο ἐπιθυμῆσαι, ἐπειδὴ ὁ Πέρσης πρόσθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διέβη, ἀντιδιαβῆναι ἐπ' αὐτόν, τό, τε αἱρεῖσθαι ἐπιόντα μᾶλλον, ἢ ὑπομένοντα, μάχεσθαι αὐτῷ· καὶ τὸ τἀκείνου δαπανῶντα μᾶλλον, ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων, βούλεσθαι πολεμεῖν· κάλλιστον δὲ πάντων ἐκρίνετο, μὴ περὶ τῆς Ἑλλάδος, ἀλλὰ περὶ τῆς Ἀσίας τὸν ἀγῶνα καθιστάναι. *i. Statim igitur multi admirati, atque amplexi sunt Agesilai conatum, quòd cùm Persae antea in Graeciã transissent, nunc Agesilaus contrà in Persas transire cuperet, & quòd eum adortus, quàm eius aduentu exspectato, cum eo dimicare: résque illius, quàm Graecorum, consumendo, bellum gerere mallet. Omnium autem pulcherrimum iudicabatur, eũ non de Graecia, sed de Asia certare. Non laudat tamen Isocrates hunc Agesilai conatũ, in oratione ad Philippum, eò quòd non prius Graecos inter se conciliarit, quàm regi Persarum bellum inferret.*

21. *namque fama exierat.) secuti sumus exempla Basileens. aliáque multo antiquißima: quae sic habent. Nam in Venetis & Florent. impressum est, famam exire, vt sint verba Agesilai scilicet, non Probi: minus rectè, opinor.*

22. *imparatos, imprud.) sic locutus est suprà in Datame. ibi. facilius se imparatum, imprudentémque parua manu oppressurum.*

23. *offenderet)* καταλάβοι, *occuparet, deprehenderet, opprimeret, reperiret. Sic loquitur & M. Tull. lib. 2. epistol. ad famil. aut ne ad eã meditere, imparatum te offendam. & Terentius Heautont. Texentem telam studiosè ipsam offendimus.*

24. *indutias à Lacone petiuit) Xenoph. lib. 3. de reb. Gr.* ἐπεὶ δ' ἐκεῖ ἀφίκετο, πρῶτον μὲν Τισσαφέρνης πέμψας, ἤρετο αὐτόν, τίνος δεόμενος ἥκοι. ὁ δ' εἶπεν, ὅτι αὐτονόμους καὶ τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις εἶναι, ὥσπερ καὶ τὰς παρ' ἡμῖν ἐν Ἑλλάδι· πρὸς ταῦτα εἶπεν ὁ Τισσαφέρνης, εἰ τοίνυν θέλεις σπείσασθαι ἕως ἂν ἐγὼ πρὸς βασιλέα πέμψω, οἶμαι ἄν ταῦτα διαπράξασθαι. ἀλλ' οἶμαι ἄν σοι ταῦτα διαπραξαμένου, ἀποπλεῖν, εἰ βούλοιο. ἀλλὰ βουλοίμην ἄν, ἔφη, εἰ μὴ οἰοίμην ὑπὸ σοῦ ἐξαπατᾶσθαι. ἀλλ' ἔξεστιν, ἔφη, σοι τούτων πίστιν λαβεῖν, ἦ μὴν ἀδόλως σου πράττοντος ταῦτα, ἡμᾶς μηδὲν τῆς σῆς ἀρχῆς ἀδικήσειν ἐν ταῖς σπονδαῖς. ἐπὶ τούτοις ῥηθεῖσι Τισσαφέρνης μὲν ὤμοσε τοῖς πεμφθεῖσι, *&c. i. Posteaquàm autem illuc (Ephesum) peruenit Agesilaus, primùm quidem Tissaphernes mißis ad eum certis hominibus, interrogauit eum, quamobrem veniret. Ille autem respondit, se ea gratia venire, vt ciuitates, quae sunt in Asia, proinde liberae sint. & suis legib. viuan-*

tur, vt quæ sunt in Græcia. Ad hæc Tissaphernes, Si vis, inquit, mecum pacisci, & facere indutias dum ad regem mitto, spero me hoc confecturum. At puto me, inquit Agesilaus, si ista confeceris, in Græciam reuersurum, si velis. Ego verò velim, inquit ille nisi verear ne à te decipiar. At licet tibi, inquit Agesilaus, horũ fidem accipere, si ista sine dolo conficias, Me sine maleficio & iniuria per totam prouinciam tuam intra indutiarum & fœderum tempus, iter facturum. His condicionibus latis, & his verbis præscriptis, iurauit Tissaphernes iis, qui ab Agesilao missi ad eum fuerant, Erippidæ, & Dercyllidæ, & Megalio, se sine dolo pacem seruaturum. Illi autem contrà iurarunt, &c. Idem in Agesil. paullo breuius. Τισσαφέρνης μὲν ὤμοσεν Ἀγησιλάῳ, εἰ σπείσαιτο ἕως ἔλθοιεν οὓς πέμψειε πρὸς βασιλέα ἀγγέλους, διαπράξεσθαι αὐτῷ ἀφεθῆναι αὐτονόμους τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις ἑλληνίδας. Ἀγησίλαος δὲ ἀντώμοσεν, &c. i. Tissaphernes quidem iurauit Agesilao, si secum pacisceretur indutias, donec nuntios ad regem mitteret, se ei effectum daturum, vt ciuitates Græcorum, quæ sunt in Asia, liberentur, suisque legibus vti poßint. Agesilaus autem contrà iurauit, se indutias sine dolo seruaturum, tribus mensibus ad rem conficiendam præfinitis. Polyænus hac de re sic lib. 2 strategem. Ἀγησίλαος εἰς Ἀσίαν ὅτι διέβη, καὶ τὴν βασιλέως ἐλυμαίνετο, Τισσαφέρνης ἀνοχὰς συνέθετο. αἱ δὲ ἀνοχαὶ εἰς τρεῖς μῆνας ἐφ᾽ ᾧ τὸν βασιλέα πεῖσαι, ὅσαι πόλεις ἑλληνίδες ἐν Ἀσίᾳ, αὐτονόμους ἀφεῖναι. οἱ μὲν οὖν ἕλληνες ἀνέμενον τὴν προθεσμίαν. ὁ δὲ ἀθρόως πολλὴν χεῖρα συλλέξας ἐπέθετο τοῖς ἕλλησι. ὀρρωδία καὶ φόβος. Ἀγησίλαος δὲ καὶ φαιδρὸς τὴν ὄψιν, δηλαδὴ χαιρόμενος ἐστρατήγησε, λέγων ὅτι χάριν οἶδε Τισσαφέρνῃ τῆς ἐπιορκίας. ἑαυτῷ γὰρ πολεμίους τοὺς θεοὺς ἐποίησεν, ἡμῖν δὲ συμμάχους. ἴωμεν θαρροῦντες, ὡς μαχούμενοι μετὰ τηλικούτων συμμάχων. ἀνεθάρρησαν οἱ ἕλληνες τῷ λόγῳ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ συμβαλόντες, ἐνίκησαν τοὺς βαρβάρους. i. Agesilaus cùm in Asiã transiisset, & regis Persarũ imperij fineis popularetur, Tissaphernes indutias cum eo pactus est. Indutiæ autem trium mensium fuerunt, his condicionibus, vt regi Persarum persuaderet, quotquot Græcorum ciuitates essent in Asia, vt eas suis legibus vti sineret, & liberaret. Græci igitur diem præstitutam exspectabant. Tissaphernes autem magna manu facta Græcos inuasit Illi totis castris metu trepidare. At Agesilaus contrà hilari vultu, gaudens scilicet, exercitum ducebat, cùm diceret se Tissapherni habere gratiam, quòd peierasset. sibi enim (inquit) deos inimicos, atque infestos reddidit, nobis autem adiutores, ac socios adiunxit. Eamus igitur bona spe freti, tanquam prœlium commissuri, tam potentib. belli adiutoribus ac sociis ad nos aggregatis. Animus Græcis accessit imperatoris oratione cõfirmatus: & prælio commisso, barbaros superarũt. Piget ascribere quæ Plutarchus eadem de re tradit in Agesil. pag. 3 ἐπεὶ δὲ Τισσαφέρνης ἐν ἀρχῇ μὲ φοβηθεὶς τὸν Ἀγησίλαον, ἐποιήσατο σπονδὰς, &c. i. Postea quàm autem Tissaphernes cùm initiò Agesilaum pertimuisset, indutias cum eo fecit, &c. satis est enim mihi locum lectori indicasse.

25. vt Lacedæmoniis cum rege conu.) vt Lacedæmonij à rege quæ vellent, impetrarent: id est, vt rex Persarum sineret ciuitates Græciæ, quæ erant in Asia, esse liberas, & vti suis legibus. Ita enim futurum erat, vt Lacedæmoniis cum rege conueniret.

26. re autem vera ad cop. comp.) repete ἀπὸ κοινοῦ, petiuit. Nam hæc verborum

ser ies est, petiuit inducias à Lacone, simulãs se d. op. &c. sed re vera petiuit inducias ad cop comp.

27. trimestre.) sic Xenophon, Plutarchus, Polyænus, vt suprà ostendimus.

28. sine dolo.) ἀδόλως, bona fide.

29. in qua pactione.) manere in officio, manere in fide, manere in sententia, manere in pactione & pulchrè dictum, & bonis scriptorib. vsitatum, & à Græcis expressum, atque imitatum. sic enim illi ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς, τοῖς ὡμολογημένοις, τοῖς νομίμοις, seu τῷ νόμῳ, & sim. Virgil. lib. 8. æn. at tu dictis Albane maneres. sine præpositione.

30. contra ea) sic solet loqui Probus, vt alibi indicauimus: pro quo alij contrà, simpliciter. quanquam etiam à Cæsare aliquando, contra ea, vsurpatum esse ostendimus.

31. quòd Tissaphernes periur) sic Xenophõ in Agesilao. ὁ μὲν δὴ Τισσαφέρνης ἃ ὤμοσεν, εὐθὺς ἐψεύσατο. ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰρήνην πράττειν, στράτευμα πολὺ παρὰ βασιλέως, πρὸς ᾧ πρόσθεν εἶχε, μετεπέμπετο. Ἀγησίλαος δέ, καίπερ αἰσθόμενος ταῦτα, ὅμως ἐνέμενε ταῖς σπονδαῖς. i. Tissaphernes igitur, quæ iurauit, continuò mẽdacio perturbauit. Nam pro eo vt pacem seruaret, magnum exercitum à rege, præter eum, quem anteà habebat, arcessiuit. Agesilaus verò, quamuis hæc sentiret, tamen in pactione & fœdere manebat. Sic fere idem Xenophon lib. 3. de reb. Græc: atque adeò iisdem propemodum verbis. Polyænus quoque re congruit, vt paullo antè indicauimus: Plutarch. paullo aliter, vt mox ostendemus.

32. suis reb. abalien.) id est, à suis rebus alienaret. licebat & repetita præpositione ita dicere, à suis rebus abalienaret: quo de genere aliàs. Quod ad rem attinet autem, sic Xenoph. in Ages. ἐμοὶ οὖν τοῦτο πρῶτον καλὸν δοκεῖ διαπράξασθαι, ὅτι Τισσαφέρνην μὲν ἐμφανίσας ἐπίορκον, ἄπιστον πᾶσιν ἐποίησεν. ἑαυτὸν δ' αὖ ἐπιδείξας πρῶτον μὲν ὅρκους ἐμπεδοῦντα, ἔπειτα δὲ συνθήκας μὴ ψευδόμενον, πάντας ἐποίησε καὶ Ἕλληνας, καὶ βαρβάρους συνθέσθαι αὐτῷ, εἰ βούλοιτο. i. Mihi igitur primùm videtur hoc præclarè fecisse, quia cùm Tissaphernem declarauit esse periurum, infidum in omneis reddidit: Cùm autem se ostendit, primùm quidem iusiurandum sanctè seruare, deinde verò in pactione manere, neque fidem fallere, effecit vt omnes & Græci & Barbari, si vellet, sese cum eo coniungerent. Idem lib 3 de reb. Gr. Ἀγησίλαος δὲ μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ ἀπαγγεῖλαι Τισσαφέρνει τοὺς πρέσβεις ἐκέλευσεν, ὡς πολλὴν χάριν αὐτῷ ἔχοι, ὅτι ἐπιορκήσας τοὺς μὲν πολεμίους τοὺς θεοὺς ἀντιποίησε, τοῖς δ' Ἕλλησι συμμάχους ἐποίησεν. i. Agesilaus autem valde hilari vultu Tissapherni legatos renunciare iussit, se magnam ei gratiam habere, quòd periurio suo sibi quidem deos iratos reddidisset, Græcis verò adiutores ac socios adiunxisset. Sic Polyænus, Ἀγησίλαος δὲ καὶ φαιδρὸς τὴν ὄψιν, &c. nam suprà iam retulimus.

33. seruata religione) id est, seruato iureiurando. Cic. pro Fonteio. religio iurisiurandi. Idem non semel, neque vno loco, religiosus iudex, religiosus testis. testes autem & iudices iurabant.

35. facere secum.) se adiuuare, ἑαυτῷ συμπράξειν. Cicero pro Cæcinna. rem & sententiam interdicti secum facere fatebatur.

35. *confirmare exercitum.)fiducia, & bona ſpe complere exercitum.* ταῤῥῦναι τὴν δύναμιν, *vel* τὸ ϛρατόν. *ſequitur deinceps cum animaduerteret, ſcilicet exercitus.*

36. *hominéſque ſibi conciliari)ſic edẽdum curaui deleta voce, amiciores, quæ in omneis editiones, quas quidem viderim, ex oris librorum irrepſit, cùm forte ad eas interpretandi gratia, hoc aſcriptum eſſet, è regione verbi, conciliari, id eſt, amiciores fieri. Nam omnino Latinè dici non poteſt, conciliari amicum, ſeu amiciorem. pro fieri amicum, ſeu amiciorem. dicunt enim Latini, vel aliquem conciliari ſimpliciter, vel aliquem amicum fieri, vel amicitiam alicuius conciliari. Quare legendum eſt hoc loco, vel, vt edendum curauimus, hominéſque ſibi conciliari, vel, hominéſque ſibi fieri amiciores, vel hominum ſibi amicitiã conciliari.*

37. *plurima domicilia.) & in eis horti amœniſsimi, arborib. vndique magno ſumtu cõquiſitis, & ceteris reb. ad voluptatem & delicias ſummo artificio comparatis inſtructi. Diod. lib. 14.*

38. *At Ageſil. in Phryg)Xenophon lib. 3. de reb. Gr. paullo aliter hanc rẽ narrat.* ὁ δὲ Τισσαφέρνης καὶ ὅτι ἱππικὸν οὐκ εἶχεν ὁ Ἀγησίλαος, ἡ δὲ Καρία ἄφιππος ἦν, καὶ ὅτι ἡγεῖτο αὐτὸν ὀργίζεσθαι αὐτῷ διὰ τὴν ἀπάτην, τῷ ὄντι νομίσας ἐπὶ τὸν αὑτοῦ οἶκον εἰς Καρίαν αὐτὸν ὁρμήσειν, τὸ μὲν πεζὸν ἅπαν διεβίβασεν ἐκεῖσε· τὸ δ' ἱππικὸν ἅπαν εἰς τὸ Μαιάνδρου πεδίον περιῆγε, νομίζων ἱκανὸς εἶναι καταπατῆσαι τῇ ἵππῳ τοὺς Ἕλληνας πρὶν εἰς τὰ δύσιππα ἀφικέσθαι. ὁ δὲ Ἀγησίλαος ἀντὶ τοῦ ἐπὶ Καρίαν ἰέναι, εὐθὺς εἰς τοὐναντίον ἀποστρέψας, ἐπὶ Φρυγίας ἐπορεύετο, καὶ τάς τε ἐν τῇ πορείᾳ πόλεις κατεστρέφετο, καὶ ἐμβαλὼν ἀπροσδοκήτως, παμπληθῆ χρήματα ἐλάμβανε. *i. Tiſſaphernes autẽ tum quia equitatum non habebat Ageſilaus, Caria autem equis inepta erat, tum quia exiſtimabat eum ſibi iratum eſſe propter fallaciam, re vera arbitratus eum in Cariam, vbi erat eius domicilium, impreſſionem facturum, vniuerſum pedeſtrem exercitum illuc traiecit, equitatum verò in campum Mæandri circumduxit, exiſtimans ſe eo poſſe Græcos conculcare, priuſquàm ad loca aſpera, & ad equitationem minimè opportuna peruenirent. At Ageſilaus pro eo vt in Cariam inuaderet, ſtatim flexo in contrarias partes itinere in Phrygiam contendit, & vrbeis, quæ ei obuiã factæ ſunt, ſubegit, eáſque inſperatò adortus, multarũ pecuniarum potitus eſt. Atque idem ita fere, iiſdémque verbis in Ageſ. Polyænus autem lib. 2. Strateg. in ceteris cum Probo & Xenophonte ferè congruens, in hoc diſcrepat, quòd illi Ageſilaum Phrygiam, hic Lydiam peruaſiſſe ac diripuiſſe narrat. Sic enim Polyænus.* Ἀγησίλαος ἐπὶ Σάρδεις ἐλαύνων καθῆκε λογοποιούς, ὡς ἐξαπατῴη Τισσαφέρνην. στέλλεται μὲν γὰρ φανερῶς ἐπὶ Λυδίας, τρέψεται δὲ ἀφανῶς ἐπὶ Καρίας. ἠγγέλθη ταῦτα Τισσαφέρνει. ὁ μὲν σὺν Πέρσαις ὥρμησε Καρίαν φυλάττειν. ὁ δὲ Λάκων κατέδραμε Λυδίαν, καὶ λείαν πολλὴν κατήλασεν. *i. Ageſilaus cùm in Sardeis exercitum duceret, miſit homines, qui hos rumores diderẽt ac diſsiparẽt, Ageſilaum fucũ facere, & verba dare Tiſſapherni. apertè enim & ſpecie in Lydiam inuadere: occultè verò, & re vera in Cariam. Hæc Tiſſapherni nuntiata ſunt. Perſæ igitur inſtituit Cariam tutari. Laco verò Lydiam peruaſit, & magnam prædam egit. Sic & Frontin. lib. I. cap. 8. Ageſilaus Lacedæmonius cùm inferret bellum Tiſſapherni, Cariam ſe petere ſimulauit, quaſi aptius locis montoſis aduerſus hoſtem equitatu præualentem pugnaturus. Per hanc conſilij*

ostensionem aduocato in Cariam Tissapherne, ipse in Lydiam, vbi caput hostium regni erat, irrupit, oppressisque, qui illic agebant, pecunia regia potitus est. Plutarchus autem in Agesil. cum Probo congruens, εὐθὺς οὖν ἀμειψάμενος *(inquit)* Ἀγησίλαος ἀπάτῃ δικαίᾳ τὴν Τισσαφέρνους ἐπιορκίαν, ἐπίδειξιν ὡς ἐπὶ Καρίαν προάξων· ἐκεῖ δὲ τοῦ βαρβάρου τὴν δύναμιν συναθροίσαντος, ἄρας εἰς Φρυγίαν ἐνέβαλε· καὶ πόλεις μὲν εἷλε πολλὰς, καὶ χρημάτων ἀφθόνων ἐκυρίευσεν, ἐπιδεικνύμενος τοῖς φίλοις, ὅτι τὸ μὲν σπεισάμενον ἀδικεῖν, τῶν θεῶν ἐστι καταφρονεῖν· τὸ δὲ τοὺς πολεμίους παραλογίζεσθαι οὐ μόνον τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ δόξα πολλὴ, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς κερδαίνειν ἔνεστι. *i. Statim igitur Agesilaus iusto dolo Tissaphernis periuriū vltus, præ se tulit, se in Cariam progressurū. cùm autem barbarus illuc copias suas contraxisset, castris motis in Phrygiam inuasit. atque vrbeis quidem cepit multas & multarum pecuniarum compos factus est, ostendens amicis, iniuriam alteri facere, posteaquàm fœdus percusseris, esse deos contemnere: in decipiendis verò hostibus non ius solùm, verùm etiam magnam gloriam & lucrum cum voluptate coniunctum inesse.*

39. *Ephesum hiematum) Xenophon lib. 3. de reb. Gr. & in Agesil.* ἐπειδὴ δ' ἔαρ ὑπέφαινε, συνήγαγε πᾶν τὸ στράτευμα εἰς Ἔφεσον. *i. vbi autem ver appropinquare cœpit, vniuersum exercitum Ephesum contraxit. Idē lib. 3. de reb. Gr. eandem rem narrans, eademque quoque verba iterat. Causam autem cur longius non sit progressus, hanc affert, quia exta sacrificanti parum læta fuerant, victimæ sine fibris exstiterant: quod & à Diodoro lib. 14. relatum est, his verbis.* Ἀγησίλαος δ' ἐπεχείρησε μὲν εἰς τὰς ἄνω προάγειν σατραπείας, ἐν δὲ τοῖς ἱεροῖς οὐ δυνάμενος καλλιερῆσαι, πάλιν ἀπήγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. *i. Agesilaus autem conatus est quidem in superiores præfecturas progredi, sed ab extis minus lætis deterritus, exercitum ad mare reduxit. Præterea cognouit, se, nisi equitatum haberet, barbaris imparem futurum iccirco equitatum sibi esse comparandum existimauit. Xenoph lib. 3. de reb. Gr.* γινώσκων δ' ὅτι, εἰ μὴ ἱππικὸν ἱκανὸν κτήσαιτο, οὐ δύναιτο κατὰ τὰ πεδία στρατεύεσθαι, ἔγνω τοῦτο κατασκευαστέον εἶναι, ὡς μὴ δραπετεύοντα πολεμεῖν δέοι. *i. Cùm autem videret nisi equitatum idoneum haberet, se non posse in apertis campis & exporrectis, planisque locis bellum gerere, existimauit sibi hunc esse comparandum, ne necesse haberet fugiens prœliari. sic fere & in Agesil. Quo consilio autem, & qua arte vsus sit ad equitatum quàm primùm parandum, operæpretium est ex eodem scriptore cognoscere, cuius hæc verba sunt lib. 3. de reb. Gr. neque admodum differunt, quæ scripsit in Agesil. sic igitur ille.* καὶ τοὺς μὲν πλουσιωτάτους ἐκ πασῶν τῶν ἐκεῖ πόλεων ἱπποτροφεῖν κατέλεξε. προειπὼν δὲ ὅστις παρέχοι ἵππον, καὶ ὅπλα, καὶ ἄνδρα δόκιμον, ὅτι ἐξέσται αὐτῷ μὴ στρατεύεσθαι, ἐποίησεν οὕτω συντόμως πράττεσθαι, ὥσπερ ἄν τις τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθανούμενον προθύμως ζητοίη. *i. & diuitissimas quidem ex omnibus Asiæ ciuitatibus delegit, qui equos alerent. cùm autem prædixisset, quisquis equum, & arma, & virum spectatum ac probatum præberet, ei se vacationem militiæ daturum, assecutus est vt ita celeriter ea res ageretur, tanquam si quis eum, qui pro se moriturus esset, cupidè & alacriter exquireret. Plutarch. in Agesil.* τοῖς δὲ ἱππεῦσιν ἐλαττωθεὶς, καὶ τῶν ἱερῶν ἀλόβων φανέντων, ἀναχωρήσας εἰς Ἔφεσον, ἱππικὸν συνῆγε, τοῖς εὐπόροις προειπὼν, εἰ μὴ βούλονται στρατεύεσθαι, παρασχεῖν ἕκαστον ἵππον ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ ἄνδρα, *&c. i. Cùm autem aduersarios equitatu præstare, & sum-*

periores esse animaduerteret, & prætereà sacrificanti victimæ sine extorum fibris repertæ essent, Ephesum se recepit, & equitatum comparauit: quod vt maturè fieret, hoc pacto assecutus est. Prædixit diuitibus, & copiosis, vt si militiam obire nollent, equum quisque & virum pro se præberet: erant autem hi multi. Ita contigit Agesilao, vt pro peditibus leuioris & grauioris armaturæ, citò multos equites idoneos, & militareis haberet. Idem apophth. Lacon. τοῖς δ' ἱππεῦσιν ἐλαττωθεὶς, ἀνεχώρησεν εἰς Ἔφεσον, καὶ τοῖς εὐπόροις προεῖπε παρέχειν ἵππον ἀνθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἄνδρα, ἀπολυομένους τῆς στρατείας· ὥστε ταχὺ συνήχθησαν ἵπποι καὶ ἄνδρες ἐπιτήδειοι ἀντὶ δειλῶν καὶ πλουσίων. τὸν Ἀγαμέμνονα ἔφη ζηλοῦν. καὶ γὰρ ἐκεῖνον θήλειαν ἵππον ἀγαθὴν λαβόντα κακὸν ἄνδρα καὶ πλούσιον τῆς στρατείας ἀπολῦσαι. *i. Equitibus autem inferior, Ephesum se recepit, & diuitibus edixit, vt equum pro se, & virum quisque præberet, ea lege, vt à militia immunis esset, atque vbi equi & viri idonei pro ignauis & diuitibus coacti sunt, Agamemnonem se æmulari dixit. Nam illum quoque bona equa accepta, hominem ignauum & diuitem militiæ munere solutum è castris missum fecisse.*

40 *Præmia proposuit) Xenoph. eod. lib. de reb. Gr.* ἀσκῆσαι δὲ αὐτὸ βουλόμενος, ἆθλα προὔθηκε ταῖς τε ὁπλιτικαῖς τάξεσιν, ἥτις ἄριστα σωμάτων ἔχοι, καὶ ταῖς ἱππικαῖς, ἥτις κράτιστα ἱππεύοι, καὶ πελτασταῖς δὲ, καὶ τοξόταις ἆθλα προὔθηκεν, ὅσοι κράτιστοι πρὸς τὰ προσήκοντα ἔργα φανεῖεν. *i. cùm autem exercitum vellet exercere, & ordinibus peditum grauioris armaturæ, qui optimè corporib. essent constituti, & equestribus, qui optimè equitarent, præmia proposuit: peltastis quoque, & sagittarijs præmia proposuit, qui optimè exercitati ad munera sibi accommodata viderentur.*

41. *quibus donar. quorum) quibus donarentur ij, quorum egr. &c. sæpe iam admonuimus sic solere Probum, seu Nepotem loqui, nempe tacito antecedenti ponere relatiuum. exempli causa in Datame: in itinere conuenit, qui Aspim ducebant. i. conuenit eos, qui &c. ibid. Vtrique locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mittunt: id est vtrique aliquos mittunt, qui locum expl. &c. Idē in Themist. sed ego potissimùm Thucydidi credo, quòd ætate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt. id est proximus erat Themistocli. omnium, subintell. vel ex omnibus, qui illorum &c. infrà ibid. Ita prædicabat mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent. subintelligendum eos. Idem in Chabria. sed omneis, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat, eúmque magis milites, quàm qui præerant, suspiciebant. hic quoque subintelligendum eos, hoc modo, quàm eos, qui, &c.*

42. *Fecit idem in exercitation. gen.) hoc plurib. verbis persequitur Xenoph. in Agesil. & lib. 3. de reb. Gr. ex quibus hæc ascripsisse satis habebo.* ἐκ δὲ τούτου παρῆν ὁρᾶν τὰ μὲν γυμνάσια πάντα μεστὰ ἀνδρῶν τῶν γυμναζομένων· τὸν δ' ἱππόδρομον, τῶν ἱππαζομένων· τοὺς δὲ ἀκοντιστὰς, καὶ τοὺς τοξότας μελετῶντας. ἀξίαν δὲ καὶ ὅλην τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἦν, τὴν Ἔφεσον, θέας ἐποίησεν· ἥ τε γὰρ ἀγορὰ ἦν μεστὴ παντοδαπῶν καὶ ἵππων, καὶ ὅπλων, οἵ τε χαλκοτύποι, καὶ οἱ τέκτονες, καὶ οἱ χαλκεῖς, καὶ οἱ σκυτοτόμοι, καὶ οἱ ζωγράφοι πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον, ὥστε τὴν πόλιν ὄντως οἴεσθαι πολέμου ἐργαστήριον εἶναι. *i. Ex hac autem videre erat gymnasia quidem omnia virorum sese exercentium plena: hippodromum verò (id est, curriculum, seu spatium, in quo currere solent equites)*

virorum

virorum equitantium: iaculatores, & sagittarios, meditanteis. Iam verò etiam *vrbem, in qua erat*, Ephesum, *totam visendam, & spectatu dignam reddidit.* Nam *& forum equis omnis generis, & armis erat refertum: & fabri ærarij, & fabri lignarij, & fabri ferrarij, & sutores, & pictores omnes arma militaria conficiebant, ita vt existimares, vrbem re vera belli esse officinam.*

43 *Huic cùm temp.) delendum puto vocem tempus, vt ita legatur, huic cùm esset visum copias extrahere, &c. sic autem loquuntur* Latini, *visum est mihi dicere, scribere, facere.* Cic. in Catone Maiore. *Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere.*

44 *palàm pronuntiasset) pleonasmus. nam pronuntiare, est prodicere, siue palàm dicere.*

45 Sardeis) *vrbem* Lydiæ *regiam.* Horat. *epist.* XI *lib.* I. *Quid concinna* Samos, *quid* Crœsi *regia,* Sardis?

46 *eandem* Carian) *quam antea tutatus fuerat.* Xenoph. *lib.* 3. ἐκ. ὁ μὲν τοι Τισσαφέρνης ταῦτα μὲν ἐνόμισε λέγειν αὐτὸν, πάλιν βουλόμενον ἐξαπατῆσαι, εἰς Καρίαν δὲ νῦν τῷ ὄντι ἐμβαλεῖν. τό, τε οὖν πεζὸν, καθάπερ τὸ πρόσθεν, εἰς Καρίαν διεβίβασε, καὶ τὸ ἱππικὸν εἰς τὸ Μαιάνδρου πεδίον κατέστησεν. ὁ δὲ Ἀγησίλαος οὐκ ἐψεύσατο, ἀλλ᾽, ὥσπερ προεῖπεν, εὐθὺς ἐπὶ τὸν Σαρδιανὸν τόπον ἐχώρει. i. Tissaphernes *igitur hæc quidem eum dicere existimauit, quòd iterum fallere vellet, sed nunc re vera in campum* Mæandri *irrupturum. Itaque & pedestreis copias, vt antea, in* Cariam *traiecit, & equitatum in* Mæandri *planitie constituit. At* Agesilaus *non mentitus est: sed, quemadmodū prædixerat, statim in locum* Sardianum *contendit. Sic &* Plutarch. *in* Agesil. καιροῦ δ᾽ ὄντος αὖθις ἐμβαλεῖν εἰς τὴν πολεμίαν, προεῖπεν εἰς Λυδίαν ἀπάξειν, καὶ οὐκέτι ψευδόμενος, ἐνταῦθα Τισσαφέρνην, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος ἑαυτὸν ἐξηπάτησε, διὰ τὴν ἔμπροσθεν ἀπάτην ἀπιστῶν Ἀγησιλάῳ, καὶ νῦν οὖν αὐτὸν ἅψεσθαι τῆς Καρίας νομίζων, οὔσης δυσίππου, πολὺ τῷ ἱππικῷ λειπόμενον, &c. i *Cùm autem tempus iam esset iterum in terram hostilem irruendi, prodixit* Agesilaus *se in* Lydiam *exercitum ducturum, neque iam hic mentiens,* Tissaphernem, *sed ille seipsum decepit, propter superiorem fallaciam* Agesilaum *falsum pronuntiare suspicans, & nunc quoque existimans eum in* Cariam *iturum, quæ esset ad equitationem inepta, equitatu longè inferiorem.* Est *autem* Caria Lydiæ *proxima, ac finitima.*

47. *serò suis præsidio prof.) quarto die pòst quàm* Agesilaus *iam* Lydiam *ingressus ac populatus erat, vt tradit* Xenoph. *iisdem locis.*

48. *magna erat præda potitu.)* Xenoph. *iisdem locis,* πολλὰ τὰ ἐπιτήδεια τῷ στρατῷ εἶχε. al. παρεῖχε. *hoc tantùm. i. multas res exercitui necessarias parauit.*

49. *numquam in campo, conflixit tamen ad* Mæandrum Agesilaus, *quòd videbat nondum peditatum hostium adesse: & cùm hostes, præmissi ab* Agesilao *equitatus, interea dum pedestreis copias instruit, ac disponit, impetum satis fortiter excepissent, reliquo iam exercitu producto, illi statim terga dederunt, & eorum alij in* Mæandrum *se præcipiteis egerunt, alij in fuga spem salutis posuerunt.* Agesilaus *autem castris hostium potitus est, & plus quam septuaginta talenta prædæ nactus est, & camelos tum primùm barbarorum cepit, quos in* Græciam *abegit. Sic* Xenoph. *lib.* 3. *de reb.* Gr. ἔνθα δὴ Ἀγησίλαος γιγνώσκων ὅτι τοῖς μὲν πολεμίοις

οὔπω παρεῖναι τὸ πεζὸν, αὐτῷ δὲ οὐδὲν ἀπεῖναι τῶν παρεσκευασμένων, καλὸν ἡγήσατο μάχῃ συνάψαι, εἰ δύναιτο, &c. i. Agesilaus non ignorans hostib. nondum præstò esse peditatum, sibi autem nihil eorum, quæ apparata erant, abesse, rectum existimauit prælium committere, &c. Vt nos vertimus. sic fere & Plutarch. Addunt ad superiora alij scriptores, hac victoria parta Agesilaum facultatem adeptum esse Asiæ diripiendæ, eiusque victoriæ beneficio Tissaphernem sui periurij pœnas dantem, iucundissimum atque optatissimum Græcis spectaculum præbuisse. Nam rex Persarum huius cladis accepto nuntio, Tithraustem misit, qui Tissapherni caput præcidendum curaret. Plutarchi verba ascribere libet. ἐκ ταύτης τῆς μάχης οὐ μόνον ὑπῆρχεν αὐτοῖς ἄγειν καὶ φέρειν ἀδεῶς τὴν βασιλέως χώραν, ἀλλὰ καὶ δίκην ἐπιδεῖν Τισσαφέρνην διδόντα, μοχθηρὸν ἄνδρα, καὶ τῷ γένει τῶν Ἑλλήνων ἐπαχθέστατον. ἔπεμψε γὰρ εὐθέως ὁ βασιλεὺς Τιθραύστην ἐπ᾽ αὐτὸν, ὃς ἐκείνου μὲν τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε· τὸν δὲ Ἀγησίλαον ἠξίου διαλυσάμενον ἀποπλεῖν οἴκαδε, καὶ χρήματα διδοὺς αὐτῷ προσέπεμψε. i. ex hoc prælio nõ solùm data eis est facultas regis Persarum terræ impunè populandæ ac vastandæ, verùm etiam licuit eis Tissaphernem pœnas dãtem videre, hominem improbum, & Græcorum generi infestissimum. misit enim ad eum continuò rex Persarum Tithraustem. qui ei quidem caput abscidit, ab Agesilao verò postulauit, vt bello cõposito domũ reuerteretur: & prætereà pecuniã per Tithraustem ad illum misit.

50. nuntius ei domo venit) Diod. lib. 14. Λακεδαιμόνιοι ὁρῶντες τὰς μεγίστας τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων ἐφ᾽ ἑαυτοὺς συνεστηκυίας, ἐψηφίσαντο τόν τε Ἀγησίλαον ἐκ τῆς Ἀσίας μεταπέμψασθαι, καὶ τὴν μετ᾽ αὐτοῦ δύναμιν. i. Lacedæmonij cùm viderent Græciæ ciuitatum maximas societates aduersus se coiuisse, decreuerunt & Agesilaum ex Asia esse arcessendum, & eas, quæ cũ eo essent, copias. Xenoph. de reb. Gr. lib. 4. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπεὶ σαφῶς ᾔσθοντο τά τε χρήματα ἐληλυθότα εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς μεγίστας πόλεις συνεστηκυίας ἐπὶ πολέμῳ πρὸς ἑαυτούς, ἐν κινδύνῳ τε τὴν πόλιν εἶναι ἐνόμισαν, καὶ στρατεύειν ἀναγκαῖον ἡγήσαντο εἶναι. καὶ αὐτοὶ μὲν ταῦτα παρεσκευάζοντο, εὐθὺς δὲ καὶ ἐπὶ τὸν Ἀγησίλαον πέμπουσιν Ἐπικυδίδαν. ὁ δ᾽ ἐπεὶ ἀφίκετο, τά τε ἄλλα διηγεῖτο ὡς ἔχοι, καὶ ὅτι ἡ πόλις ἐπιστέλλοι αὐτῷ, βοηθεῖν ὡς τάχιστα τῇ πατρίδι. i. Lacedæmonij autem posteaquàm certò cognorunt, & pecunias in Græciam à rege Persarũ venisse, & maximas Græciæ ciuitates ad bellum sibi inferendum consensisse: & ciuitatem suam in periculo versari, & exercitum comparandum, bellúmque suscipiendum putauerunt: atque ipsi quidem hæc parabant: statim verò etiam ad Agesilaum mittunt Epicydidam. Ille autem vbi ad Agesilaum peruênit, cùm alia narrabat, vt se haberent, tum ciuitatem ad eum scribere, vt quàm primùm patriæ subueniret. Sic fere & Plutarchus in Ages.

51. quare venire non dub.) quare ne dubitaret, quin sibi veniendum esset: vel, quare ne cunctaretur venire. Sed nónne sic legendum est potius? quare venire ne dubitaret. Hoc loco Plutarchus exclamãs, ὦ βάρβαρα ἐξευρόντες Ἕλληνες κακά, inquit. τί γὰρ ἄν τις ἄλλο τὸν φθόνον ἐκεῖνον προσείποι, καὶ τὴν τότε σύστασιν καὶ σύνταξιν ἐφ᾽ ἑαυτοὺς τῶν Ἑλλήνων; οἳ τῆς τύχης αὐτοὺς φερομένης ἐπελάβοντο, καὶ τὰ ὅπλα πρὸς τοὺς βαρβάρους βλέποντα, καὶ τὸν πόλεμον τῆς Ἑλλάδος ἤδη ἐξῳκισμένον αὖθις εἰς ἑαυτοὺς ἔτρεψαν; i. O qui reperistis barbara vos Græci mala. Quo enim alio quispiam nomine appellet inuidiam illam, & coitionem, & conspirationem, quam tum in se Græci conflane-

runt? qui fortunam sursum se attollentem, represserunt, ac retinuerunt? & arma ad barbaros spectantia, bellúmque è Græcia iam exterminatum, rursus in seipsos verterunt? Hæc Plutarch. *quæ vtinam non item possemus nos* Galli *deflere ac deplorare. Nónne iam duo breuissimo temporis interuallo interposito bella ciuilia excitauimus? nónne ferrum in hosteis* Galliæ *peremneis ac sempiternos, qui nunc nostris malis renident, ac triumphant, paratum ac destrictum, in nos ipsos, conuertimus? nónne florem nobilitatis, summósque imperatores, quibus eramus nostris hostibus horribiles ac formidolosi, discordiis nostris ciuilibus amisimus? nónne nationes longinquas, partim feras, atque immaneis, partim natura, & odio penitus insito nobis inimicas atque infestas, nonnullas etiam finitimas æmulas atque inuidas, vltrò in mediam* Galliam *arcessiuimus, eásque impunè in agris, atque adeò in vrbibus* Galliæ *grassari ac prædari, & quæ olim hostes nostri captis vrbibus facere non solebant, ea in* Gallorum *vxores ac liberos facere & vidimus, & inuiti passi sumus?* Nónne Gallia *ab iis ipsis, qui nobis belli adiutores venisse dicebantur, direpta, ac vastata est? nónne pessima & atrocissima post hominum memoriam facinora specie religionis per cunctam* Galliam *facta sunt?* Nónne *bello publicè composito, legéque obliuionis à rege* Carolo *lata, tamen qui vulgò contra legem regiã ciuileis ac publicas alebãt discordias, attentis auribus audiebantur? nónne pace publica à rege constituta, gladios tamen nondum in vagina reconditos videbamus? nónne miserabileis* Gallorum *cædeis à* Gallis *ipsis & factas audiebamus, & fieri cernebamus?* Ac *malorum quidem, quæ* Græciæ *acciderunt, causam,* Plutarchus *Græcorum in Græcos inuidiæ, seu inuidẽtiæ ascribit: ego verò nostrarum discordiarum, & calamitatum nullam aliam causam, quàm iracundiam diuinam, id est* θεομηνίαν, *nostris flagitiosis, & sceleratis factis, insignique impietate, & iniustitia, & occidendorum passim hominum, conniuentibus magistratibus, impunitate diuturna commotam, atque excitatam esse puto.* Sed *satis querelarum, satis lacrymarum.* Ego *homo alioqui religionis antiquæ retinentissimus, non potui non testari, mihi magnopere placere concordiam.* Mihi *enim persuasum est, illud* Quintij *apud* T. Liuium, *esse verissimum, concordiæ in ciuitatib. principes, & ordines inter se, & in commune omnes ciuitates consulere debere. aduersus cõsentienteis hostem externum neminem satis validum fore. discordiã & seditionem omnia opportuna insidiãtibus facere, cùm pars ea, quæ domestico certamine inferior sit, externo potius se applicet, quàm ciui cedat.* Nunc *ad* Agesilai *ex* Asia *reuocationem redeamus: quam* Pausanias *quoque in* Laconicis *commemorat, eiúsque causam non, vt* Plutarchus, *in* Græcorum *liuorem, atque inuidentiam, sed in alicuius deorum maleuolentiam confert, qui* Agesilao *optatum suorum consiliorum & cogitationum exitum inuiderit. sic enim ille.* καί οἱ θεῶν τις ἐβάσκηνε μὴ ἀγαγεῖν τὰ βουλεύματα εἰς τέλος. *i. & ei deorum aliquis inuidit, ne sua consilia adducere ad exitum posset.* Quasi *verò in deos maleuolentia, aut inuidia vlla cadat.*

52. *suspicienda) admiranda, probanda, magni facienda.*

52. *tanta modest, dicto aud.)* Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. ὁ δὲ Ἀγησίλαος ἐπεὶ ἤκουσε, χαλεπῶς μὲν ἤνεγκεν, &c. i. Agesilaus *autem posteaquàm illum audiuit, me-*

lestè sanè quidem tulit, animo reputans, qualib. honorib. & quali spe orbatus esset: verùm tamen socijs conuocatis quæ à ciuitate mandabantur, eis aperuit, & dixit necesse esse patriæ subuenire. Idem in Agesilao, ἐπεὶ δ' ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι, ἐπείθετο τῷ πείθεσθαι οὐδὲν διαφερόντως, ἢ εἰ * ἐν τῷ ἐφορείῳ, (al. φορείῳ,) ἔτυχεν ἑστηκὼς μόνος παρὰ τοῖς πέντε, μάλα ἔνδηλον ποιῶν, ὡς οὐ πᾶσαν τὴν γῆν δέξαιτο ἀντὶ πατρίδος. i. At posteaquàm ad eum venit scytala à magistratib. vrbanis, vt patriæ subueniret: ita dicto audiens fuit, vt si solus in * Ephoréo. i loco in quem Ephori conuenire solebant, al. curru, seu lectica, stetisset, apud quinqueuiros: planè ostendens ac declarans, se vniuersum terrarum orbem patriæ non antepositurum. Plutarch. Agesil. πῶς οὐκ ἦν ἄξιον τὴν Σπάρτην μακαρίσαι τῆς Ἀγησιλάου τιμῆς πρὸς ταύτην, καὶ τῆς πρὸς τοὺς νόμους εὐλαβείας; ὃς ἅμα τῷ τὴν σκυτάλην ἥκειν, εὐτυχίαν τοσαύτην καὶ δύναμιν παροῦσαν, καὶ τηλικαύτας ἐλπίδας ὑφηγουμένας ἀφεὶς καὶ προέμενος, εὐθὺς ἀπέπλευσεν ἀτελεῖ τῷ ἔργῳ, πολὺν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς συμμάχοις ἀπολιπών. i nónne par erat Spartam beatam eo nomine prædicare, quòd Agesilaus huic tantum honorem haberet, & quòd leges tantopere vereretur, & tam sanctè seruaret, qui simulatque ad eum scytala venit, tanta felicitate, tantóque exercitu, quem tum habebat, & tam magna spe, quæ eum prosequebatur, omissa, ac proiecta, statim ex Asia nauigauit, re infecta, multo sui desiderio sociis relicto? Idem apophth Lacon. πολλὴν δὲ τῆς Ἀσίας ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος διέγνω χωρεῖν ἐπ' αὐτὸν βασιλέα, ὅπως παύσῃ σχολὴν αὐτὸν ἄγοντα, καὶ διαφθείροντα τοὺς τῶν Ἑλλήνων δημαγωγούς. μεταπεμφθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ἐφόρων ἕνεκα τοῦ περιεστηκότος τὴν Σπάρτην Ἑλληνικοῦ πολέμου αἰτίας διὰ τὰ ὑπὸ Περσῶν διαπεμφθέντα χρήματα, εἰπὼν τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα δεῖν ὑπὸ τῶν νόμων ἄρχεσθαι, ἀπέπλευσε τῆς Ἀσίας, πολὺν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς ἐκεῖ Ἕλλησι καταλιπών. i. Cùm autem magnam Asiæ partem subegisset, ac sub ditionem suam subiunxisset, constituit ad ipsum regem contendere, vt ei negotium facesseret, & facultatem corrumpendorum Græciæ contionatorum adimeret. Reuocatus autem ab ephoris propter bellum, quod Spartæ imminebat, ob pecunias à rege missas conflatum, atque excitatum, cùm dixisset bonum imperatorem legibus parére oportere, ex Asia nauigauit, magno sui desiderio Græcis, qui Asiam incolebant, relicto. Idem ibidem deinceps ascribit, τοῦ δὲ Περσικοῦ νομίσματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος, ἀναζευγνύων ἔφη τρισμυρίοις τοξόταις ὑπὸ βασιλέως ἐξελαύνεσθαι τῆς Ἀσίας· τοσούτων γὰρ εἰς Ἀθήνας, καὶ Θήβας κομισθέντων διὰ Τιμοκράτους χρυσῶν δαρεικῶν, καὶ διαδοθέντων τοῖς δημαγωγοῖς, ἐκπολεμωθῆναι οἱ δῆμοι πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας· καὶ ἐπέγραψε τοῖς ἐφόροις ἐπιστολὴν τήνδε. Ἀγησίλαος τοῖς ἐφόροις χαίρειν. Ταὶ πολλὰ τᾶς Ἀσίας καταστρεψάμεθα, καὶ τὼς βαρβάρως ἐλάσαμες, καὶ ἐν τᾷ Ἰωνίᾳ ὅπλα ἐποιήσαμες πολλά. ἐπεὶ δὲ κέλεσθέ με κατὰ ταὶ προθεσμίαι παραγίνεσθαι, ἕπομαι τῇ ἐπιστολῇ, τάχα δ' αὐτὰν καὶ φθασῶ. ἄρχω γὰρ οὐκ ἐμαυτῷ τὰν ἀρχάν, ἀλλὰ τῇ πόλει, καὶ τοῖς συμμάχοις. καὶ τότε ἄρχων ἀρχᾷ ἀγαθῶς κατὰ δίκαν, ὅταν καὶ ἄρχηται ὑπό τε νόμων καὶ ἐφόρων, ἢ οἵτινες ἄλλοι ἐν πόλει ἄρχοντές ἐντι. i. Cùm autem nummus Persicus sagittariũ insculptum, seu impressum haberet: ex Asia rediens, dicebat se triginta sagittariorum millibus à rege Persarum ex Asia pelli. tot enim Athenas & Thebas à Timocrate deportatis Daricis aureis, & in contionatores Græciæ populareis ac turbulentos distributis, impulsi sunt Græciæ populi ad bellum Lacedæmoniis inferendum: & hanc

epistolam ephoris rescripsit. Agesilaus Ephoris S. D. *Magnam Asiæ partem subegimus, & barbaros repulimus, & in Ionia magnam armorum multitudinem parauimus. Quoniam verò me die præstituta aduenire iubetis, sequor hanc epistolam: quin propemodum eam vel anteuertam. gero enim imperium non mihi ipsi, sed ciuitati, & socijs: & tum imperator verè, & iure imperat, cùm legib. & ephoris paret, seu qualescunque alij sint in ciuitate magistratus.* Commemorat & Polybius *hunc* Agesilai *in* Græciam *rebus inchoatis relictis reditum, non longè à principio libri* III. *his verbis:* ἦν δὲ πρώτη μὲν τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου αἰτία ἡ τῶν μετὰ Ξενοφῶντος Ἑλλήνων, ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἐπάνοδος, ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν διαπορευομένων αὐτῶν, πολεμίαν ὑπάρχουσαν, οὐδεὶς ἐτόλμα ὑφίστασθαι κατὰ πρόσωπον τῶν βαρβάρων· δευτέρα δὲ Ἀγησιλάου Λακεδαιμονίων βασιλέως διάβασις, εἰς τὴν Ἀσίαν· ἐν ᾗ ἐκεῖνος οὐδὲν ἀξιόχρεων, οὐδὲ ἀντίπαλον εὑρὼν ταῖς σφετέραις ἐπιβολαῖς, ἄπρακτος ἠναγκάσθη μεταξὺ διὰ τὰς περὶ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς ἐπανελθεῖν. *id est,* Erat *autem prima quidem belli aduersus* Persas *suscipiendi causa,* Græcorum *ex superioribus prouinciis & præfecturis cum* Xenophonte *in* Græciam *reditus: in quo cùm per* Asiam *totam, eámque hostilem iter facerent, nullus ex barbaris ausus est se eis aduersa fronte opponere, eorúmve transitum impedire: Secunda causa fuit,* Agesilai Lacedæmoniorum *regis in* Asiam *transitus: in quo cùm nihil secum comparandum, neque suis conatibus par, aut æquale reperisset: re infecta, & in medio rerum inceptarū cursu propter* Græciæ *turbas & discordias, reuerti coactus est.* Quod *autem ad* Daricos *illos, quibus sagittarius pro nota impressus erat, attinet, vidi ego apud* Err. Memmium, *libellorum in regia magistrum, virum clariss. atque ornatiss. & apud* Clementem Teueninum *omnis antiquitatis inuestigatorem acerrimum, & nummorum antiquorum interpretem sollertissimum, atque acutiss. nummum argenteum hac nota signatum, quam* Plutarch *in* Darico *aureo fuisse scribit.* Est *enim in eius parte antica caput* Iouis*: in postica sagittarius, dextero genu in terram nixus, arcum tenens intentum, & iaculum mittens. est præterea scriptum in eadem parte litteris* Græcis *à tergo sagittarij* ΘΑΣΙΩΝ. *de quo cùm ego dubitarem, propterea quòd nummus argenteus esset,* Plutarchus *autem* Daricos *aureos fuisse scriptum reliquisset: respondebat* Clemens, *omneis nummos aureos, fuisse eosdem etiam argenteos, maxime in* Græcia. Dicebat *tamen idem ille vir politissimus, sagittarium illum, suo indicio, esse* Herculem*: qui à* Thasiis *hac specie colebatur: quod item mihi videtur.* Cuius *rei testis est &* Pausanias *lib.* V. *seu* Eliacorum. *lib. priore, sub extrem. quem locum probè meminerat* Teueninus, *eúmque mihi indicauit.* Sic Pausanias. Θάσιοι δὲ Φοίνικες, τὸ ἀνέκαθεν ὄντες, καὶ ἐκ Τύρου καὶ ἐκ Φοινίκης τῆς ἄλλης ὁμοῦ Θάσῳ τῷ Ἀγήνορος κατὰ ζήτησιν ἐκπλεύσαντες, τὴν Εὐρώπης, ἀνέθεσαν Ἡρακλέα ἐς Ὀλυμπίαν. τὸ βάθρον, χαλκοῦν ὁμοίως τῷ ἀγάλματι. μέγεθος μὲν δὴ τὸ ἄγαλμά ἐστι πήχεις δέκα, ῥόπαλον δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ· τῇ δὲ ἀριστερᾷ χειρὶ ἔχει τόξον. ἤκουσα δὲ ἐν Θάσῳ τὸν αὐτὸν σφᾶς Ἡρακλέα, ὃν καὶ Τύριοι, σέβεσθαι &c. *id est,* Thasij *autem* Phœnices *ex* Tyro *& reliqua* Phœnicia *oriundi, cū* Thaso Agenoris *filio ad* Europam *quærendam nauibus profecti,* Herculem Olympiæ *consecrarunt: cuius basis ænea est, quemadmodum & statua. magnitudo autem decem cubitorum, dextra manu clauam, læua arcum tenet.* Audiui

autem, eos etiam Thasi eundem Herculem, quem & Tyrios, colere, &c. Neque tamen hoc quicquam obstat, quin Darici illi aurei hanc notam, quam descripsimus, præ se ferrent. Facit de hoc aureo Darico mentionem Plutarchus & in Agesil. & in Artaxerxe: qui tum, cùm Agesilaus bellum Asiæ intulit, regnum Persidis obtinebat.

53. *victori præesset exerc.) secutus sum exempla Germ. quæ sic habent. nam in Venet. & Flor. impressum est, victor exerc. &c.*

54. *in comitio) Xenoph. ἐν τῷ ἱερείῳ. quem locum attendat lector, & cum hoc conferat.*

55. *Cuius exemplum) vel hic vnus locus argumento est firmißimo, huius libri auctorem, siue sit Cornelius Nepos, siue Æmilius Probus, siue quis alius, vixisse iis temporibus, quibus resp. Ro. penes populum & senatum erat: nondum scilicet populi potentia & libertate ab imperatorib. i. à tyrannis, oppressa. Hæc enim perspicuè in C. Iulium Cæsarem dicuntur, qui inuito senatu, & contra leges exercitum retinuit: vnde natum est bellum ciuile inter eum & Pompeium.*

56. *bonam existimationem) εὐδοξίαν, bonam famam. Cic. lib. 2. de orat. ad Q. Fr. Si bona existimatio diuitiis præstat, & pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda? Idem pro Q. Rosc. Comœdo. Illa oratio pro reo, hæc pro Roscio: illa victoriæ, hæc bonæ existimationis causa comparata.*

57. *institutis) moribus. suprà in præfatione, seu proœmio: non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia maiorum institutis iudicari.*

58. *tantáque vsus est celerit.) Xenoph. in Ages. διαβὰς δὲ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπορεύετο διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν, ὧνπερ ὁ Πέρσης τῷ παμπληθεῖ στόλῳ, καὶ ἣν ἐνιαυσίαν ὁδὸν ὁ βάρβαρος ἐποιήσατο, ταύτην μεῖον ἢ ἐν μηνὶ κατήνυσεν ὁ Ἀγησίλαος. i. copiis autem Hellespontum traiectis. per easdem genteis iter faciebat, per quas rex Persarum cum innumerabili exercitu: & quod iter barbaro fuit annuum, hoc minus triginta diebus confecit Agesilaus.*

59. *anno vertente) anno vertente. i. toto anno peracto & finito. annus est vertens natura, vt docet Censorinus lib. de die natali, cap. XVI. cùm sol percurrens duodecim signa, eodem, vnde profectus est, redit. Cetera apud eundem lege, quot dierum sit annus vertens. Cic. de nat. deorum lib. 2. Mercurij stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. Idem pro Quinctio. sex quidem illis mẽsibus profectò: anno vertente sine controuersia. Antonius Hirtio. Philipp. 13. & apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis.*

60. *transierit) legendum fortasse est, transegerit. Verumtamen nihil muto.*

61. *triginta diebus) mirum. nam obsistere ei conati sunt Thraces, quos graui prælio superauit, vt testatur Plutarchus in Agesilao: idémq; conati sunt & Thessali, quorum dux erat Polycharmus Pharsalius: quos etiam in fugam vertit, alios interfecit, alios cepit, in eáque Thessalorũ fuga & clade Polycharmus ipse occubuit. itaque tropæũ inter Prantẽ, & Narthecium constituit, vt tradit Xenoph. in Agesil. & lib. 4. de reb. Gr. neque prætermisit Plutarchus. atque ex hac victoria magnam lætitiam cæpit Agesilaus, quia, qui equitatu plurimum valebant, artéque equitandi valde gloriabantur, maximósque spiritus eo nomine sumebant,*

vicerat, idque eo, quem ipse confecerat, atque erudierat, equitatu. Xenophontis verba, quæ ad tropæum, & lætitiam ex ea victoria natam, pertinent, hæc sunt in Agesilao. καὶ τότε μὲν δὴ ὁ Ἀγησίλαος τρόπαιόν τι ἐστήσατο μεταξὺ Πράντος καὶ Ναρθακίου καὶ αὐτοῦ κατέμεινε, μάλα ἡδόμενος τῷ ἔργῳ, ὅτι τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐφ' ἱππικῇ ἐνενικήκει σὺν ᾧ αὐτὸς ἐμηχανήσατο ἱππικῷ. i. & tunc quidem Agesilaus tropæum inter Prantem & Narthecium posuit, & ibi consedit, magna lætitia, hac re gesta, affectus, quòd eos, qui plurimum sibi arrogabant, maximósque spiritus gerebãt ob artem equestrem, superarat, idque eo, quem ipse inuenerat, & excogitarat, equitatu. Verba Plutarch. in Ages. ab his Xenophontis in Agesilao non admodum discrepantia, & Xenophontis lib. 4. de reb. Gr. iis, quæ idem memoriæ prodidit in Agesilao consimilia, & fere eadem, præteribo. Pausanias autem quid hac de re scriptum reliquerit, mox cognoscemus.

62. obsistere ei con. s.) hos enumerat Xenophon in Ages. & lib. 4. de reb. Gr. Thebanos, Athenienses, Argiuos, Corinthios, Ænianas, Eubœenses, Locros vtrosque: & multis verbis prælium illud, eiúsque euentum narrat, qui fuit huiusmodi: In altero cornu Argiui à Lacedæmoniis pulsi, Heliconem fugientes petiuerũt: in altero Thebani Orchomenios in fugam verterunt. qua re cognita, Agesilaus omissis Argiuis, phalangem explicauit, & in Thebanos signa conuertit: quod illi cùm vidissent, elabi cupierunt, ita tamen vt ordines seruarent, & conglobati, confertíque Agesilai impetum declinarent. At Agesilaus, cui licebat, facta illis euadendi potestate, victoriam incruentam obtinere, hoc contentus non fuit, sed fronte in eorum frontem obuersa cum eis conflixit: ita aliquot vulneribus acceptis, & trecentis suorum amissis, vicit tamen, & tropæum fixit. Verba Græca Xenophontis non ascribam: ne Plutarchi quidem, qui Xenophontem sequitur: sed Diodori, quòd in hoc prælio narrãdo, vt fere in ceteris, summam breuitatem adhibuit, referamus. Sic igitur ille lib. 14. Ἀγησίλαος δὲ προσλαβόμενος ἐκ Πελοποννήσου στρατιώτας, ἐπειδὴ μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπέβαινεν εἰς Βοιωτίαν εὐθὺς οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τῶν συμμάχων ἀπήντησαν αὐτῷ εἰς Κορώνειαν. γενομένης δὲ παρατάξεως, Θηβαῖοι μὲν τὸ κατ' αὐτοὺς μέρος τρεψάμενοι μέχρι τῆς παρεμβολῆς κατεδίωξαν. οἱ δ' ἄλλοι μικρὸν ἀντισχόντες χρόνον, ὑπ' Ἀγησιλάου, καὶ τῶν ἄλλων φυγεῖν ἐβιάσθησαν. διὸ καὶ τῇ μάχῃ Λακεδαιμόνιοι διαλαβόντες ἔστησαν τρόπαιον, καὶ τοὺς νεκροὺς τοῖς πολεμίοις ἔδωκαν. ἀπέθανον δὲ τῶν Βοιωτῶν, καὶ τῶν συμμάχων πλείους τῶν ἑξακοσίων. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ τῶν συναγωνισαμένων τριακόσιοι πεντήκοντα, καὶ αὐτὸς Ἀγησίλαος πολλοῖς περιπεσὼν τραύμασιν, εἰς Δελφοὺς ἐκομίσθη. i. assumtis ex Peloponeso militib. posteaquàm cũ suis copiis in Bœotiam introiuit, statim Bœotij cum socius ei obuiam ierunt ad Coronéam. commissò autem aciebus instructis prælio, Thebani quidem partem sibi oppositam in fugã verterunt, & vsque ad castra fugauerunt. alij autem cùm paulisper restitissent, ab Agesilao, & iis, qui circum eum erant, fugere coacti sunt. Quocirca Lacedæmonij diremto prælio, & suorum atque aduersariorum cæsorum inito numero, tropæum fixerunt: & tollendorum cadauerum hostibus ad sepulturam potestatem fecerunt. Interierunt autem ex Bœotis, & eorum sociis plures, quàm sexcenti, ex Lacedæmoniis, & iis, qui adiutores eorum fuerant, circiter trecenti quinquaginta. & Agesilaus ipse multis vulneribus acceptis, Delphos vectus, ibique

curatus est. Multa autem profert lib. 2. strategemata Polyænus, quib. vsus sit Agesilaus aduersus Thebanos, sibi obsistere conanteis. ex quibus hoc referam. Ἀγησίλαος ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπανιὼν, διὰ Βοιωτίας ἐπορεύετο. Θηβαῖοι προκατέλαβον τὰ στενά, δι᾽ ὧν ἐχρῆν πορεύεσθαι· ὁ δὲ ἐπιμηκύνας τὴν φάλαγγα ἦγεν ἐπὶ δύο τάξεις, al. τάξεσι, παραγγείλας φανερῶς ὁρμᾶν ἐπὶ τὴν πόλιν. Θηβαῖοι δείσαντες μὴ καταλάβοιεν τὰς Θήβας ἔρημον δυνάμεως οὔσας, καταλιπόντες τὰ στενὰ διὰ τάχους ἐπανῆλθον εἰς τὴν πόλιν. Ἀγησίλαος δὲ ἀσφαλῶς τὸ στράτευμα διεπέρασεν. i. Agesilaus ex Asia reuertens per Bœotiam iter faciebat. Thebani angustias, per quas eum iter facere oportebat, occuparunt. Ille autem phalange producta, exercitum duplici agmine facto ducebat, cùm palàm suis edixisset, vt in vrbem inuaderent. Thebani veriti ne Thebas præsidio orbas caperent Lacedæmonij, copiis absentibus: angustiis relictis, properè in vrbem reuerterunt. Agesilaus autem tutò exercitum traiecit. Hoc idem strategema retulit & Frontinus lib. 1. cap. 4. quamuis paullo aliter. Pausanias Laconicis pag. 8. reuersionem Agesilai ex Asia, à transmißione freti, quod est inter Sestum & Abydum, vsque ad Coroneense prælium breuißimè persequitur his verbis. ἐπεὶ δὲ ἐξ Ἀβύδου περαιωθεὶς ναυσὶν ἐς Σηστὸν, καὶ διεξελθὼν τὴν Θρᾴκην ἀφίκετο ἐς Θεσσαλίαν, ἐνταῦθα οἱ Θεσσαλοὶ χάριτι τῇ ἐς Θηβαίους τὸ πρόσω τὸν Ἀγησίλαον ἐπειρῶντο εἴργειν. ἦν δέ τι εὐνοίας ἐκ παλαιοῦ καὶ ἐς τὴν πόλιν αὐτοῖς τὴν Ἀθηναίων. Ἀγησίλαος δὲ Θεσσαλίαν τε διεξῆλθε, τρεψάμενος αὐτῶν τὸ ἱππικὸν, καὶ αὖθις διὰ Βοιωτῶν διώδευσε, Θηβαίους ἐν Κορωνείᾳ, καὶ τὸ ἄλλο νικήσας συμμαχικόν. i. Posteaquàm autem Agesilaus nauibus ex Abydo ad Sestum traiectus, & è Thracia egressus, in Thessaliam peruênit, hîc Thessali gratiam à Thebanis inire volentes, Agesilao obstare, quo minus progrederetur, conabantur. Erat & vetus quædam eorum in Atheniensium ciuitatem beneuolentia. Agesilaus verò & Thessaliam transiit, eorum equitatu fuso, & postea per Bœotiam iter sibi patefecit, Thebanis, eorúmque sociis graui prælio superatis.

63. apud Coronéam) Coronéa, vrbs est Bœotiæ. Hic locus, & huius vrbis facta mentio me admonet, vt emendem Plutarchum in Agesilao, eo loco vbi hanc historiam narrat, ibi. ὁ δὲ Ἀγησίλαος εἴσω πυλῶν παρελθὼν, καὶ διοδεύσας τὴν Φωκίδα φίλην οὖσαν, ἐπὶ τῆς Βοιωτίας πρῶτον ἐπιβὰς, καὶ περὶ τὴν Χαιρώνειαν καταστρατοπεδεύων, &c. mendosè, inquam, ibi legitur Χαιρώνειαν: quod nulli interpretes emendauerunt, aut omnino animaduerterunt, cùm sit mendum perspicuum. Chæronea enim vrbs est Phocidis. At Plutarchus Agesilaum iam tum traiecta Phocide, in Bœotiam ingressum fuisse dicit, cùm ad eam vrbem, quæ hîc commemoratur, castra locauit. non potest autem qui est in Bœotia, ad Chæronéam, quæ est in Phocide, castra locata habere: id est, non potest, qui est in Bœotia, esse in Phocide. legendum igitur est περὶ Κορώνειαν. meam sententiam confirmat præter ea, quæ dixi, id, quod aliquot pòst versibus sequitur apud Plutarch. ἐπεὶ δὲ προῆγε, καὶ γενόμενος ἐν Κορωνείᾳ, κατεῖδε τοὺς πολεμίους &c. i. posteaquàm autem progressus, & ad Coronéam prouectus, aduersarios conspexit, &c. Non debet autē quemquam mouere eiusdē rei iteratio. solent enim hoc facere scriptores, ad memoriā lectorum quasi refricandam cùm aliqua interposuerunt. Plutarchus igitur cùm, postquàm dixerat Agesilaum in Bœotiam introiuisse, & ad Coronéam perueniße, interposuisset longiusculum

longiusculum sermonem de cladis Lacedæmoniorum ad Cnidum acceptæ nuntio ad eum perlato, interruptam illius cladis commemoratione narrationem de integro exorsus est, hoc modo, ἐπεὶ δὲ συνῇσαν, &c. Atque hanc iterationem, causam fuisse puto, quare Plutarchus corruptus sit, & suprà ex Κορωνείας, Χαιρωνείας factum sit. Eadem iteratione offensi quidam interpretes, hoc totum, καὶ ἀμφότεροι ἐν Κορωνείᾳ, præterierunt, neque interpretati sunt. quo facto hanc totam Plutarchi narrationem obscurarunt, atque adeò mutilarunt, est enim prælij, quod narratur, caput, scire, vbi prælium commissum sit. quod, quantum in eis est, qui verba illa præterierunt, ignoratur.

64. in templum Mineruæ) quasi in asylum. sic Xenoph. in Agesilao, & lib. 4. de reb. Gr. & Plutarch. in Ages. vt mox referemus. Templum autem Mineruæ, intellige cognomento Itoniæ, vt docet Pausanias Laconicis. Sic enim ille. hac de re loquens. ὡς δὲ ἐτράποντο οἱ Βοιωτοὶ, καταφεύγουσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν ἐς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἰτωνίας. id est, Simul atque autem Bœoti in fugam versi sunt, confugiunt aliquot ex iis in templum Mineruæ cognomento Itoniæ. Ἰτὼν autem vrbs Thessaliæ est. Homer. Ἰτωνά τε μητέρα μήλων. ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Ἰτωνία Ἀθηνᾶ (inquit Stephanus) id est à quodam Itono heroe: à quo & Itonia Minerua.

65. quid his fieri vellet) sic loquuntur boni scriptores, vt suprà ostendimus.

66. & si aliquot vuln.) Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. ἐπειδὴ δὲ ἡ νίκη σὺν Ἀγησιλάῳ ἐγένετο, τετρωμένος δ' αὐτὸς προσηνέχθη πρὸς τὴν φάλαγγα, προσελάσαντές τινες τῶν ἱππέων, λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι τῶν πολεμίων ὀγδοήκοντα σὺν τοῖς ὅπλοις ὑπὸ τῷ ναῷ εἰσὶ, καὶ ἠρώτων τί χρὴ ποιεῖν. ὁ δὲ καίπερ πολλὰ τραύματα ἔχων, ὅμως οὐκ ἐπελάθετο τοῦ θείου, ἀλλ' ἐᾶν τ' ἀπιέναι, ἢ βούλοιντο, ἐκέλευσε, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴα. i. parta autem victoria cùm Agesilaus vulneratus ad phalangem delatus esset, quidam equites equis incitatis ad eum accurrunt, nuntiántque ex hostibus fere octoginta cum armis in templum confugisse: & quærebant ex eo, quid iis fieri vellet. Ille autem quamuis multis vulnerib. acceptis, tamen non fuit immemor deorum numinis: sed & vt eos, quò vellent, abire sinerent, imperauit: & ne qua fieret eis iniuria, vetuit. Eadem sunt planè, & quidem iisdem verbis in Agesilao. Plutarchus autem in Agesil. sic. Ἀγησίλαος δὲ καίπερ ὑπὸ τραυμάτων πολλῶν κακῶς τὸ σῶμα διακείμενος, οὐ πρότερον ἐπὶ σκηνὴν ἀπῆλθεν, ἢ φοράδην ἐνεχθῆναι πρὸς τὴν φάλαγγα, καὶ τοὺς νεκροὺς ἰδεῖν ἐντὸς τῶν ὅπλων συγκεκομισμένους. ὅσοι μέντοι τῶν πολεμίων εἰς τὸ ἱερὸν κατέφυγον, πάντας ἐκέλευσεν ἀφεθῆναι. πλησίον γὰρ ὁ νεώς ἐστιν ὁ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς. i. Agesilaus autē quāuis corpore esset ex vulnerib. in prælio acceptis male affecto & debilitato, non antè tamē in tabernaculum suum abiit, quàm lectica ad phalangem delatus esset, & cadauera vidisset intra arma, & præsidia sua, comportata. Eos autem hosteis omneis, qui in templum confugerant, iussit incolumeis dimitti. non longè enim à Coronéa abest templum Mineruæ Itoniæ. Pausanias eo, quem paullo antè indicauimus, loco: immo verò cuius hæc ipsa verba, quæ iam iteramus, retulimus: ὡς δὲ ἐτράποντο οἱ Βοιωτοὶ, καταφεύγουσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν ἐς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἰτωνίας. Ἀγησίλαος δὲ εἶχε μὲν τραύματα ἐκ τῆς μάχης· ἐς δὲ τοὺς ἱκέτας παρανομῆσαι οὐδ' οὕτως. id est, vt autem in fugam versi sunt Bœoti, confugiunt aliquot ex eis in templum Mineruæ cognomento Itoniæ. Agesilaus porrò, quamuis in prælio vulnus accepisset,

supplices tamen contra iura humana & diuina violandos esse non putauit. Polyænus *verò lib.2 strategem.aliam causam affert,quamobrem* Agesilaus *iis, qui in templum illud confugerant, pepercerit. sic enim ille.* Ἀγησίλαος ἐν Κορωνείᾳ Ἀθηναίους, al. Βοιωτούς, ἐνίκησεν. ἤγγειλέ τις ὅτι πολέμιοι συμφεύγουσιν ἐς τὸν νεὼν τῆς Ἀθηνᾶς· ὁ δὲ προσέταξεν ἐᾶν αὐτοὺς ἀπιέναι, οἷ βούλονται, ὡς ἄρα εἴη σφαλερὸν συμπλέκεσθαι τοῖς ἐξ ἀπονοίας ἀναμαχομένοις. *i.*Agesilaus *ad* Coronéam Athenienseis' *al.*Bœotios) *vicit.* Nuntiauit *ei aliquis,hosteis in templum* Mineruæ *confugere.Ille autem iussit, vt eos,quò vellent,sinerent abire:quod esset periculosum cum eis confligere, qui in rebus desperatis prælium de integro inirent.*

67. *sancta haberet)id est non violaret.*

68. *sed etiam apud barb.)hæc videntur ex* Xenophonte *expressa, vt mox ostendemus.*

69. *prædicabat)palàm dicebat.*

70. *aut non grauiorib.p.aff.) audi,& disce ex* Agesilao,*grauiorib pœnis dignos esse,qui religionem minuunt,quàm qui fana spoliant religionem autem posuit pro vera,& laudabili religione , tametsi temporib. illis nulla esset neque in* Græcia,*neque vsquam gentium,præterquàm in* Syria,*vera religio.* Nam *alioqui religio interdum,vocabulum est anceps & medium,seu* μέσον.M.Tull *pro* Sylla. Quis *eius peruersam & impiam religionem recordatur, &c.* Idem *lib. 2. de legib. vt publicus sacerdos imprudentiam consilio expiatam metu liberet, audaciam in admittend's religionib.fœdis damnet,atque impiam iudicet.* Quòd *si* Agesilaus *existimabat grauissimis pœnis eos affici oportere,qui religionem receptã, quæ vera haberetur,minuunt & violant:quid de iis sentiendum, qui nostram, id est,*Christianam,*quæ per se recta, & vera est,non solùm vita turpi , & facinorosa,verùm etiam oratione peruersa, atque impia deprauãt ac dissoluunt?* Totus *autem hic locus videtur,vt dixi,ex* Xenophonte *expressus: cuius hæc verba sunt in* Ages. Ἀγησίλαος μὲν οὖν ἱερὰ καὶ ἐν τοῖς πολεμίοις ἐσέβετο, ἡγούμενος τοὺς θεοὺς οὐχ ἧττον ἐν τῇ πολεμίᾳ χώρᾳ, ἢ ἐν τῇ φιλίᾳ, συμμάχους ποιεῖσθαι. ἱκέτας δὲ θεῶν οὐδὲ ἐχθροὺς ἐβιάζετο, νομίζων ἄλογον εἶναι, τοὺς μὲν ἐξ ἱερῶν κλέπτοντας, ἱεροσύλους καλεῖν. τοὺς δὲ βωμῶν ἱκέτας ἀποσπῶντας, εὐσεβεῖς ἡγεῖσθαι. i. Agesilaus *igitur templa etiam ea , quæ essent apud hosteis,colebat,existimans non minus in terra hostili,quàm in pacata , deos sibi adiungere belli socios,atque adiutores oportere : deorum autem supplices ne hosteis quidem violabat,putans à ratione remotum esse,eos quidem , qui res sacras furarentur,& templa spoliarent,sacrilegos appellare : eos verò,qui deorum supplices ab aris auellerent,pios arbitrari.*

71. *Corinthium est appellatum)*Pausanias *eodem loco.* καὶ ὁ κληθεὶς Κορινθιακὸς πόλεμος, ἐς πλέον ἀεὶ προῆλθεν, ἀπὸ τῆς Λακεδαιμονίων ἀρξάμενος εἰς Βοιωτίαν ἐξόδου. i. *& bellum* Corinthiacum *quod appellatum est,semper longius processit, ductò à* Lacedæmoniorum *in* Bœotiam *expeditione initio.* Idem Messenicis *pag.13.* ὁ, τε ὀνομαζόμενος Κορινθιακὸς πόλεμος, ἀπὸ τούτων ἐξήφθη τῶν χρημάτων, *&c. & bellum* Corinthiacum *quod appellatur,ex his pecuniis,quas rex* Persarum *in* Græciam *misit,exarsit,&c.* Diod.*lib.14.* τῶν δὲ κατὰ τὸν πόλεμον δεινῶν σχεδὸν περὶ τὴν Κόρινθον γινομένων ὁ πόλεμος οὗτος ἐκλήθη Κορινθιακὸς, καὶ διέμεινεν ἔτη ὀκτώ. i. *cùm autem mala,*

quæ in bello acciderunt, fere circa Corinthum facta sint, hoc bellum Corinthiacum, seu Corinthium est appellatum.

72. *decem millia host.) sic Xenoph. in Ages. & Plutarch. in apophth. regum, & ducum, & Laconicis, & in Ages.*

73. *Agesilao duce) mirum videtur, Agesilao duce hoc prælium commissum esse, ex iis, quæ mox à nobis proferentur.*

74. *tantum afuit) sic legendum, non, vt vulgò, abfuit: quod Latini non vsurpabant, vt & nos sæpe admonuimus, & Victorius, vir doctiss. aliique ante nos docuerunt. Sed quid est, ab insolentia gloriæ? genus loquendi meis auribus insolens. Itaque malim legi, ab insolenti gloria: vt Latini dicunt, insolens alacritas, insolens ostentatio, insolens fastidium, insolens lætitia. Verumtamen nihil ausus sum immutare.*

75. *vt commiseratus sit fort. Gr.) sic Xenoph. in Ages.* ἐκεῖνος γε τοίνυν ἀγγελίας μὲν ἐλθούσης αὐτῷ ὡς ἐν τῇ ἐν Κορίνθῳ μάχῃ, ὀκτὼ μὲν λακεδαιμονίων, ἐχθρῶν δὲ μύριοι τεθναῖεν, οὐκ ἐπιχαρεὶς φανερὸς ἐγένετο. ἀλλ' εἶπεν, ἄρα, φεῦ ὦ Ἑλλάς, ὁπότε οἱ νῦν τεθνηκότες ἱκανοὶ ἦσαν ζῶντες νικᾶν μαχόμενοι πάντας βαρβάρους. *i. Ille igitur cùm ad eum nuntius peruenisset, in pugna ad Corinthum pugnata, octo Lacedæmonios, decem hostium millia occubuisse, nullam lætitiam præ se tulit, sed exclamans, ô infelicem Græciam. nam qui nunc mortui sunt, satis multi erant viui ad barbaros omneis pugnando superandos. Plutarch. in Ages.* ὃς πυθόμενος μάχην μεγάλην γεγονέναι περὶ Κόρινθον, καὶ ἄνδρας τῶν πάνυ ἐνδόξων ὡς ἔνι μάλιστα ἀφειδεῖς ἀπολωλέναι, καὶ σπαρτιατῶν μὲν ὀλίγους παντάπασι τεθνηκέναι, παμπόλλους δὲ τῶν πολεμίων, οὐκ ὤφθη περιχαρὴς, οὐδὲ ἐπηρμένος, ἀλλὰ καὶ πάνυ βαρὺ στενάξας, φεῦ τῆς Ἑλλάδος, ἔφη, τοσούτους ἄνδρας ἀπολωλεκυίας ὑφ' αὑτῆς, ὅσοι ζῶντες ἐδύναντο νικᾶν ὁμοῦ σύμπαντας τοὺς βαρβάρους μαχόμενοι. *i. qui (Agesilaus) cùm audisset, magnum prælium ad Corinthum commissum esse, & viros admodum claros repente interiisse: & ex Spartiatis quidem paucos omnino, hostium autem maximam multitudinem periisse, visus nõ est lætitia perfusus, neque elatus, sed graui admodũ gemitu facto, O infelicem Græciam, inquit, quæ tot viros tuo ferro perdidisti, quot viui barbaros vniuersos poterant pugnando superare. Idem apophth. Lacon. hanc rẽ iisdem verbis refert. Idẽ apophth. reg. & duc. paullo aliis verbis, sed eadem sentẽtia.* λακεδαιμονίων δὲ νικησάντων ἀθηναίους καὶ τοὺς συμμάχους ἐν Κορίνθῳ, πυθόμενος τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων νεκρῶν, φεῦ τᾶς Ἑλλάδος, εἶπεν, ἃ τοσούτους ὑφ' ἑαυτᾶς ἀπολώλεκεν, ὅσοι ἤρκουν τοὺς βαρβάρους νικᾶν ἅπαντας. *i. Cùm autem Lacedæmonij Athenienseis & eorum socios vicissent ad Corinthum, audito mortuorum hostium numero, O infelicem Græciam, inquit, quæ tam multos viros sua manu perdidit, quàm multi satis erant ad vniuersos barbaros interficiendos. Ex his omnib. exemplis, quæ retulimus, & maximè verbis illis,* ἀγγελίας ἐλθούσης αὐτῷ, *&* πυθόμενος, *quod verbum ter vsurpauit Plutarchus in hac re narranda, id est, cùm ad eum nuntius perlatus esset, vel peruenisset: & cùm audisset, seu cùm accepisset, appáret Agesilaum non interfuisse huic prælio, nedum eo duce prælium commissum esse. nam si Agesilaus eo prælio dux fuisset, non dixisset, cùm audisset, aut, cùm ad eum nuntius peruenisset, sed cùm cognouisset, cùm vidisset, &c. Licet tamen respondere, duces non ipsos cernere oculis*

mortuorũ numerũ, sed certis hominibus ex suis negotium dare, vt hoc cognoscãt.

76. si sana mens fuiss.) si sana Græcorum mens fuisset.

76. Græciæ supplic. Pers. d. p.) id est Græcos pœnas de Persis sumere potuisse. sic Horat. od. 2. lib. I. Audiet, ciueis acuisse ferrum, Quo graues Persæ melius perirent. Sic & nobis Galliæ vicem miserari, & deplorare licet, quæ tot fortissimos viros, & clarissimos belli duces duobus bellis ciuilibus amisit. Namque omnino si sani fuissemus, hosteis Galliæ sempiternos ea multitudine, quæ interiit, & iis gladiis, quos in latera & pectora nostra destriximus, aduersariorum nostrorum ferociam reprimere, & pristinam belli gloriam, nostris dissensionibus amissam, recuperare potuissemus.

77. negauit id suæ virt. conu.) Etiam hic locus videtur fere ex Xenophonte expressus, aut certè imitatus. Sic enim ille in Agesil. Κορινθίων γε μὴν τῶν φευγόντων, λεγόντων ὅτι ἐνδιδοῖ αὐτοῖς ἡ πόλις, καὶ μηχανὰς ἐπιδεικνύντων, αἷς πάντως ἤλπιζον ἑλεῖν τὰ τείχη, οὐκ ἤθελε προσβάλλειν, λέγων ὅτι οὐκ ἀνδραποδίζεσθαι δέοι ἑλληνίδας πόλεις, ἀλλὰ σωφρονίζειν. i. Corinthiis autem exsulibus, dicentibus vrbem sibi cedere, ciueisque remissius eam defendere, & machinas ostentantibus, quibus omnes se mœnia euersuros sperabant, noluit vrbem oppugnare, cùm diceret, ciuitates Græciæ subigere, & in seruitutem redigere non oportere, sed castigare, & ad officium redire cogere. vbi animaduertas lector, bonarum litterarum studiosus, Probum σωφρονίζειν, Latinè reddidisse, cogere ad officium redire: rectè. est enim σωφρονίζειν, eum, qui sit ἀκόλαστος, id est intemperans, & incastigatus, & demens, σώφρονα ποιεῖν, hoc est castigare, & sanum facere.

78. ad officium pecc. red.) sic & suprà locutus est Probus in Cimone, ibi, alienatas ad officium redire coëgit. ordo autem hic est, qui cogeret peccanteis ad officium redire.

79. Nam si, inquit,) Xenoph. ibidem, aliter ille quidem, sed præclarè. Itaque locum totum ascribam. εἰ γὰρ τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἔφη, ἡμῶν αὐτῶν ἀφανιοῦμεν, ὁρᾶν χρὴ μὴ οὐδ' ἕξομεν μεθ' ὅτου κρατήσομεν. εἰ δ' αὖ καλὸν καὶ μισοπέρσην εἶναι, ὅτι καὶ ὁ πάλαι ἐξεστράτευσεν ὡς δουλωσόμενος τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὁ νῦν συμμαχεῖ μὲν τούτοις, μεθ' ὁποτέρων ἂν οἴηται μείζω βλάψειν, δωρεῖται δ' ἐκείνοις, οὓς ἂν νομίζῃ λαβόντας πλεῖστα κακὰ τοὺς Ἕλληνας ποιήσειν, εἰρήνην δὲ συμπράττει, ἐξ ἧς ἂν ἡγῆται μάλιστα ἂν ἡμᾶς ἀλλήλοις πολεμήσειν. ὁρῶσι μὲν οὖν ἅπαντες ταῦτα, ἐπεμελήθη δὲ τίς ἄλλος πώποτε πλὴν Ἀγησιλάου, ἢ ὅπως τι φῦλον ἀποστήσεται τοῦ Πέρσου, ἢ ὅπως τὸ ἀποστὰν μὴ ἀπόληται, ἢ τὸ παράπαν ὡς καὶ βασιλεὺς κακὰ ἔχων μὴ δυνήσεται τοῖς Ἕλλησι πράγματα παρέχειν; ὃς καὶ πολεμούσης τῆς πατρίδος, ὅμως τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἠμέλησεν. id est, Si enim de nostris eos, qui peccant, delebimus, verendum est, ne cum quo vincamus, non habeamus. Quòd si pulchrum est, (loquitur nunc ex persona sua Xenophon) odio penitus insito Persas persequi, quia & ille, qui quondam fuit, exercitum in Græciam eduxit, tanquam eam in seruitutem redacturus: & hic, qui nunc est, cum his societatem belli coit, cum vtrisumque putet se maiora detrimenta nobis illaturum: illis largitur, quos speret accepta pecunia plurimis incommodis Græcos affecturum, pacem illam adiuuat, ex qua existimet maximè nos inter nos bellum facturos: hoc igitur vident quidem omnes, sed quis alius vnquam, præterquàm Agesilaus, diligentiam ad-

hibuit aut vt gens aliqua à Persa deficeret, aut vt quæ defecisset, ne interiret, aut omnino vt rex suis malis implicatus, Græcis negotia facessere non posset? qui cùm patria sua in bello esset occupata, vtilitatis tamē omnium Græcorum communis curam non abiecit?

80. *qui nobiscum aduers. barb. st.) qui nobiscum barbaros oppugnarunt. sic fere loquitur* M. Tull. *pro* Cluentio. *Nemo contra perditos à senatu, & à bonorum causa stetit constantius.*

81. *quo facto, sine neg.) locus præclarus, omnibúsque reip. moderatorib. diligenter attendendus, & memoriæ mandandus. Quem vtinam secuti essent nostræ* Galliæ *principes non patriam duobus bellis ciuilib. debilitatam ac laceratam, hostium ferro, cùm eis libuerit, opportunam, & ad subigendum facilem, (quod tamen omen deus auertat,) reddidissent.*

82. *apud* Leuctra) *de* Lacedæmoniorum *clade, & calamitate* Leuctrica *dictum est in* Epaminonda.

83. *vt si de exitu diuin.) non admodum ab his abhorrent, quæ scribit* Diodorus *lib. 15. de* Agesilao *verba faciens: qui, quærentibus ex eo, quamobrem cum* Atheniensib. Chabria *duce congressus, fugatis iam à se conductitiis copiis, reliquā phalangem quam* Chabrias *loco vetuerat cedere, & obnixo ad scutum genu, proiectaque hasta, impetum hostium excipere docuerat, aggredi non esset ausus: respondit,* Lacedæmonios *nunc quidem sine periculo & iactura vicisse:* Thebanos *autem suis agris, qui vastarentur, non esse ausos auxilium ferre. quòd si hostib. victoriam concedentib. vim intulissem, inquit, eósque periculum subire, & impetum excipere coēgissem, fortasse propter inopinatos fortunæ casus potuissent* Lacedæmonij *priores cladem accipere. Tunc igitur (inquit* Diod.) *visus est* Agesilaus *hoc responso dato, mediocriter euentum rei auguratus esse. Sequitur deinceps.* ὕστερον δὲ διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδοξεν οὐκ ἀνθρωπίνην ἀπόφασιν, ἀλλὰ θεῶν τινὰ χρησμὸν εἰρηκέναι. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι μετὰ πολλῆς δυνάμεως στρατεύσαντες ἐπὶ Θηβαίους, καὶ συναναγκάσαντες αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνίσασθαι, μεγάλῃ συμφορᾷ περιέπεσον· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐν Λεύκτροις ἡττηθέντες πολλοὺς ἀπώλεσαν τῶν πολιτῶν, &c. i. *Posterius autem propter ea, quæ euenerunt, visus est non humanam sententiam pronuntiasse, sed diuinum quoddam oraculum edidisse, ac profatus esse.* Lacedæmonij *enim magno cōparato exercitu, cùm* Thebanis *bellum intulissent, eósque de libertate decertare coēgissent, in magnam calamitatem inciderunt. Primùm enim in* Leuctris *victi multos ciueis amiserunt, &c.*

84. *cùm* Epam. Sp. opp.) *& noctu in oppidum irrumpere conatus esset, vt mox cognoscemus.*

85. *essétque sine muris opp.) vel ex* Platone *lib. 6. de rep,* Lacedæmonem *nullis muris sæptam fuisse licet intelligere: cuius hæc sunt verba pag. XI.* Περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἔγωγ' ἂν τῇ Σπάρτῃ ξυμφεροίμην, τὸ καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπανιστάναι τῶνδε ἕνεκα. καλῶς μὲν καὶ ὁ ποιητικὸς ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ὑμνεῖται, τὸ χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖν εἶναι τὰ τείχη μᾶλλον, ἢ γήϊνα. τὸ δ' ἡμέτερον ἔτι πρὸς τούτοις, &c. i. *De muris autem,* Megille, *equidem* Spartæ *assentiar, iacenteis in terra muros sinere dormire, neque eos excitare harum rerum gratia. Præclarè verò & poë-*

ticum dictum laudatur, æreos & ferreos potius, quàm terrenos esse muros oportere. Præterea verò quod apud nos factitatur, valde ridiculum esse meritò videatur, &c. Quod Lacedæmoniorum institutum, vnà cum Platonis sententia improbat Aristoteles lib. 7. de optima reip. administrandæ forma, his verbis, vt quidem nos vertimus. Muros autem in vrbibus qui negant eas ciuitates habere debere, quæ se virtutem colere profitentur, eiúsque possessionem sibi vendicant, ac mordicus retinent, næ illi valde antiquè hac de re existimant, idque, cùm videãt re & factis eas refelli, quæ se ita gloriosè venditabant. Et verò aduersus simileis, neque admodum numero præstanteis, in murorum præsidio ac munimento salutem collocare, non est honestum: sed quando quidem éuenit, & fieri potest, vt, qui adoriuntur, & impetum faciunt, virtute humana, eáque, quæ in ciuibus numero paucis inest, sint superiores ac potentiores: si salutis ratio habenda est, & non vltro accipienda detrimenta, & perferendæ contumeliæ: vt quæque munitio stabilissima & tutissima est, ita ad bellum accõmodatissima habenda est, præsertim cùm hodie reperta sint telorum, & tormentorũ, & machinarum genera ad vrbiũ expugnationes exquisitissima, & perfectissima, &c. Nam longum esset, quæ hac de re aduersus Platonem, & Lacedæmonios disputat Aristoteles, referre. & quæ retulimus, ea gratia protulimus, vt videat lector, Lacedæmoniorum vrbem aliquando muris caruisse. Licet hoc item ex acutè dicto Panthoidæ apud Plutarchũ apophthegm. Lacon. cognoscere, cùm legatus esset in Asia, & ostendissent ei quidam vrbis murum firmissimum, νὴ τοὺς θεοὺς, ἔφη, καλὴ γυναικωνῖτις. i. præclara verò profectò, hospites, gynæconitis, hoc est, domus muliebris: & præterea ex Agesilai responso: qui interrogatus, quamobrem Sparta mœnib. septa non esset: respondit, ciuib. armatis demonstratis, hæc sunt Lacedæmoniorum mœnia. sic Plutarch. ἀνδρὸς δ' ἐπιζητοῦντος διὰ τί Σπάρτη ἀτείχιστος, ἐπιδείξας τοὺς πολίτας ἐξωπλισμένους, ταῦτ' ἐστιν, εἶπε, τὰ Λακεδαιμονίων τείχη. Ibid. ἄλλου τὸ αὐτὸ ἐπιζητοῦντος, οὐ λίθοις δεῖ καὶ ξύλοις τετειχίσθαι τὰς πόλεις, ἔφη, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἐνοικούντων ἀρεταῖς. i. alio hoc idem interrogante, non lapidib. inquit, neque lignis vrbeis oportet esse septas ac munitas, sed eorum, qui in eis habitant, virtutib.

86. nisi ille fuisset) sic suprà locutus est. in Conone ibi. Neque verò non fuit apertum si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum. Sed quòd ad rem attinet, huc ascribendum videtur, quod refert Polyænus lib. 2. strategem. quamuis inter Epaminondæ strategemata numeretur. Sic igitur ille. Ἐπαμινώνδας ἐπιχειρήσας νύκτωρ καταλαβέσθαι Λακεδαιμονίων πόλιν, ἔρημον οὖσαν τῶν πολιτῶν. Ἀγησίλαος τὴν ἐπίθεσιν παρ' αὐτομόλων μαθὼν, συντόμως δραμὼν μετὰ τῆς αὑτοῦ δυνάμεως, φθάσας εἴσω τῆς πόλεως παρῆλθεν, ἀνέμενε τοὺς Θηβαίους, οἱ δὲ προσπεσόντες ἐξώσθησαν μετὰ βίας ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων· ὡς δὲ ἐν ἰσχυρῷ κινδύνῳ τὰ ἐσχατα... ἐμπεσόντες, καὶ διὰ νυκτὸς φυγῇ βιασθέντες, ἀπέβαλον πολλοὶ τὰς ἀσπίδας· Ἐπαμινώνδας ἰδὼν τὸ γεγονὸς, οὐ βουλόμενος ἐλεγχθῆναι τοὺς ῥιψάσπιδας, ἐκήρυξε, μηδεὶς τῶν ὁπλιτῶν αὐτὸς φερέτω τὴν ἀσπίδα, ἀνὰ διδότω τοῖς ὑπασπισταῖς, ἢ τοῖς ἄλλοις ἀκολούθοις, αὐτοὶ δὲ μόνα τὰ δόρατα, καὶ ἐγχειρίδια ἔχοντες, τῷ ἡγεμόνι ἑπέσθωσαν· οὕτως ἄρα τὸ πλῆθος ἔλαθον οἱ τὰ ὅπλα ἀποβαλόντες, καὶ προθυμότερον ὑπήκουον τῷ Ἐπαμινώνδᾳ πρὸς τοὺς μέλλοντας κινδύνους αἰτίᾳ τῆς εὐβουλίας ταύτης. i. Epaminondas vrbem Lacedæmoniorum noctu-

cocupare conatus est, à ciuibus desertam, atque à defensoribus inopem. Agesilaus verò Epaminondæ consilio à transfugis cognito, via compendiaria Spartam cum suis copiis cucurrit, & Epaminondam anteuertit. Ita prior in vrbem ingressus Thebanos exspectabat. Illi autem cùm irrupissent, per vim à Lacedæmoniis expulsi sunt. Vbi autem, vt magno in discrimine, vrbem impetu facto, & perturbatis ordinibus, & tumultuosè ingressi, & noctu fugere coacti, multi clypeos amiserunt: Epaminondas eo, quod acciderat, cognito, cùm eos, qui clypeum abiecerant, coargui, & deprehendi nollet, hoc curauit edicendum, Nequis miles grauioris armaturæ ipse clypeum ferto, sed gestandum satellitib. aut aliis comitibus, seu pedisequis dato: ipsi autem solas hastas & pugiones tenentes ducem sequuntor. sic igitur ij, qui arma amiserant à multitudine ignorati sunt, & alacrius in reliquis periculis Epaminondæ dicto audientes fuerunt, huius beneficij accepti gratiam imperatori referentes. Hanc eandem rem paullo aliter narrat Diod. lib. 15. nempe sic, vt videatur Spartæ salutem ascribere Agidis, non Agesilai, prouidentiæ. Scribit enim, Agidem in alio bello occupatum, & vt Mantineensib subueniret, ex vrbe cum magna manu profectum, coniectura facta de futuris ex Epaminōdæ acumine, & calliditate, cursores quosdam Cretenseis ad eos, qui Lacedæmone remanserant, misisse, qui nuntiarent, Bœotos quàm primùm Lacedæmonem oppugnatum venturos: quam ob rem vigilarent, & ad excipiendum, repellendúmque hostium impetum parati essent: se primo quoque tempore patriæ subsidio venturum. reliquæ iam sunt Agesilai partes. Sequitur enim. οὐ μὴν ἀλλ' Ἐπαμινώνδας ὅλην τὴν νύκτα διαγρυπνήσας, καὶ τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ κατὰ σπουδὴν διανύσας, ἅμ' ἡμέρᾳ προσέπεσε τῇ Σπάρτῃ. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς φυλακῆς ἀπολελειμμένος Ἀγησίλαος ὀλίγῳ πρότερον χρόνῳ τῶν κρητῶν ἀκούσας τὰ κατὰ μέρος, εὐθὺς μετὰ πολλῆς σπουδῆς τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο τῆς πόλεως. τοὺς μὲν οὖν πρεσβυτάτους τῶν παίδων, καὶ τοὺς γεγηρακότας ἐπὶ τὰ στέγη τῶν οἰκιῶν ἀνεβίβασε, καὶ προσέταξεν ἀπὸ τούτων ἀμύνεσθαι τοὺς εἰς τὴν πόλιν βιαζομένους. αὐτὸς δὲ τοὺς ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις συντάξας εἰς τὰς πρὸ τῆς πόλεως δυσχωρίας, καὶ παρόδους, καὶ πάντας τοὺς δυναμένους τόπους δέξασθαι δίοδον ἐμφράξας, ἀνεδέχετο τὴν τοῦ Ἐπαμινώνδου ἔφοδον. Ἐπαμινώνδας δὲ εἰς πλείω μέρη διελόμενος τοὺς στρατιώτας, καὶ πάντῃ προσάπτων κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ὡς εἶδε τὴν τῶν Σπαρτιατῶν σύνταξιν, εὐθὺς ἔγνω μεμηνυμένην τὴν πρᾶξιν. ὅμως δὲ προσμαχόμενος πανταχόθεν, καὶ ταῖς δυσχωρίαις ἐναπειλημμένος, συνῆλθεν εἰς χεῖρας. πολλὰ δὲ παθὼν, καὶ δράσας, οὐκ ἀπέστη τῆς φιλοτιμίας, ἕως τὸ στράτευμα τῶν Λακεδαιμονίων ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην. i. Verum enim verò Epaminondas cùm totam noctem peruigilasset, & magnum spatium itineris celeriter confecisset, albescente cælo Spartæ appropinquauit qui autem in vrbis custodia relictus erat Agesilaus. paullo antè à Cretensib. singillatim de omnib. rebus certior factus, continuò summum studium, maximámque diligentiam in vrbe custodienda adhibuit. Pueros igitur natu maximos, & senes in tectis domorum collocauit, & iussit ex his eos repellere, qui per vim in vrbem irrumpere conarentur. Ipse autem iuuenib. & iis, qui essent ætate corroborata, in angustiis, quæ ante vrbem erant, & in vrbis aditibus, collocatis, locisque aliis omnibus, quà ad vrbē adiri, ac transiri posset, obstructis, atque obseptis, Epaminondæ aduentum exspectabat. Epaminondas autem militibus in plureis parteis distributis, & per om-

neis partels uno tempore impreßione facta, ut vidit Spartiatas in tectis & angustiis dispositos, continuò rem indicatam & patefactam esse cognouit. verùm tamen cum omnibus vicißim, & singillatim pugnans, & locorum angustiis inferior, manum cum hostibus conseruit. Multis autem detrimentis & acceptis & illatis, non destitit à studio laudis, & contentione suscepta, donec Lacedæmoniorum exercitus, cui præerat Agis, Spartam rediit.

87. *& locum extra vrb. ed.)* λόφον, *collem, vt mox ex Polyæno cognoscemus.*

88. *cum suis eò venit) sic legendum, non, vt habent mendosi codices, cum suis conuenit.*

89. *laudauit consilium eor.) hoc strategema retulit Polyænus lib. 2. quamuis paullo aliter, vt ex eius verbis intelligere licebit, quæ sunt huiusmodi.* Ἀγησίλαος ἐν τῇ Σπάρτῃ στάσεως γινομένης, ὥστε τῶν ὁπλιτῶν οἱ πολλοὶ κατελάβοντο λόφον ἱερὸν Ἀρτέμιδος ὀρθίας ἐγγὺς Πιτάνης· ἐνέκειντο δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἀρκάδες ἐμβεβληκότες. καὶ δέος ἦν ἀμήχανον ἐν τῷ πολέμῳ καὶ στάσις· ἡ μὲν αὐτοὺς ἔδησεν. ἀλλὰ τὸ μὲν ὅπλοις ἐπιβιάζεσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ λόφου, σφαλερὸν· τὸ δὲ ἱκετεύειν, ταπεινόν· παρῆκεν. αὐτὸς δὲ μόνος ἄοπλος ἀτρέπτῳ καὶ πολλῷ, (al. φαιδρῷ) τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν λόφον ἐλθών, οὐκ ἐνταῦθα, ἔφη, ὦ νεανίαι, ὑμᾶς ἔταξα· ἀλλ' ὑμᾶς μὲν εἰς τόνδε τὸν λόφον, ἕτερον δείξας. ὑμᾶς δὲ εἰς τόνδε τὸ χωρίον ἄπιτε, καὶ φρουρεῖτε. οἱ δὲ Λάκωνες, ὡς ἀγνοοῦντες τὴν διάνοιαν αὐτῶν τῆς ἀποστάσεως κατῃδέσθησαν· καὶ οἷς προσέταξεν, ἐπιτηδῶς συνεχώρησαν. νύκτωρ δὲ τοὺς ἐξάρχους τῆς ἐκστάσεως πόλεως ἄνδρας δώδεκα, ἄλλον ἄλλῃ ὑπεξάγων, ἔλυσε τὴν μάχην. *i. Agesilaus orta Lacedæmone seditione, cùm multi ex militibus grauioris armaturæ collem quendam Dianæ Orthiæ sacrum non longè à Pitana occupassent (instabant autem Bœoti, & Arcades, suis copiis in fines, agrósque Lacedæmoniorum adductis, & timor erat ineuitabilis, atque inexplicabilis in eo bello ciuitati iniectus, & seditio) non tamen ipse timuit. sed vim quidem iis, qui collem occuparant, inferre, periculosum: supplicare verò, humile existimabat. Itaque vtrumque omisit. Verum ipse solus inermus, immoto & obducto, al. sereno, vultu, cùm in collem ascendisset, non hic vos iuuenes, collocaui, inquit: sed vos quidem in collem illum, alio demonstrato: vos autem in illum abite, eúmque tuemini, & custodite. Lacones autem vt illorum sensum, mentémque ignorantes, pudore affecti sunt, & ij, quibus præcepit Agesilaus quibus in locis in præsidio starent, morem ei gerentes ad sanitatem atque ad officium redierunt: noctu autem principes atque auctores seditionis ac secessionis ab vrbe, alium aliò clam emisit, & prælium diremit. Sic fere Plutarchus in Ages.* ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῶν πάλαι τινὲς ὑπούλων καὶ πονηρῶν, ὡς διακόσιοι συστραφέντες κατελάβοντο τὸ Ἰσσώριον, οὗ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστιν, ἐρυμνὸν καὶ δυσεκβίαστον τόπον· ἐφ' οὓς βουλομένων εὐθὺς ὠθεῖσθαι Λακεδαιμονίων, φοβηθεὶς τὸν νεωτερισμὸν ὁ Ἀγησίλαος, ἐκέλευσε τοὺς μὲν ἄλλους ἡσυχίαν ἄγειν, αὐτὸς δὲ ἐν ἱματίῳ, καὶ μεθ' ἑνὸς οἰκέτου προσῄει βοῶν, ἀλλὰ ὡς ἀνηκοέναι τὸ πρόσταγμα αὐτούς· οὐ γὰρ ἐνταῦθα κελεῦσαι συνελθεῖν, οὐδὲ πάντας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐκεῖ, δείξας ἕτερον τόπον. τοὺς δὲ ἀλλαχόσε τῆς πόλεως. οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἥσθησαν, οἰόμενοι λανθάνειν, καὶ διαστάντες ἐπὶ τοὺς τόπους, οὓς ἐκεῖνος ἐκέλευσεν, ἀπεχώρουν. ὁ δὲ τὸ μὲν Ἰσσώριον, εὐθὺς μεταπεμψάμενος ἑτέρους, κατέσχε· τῶν δὲ συστάντων ἐκείνων περὶ πεντεκαίδεκα συλλαβών, νυκτὸς ἀπέκτεινεν. *i. Lacedæmone autem quidam iam pridem malè sani atque improbi circiter ducenti, conglobati Hissorium, vbi est templum Dianæ,*

Dianæ, occuparunt, locum vndique circumſeptum, & aſcenſu difficilem, ſi vis ſit adhibenda, irruptióque facienda. In quos cùm ſtatim vellent Lacedæmonij impetum atque impreſſionem facere, Ageſilaus, nequid rerum nouarum molirẽtur, veritus, iuſſit alios quidem quieſcere, & manere: ipſe autem, veſtitus tantùm, non etiam armatus, cum vno ſeruo ad eos acceſſit, vociferans eos ſecus intellexiſſe quod præcepiſſet, ac mandaſſet. non enim in hunc locum iuſſiſſe eos conuenire, neque omneis in eundem locum, ſed alios illuc, alio loco demonſtrato, alios in aliam regionem vrbis. Illi autem cùm eum audiſſent, lætati ſunt, exiſtimantes ſua conſilia non patêre: & diuerſi in ea loca, quæ iuſſit Ageſilaus, ſe contulerunt. Ille verò Hiſſorium aliis continuò arceſſitis occupauit. Ex improbis autem illis, qui coitionem fecerant, ad quindecim comprehenſos noctu necauit.

90. recuperauit) ἀνεκτήσατο, ἀνῳκειώσατο. de integro ſibi adiunxit.

91. & adiunctis de ſuis com. &c.) id eſt adiunctis aliis militib. de numero ſuorum, de quorum voluntate & fide erga ſe minimè dubitabat, ad eos, qui ſeceſſerant, & collem illum occuparant, locum illum tutum reddidit.

92. illi) adoleſcentes, qui ſeceſſerant, & montem occuparant.

93. expertes erant conſ.) qui non erant ſeceſſionis illius participes.

94. latêre) λανθάνειν, ignorari, & occulta eſſe, ſeu obſcura, atque incognita.

95. numquam refecerunt) i. numquam recrearunt. tralatio eſt ab iis, qui diuturno & graui morbo impliciti priſtinam valetudinem recuperare non poſſunt.

96. neque priſtinum imperium recup.) ἑρμηνεία, ſeu ἐπεξήγησις, id eſt, interpretatio, ſeu ſubſequens declaratio eius, quod obſcurius dictum eſſe videbatur. Nam hoc totum, neque priſtinum imperium recuperarunt, tãtumdem valet, quantum, numquam ſe refecerunt.

97. ille omnib. qui à rege def.) hanc rem ſic exponit Xenophon in Ageſ. ὡς γὰρ τοῦ στρατεύεσθαι καὶ πεζῇ, καὶ ἐφ' ἵππων ἀπεῖργεν ἤδη τὸ γῆρας, χρημάτων δὲ ἑώρα τὴν πόλιν δεομένην, εἰ μέλλοι σύμμαχόν τινα ἕξειν. ἐπὶ τὸ πορίζειν ταῦτα ἑαυτὸν ἔταξε. καὶ ὅσα μὲν ἐδύνατο οἴκοι μένων, ἐμηχανᾶτο, ἃ δὲ καιρὸς ἦν, οὐκ ὤκνει μετιέναι, οὐδ' ᾐσχύνετο, εἰ μέλλοι τὴν πόλιν ὠφελήσειν, πρεσβευτὴς ἐκπεμπόμενος ἀντὶ στρατηγοῦ. ὅμως δὲ καὶ ἐν τῇ πρεσβείᾳ μεγάλου στρατηγοῦ ἔργα διεπράξατο. i. Vbi enim eum à ducendo exercitu, bellóque gerendo, & pedibus, & in equis, ſenectus iam prohibebat: pecuniis autem ciuitati opus eſſe vidit, ſi ſocium aliquem habere vellet: has ſibi parteis ſumſit, vt pecunias patriæ ſuæ ſuppeditaret. Atque omnia quidem, quæ domi manens poterat, machinabatur, atque excogitabat. Quas res antẽ tẽpora reip. poſtulabãt, eas res neque piguit eum, perſequi & pertractare, neque puduit quaſi mercaturã facere, legati perſonam pro imperatoria gerentem, modò ciuitati prodeſſet. verum tamẽ etiam in legatione magni ducis munera obiit, magníque imperatoris res confecit.

98. à quib magna d p.) Ibid. Xenophon. Αὐτοφραδάτης τε γὰρ πολιορκῶν ἐν Ἄσσῳ Ἀριοβαρζάνην συμμαχοῦντα, δείσας Ἀγησίλαον, φεύγων ᾤχετο. Κότυς τ' αὖ Σηστὸν πολιορκῶν, &c. i. Nam & Autophradates, qui Ariobarzanem ſocium Lacedæmoniorum in Aſſo circumſidebat, Ageſilaum veritus, aufugit: & Cotus cùm Seſtum obſideret, quæ etiam tunc Ariobarzanis erat, obſidione ſoluta diſceſſit. Itaque nõ immeritò etiam ex hac legatione tropæum ei de hoſtib. erectum eſſet. Mauſolus

porrò, qui vtraque illa loca mari centum nauibus obsidebat, non iam metu perterritus, sed oratione Agesilai adductus, domum se recepit. Sequitur deinceps, ἄξια θαύματος διεπράξατο· οἵ τε γὰρ εὖ πεπονθέναι νομίζοντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ φεύγοντες αὐτὸν, χρήματα ἀμφότεροι ἔδοσαν, & c. i. res admirabileis effecit. nam & qui se ab eo beneficium accepisse existimabant, & qui eum fugiebant, vtrique pecunias ei dederunt. Tachos porrò, & Mausolus propter superius Agesilai hospitium conferentes etiam hi in Lacedæmonem pecunias, domum eum dimiserunt, muneribus amplis ac magnificis prosecuti.

99. contulit) conuertit.

100. nihil de v. n. de vest.) Plutarch. apophth. Lacon. καίτοι ὑπὸ πολλῶν τραυμάτων κακῶς τὸ σῶμα διακείμενος, καὶ τὴν μεγίστην μάχην, ὥς φησι Ξενοφῶν, τῶν καθ' ἑαυτὸν γενομένων νενικηκὼς, οὐδὲν ἔσχε περὶ τὸν βίον, καὶ τὴν δίαιταν διὰ τὰς τοσαύτας εὐτυχίας καὶ νίκας ὑπάλλαξεν οἴκαδ' ἐπανελθών. i. Atqui quamuis ob multa vulnera, quæ acceperat, corpore esset malè affecto ac debili, & ex prælio omnium, quæ sua ætate commissa fuerant, maximo, superior discessisset, nihil tamen propter tot ac taleis res secundas, & victorias, de victu & cultu, domum reuersus, immutauit.

101. Eurysthenes) Aristodemi fil. Proclis frater: de quo suprà hac eadem vita in princip.

102. contrà plurima pat.) opposuítne libidini patientiam, luxuriæ abstinentiam, κατ' εὐθυωρίαν, id est, rectis lineis, quemadmodum Terent. in Andria, opponit laborem libidini, non longè à princip. Ita vt ingenium est omnium hominum à labore procliue ad libidinem. (patientia enim in laborib. perferendis versatur). an κατὰ χιασμὸν, libidini abstinentiam, luxuriæ patientiam, vt tertium respondeat secundo, quartum primo? quod videtur probabilius. Patientia enim versatur etiam in tenuitate & duritie victus toleranda, cui opponitur luxuries. abstinentia autem rectè opponitur libidini, vt abstinentia intelligatur eadem esse atque continentia, ac temperantia. Nam quamquam abstinentia sæpius ea virtus intelligatur, quæ auaritiæ opponitur: Cic. lib. 5 epist. ad Att. sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinẽtiam attinet, vt nullus teruncius insumatur in quemquam. & item sæpe in eod. lib. Idem off. 2. Nulla alia re conciliare facilius beniuolentiam multitudinis possunt qui reip præsunt, quàm abstinentia & continentia: Videtur tamen interdum etiam eam virtutem, quæ in aspernandis voluptatibus consistit, significare, id est, continentiam, seu temperantiã potius: vt apud M. Tull. off. 2. At enim, inquit Pericles, prætorem Sophocle decet non solùm manus, sed etiam oculos abstinenteis habere.

103. Sic enim erat instr.) nullo in libro reperi verbum, erat: quod tamen videtur desiderari.

104. à cuiusuis inopis, &c.) subintell. domo. In quibusdam libris non est, à. quæ lectio si probaretur, hæc esset sententia, vt nulla in re cuiusuis inopis & priuati domus ab Agesilai domo differret.

105. fautricem) benignam & beneficam.

106. claudus altero pede) loripes. etiam hac de re suprà dictum est.

107. ignoti) id est, qui eum non nouerãt, actiuè, seu ἐνεργητικῶς, vt apud M. Tull.

epist.ad L.Luceium Q. fil.lib.V.epist.ad famil. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant.Idem lib.accus.5. In iudicio coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos tanto pòst eum, quem archipiratam esse diceres, &c.

108. annorum oct.) Xenophon in Agesilao. ἐγεγόνει ἔτη ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα.i.natus erat annos circiter octoginta.Plutarch.autem ὑπὲρ ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη.i.supra octoginta annos natus.

109. subsidio Tacho in Ægypt.)Xenophon in Agesil. καταμεμαθηκὼς δὲ τὸν Αἰγύπτιον βασιλέα ἐπιθυμοῦντα τῷ Πέρσῃ πολεμεῖν, καὶ πολλοὺς μὲν πεζούς, πολλοὺς δ᾽ ἱππέας, πολλὰ δὲ χρήματα ἔχοντα, ἄσμενος ἤκουσεν, ὅτι μετεπέμψατο αὐτὸν, καὶ ταῦτα ἡγεμονίαν ὑπισχνούμενος.i.Cùm cognouisset regem Ægyptiorum regi Persarum bellum inferre cupere. & magnum peditatum,magnúmque equitatum habere, & pecunia abundare, libenter audiit cùm ab eo arcessitus esset,præsertim qui belli imperiũ sibi promitteret.Sed hoc Agesilai inceptum, & factum scribit Plutarchus fuisse à plerisque improbatum ac reprehensum. οὐ γὰρ ἠξίουν,inquit,&c.i. Indignum enim iudicabant,virum totius Græciæ optimum ac fortiss. ab omnib.iudicatum, qui orbem terrarum sua gloria impleuerat,homini barbaro,qui à rege Persarum defecisset, corpus suum locare,nomenque suum & gloriam suam pecunia vendere, munere mercenarij & externorum militum ductoris fungentem.

110. in acta,)in littore,ἐν ἀκτῇ sic M.Tull.accus.lib.5.tametsi in acta cum mulierculis iacebat ebrius,&c.Idem ibid.vxorem eius parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secum habere. Ibid. tum istius acta commemorabatur: tum flagitiosa illa conuiuia. nam (vt dicam ἐν παρόδῳ) mendosè in aliis libris vulg.legitur,commemorabantur.Virgil.lib 5.æn.At procul in sola secretæ Troades acta Amissum Anchisen flebant.lege Stephanum in voce ἀκτή.

111. neque huc amplius quicquam)neque terra alia vlla re, quàm pellib.strata esset Sic Tubero ille,homo eruditiss. & Stoicus,in funere Scipionis Africani, cùm epulũ populo Ro.nomine Q. Maximi Africani daret, strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos,& exposuit vasa Samia.auctor Cic. orat.pro Murena.

112. non modò in his regem) In hoc magnopere barbari fallebantur. Itaque ostendit eis interea (vt scribit Plutarchus apophth.Lacon.) maiestatem & dignitatem regiam ex virtute,& bona existimatione, non ex vestitu esse petendam, atque comparandam.

113. vix fides facta est,)vix eis persuasum est,&c.

114. coronas)quæ fiebant ex gramine quodam non magni pretij, quod βύβλον Græci vocant,vnde charta conficiebatur:& taleis coronas, non reiecisse dicitur Agesilaus,vt refert Plutarchus ex Theophrasto. aliæ erant cariores, & sumtuosiores ex philyra:quas commemorat Horatius oda vlt.lib.I.Displicent nexæ philyra coronæ. Taleis fortasse aspernatus est Agesilaus, aut seruis distribuit.

115. secundámque mensam ἐπιπέμματα, τραγήματα, placentas, liba, bellaria. M. Tull.lib.14.epist.ad Att.epist.6.Hæc ad te scripsi, apposita secũda mẽsa. Horat. lib.2.serm.sat.2.pensilis vua secundas,Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.

116. seruis dispertiit)Plutarchus similia munera Agesilao à Thasiis esse dono

missa scribit apophth. Lacon. his verbis. Θάσιοι γὰρ χώρας αὐτῶν διαπορευομένῳ μετὰ τοῦ στρατεύματος, ἄλφιτα, καὶ χῆνας, καὶ τραγήματα, καὶ μελιπήκτα, καὶ ἄλλα παντοδαπὰ βρώματά τε καὶ πόματα πολυτελῆ ἔπεμψαν· μόνα δὲ τὰ ἄλφιτα δεξάμενος, τὰ λοιπὰ ἀπάγειν ἐκέλευσεν ὀπίσω τοὺς κεκομικότας, ὡς οὐδὲν αὐτῷ ὄντα χρήσιμα. λιπαρούντων δὲ καὶ δεομένων πάντως λαβεῖν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς τοῖς εἵλωσι διαδοῦναι, &c. i. Thasij Agesilao per fineis suos cum exercitu iter facienti, farinas, anseres, bellaria, & placentas, & alia omnis generis esculenta, & poculenta sumtuosa miserunt. Ille autem farinis solis acceptis, cetera eos, qui attulerant, referre iussit, vt sibi prorsus inutilia. Cùm autem Thasij omnib. precib. eum orarent, atque obsecrarent, vt acciperet, iussit eos helotis distribuere. Cuius rei causam cùm quærerent illi, respondit, eos, qui fortitudinem sectarentur & colerent, non oportere taleis delicias recipere. Nam quæ inescant homines seruili ingenio præditos, ea à liberis esse aliena. Tale quiddã & de Lysandro Ælianus var. hist. lib. 4. retulit. Λυσάνδρῳ τῷ Σπαρτιάτῃ ἐς Ἰωνίαν ἀφικομένῳ, οἱ κατὰ τὴν Ἰωνίαν ξένοι πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀπέπεμψαν, ἀτὰρ οὖν καὶ βοῦν καὶ πλακοῦντα. ὁ δὲ ἀπιδὼν εἰς τὸν πλακοῦντα, ἤρετο, τί βούλεται τὸ πέμμα ἐκεῖνο εἶναι. ὁ δὲ κομίζων ἀπεκρίνατο, ὅτι ἐκ μέλιτος καὶ τυροῦ, καὶ ἄλλων τινῶν κατεσκευάσθαι. ὁ δὲ Λύσανδρος, ἀλλὰ τοῦτο μὲν, εἶπε, δότε τοῖς εἵλωσι (mẽdosè legitur in libr. vulg. εἰδόσι) ἐλευθέρου γὰρ οὐκ ἔστι βρῶμα. τὸν δὲ βοῦν προσέταξε κατὰ τὰ πάτρια σκευάσαι, καὶ ἐδείπνησεν ἡδέως. i. Lysandro Spartiatæ cùm in Ioniam peruenisset, hospites eius, qui erant in Ionia, tum multa alia munera miserunt, tum præterea bouem & placentam. Ille oculis in placẽtam coniectis, quæsiuit quódnam esset illud cibi pistorij genus. qui portabant autem, respondit ex melle & caseo, & aliis quibusdam rebus confectum esse. Lysander verò, At hoc quidem, inquit, date helotibus. non est enim hominis liberi cibus. Bouem autem iussit more patrio apparari, & comedit in cena libenter & iucundè.

117. magis etiam contemserunt) immò verò etiam irriserunt, & dictis salsis, atque amaris insectati sunt, vt alij narrant, in quibus est Plutarchus, & Athenæus. ac primùm à Plutarcho ordiamur. sic ille in Ages. ἐπεὶ δὲ κατέπλευσεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, εὐθὺς οἱ πρῶτοι τῶν βασιλικῶν ἡγεμόνων, καὶ διοικητῶν, ἐβάδιζον ἐπὶ ναῦν θεραπεύοντες αὐτόν. ἦν δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἰγυπτίων σπουδή τε μεγάλη, καὶ προσδοκία διὰ τοὔνομα καὶ τὴν δόξαν τοῦ Ἀγησιλάου. καὶ συνέτρεχον ἅπαντες ἐπὶ τὴν θέαν. ὡς δὲ ἑώρων λαμπρότητα μὲν καὶ κατασκευὴν οὐδεμίαν, ἄνθρωπον δὲ πρεσβύτην κατακείμενον ἐν τῇ πόᾳ παρὰ τὴν θάλατταν, εὐτελῆ καὶ μικρὸν τὸ σῶμα, τραχὺ καὶ φαῦλον ἱμάτιον ἀμπεχόμενον. σκώπτειν αὐτοῖς καὶ γελωτοποιεῖν ἐπῄει, καὶ λέγειν, ὅτι τοῦτ᾽ ἦν τὸ μυθολογούμενον, ὠδίνειν ὄρος, εἶτα μῦν ἀποτεκεῖν. ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτοῦ ἀτοπίαν ἐθαύμασαν, ὅτι ξενίων προσκομισθέντων, ἄλευρα μὲν, καὶ μόσχους, καὶ χῆνας ἔλαβε, τραγήματα δὲ καὶ πέμματα, καὶ μύρα διωθεῖτο. καὶ βιαζομένων λαβεῖν, καὶ λιπαρούντων, ἐκέλευσε τοῖς εἵλωσι διδόναι κομίζοντας. i. Posteaquàm autem in Ægyptum nauigauit, continuò primi ex regiis ducibus & præfectis domus regiæ, quos diœcetas appellant Græci, sese ad eius nauim conferebant, eum omnibus officiis comprehendere, omnique obseruantia sibi deuincire studentes. Erat porrò & aliorum Ægyptiorum magnum in eum studium, magnáque exspectatio propter eius nomen & gloriam: & ad eum visendum omnes concurrebant. vbi autem nullum splendorem, nullúmque apparatum viderunt, sed hominem natu grandem in gramine recumbentem ad mare, deformem & breui cor-

poris statura, crassa & obsoleta veste amictum, venit illis in mentem dicta in eum falsa iacere, & risum mouere, & dicere hoc illud esse, quod est in Æsopi fabulis, parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Multo verò magis eum mirati sunt tamquam hominem communi sensu carentem, cùm muneribus ad eum allatis, atque aduectis, farinas quidem, & vitulos, & anseres accepit, bellaria verò, & placentas, & vnguenta reiecit: & cùm ei vim propè afferrent, eúmque enixè oraret, vt acciperet, iussit illa dare helotis eos, qui portabant. Athen. lib. 14. pag. 2. καὶ Ταχὼς ὁ αἰγυπτίων βασιλεὺς Ἀγησίλαον σκώψας τὸν λακεδαιμονίων βασιλέα, ὅτι ἦλθεν αὐτῷ συμμαχήσων (ἦν γὰρ βραχὺς τὸ σῶμα,) ἰδιώτης ἐγένετο, ἀποστάντος ἐκείνου τῆς συμμαχίας. τὸ δὲ σκῶμμα τοῦτ᾽ ἦν, ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς ἐφοβεῖτο, τὸ δὲ ἔτεκε μῦν. ὅπερ ἀκούσας ὁ Ἀγησίλαος, καὶ ὀργισθεὶς, ἔφη. φανήσομαί σοι ποτὲ καὶ λέων. i. & Tachos rex Ægyptiorum quòd Agesilaum Lacedæmoniorum regem dicto salso & amaro vellicasset, quo tempore ad eum venit belli adiutor futurus (erat autem breui corpore) factus est ex rege priuatus ob dictum intempestiuum. Dictum autem hoc erat, parturiebat mons: Iupiter extimescebat: at ille murem peperit. quo audito Agesilaus ira percitus, videbor (inquit) tibi aliquando etiam leo. Sed Diod. lib. 15. nihil tale de Agesilao scriptum reliquit, quin narrat eum quamuis Tachos non semper eius consilium secutus sit, semper tamen à Tacho contra Persarum regem, & eo mortuo contra Nectanebum eius filium, seu sororis fil. qui eum regno spoliare conabatur, stetisse: & ad extremum eiusdem opera & scientia benè imperandi, regnum pæne amissum recuperasse. Verba Diodori non ascribam: locum tantum, vbi ea sunt, indicabo. reperiet illa lector in ea pagina, quæ extremam lib. 15. paginam antecedit. Xenophon autem in Agesilao, tradit, Agesilaum, quòd is, à quo arcessitus esset (Tachos, opinor, non enim eum nominat) imperium belli, seu summam belli gerendi potestatem sibi non dedisset, indignè ferentem, & succensentem, tamquam in re maxima deceptum, cum animo suo considerasse, quid sibi agendum esset: illum autem à suis omnibus desertum ac derelictum, metu perterritum Sidonem confugisse. deinde orta inter Ægyptios dissensione ac seditione, duobúsque regibus à populo dissentiente creatis, Agesilaum re multùm, diúque deliberata, cùm intelligeret, si neutri opitularetur, primùm neutrum stipendium militibus soluturum, commeatúmque præbiturum: deinde victoria alteri secundo prælij euentu adiudicata, victorem sibi inimicum futurum: sin alteri opem ferret, eum beneficio affectum, vt probabile est, gratiam sibi relaturum, & amicum futurum: decreuisse, ei ex duobus de regno contendentibus auxilium ferre, qui animo esset erga Græcos beneuolo: hoc consilio capto, coniunctis cum eo, qui Græcis amicus erat, copiis (Nectanabe scilicet) eum, qui animo erat ab eis alieno, graui prælio superatum cepisse, alterúmque in regno constituisse, & magnis ab eo muneribus acceptis domum reuertisse. At Plutarchus, (cui maximam fidem habeo) scribit, Agesilaum rem turpem specioso velamine, vtilitate patriæ, tegentem, à Tacho ad Nectanabem desciuisse, & facto turpi honestum nomen imposuisse. nam verum illius facti nomen, proditionem fuisse. Ita Nectanebum, vt semel Agesilai auctoritatem sequi cœpit: (nam aliquandiu suo arbitratu bellum administrauit, non Agesilai, & quæ agebantur ab Agesilao, improbauit, ita vt

Agesilaus cum eo assiduè colluctans & conflictans, & indignè ferens, se ei suspectum esse, ad alterum fuerit transiturus, & re infecta discessurus, nisi pudore deterritus esset) Agesilao adiutore, ex animi sententia rem gessisse, & regno Ægypti potitum esse, magnámque beneficij accepti gratiam ei retulisse.

118. *ignorantia rerum bon.)* ἀβελτηρίαν, seu ἀβελτηρίαν appellant Graeci talem *stultitiam. Sed non erat hæc* ἀβελτηρία, *seu rerum bonarum ignorantia, nisi fortè placentæ, & similes diuitum, & beatorum istorum (sic enim vulgò appellantur) deliciæ, bonæ res sunt appellādæ: & qui eis carent, bonis rebus carent. quod longè aliter est.*

119. *Nectanabe) immo Tacho, vt vult Diodorus, eo, quem suprà indicauimus loco. vbi sic ille.* μετὰ ταῦτα ὁ μὲν Ταχὼς αὖτις ἐκτήσατο τὴν κατ' Αἴγυπτον βασιλείαν. ὁ δ' Ἀγησίλαος, ὡς μόνος κατωρθωκὼς τὴν βασιλείαν, ἐτιμήθη ταῖς πρεπούσαις δωρεαῖς. *i. postea Tachos quidem regnum Ægypti recuperauit: Agesilaus verò, tamquam solus auctor rei benè gestæ, regnóque Tacho restituto, conuenientib. muneribus ornatus est. Nectanebe autem legendum, non, vt habent exempla Veneta, Nathabide. Sic enim hunc appellant Plutarchus, Diod. Siculus, Polyænus, nisi quòd* ἀδιαφόρως *Nectanabus, & Nectanabis, & Nectanebis,* Νεκτανεβώς, Νεκτάναβις, Νεκτάνεβις *ab illis nominatur. Quòd autem in apophth. Lacon.* Νεκταβίου *scriptum est, erratum esse puto. Nectanebum suprà commemorauit & Probus in Chabria princip.*

120. *ducentis vig talen.) Plutarch ibid.* προὔπεμψεν αὐτὸν ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς ἄλλας τε λαβόντα τιμὰς καὶ δωρεάς, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἀργυρίου διακόσια καὶ τριάκοντα τάλαντα. *i. Prosecutus igitur est Nectanabis Agesilaum honorificè, & magnificè, cùm aliis honorib. & muneribus ornatum, tum ad bellum domesticum tolerandum ducentis & triginta talentis donatum.*

121. *in portum, qui Menel.) sic Plutarch.* καὶ πρὸς τὴν Λιβύην εἰς χωρίον ἔρημον κομισθείς, ὃ καλοῦσι Μενελάου λιμένα, &c. *i. & ad Libyam in oppidum quoddam delatus, quod Menelai portus appellatur, &c. Hunc Menelai portum commemorat Strabo lib. vlt, non longè ab extremo sed lib. I. explicatius, his verbis.* καὶ ὁ Μενέλαος οὕτως εἰς Αἰθιοπίαν ἧκεν· οὕτω δὲ καὶ εἰς Λιβύην, ὅτε προσέσχε τόποις τισίν. ἀφ' οὗ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀρδανίαν λιμὴν, τὴν ὑπὲρ τοῦ Παραιτονίου, Μενέλαος καλεῖται. *i. hic igitur Menelaus in Æthiopiam venit: ita verò & in Africam, quia ad quædam illius oræ loca eius naues appulsæ sunt. à quo, qui est circa Ardaniam portus suprà Paretonium, Menelaus appellatur.*

122. *Cyrenas)* Κυρήνη πόλις Λιβύης. *Stephanus. Cyrene vrbs Libyæ. Plinius lib. V. cap. V. Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio, illustratur Hammonis oraculo, quòd à Cyrenis abest CCCC. M passuum, fonte solis, vrbibus maxime quinque Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipsa Cyrene.*

123. *in morbum implicitus) Plutarch. ibid.* ἀποθνήσκει βιώσας μὲν ὀγδοήκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη, βασιλεύσας δὲ Σπάρτης ἐπὶ τῶν τεσσαράκοντα πλείω, &c. *i. Moritur cùm annos quattuor & octoginta vixisset, quadraginta & vnum, & amplius, Spartæ regnum obtinuisset, &c. Diod. lib. 15.* ἐπανιὼν δὲ εἰς τὴν πατρίδα διὰ Κυρήνης ἐτελεύτησεν. *i. reuertens autem in patriam per Cyrenen, decessit è vita. Quod autem*

ad loquendi genus attinet, sic loqui solet Probus, idque alibi indicauimus.
124. quòd mel non hab.) contrà Diodorus eodem loco. καὶ τὸ σῶμα ἐν μέλιτι κομισθὲν εἰς τὴν Σπάρτην, ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς τε καὶ τιμῆς. i. & corpus Agesilai in melle Spartam deportatum. sepultura regia, ceterisque honorib. regi conuenientib. decoratum est. Plutarchus cum Probo congruens. ἔθους δὲ ὄντος Λακωνικοῦ τῶν μὲν ἄλλων ἐπὶ ξένης ἀποθανόντων, αὐτοῦ τὰ σώματα κηδεύειν, καὶ ἀπολείπειν, τὰ δὲ τῶν βασιλέων οἴκαδε κομίζειν. οἱ παρόντες Σπαρτιᾶται κηρὸν ἐπιτήξαντες τῷ νεκρῷ, μέλιτος οὐ παρόντος, ἀπήγαγον εἰς Λακεδαίμονα. i. Cùm esset autem hæc consuetudo apud Lacedæmonios, eorum, qui in locis externis mortui essent, corpora ibidem sepelire & relinquere: regum verò domum deportare: Lacedæmonij, qui cum Agesilao redibant, cera cadaueri illiquefacta, quia mel non suppetebat, Lacedæmonem retulerunt. Lacedæmonios autem solitos esse regum in externis locis mortuorum corpora in melle cóndita domum reportare, declarat quod scribit Xenophon lib. 5. de reb. Gr. de sepultura Agesipolidis regis, non longè ab vrbe Olyntho mortui. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἐν μέλιτι τεθεὶς, καὶ κομισθεὶς οἴκαδε, ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς. i. Atque ille quidem in melle cónditus, & domum reportatus, sepultura regia affectus est.

EVMENES.

EVmenes[1] Cardianus.[2] Huius si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem maior fuisset, sed multo illustrior, atque etiam honoratior,[3] quòd magnos homines virtute metiuntur, non fortuna prudentes. Nam cùm ætas eius incidisset in ea tempora, quibus[4] Macedones florerent, multum ei[5] detraxit viuenti, quòd alienæ erat ciuitatis. neque aliud huic defuit, quàm[6] generosa stirps. tametsi enim ille[7] domestico summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indignè ferebant: neque tamen non patiebantur. vincebat enim omneis[8] cura, vigilantia, patientia,[9] calliditate, &[10] celeritate ingenij. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi, Amyntæ filij: breuique tempore[11] in intimam peruênit familiaritatem.[12] Fulgebat enim iam in adolescentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit[13] ad manum[14] scribæ loco: quod multo[15] apud Graios honorificentius est, quàm[16] apud Romanos. nam[17] apud nos re vera, sicut sunt, mercenarij scribæ existimantur. at apud il-

los è cõtrario, nemo ad id officium admittitur,[18] nisi honesto loco, & fide, & industria cognita, quòd necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitiæ apud Philippum annos septem.[19] illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim.[20] Nouissimo tempore præfuit etiam[21] alteri equitum alæ,[22] quæ hetærice appellabatur.[23] Vtrique autem &[24] in consilio semper affuit, & omnium rerum habitus est particeps. Alexandro[25] Babylone mortuo[26] cùm regna singulis familiaribus dispartirentur, &[27] summa rerum tradita esset tuenda eidem,[28] cui Alexander moriens annulum suum dederat, Perdiccæ, ex quo omnes coniecerant, eum regnum ei commẽdasse, quoad liberi eius[29] in suam tutelam peruenissent: aberant enim[30] Craterus, &[31] Antipater, qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat[32] Hephæstio, quem viuum Alexander, quod facile intelligi posset,[33] plurimi fecerat: Hoc tempore data est Eumeni[34] Cappadocia,[35] siue potius dicta. nam[36] tum in hostium erat potestate. Hunc sibi Perdiccas adiunxerat magno studio, quòd in homine[37] fidem & industriam magnam videbat, non dubitans, si eum pellexisset, magno vsui fore sibi in his rebus, quas apparabat. cogitabat enim,[38] quod ferè omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium parteis[39] corripere, atque complecti. Neque verò hoc solus fecit, sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant[40] amici. Primus[41] Leonnatus[42] Macedoniam præoccupare[43] destinauerat. Is multis, magnísque pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, vt Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Cùm[44] eum perducere non posset, interficere conatus est: & fecisset,[45] nisi ille clàm ex præsidiis eius effugisset. Interim[46] conflata sunt illa bella, quæ[47] ad internecionem

cionem post Alexandri mortem gesta sunt,[48] omnésq; concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. quem & si infirmum videbat, quòd vnus omnibus resistere cogebatur, tamen amicum non deseruit, neque salutis,[49] quàm fidei, fuit cupidior. Præfecerat eum Perdiccas[50] ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem iacet, atque Hellespontum: & illum vnum opposuerat[51] Europæis aduersariis. Ipse Aegyptum oppugnatum[52] aduersus Ptolemæum erat profectus. Eumenes cùm neque magnas copias, neque firmas haberet, quòd inexercitatæ, & nõ multo antè erant contractæ, aduentare autẽ dicerentur, Hellespontúmque[53] transcurrisse Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri tum claritate, tum vsu belli præstantes: Macedones verò milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi,[54] qui summã imperij potirentur.[56] Eumenes igitur intelligebat si copiæ suæ, cognoscerẽt,[57] aduersus quos ducerentur, non modò non ituras, sed simul cum nuntio[58] dilapsuras. Itaq; hoc eius fuit prudentissimum consilium, vt[59] deuiis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent: & his persuaderet, se[60] contra quosdam barbaros proficisci. Itaque[61] tenuit hoc propositum, & prius in aciem exercitum eduxit, præliúmque commisit,[62] quàm milites sui scirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum præoccupatione,[63] vt equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quàm peditatu, [64] quo erat deterior. Quorum acerrimo concursu cùm magnam partem diei esset pugnatum,[65] cadit Craterus dux, & Neoptolemus,[66] qui secundum locum imperij tenebat. cum hoc concurrit ipse Eumenes. qui cùm[67] inter se complexi in terram ex equis decidissent, vt facilè intelligi posset ini-

mica mente contendisse, animóque magis etiam pugnasse, quàm corpore: non prius distracti sunt, quàm[68] alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis ex prælio excessit,[69] sed acrius hostibus institit. Hîc equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis præterea & maximè nobilibus captis, pedestris exercitus,[70] quòd in ea loca erat deductus, vt inuito Eumene elabi non posset, pacem ab eo petiit. quam cùm impetrasset,[71] in fide non mansit, & se, simulac potuit,[72] ad Antipatrum recepit. Eumenes[73] Craterum ex acie semiuiuum[74] elatum[75] recreare studuit. cùm id non posset, pro hominis dignitate, próque pristina amicitia ([76] namque illo vsus erat, Alexandro viuo, familiariter)[77] amplo funere extulit, ossáque in Macedoniam vxori eius, ac liberis remisit. Hæc dum apud Hellespontum geruntur, Perdiccas apud flumen Nilum[78] interficitur à Seleuco & Antigono:[79] rerúmque summa ad Antipatrum defertur.[80] Hîc, qui deseruerant, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur, in his Eumenes.[81] Hac ille perculsus plaga non succubuit, neque eo secius bellum administrauit. sed exiles res animi magnitudinem,[82] & si non frangebant, tamen imminuebant. Hunc persequens[83] Antigonus, cùm omni genere copiarum abundaret,[84] sæpe in itineribus vexabatur: neque vmquam[85] ad manum accedere licebat, nisi his locis, quibus pauci possent multis resistere. Sed extremo tempore cùm consilio capi non posset,[86] multitudine circumuentus est. hinc tamen multis suis amissis se expediuit, &[87] in castellum Phrygiæ, quod[88] Nora appellatur, cōfūgit. In quo cùm[89] circumsederetur, & vereretur, ne vno loco manens equos militareis perderet, quòd spatium non esset agitandi:[90] callidum fuit eius in-

uentum, quemadmodum[91] stans iumentum calefieri, exercerique posset, quo libentius & cibo vteretur, & à corporis motu nō remoueretur. Substringebat caput loro altius, quàm vt prioribus pedibus planè terram posset attingere: deinde pòst verberibus cogebat exsultare, &[92] calceis remittere. qui motus[93] non minus sudorem excutiebat, quàm si in spatio [94] decurreret. Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, vt iumenta æquè[95] nitida ex castello educeret, cùm complureis menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus & planis ea locis habuisset. Quotiescunque voluit & apparatum &[96] munitiones Antigoni alias incendit, alias disiecit.[97] Tenuit autem se[98] vno loco, quàm diu fuit hiems. [99] quòd castrum subsidia habere non poterat, ver appropinquabat:[100] simulata deditione, dū de condicionibus tractat, [101] præfectis Antigoni[102] imposuit: séque, ac suos omneis extraxit incolumeis. Ad hunc Olympias, mater quæ fuerat Alexandri,[103] cùm litteras & nuntios misisset in Asiam consultum, [104] vtrùm repetitum Macedoniam veniret, ([105] nam tum in Epiro habitabat) &[106] eas res occuparet: [107] an in Epiro maneret: huic ille primùm suasit, ne se moueret,[108] & exspectaret, quoad[109] Alexandri filius regnum adipisceretur.[110] sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium iniuriarum obliuisceretur, & in neminem acerbiore imperio vteretur. Horum nihil ea fecit. nam & in Macedoniam profecta est, & ibi[111] crudelißimè se geßit. Petiit autem ab Eumene absente, ne pateretur, Philippi domus & familiæ[112] inimicißimos regnare, amicißimos interire, ferrétque opem liberis Alexandri.[113] quam veniam si sibi daret, quàm primùm exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. id quo facilius faceret, se omnibus præfectis, qui

[114]in officio manebant,[115]misisse litteras, vt ei parérent, eiúsque consiliis vterentur. His verbis Eumenes permotus satius duxit,[116]si ita tulisset fortuna,perire benemeritis referentem gratiam,[117]quàm ingratum viuere. Itaque copias contraxit,bellum aduersus Antigonum comparauit. Quòd vnà erant Macedones complures nobiles, in his[118] Peucestes,qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem:&[119]Teutamus, cuius sub imperio[120]phalanx erat Macedonum:[121]inuidiam verens,([122]quam tamen effugere non potuit)[123]si potius ipse[124]alienigena summi imperij potiretur,quàm alij Macedonum,quorum ibi erat multitudo:[125]in principiis nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eóque sellam auream [126] cum sceptro ac diademate iußit poni,eóque omneis quotidie conuenire, vt ibi de summis rebus consilia caperentur, credens minore se inuidia fore, si specie imperij, nominísque simulatione Alexandri, bellum videretur administrare. [127]quod & fecit. nam cùm non ad Eumenis[128]principia, sed ad regia conueniretur, atque ibi de[129]rebus deliberaretur, quodammodo latebat,cùm tamen per eum vnum omnia gererentur. Hic [130]in Parætacis cum Antigono conflixit,[131]non acie instructa,sed[132]in itinere, eumq́;[133]male acceptũ in Mediam hiematum coëgit redire.ipse[134]in finitima regione Persidis hiematum copias[135]diuisit,non vt voluit,[136]sed militum vt cogebat voluntas.namque illa[137]phalanx Alexandri Magni,quæ Asiam peragrarat,deuicerátque Persas,inueterata cùm gloria,tum etiam licentia,non parêre se ducibus,[138]sed imperare postulabat: [139]vt nunc veterani faciunt. itaque periculum est,ne faciant,quod illi fecerunt sua intemperantia, nimiáque licentia,[140]vt omnia perdant, neque minus

eos cum quibus ſteterint, quàm aduerſus quos fecerint. Quòd ſiquis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoſcat:[141] *neque rem vllam, niſi tempus, intereſſe iudicet. Sed ad illos reuertar. Hiberna ſumſerant non ad vſum belli, ſed ad ipſorum luxuriam: longéque inter ſe*[142] *diſceſſerant. Hoc Antigonus cùm comperiſſet, intelligerétque ſe parem non eſſe paratis aduerſariis,*[143] *ſtatuit aliquid ſibi noui conſilij eſſe capiendum. Duæ erant viæ, quà ex Medis, vbi ille hiemabat,*[144] *ad aduerſariorum hibernacula poſſet perueniri. quarum breuior per loca deſerta, quæ nemo incolebat*[145] *propter aquæ inopiam,*[146] *ceterùm dierum erat ferè decem. illa autem,*[147] *quà omnes commeabant,*[148] *altero tanto longiorem habebat*[149] *amfractum, ſed erat copioſa, omniúmque rerum abundans. hàc ſi proficiſceretur, intelligebat prius aduerſarios reſcituros de ſuo aduentu, quàm ille tertiam partem confeciſſet itineris. ſin per loca*[150] *ſola contenderet, ſperabat ſe*[151] *imprudentem hoſtem oppreſſurum. Ad hanc rem conficiendam imperauit*[152] *quàm plurimos vtres, atque etiam culleos comparari: poſt hæc pabulum: præterea*[153] *cibaria cocta decem dierum:*[154] *útque quamminimè fieret ignis in caſtris. itérque, quod habebat, omneis celat. Sic paratus, quà conſtituerat, proficiſcitur. Dimidium ferè ſpatium confecerat,*[155] *cùm ex fumo caſtrorum eius, ſuſpicio*[156] *allata eſt*[157] *ad Eumenem, hoſtem appropinquare. conueniunt duces: quæritur quid opus ſit facto. intelligebant omnes, tam celeriter copias ipſorum contrahi non poſſe, quàm Antigonus affuturus videbatur. Hîc omnibus*[158] *titubantibus, & de rebus ſummis deſperantibus, Eumenes ait, ſi celeritatem velint adhibere, & imperata facere,*[159] *quod antè non fecerint, ſe*[160] *rem expediturum.*[161] *nam quòd diebus*

quinque hostis transisse posset, se effecturum, vt non minus totidem dierum spatio retardaretur. quare circumirent, suásque quisque copias contraheret.. Ad Antigoni autem[161] *refrenandum impetum tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos monteis,*[162] *qui obuij erant itineri aduersariorum: hísque præcipit, vt*[163] *prima nocte quàm latissimè possint igneis faciant*[164] *quàm maximos: atque hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant, vt assimulata castrorum consuetudine*[165] *suspicionẽ iniiciant hostibus, in his locis esse castra, ac de eorum aduentu esse prænuntiatum: idémq; postera nocte faciant. quibus imperatũ erat,*[166] *diligenter præceptum curant.*[167] *Antigonus tenebris obortis igneis cõspicatur: credit de suo aduentu esse auditum, & aduersarios*[168] *illuc suas contraxisse copias. mutat consilium, & quoniam imprudenteis adoriri non posset, flectit iter suum, & illum amfractum longiorem copiosæ viæ capit, ibíque diem vnum opperitur ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda iumenta, quo integriore exercitu*[169] *decerneret. Hic Eumenes callidum imperatorem*[170] *vicit consilio, celeritatémque impediuit eius, neque tamen multùm profecit. nam*[171] *inuidia*[172] *ducum, cum quibus erat,*[173] *perfidiáque militum Macedonum*[174] *veteranorum, cùm*[175] *superior prœlio discessisset,*[176] *Antigono est deditus, cùm exercitus ei ter antè separatis temporibus*[177] *iurasset, se eum defensurum, nec vmquam deserturum. Sed tanta fuit nonnullorum*[178] *virtutis obtrectatio, vt fidem amittere mallent, quàm eum non prodere. Atque hunc Antigonus, cùm ei fuisset infestissimus, conseruasset,*[179] *si per suos esset licitum, quòd ab nullo se plus adiuuari posse intelligebat in iis rebus, quas impendêre iam apparebat omnibus. Imminebãt enim*

[180] Seleucus, [181] Lysimachus, [182] Ptolemæus, opibus iam valentes: cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum. sed non paßi sunt [183] ij, qui circa erant, quòd videbant, Eumene recepto, omneis præ illo parui futuros. ipse autem Antigonus [184] adeò erat incensus, vt, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset. Itaque cùm eum in custodiam dedisset, & præfectus custodum quæsisset, quemadmodum seruari vellet: [185] vt acerrimum, inquit, leonem, aut vt ferocißimum elephantum. [186] nondum enim statuerat, conseruaret eum, néc ne. Veniebat autem ad Eumenem vtrumque genus hominum, & qui propter odium [187] fructum oculis ex eius casu capere vellent, & qui propter veterem amicitiam [188] colloqui, consolaríque cuperent. multi etiam, qui eius formam cognoscere studebant, qualis esset, quem tam diu, támque valde timuissent: [189] cuius in pernicie positam spem habuissent victoriæ. At Eumenes, cùm diutius in vinculis esset, ait [190] Onomarcho, penes quem summa imperij erat custodiæ, se mirari, quare iam tertium diem sic teneretur. non enim hoc conuenire Antigoni prudentiæ, [191] vt sic se vteretur victo. [192] quin aut interfici, aut missum fieri iuberet. Hic cùm [193] ferocius Onomarcho loqui videretur, quid? tu, inquit, animo si isto eras, [194] cur nõ in prœlio cecidisti potius, [195] q̃ in potestatem inimici venires? Huic Eumenes, vtinam quidem istud euenisset, inquit: sed eò non áccidit, [196] quòd numquam cum fortiore sum congressus. non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. non enim virtute hostium, sed amicorum perfidia, [197] décidi. Neque id falsum. nam & [198] dignitate fuit honesta, & viribus ad laborem ferendum firmis. neque tam magno corpore, quàm figura venusta, De hoc Antigonus cùm solus constituere

non auderet,[199] ad conſilium retulit. Hîc cùm [200] plerique omnes primò perturbati admirarentur, non iam de eo ſumtum eſſe ſupplicium, à quo tot annos adeò eſſent[201] male habiti, vt ſæpe ad deſperationem forent adducti: quíque maximos duces interfeciſſet: denique in quo vno eſſet tantum, vt,[202] quoad ille viueret, ipſi ſecuri eſſe non poſſent: interfecto[203] nihil habituri negotij eſſent: poſtremò,[204] ſi illi redderet ſalutem, quærebant, quibus amicis eſſet vſurus. ſeſe enim cum Eumene apud eum non futuros. Hîc cognita [205] conſilij voluntate, tamen vſque ad ſeptimum diem deliberandi ſibi ſpatium reliquit.[206] tum autem cùm vereretur, nequa ſeditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quemquam admitti, &[207] quotidianum victum amoueri iuſsit. nam negabat, ſe ei vim allaturum, quì aliquando fuiſſet amicus. Hic tamen[208] non amplius, quàm triduum,[209] fame fatigatus,[210] cùm caſtra mouerentur, inſciente Antigono[211] iugulatus eſt à cuſtodibus. Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, cùm ab anno viceſimo ([212] vt ſuprà oſtẽdimus) ſeptẽ annos Philippo[213] apparuiſſet, & tredecim apud Alexãdrum eundem locũ obtinuiſſet, in his[214] vni equitum alæ præfuiſſet, poſt autem Alexandri Magni mortem imperator exercitus duxiſſet, ſummóſque duces partim repuliſſet, partim interfeciſſet:[215] captus non Antigoni virtute, ſed Macedonũ periurio, talem habuit exitũ vitæ.[216] De quo quanta fuerit omnium opinio eorum, qui poſt Alexandrum Magnũ reges ſunt appellati, ex hoc facillimè poteſt iudicari, quòd nemo Eumene viuo rex appellatus eſt, ſed præfectus. ijdem poſt huius[217] occaſum, ſtatim[218] regium ornatum, noménque ſumſerunt: neque, quod initio prædicarant, ſe Alexandri liberis regnum ſeruare, id præſtare voluerunt, &

vno

vno propugnatore ſublato, quid ſentirent, aperuerunt. Huius ſceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, Seleucus,[219] Lyſimachus,[220] Caſſander. Antigonus autem Eumenem mortuum[221] propinquis eius ſepeliendum tradidit: qui eum militari, honeſtóq; funere, comitante toto exercitu, humauerunt, oſſáque eius in Cappadociam[222] ad matrem, atque[223] vxorem, liberósq; eius deportanda curarunt.

EVMENES.

CArdianus) *ſic* Plutarch. *in* Eumene. Stephanus, Καρδία πόλις τῆς ἐν Θρᾴκῃ Χεῤῥονήσου. i. Cardia *vrbs* Cherroneſi *eius, quæ eſt in* Thracia. *vnde autem ſic dicta ſit, lege apud eundem.*

1. Huius *ſi virtuti p.d.:) quod fere euenit contrà. nam plerumque viri virtute præſtantes fortunam experiuntur ſibi maximè aduerſam, infeſtam, atque iniquam: deterrimis & nequiſsimis hominib. omnia ſæpe ex animi ſententia dormientibus procedunt. Quare optandum quidem illud eſt, virtutem habere ducẽ, comitem fortunam: & hæc duo maximè in imperatore requiruntur: vt in milite virtus & fides: ſed tamen virtus à fortuna derelicta ac deſerta, tueri locũ ſuum, & retinere dignitatem ſuam aliqua ratione poteſt. Quid interſit autem inter virtutem imperatoris, & virtutem militis alibi fortaſſe dicemus.*

2. *ſed multo illuſtrior) ſi fortunatior fuiſſet* Eumenes, *inquit, quàm fuit: non fuiſſet ille quidem maior: fortuna enim nihil afferre, aut addere poteſt ad animi magnitudinem, qua nihil maius fingi poteſt, vt docet* Ariſtot. *lib. 4. de* Morib. *ad* Nicomach. *ſed fuiſſet illuſtrior, &c. quia fortuna virtutem per ſe illam quidem claram atque illuſtrem, ſed tamen opinione, & iudicio hominum ſine fortuna obſcuram, atque humilem, in luce & oculis ciuium, atque adeò peregrinorum & externorum collocat, & eius actiones amplificat, atque illuſtrat, & quodã modo ſplendidiores facit.*

3. *quòd magnos hom.)* Secutus ſum *exempla* Colonienſia & Baſileenſia. nam Veneta & Florentina, & *multo omnium antiquiſsima* Argentoratenſia, *non habent vocem prudentes. quæ quamuis primo aſpectu videatur eſſe neceſſariò aſcribenda, videtur tamen mihi ab iis inculcata, & ſuppoſita, qui non videbant, ſic interdum loqui ſolere veteres, vt ſubintelligatur nomen, quod appellant* Grãmatici *ſuppoſitum: & hãc eſſe verã & germanã ſcripturã, quod magnos homines virt. met. non fortuna.* Nam *&c.* Omnino *multo malim ſic legi, quòd magnos viros homines virtute metiuntur, non fortuna. non tamen iccirco quicquam mutarim.* Nam *vel ſic locus explicandus eſt, vt vox, magnos, per ſe ſtet, neque cũ ſubſtantiuo, homines cohæreat, & ſubintelligatur, viros: vel contrà, vt hoc totum, magnos homines, coniunctè legatur, in verbo autem, metiuntur, ſubintelli-*

gatur substantiuum, homines, vel, omnes, vel, plerique: quod bonis scriptoribus Græcis & Latinis est valde vsitatum, vt diximus. Quamuis autem magnus vir solet dicere M. Tullius potius, quàm magnus homo, hoc etiam modo tamen locutum esse. suprà in Pausania ostendimus, princ. Pausanias Lacedæmonius, magnus homo. Sic & idē M. Tullius epist. I. lib. I. ad Q. Fr. Quare cùm permagni hominis est, & ipsa natura moderati, tum verò doctrina, & optimarum artium studiis eruditi, sic se adhibere in tanta potestate &c. Idem pro Deiotaro. An Cæcilium istum magnum hominem putabat?

4. *Macedones florerent) propter Philippum Amyntæ fil. & Alexandrū Magnum, Philippi fil. qui res omnium Macedonū regum maximas gesserūt. de quibus alibi plura.*

5. *detraxit) deminuit, demsit, decerpsit, detriuit.*

6. *generosa stirps) ex antiquo genere Macedonico origo: vel εὐγένεια, id est, generis præstantia.*

7. *tametsi enim ille domest.) nam & si erat domi nobilis, &c. sic enim dicuntur à M. Tullio, qui Romæ sunt ignobiles atque obscuri. Diod. lib. 18. pag. 23. tradit, eum fuisse peregrinum, nihil præterea: alij dicunt aurigæ filium fuisse, vt testatur Plutarchus in Eumene.*

8. *aliquando anteponi) legendum fortasse, aliquanto anteponi: vel potius aliquantum, vt cum verbo indignè ferebant, cohæreat. Veruntamen nihil muto.*

8. *cura) Cic. philipp. 2. in extr. Fuit in illo (Cæsare) ingenium, ratio, memoria, litteræ, cura, cogitatio, diligentia. Attende verò imperatorias virtutes & apud Ciceronem, & apud scriptorem nostrum.*

9. *calliditate) Itaque Plutarchus eum πανοῦργον dicit fuisse.*

10. *celeritate ingenij) ἀγχίνοια.*

11. *in intimam peru. fam.) peruenit ad eam Philippi familiaritatem, vt esset ex eius intimis.*

12. *fulgebat) elucebat, & eminebat in eo, cùm etiam adolescentulus erat, indoles virtutis.*

13. *ad manum) id est, paratū, & quasi perpetuò sibi apparentem, & astantem, κατὰ χεῖρα, ὑπὸ χειρὶ, ἐπιμελεῖ. alij, cuius manu ad epistolas scribendas vteretur: à quibus dissentio. Sed hac de re lege Turnebi nostri Aduers. lib. 3 cap. vlt.*

14. *scribæ loco) Plutarch. ἀρχιγραμματέα Alexandri, id est scribarum principem Philippo mortuo fuisse tradit. Arrianus lib. V. γραμματέα appellat simpliciter. θάψας δὲ, ὡς νόμος αὐτῷ, τοὺς πεσόντας, Εὐμένη τὸν γραμματέα ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο πόλεις, τὰς συναφεστώσας τοῖς Σαγγάλοις, &c. id est, Alexander autem mortuis, ita vt institutum eius erat, sepultis, mittit Eumenem scribam ad duas vrbeis, quæ vnà cum Sangalis à se defecerant, &c. Idem lib. VI. Πτολεμαίῳ δὲ τῷ σωματοφύλακι, καὶ Εὐμένει τῷ γραμματεῖ τῷ βασιλικῷ τὰς Ἀρταβάζου παῖδας ἔδωκε. id est, Ptolemæo verò corporis custodi, & Eumeni scribæ regio filias Artabazi in matrimonium collocauit.*

15. *apud Graios) Itaque Phyllidas Thebanus, non contemtus ciuis, Archiæ Thebani, & aliorum polemarchorum scriba erat, apud Xenoph. lib. 5. de reb. Gr.*

& apud Isocratem idem fungitur scribæ, & quæstoris munere: & hoc vtrumque munus, laudi, gloriæque sibi vertit. Sic Isocrat. Αἰγυπτιακῷ. αἱρεθεὶς γὰρ ἄρχειν αὐτοκράτωρ, ἐμὲ δὲ γραμματέα προείλετο, καὶ τῶν χρημάτων ταμίαν κατέστησε. i. prætor enim summi imperij compos creatus me & scribam præ ceteris omnibus legit, & pecuniæ publicæ custodem præfecit. Apud Gallos fortasse nihil aliud est esse cancellarium (qui honos amplissimus est viro togato) quàm esse ἀρχιγραμματέα.

16. apud Ro.) Nam scribæ apud Ro. erant serui, aut certè liberti. Cic. lib. 5. epist. ad fam epist. 20. Ad ea, quæ scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius, scriba meus, adesset. Idem tamen lib. 3. accus. ait, scribarum ordinem esse honestum. sic enim Cic. Ordo est honestus: quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Est verò honestus; quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculáque magistratuum committuntur. Itaque ex iis scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familias, viris bonis, atque honestis, percunctamini quid sibi istæ quinquagesimæ velint. nam omnes intelligent, nouam rem totam, atque indignam videri. Ad eos me scribas reuoca, si placet. noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis, ac de scenicorum corollariis cùm decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt, &c. sequitur paucis pòst. Tametsi cùm in eo ordine videamus esse multos non idoneos, qui ordo industriæ propositus est, & dignitati (senatorium significat) mirabimur, turpeis aliquos in eo esse, quò cuiuis licet pretio peruenire? ex quibus verbis intelligere licet, scribarum ordinem apud Ro. ita honestum fuisse, vt tamen ad magistratus, & ad honores populi, aditus eis non pateret. Præterea Horatius scribam quendam, cognomine Sarmentum, eundémque scurram amarè exagitat sat. 5. lib. I. satisque declarat, eum seruum fuisse, aut certè libertum, seu libertinum. Multa Cicerrus ad hæc: donasset iámne catenam Ex voto Laribus, quærebat. scriba quòd esset, Deterius nihilo dominæ ius esse. rogabat Denique cur vnquam fugisset, &c. Alium scribam more suo ludit, & irridet Sat. V. lib. 2. plerumque recoctus Scriba ex Quinqueuiro coruum deludet hiantem. Admonendus autem est lector, verba illa, periculáque magistratuũ, quæ suprà protuli ex lib. 3. accusation. nõ esse ita accipienda, vt vulgus putat, sed per pericula, illo loco, significari indices, & summas sententiarum à magistratibus latarum, aut etiam decretorum: de qua huius vocis significatione suprà ex Cuiatij nostri sententia nonnulla suprà in Epaminonda diximus.

17. apud nos) apud Romanos.

18. nisi honesto loco) Itaque cùm Neoptolemus scutigerorum princeps post Alexandri mortem dixisset, se Alexandrum secutum esse cum clypeo & lancea, Eumenem verò cum stilo, & tabella, irriserunt illum Macedones, qui scirent, Eumenem præter alia ornamenta ab Alexandro in eum collata, etiam dignum esse habitum affinitate regis.

19. illo interfecto) à Pausania: qua de re alibi dicemus.

20. Nouissimo) vltimo Brutus lib. XI. epist ad fam. epist. I. cur nouissimũ tempus exspectemus potius, quàm nunc aliquid moliamur?

21. alteri equitum alæ) Claudius Puteanus admonuit me, notatum esse à qui-

busdam in libris manuscriptis scriptum esse, alteræ equitum alæ: quod ego amplector, si veri sunt testes: neque hoc lectorem celare volui. Omnino sic interdum loquebantur veteres, vt & multi alij obseruarunt, & nos in commentariis Lucretianis notauimus. Sic Terent. Heautont. hoc ipsum in itinere alteræ dum narrat, fortè audiui. Alam equitum autem ex consuetudine Romana dixit. sic M. Tullius lib. 2. de offic. Quo in bello cùm te Pompeius alæ alteri præfecisset, magnam laudem & à summo viro, & ab exercitu consequebar, &c. T. Liuius lib. 21. annal. Huic alæ equitum missi, vt antè dictum est, ab ostio Rodani trecēti Romanorum equites occurrunt.

22. quæ hetærice app.) Harpocratio in voce πεζέταιροι, al. πεζέταιροι. Ἀναξιμένης ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν περὶ Ἀλεξάνδρου λέγων φησίν. ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους ἱππεύειν συνεθίσας, ἑταίρους προσηγόρευσε. τοὺς δὲ πλείστους, καὶ τοὺς πεζοὺς εἰς λόχους, καὶ δεκάδας, καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελών, πεζεταίρους ὠνόμασεν, ὅπως ἑκάτεροι μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρείας προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες. i. Anaximenes in primo Philippicorum libro de Alexandro loquens ait. Deinde cùm honoratissimos equitationi assuefecisset, sodaleis, seu amicos appellauit. plerosque autem, & pedites cùm in cohorteis, & decadas, & alios ordines distribuisset, pedites sodaleis appellauit, vt vtrique regiæ sodalitatis participes, propensam in ipsum animi alacritatem perpetuò obtinerent. Diod. lib. 18. οἱ δὲ μέγιστον ἔχοντες ἀξίωμα τῶν φίλων, καὶ σωματοφυλάκων συνεδρεύσαντες, καὶ προσλαβόμενοι τὸ τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων ὀνομαζομένων σύστημα, τὸ μὲν πρῶτον διαγωνίζεσθαι τοῖς ὅπλοις πρὸς τὴν φάλαγγα διέγνωσαν, &c. i. Qui autem ex amicis, & corporis custodibus maxima dignitate præditi erant, consilio inito, & adhibita equitum, qui hetæri, id est, sodales & amici appellabantur, ala, primùm armis decertare cum legionibus in animo habuerunt, &c. Arrianus lib. VI. de rebus gestis Alex. καί τις αὐτῶν καθ' ἡλικίαν τε, καὶ ἱππαρχίαν τῆς ἵππου τῆς ἑταιρικῆς οὐκ ἀφανής, Καλλίνης ὄνομα, τοιαῦτα εἶπε, ὦ βασιλεῦ, &c. i. Et quidem ætate, & præfectura equestri alæ equitum hetærices non obscurus, Callines nomine, talia dixit, O rex, &c. Idem eodem lib. infra. Οὔκουν οὐδὲ ἄλλον τινὰ ἔταξεν ἀντὶ Ἡφαιστίωνος χιλίαρχον ἐπὶ τῇ ἵππῳ τῇ ἑταιρικῇ Ἀλέξανδρος, ὡς μὴ ἀπόλοιτο τὸ ὄνομα τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐκ τῆς τάξεως, &c. i. Itaque neque alium quemquam subrogauit chiliarchum in locum Hephæstionis, equitum alæ hetæricæ Alexander, vt ne Hephæstionis nomen ex illa equitum turma deleretur, &c.

23. vtrique) Philippo & Alexandro.

24. in consilio semp.) sic loquitur & Cic. vt pro P. Quintio. certè & hos, qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit. Idem lib. 2. accus. Me quoque Petilius, vt sibi in consilio adessem, rogauit.

25. Babylone mortuo) de morte Alexandri lege Arrianum lib. 7. non admodum longè ab extr. & Diod. lib. 17. in extr. Nos tamen dicemus de ea statim post Timoleontem nonnulla.

26. cùm regna sing. fam.) mox hac de re dicemus.

27. & summa rerum) sic sæpe alibi locutus est Probus.

28. cui Alex. mor. ann. s. d. Perd.) Diod. lib. 17. in extr. τινὰς δέ φασιν, ὡς δυνάμεως ἤδη ἐκλειπούσης Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ τὸ ζῆν ἀπέγνω, περιελόμενος τὸν δακτύλιον. ἔδωκε

Περδίκκᾳ. τῶν δὲ φίλων ἐπερωτώντων, τίνι τὴν βασιλείαν ἀπολείπει; εἶπε, τῷ κρατίστῳ. i. *Multis autem dolorib. & cruciatib. affectus* Alexander, *postquàm vitam desperauit, detractum annulum* Perdiccæ *dedit*. Amicis *autem interrogantib. cui regnum relinqueret, optimo, inquit*. Sic Q. Curtius *lib*. 10. *propiúsque adire iußis amicis (nam & vox eum deficere cœperat) detractum annulum digito*, Perdiccæ *tradidit, adiectis mandatis, vt se ad* Hammonem *ferri iuberent: quærentibúsque his, cui relinqueret regnum: respondit, ei, qui esset optimus*. Idem Diodorus *lib*. 18. *non longè à princip*. εὐθὺς βασιλέα κατέστησαν τὸν Φιλίππου υἱὸν Ἀρριδαῖον, καὶ μετωνόμασαν Φίλιππον, ἐπιμελητὴν δὲ τῆς βασιλείας Περδίκκαν, ᾧ καὶ ὁ βασιλεὺς τὸν δακτύλιον τελευτῶν ἐδεδώκει· τοὺς δὲ ἀξιολογωτάτους τῶν φίλων καὶ σωματοφυλάκων, παραλαβεῖν τὰς σατραπείας ἠξίωσαν, καὶ ὑπακούειν τῷ τε βασιλεῖ, καὶ τῷ Περδίκκᾳ. ἔπειτα παραλαβὼν τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, καὶ συνεδρεύσας μετὰ τῶν ἡγεμόνων, Πτολεμαίῳ μὲν τῷ Λάγου τὴν Αἴγυπτον ἔδωκε· Λαομέδοντι δὲ τῷ Μιτυληναίῳ τὴν Συρίαν. Φιλώτᾳ δὲ Κιλικίαν, καὶ Πίθωνι μὲν Μηδίαν, Εὐμενεῖ δὲ Παφλαγονίας καὶ Καππαδοκίαν, καὶ πάσας τὰς συνορίζουσας ταύτας χώρας, ἃς Ἀλέξανδρος οὐκ ἐπῆλθεν, ἐκκλεισθεὶς ὑπὸ τῶν καιρῶν, ὅτε διεπολέμει πρὸς Δαρεῖον· Ἀντιγόνῳ δὲ Παμφυλίαν καὶ Λυκίαν, καὶ τὴν καλουμένην Φρυγίαν. μετὰ δὲ ταῦτα Κασσάνδρῳ μὲν Καρίαν, Μελεάγρῳ δὲ Λυδίαν, Λεοννάτῳ δὲ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν. αὗται μὲν οὖν αἱ σατραπεῖαι τοῦτον τὸν τρόπον ἐμερίσθησαν. i. *statim regem fecerunt* Philippi *filium* Arridæum, *eúmque mutato nomine* Philippum *nominarunt, & regni curatorem* Perdiccam *crearunt, cui rex* Alexander *annulum suum moriens dederat: ex amicis autem & corporis custodibus eos, qui maximè virtute præstarent, satrapias capere, regíque ac* Perdiccæ *dicto audiẽteis esse, existimarunt oportere*. Perdiccas *summam rerum, imperiíque adeptus, & consilio cum principibus habito*, Ptolemæo Lagi *filio* Ægyptum *tradidit*: Laomedonti Mitylenæo Syriam, Philotæ Ciliciam, & Pithoni *quidem* Mediam, Eumeni *verò* Paphlagoniam & Cappadociam, *omneísque his finitimas regiones, quas* Alexander *non peruaserat temporibus exclusus, cùm* Dario *bellum inferebat*: Antigono *verò* Pamphyliam, & Lyciam, & *eam quæ* Phrygia *appellatur. Posteà verò* Cassandro Cariã, Meleagro Lydiam, Leonnato *eam, quæ est ad* Hellespontum, Phrygiam. *Hæ igitur satrapiæ hoc modo distributæ sunt*.

28. *ex quo omnes coniecerunt) annulis signum in cera, aut charta imprimebãt veteres, quem morem etiam hodie plerique retinẽt. Ex eo fit, vt, cui princeps aliquis, aut imperator, annulum suum tradiderit, ei rerum gerendarum potestatem permisisse, maximámque fidem habere videatur: cuius rei multa sunt apud scriptores argumenta, ac testimonia*. Sueton. *in Tiberio in extr*. Seneca *eum scribit, intellecta defectione, exemtum annulum, quasi alieni traditurum, parumper tenuisse: deinde rursus aptasse digito, & compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem, &c*. Et Hannibalem *tradunt historici, cùm* Marcellum *cecidisse audisset, ceterísque, qui vnà interierant, neglectis, ad* Marcellum *in equo accurrisset, mortísque casum inopinatum admiratus esset: annulo detracto*, Marcelli *corpus sepeliendum curasse eúmque honorifica sepultura affecisse. Annuli denique traditio in morte, videtur declarare eum heredem, cui annulus traditus est. quamquam* Q. Cæcilius *hoc perpetuò verum non esse re ostendit. Nam præterito* L. Lu-

cullo, quem semper viuus præ se tulerat sibi heredem esse velle, cuique moriens annulos suos dederat, Pomponium Atticum testamento adoptatum, omnium bonorum suorum heredem fecit: & M. Popilius cùm Oppium Gallum familiarissimum suum, vnum ex omnibus, qui assidebant, moriens osculatus esset, eique annulos suos tradidisset, heredem tamen non instituit, sed aliis scriptis heredibus irrisit ac delusit. auctor Valerius Max. lib. VII. cap. vltimo.

29. *quoad liberi eius) Quæritur primùm, reliqueritne liberos Alexander, deinde quot. Diod. lib. 18. ait, Alexandrum mortuum esse sine liberis. sic enim ille ferè in princip.* Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τετελευτηκότος ἄπαιδος, ἀναρχία, καὶ πολλὴ στάσις ἐγένετο περὶ τῆς ἡγεμονίας. *i. Alexandro rege sine liberis mortuo, vacuitas ab imperio, & magna seditio coorta est. Idem paullo pòst addit, Arridæum Philippi fil. Alexandri regis fratrem ex alia matre, ab omnibus principibus regem esse factũ ac probatum, Perdiccam autem regni administratorem creatum, vt suprà diximus. Sed Plutarch. tradit, Roxanen ex Alexandro prægnantem fuisse relictam. sic Plutarch. in Alexandro extr.* ἡ δὲ Ῥωξάνη κύουσα μὲν ἐτύγχανε, καὶ διὰ τοῦτο τιμωμένη παρὰ Μακεδόσιν. *i. Rhoxane prægnans, seu prægnas, quidem erat, & iccirco apud Macedones summo erat in honore. Atque hunc incertum filium, regem esse, & se interea regni curatorem declarari Perdiccas volebat, vt ait eodem loco Plutarchus. Idem* περὶ τῆς *Alexandri* τύχης, ἢ ἀρ. λόγῳ β. *scribit, Alexandrum duas vxores habuisse, alteram Roxanen, alteram Statiram Darij filiam: vtrùm autem liberos pepererit, nécne, non addit. In Alexandro verò narrat Statiram, cùm prægnans esset, à Roxane epistola quadam insidiosa & fallaci pellectam, esse interfectam, & in puteum deiectam. Alij scribunt Barsinen Artabazi, immo Darij (vt vult Arrianus) filiam Memmonis vxorem, viro mortuo, ab Alexandro compressam, filium peperisse, Herculem nomine, qui mortuo Alexandro, annum ætatis decimum quintum ageret: quem regni heredem esse oportere potius, quàm Roxanæ partum incertum ad regnum exspectari, Nearchum contendisse. Quid igitur dicendum? Roxanes filius cùm Alexander excessit è vita, nondum natus erat, & non ita longo postquàm natus est tempore, à Cassandro vnà cum matre interfectus est: & aliquanto antè Hercules Barsines filius ab eodem interemtus erat. Statira ex Alexandro numquam prægnans fuit. Quare Diodorum tueri possumus, qui dicit Alexandrum sine liberis discessisse. Contrà Probus, & si qui alij tradiderunt, Alexandro fuisse filios superstites, verè dixisse videri possunt. Nam & Roxane iusta vxor peperit, & Barsine non ignobilis mulier, quamuis iusta vxor non esset, multo antequàm Alexander moreretur, Herculem illum ediderat. Quòd si quis dicat, eum solum Alexandri filium fuisse dicendum, qui mortis tempore natus esset: ne in hoc quidem Probus mendacij arguendus est, quòd numero multitudinis vtatur. Nam liberorum appellatione filius vnus continetur, vt docet Caius lib. 8. ad L. Iuliam, his verbis. Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia est. Hæc enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos, semper pluratiuo, seu plurali numero profertur, sicut & pugillares, & codicilli. Nam quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est vt dicamus liberos habere. Verum tamen non vnum fuisse Alexandri filium post eius obitum, ex iis, quæ in-*

frà proferemus, intelligere licebit. De vxoribus autem Alexandri magna controuersia est. Ex Arriano quidem intelligere licet, Alexandrum treis vno tempore habuisse vxores. Sunt enim eius hæc verba lib. VII. ὁ δὲ καὶ γάμους ἐποίησεν ἐν Σούσοις αὑτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων· αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην ἠγάγετο. ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ τῶν Ὤχου θυγατέρων τὴν νεωτάτην, Παρύσατιν. ἤδη δὲ ἦν αὐτῷ ἠγμένη καὶ ἡ Ὀξυάρτου τοῦ Βακτρίου παῖς Ῥωξάνη. id est, Alexander autē nuptias confecit Susis & suas, & amicorum. Ipse quidem filiarum Darij natu maximam duxit Barsinam. Vt autem narrat Aristobulus, etiam aliam cum hac filiarum Ochi natu minimam Parysatin. Iam verò in matrimonium habebat Oxyartæ Bactrij filiam Rhoxanen.

29. *in tutelam suam peru.) sic legendum est, quo modo habent exempla* Coloniensia, & Basileensia, & Argentorat. *non quo modo* Veneta & Florent. *quoad liberi eius extra tutelā suam peruenissent, planè mendosè, atque ineptè. sic autem solebāt loqui* Romani *veteres, eiúsque locutionis exstant cùm apud* M. Tullium, *tum maximè apud iurisconsultos non pauca exempla.* M. Tullius *lib. 2. de* Inuentione. *Quidam pupillum heredem fecit: pupillus autem mortuus est antè quàm in suam tutelam veniret.* Idem *lib.* I. *de Oratore ad* Q. Fr. *ego autem defenderem: hac eum mente fuisse, vt, si ei filius non esset, qui in suam tutelam venisset,* M'. Curius *esset heres.* Idem *in Bruto.* M'. Curium, *cùm ita heres institutus esset, si pupillus antè mortuus esset, quàm in suam tutelam venisset, pupillo non nato, heredem esse non posse.* Iabolenus *titulo de iure deliberandi,* Digestis, *Qui filium libertinum habebat, heredem eum instituerat, deinde ita scripserat: si mihi filius nullus erit, qui in suam tutelam veniat, tunc* Dama *seruus liber esto. Quid sit autem in suam tutelam venire, docent iurisc͠osulti in institutionib. iuris ciuilis lib 2. titulo 16. de pupill. substit. ibi. Titus filius meus heres mihi esto: &, si filius meus heres mihi non erit: siue heres erit, & prius moriatur, quàm in suam tutelā venerit: id est, antè quàm pubes factus sit, tunc* Seius *heres esto. quamquam in quibusdam exemplis, ea verba, id est, antè quàm pubes factus sit, non reperiuntur: & verò credibile est esse interpretationem illius antiquioris sermonis, prius quàm in suam tutelam venerit. Nam dicitur is mortuus esse antequàm in suam tutelam venerit, qui intra pubertatem decessit. quo modo etiam interdum iuris consulti loquebantur.* Vlpian. *Digest. de vulg. & pupill substit. Qui liberis impuberib substituit: aut purè, aut sub condicione solet substituere: purè sic, Si filius meus intra pubertatem decesserit,* Seius *heres esto, &c.*

30. *Craterus) quem* Alexander *secundum* Hephæstionem *plurimùm amabat.*

31. *Antipater)* Iolai *fil in vrbe* Macedoniæ Palinra *natus: qui* Macedoniæ *regnum tandem obtinuit: cuius duo strategemata, quæ relāta sunt à* Polyæno *lib. 4. ad hunc locum appingere nō grauabor.* Ἀντίπατρος τὸν Σπερχειὸν διαβῆναι ἐβούλετο. Θετταλῶν δὲ ἱππέων διαβαίνειν κωλυόντων, ὁ μὲν τὴν δύναμιν ἀπήγαγεν εἰς τὴν αὐτὴν στρατοπεδείαν. καὶ παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσι μένειν ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ τὰ σκευοφόρα μὴ λύειν. οἱ Θετταλοὶ δὲ εἰς τὴν Λαμίαν ἀφιππεύσαντες ἠριστοποιοῦντο κατὰ τὰς οἰκίας· Ἀντίπατρος τὸν ποταμὸν φθάσας διεβίβασε τὴν δύναμιν πρὶν ἐκβοηθῆσαι Θετταλούς, καὶ κατέλαβε τὴν Λαμίας προσιών, *id est,* Antipater Sperchium *transire volebat.* Thessalis *autem.*

equitibus eum transire prohibentibus, ille copias suas in eundem locum, vbi castra locauerat, reduxit: & edixit vt Macedones in armis permanerēt, neque veterina soluerent. Thessali in vrbem Lamiam reuersi singuli in singulis domibus prandebant. Antipater prius interea fluuium copias traiecit, quàm Thessali subsidio suis venire, Antipatrúmque prohibere potuissent, & Lamiam impetu facto captam occupauit. Sequitur alterum. Ἀντίπατρος ἐν Θετταλίᾳ βουλόμενος φαντασίαν τοῖς πολεμίοις παρασχεῖν ἱππέων πολλῶν, συναγαγὼν ὄνους πολλοὺς καὶ ἡμιόνους, συνέταξεν εἰς ἴλας, καὶ ἀνεβίβασεν ἄνδρας ὅπλα ἱππικὰ ἔχοντας. προσέταξε δὲ ἑκάστῃ ἴλῃ τὴν πρώτην ζυγὴν ἀληθινῶν ἱππέων. τούτους ὁρῶντες οἱ πολέμιοι, καὶ τοὺς ἑπομένους ἱππέας εἶναι νομίσαντες, καταπλαγέντες ἔφυγον. τούτῳ τῷ στρατηγήματι καὶ Ἀγησίλαος ἐχρήσατο πρὸς Ἀέροπον ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Εὐμένης πρὸς Ἀντίγονον ἐν Ἀσίᾳ. *i. Antipater cùm vellet in Thessalia hostibus multorum equitum speciem præbere, multos asinos & mulos coactos in turmas distribuit, & disposuit, eisque viros armatura equestri ornatos imposuit. Adiunxit autem vnicuique turmæ simulatæ primum ordinem equitum verorum. Hos cùm hostes viderent, & eos, qui sequebantur, equites esse existimarent: metu perterriti aufugerunt. Hoc eodem strategemate vsus est & Agesilaus aduersus Aëropum in Macedonia, & Eumenes aduersus Antigonum in Asia.*

32. *Hephæstio) quem plurimùm omnium amauerat Alexander, &, vt ait Probus, plurimi fecerat. libri Basileæ, Coloniæ. Argentorati, editi habent, quem vnum Alexander, &c. quæ fortaßis est recta, & germana scriptura.*

33. *plurimi fecerat) sic Diod. lib. 19.* ζῶντα μὲν γὰρ προετίμησε πάντων τῶν φίλων, καίπερ Κρατέρου φιλίαν ἔχοντος ἀνάμιλλον· ἐπεὶ γάρ τινος τῶν ἑταίρων εἰπόντος μηδὲν καταδεέστερον Ἡφαιστίωνος τὸν Κράτερον στέργεσθαι, ἀπεφθέγξατο· Κράτερον μὲν γὰρ εἶναι φιλοβασιλέα, Ἡφαιστίωνα δὲ φιλαλέξανδρον. *i. Viuum enim Hephæstionem omnium amicorum plurimi fecit: quamuis Craterus amore cum eo certaret. Cùm enim quidam ex amicis Alexandri dixisset, Craterum nihilo inferiorem locum in amicitia, quàm Hephæstionem, apud Alexandrum tenere: acclamauit Alexander, Craterum quidem regis amantem esse, Hephæstionē verò Alexandri. Eiusdē, cùm Ecbatanis febre mortuus esset, mortem doluit intoleranter, & luxit inhumaniter. statim equos & mulos omneis tonderi luctus causa iußit, omnium vicinorum oppidorū pinnacula & turreis diruendas curauit: medicum Glaucum, qui eum ægrum curauerat, in crucem egit, tibiarum cantum, & omnem aliam musicam in castris eo vsque adhiberi vetuit, donec ab Ammone venit oraculum, quo iubebat Hephæstionem ita coli, vt deum. Leuamentum & solatium recentis mæroris erat Alexandro, vrbeis expugnare, & vrbibus captis, in omneis ciueis vsque à pubertate sæuire, eósque trucidare. Atque hoc, Hephæstioni parētare dicebatur. Vsque adeò interdum insaniunt magni reges: qualis fuit Alexander.*

34. *Cappadocia) & Paphlagonia, & regiones eis confines, vt suprà ex Diodoro retulimus. Sic & Plutarchus in Eumene,* ἐπεὶ δὲ ἀναμιχθέντες ἀλλήλοις οἱ στρατηγοὶ, καὶ καταστάντες ἐκ τῶν πρώτων ταραχῶν διενέμοντο σατραπείας, καὶ στρατηγίας, Εὐμένης λαμβάνει Καππαδοκίαν καὶ Παφλαγονίαν τὴν ὑποκειμένην τῇ Ποντικῇ θαλάττῃ, μέχρι Τραπεζοῦντος, οὔπω τότε Μακεδόνων οὖσαν. *i. Posteaquam autem congreßi ac permisti inter se duces, & ex primis turbis ac discordiis ad concordiam reuocati ac redacti,*

ac redacti, praefecturas & imperia diuiserunt: Eumenes aufert Cappadociam & Paphlagoniam mari Pontico subiacentem vsque ad Trapezuntem, cum tamen nondum Macedonum esset.

35. *siue potius dicta) correctio est. non data (inquit) sed dicta, id est, verbo attributa atque addicta Cappadocia & Paphlagonia est: quia, vt alij tradiderunt, nondum eas regiones, seu prouincias subegerant Macedones, immò nondum in eas Macedonum tela, neque arma peruenerant.*

36. *nam tum in hostium) Plutarch.* ἐκράτει γὰρ αὐτῆς Ἀριαράθης βασιλεύων. *i. Ariarathes enim eius regnum obtinebat.*

37. *quod in hom. fid. & ind.) sic fere Plutarch,* οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Περδίκκας, ἐφ' ἃ μὲν ὥρμησεν, δι' αὑτοῦ πιστεύων περιέσεσθαι, τὰ δὲ ἀπολειπόμενα δεῖσθαι δραστηρίου τινὸς καὶ πιστοῦ φύλακος οἰόμενος, λόγου μὲν, *&c. i. Verum tamen Perdiccas confidens se ea, ad quae animum adiecerat, atque incubuerat, per se sibi adiuncturum & conciliaturum, reliqua verò existimans virum efficacem, & custodem fidum desiderare, Eumenem ex Cilicia dimisit, verbo in eius praefecturam, re vt confinem Armeniam in officio contineret, in qua Neoptolemus nonnulla turbarat.*

38. *quod fere omnes &c.) sed & habebat hoc in primis Perdiccas: & praeterea saeuus, atque ad caedem promtus erat. ex quo ad extremum alienauit à se voluntates suorum, & à quibusdam equitibus interfectus est. Diod. lib. 18. de Perdicca loquens.* καὶ γὰρ φονικὸς ἦν, καὶ τὰς τῶν ἄλλων ἡγεμόνων περιαιρούμενος τὰς ἐξουσίας, καὶ καθόλου πάντων βουλόμενος ἄρχειν βιαίως. *i. etenim saeuus, atque ad caedem promtus erat, & aliis suam potestatem, atque auctoritatem minuebat, & circumcidebat, & omnino omnib. per vim & iniuriam imperare volebat.*

39. *corripere) simul rapere: ad se vi, vel arte conuertere, & corradere.*

40. *amici)* ἑταῖροι.

41. *Leonnatus) cui obtigerat Phrygia, quae Hellespontum attingit, homo, vt eum Plutarchus nominat,* ἀψίκορος, καὶ φορᾶς μεστὸς ἀβεβαίου καὶ ὀξείας. *i. temerarius, ac stolidus, & incerto quodam, & celeri animi impetu praeceps. Fuerat autem vnus ex Alexandri corporis custodibus.*

42. *Macedoniam) Plutarch.* λόγῳ μὲν γὰρ ἦν ἡ βοήθεια, καὶ πρόφασις. ἐγνώκει δὲ διαβὰς, εὐθὺς ἀντιποιεῖσθαι Μακεδονίας. *i. verbo, & simulatione auxilium Antipatro ferre parabat: sed re vera destinauerat, vbi primum in Graeciam transisset, Macedoniam occupatam sibi vendicare.*

43. *destinauerat) constituerat: constitutum in animo habebat: deliberatum ei erat. Scio, libros fere omneis habere praedestinauerat: sed, prae, geminatum esse existimaui ex superiore verbo, praeoccupare.*

44. *eum perducere) ei persuadere.*

45. *nisi ille clam ex praesid.) Plutarchus,* ἀπογνοὺς νύκτωρ ἀνέζευξε, τὴν ἑαυτοῦ ἀναλαβὼν ἀποσκευὴν, *&c.* φυγὼν δὲ οὕτω πρὸς Περδίκκαν, καὶ τὰ Λεοννάτου βουλεύματα κατειπὼν, εὐθὺς μὲν ἴσχυε μέγα παρ' αὐτῷ, *&c. i. Eumenes non probato Leonnati consilio & conatu, noctu discessit, ablatis vnà secum suis impedimentis & sarcinis, &c. cùm autem is ad Perdiccam fugisset, Leonnatique consilia ei enuntiasset, statim apud eum multum valuit, &c. Codices editionis Argentor. Colon. Basil.*

habent,nisi ille clam noctu ex praef. quae scriptura cum Plutarchi verbis cōgruit.

46. conflata sunt, &c.) quae narrantur à Diodoro lib.18.19. 20. & item ab aliis: ab Alexandro moriente praedicta. hanc enim postremam Alexandri vocem fuisse ait Diodorus lib.17.sub extr. καὶ προσεπιφθέγξατο ταύτην τελευταίαν φωνὴν προέμενος, ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτοῦ ἐπιτάφιον συνθήσουσι πάντες οἱ προτεύοντες τῶν φίλων. i. praetereáque hoc locutus est, hac postremò voce missa, omneis amicos suos, qui dignitate praestarent, magnum certamen funebre sibi constituturos. Conflata bella, autem dictum translatè, vt conflata iniuria, inuidia, seditio, & simil. Dixit & M. Tullius conflatum bellum Philipp.2. redeo ad bellum ciuile, quod natum, susceptum, conflatum opera tua est.

47. quae ad internecionem) libri quidam editionis antiquissimae habent, interitionem: vnde suspicabar legendum, ad interitionem, quod idem valet, atque, vsque ad interitum.

48. omnésque) & in primis Craterus, & Antipater, Graecia subacta, bellóque Lamiaco confecto: & postea Antigonus.

49. quàm fidei) Plutarch. ἄρχοντος δὲ πλεονεξίας, τῷ ἀδικουμένῳ βοηθεῖν, μέχρι δ' ἐμπνέῃ. καὶ μᾶλλον τὸ σῶμα καὶ τὸν βίον, ἢ τὴν πίστιν προήσεσθαι. i. dixit Eumenes, se, quia Craterus iniuriam faceret, & alienum imperium in se transire conaretur, ei, qui iniustè laederetur, auxilium laturum, donec anima sua spiraret: & corpus, ac vitam potius, quàm fidem, deserturum ac proditurum.

50. ei parti Asiae) Plutarch. ὁ Περδίκκας αὐτὸς ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύων, ἀπέδειξε τὸν Εὐμενῆ τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Καππαδοκίᾳ δυνάμεων αὐτοκράτορα στρατηγόν, &c. i. Perdiccas ipse Ptolemaeo bellum inferens, Eumenem earum, quae in Armenia & Cappadocia erant, copiarum imperatorem summae rei compotem fecerat.

51. Europaeis aduers.) Cratero & Antipatro, & Pithoni, & Arridaeo, Alexandri ex alia matre fratri: qui postea Philippus dictus est, vt suprà diximus.

52. aduersus Ptolemaeum) sic Plutarch. vt paullo antè retulimus.

53. Hellespontúmque transcurrisse) id est, vt sic dicam, transnauigasse. Nam & currere interdum pro nauigare, & cursum pro nauigatione vsurpant Latini, vt alias indicauimus. Sed, quod ad rem attinet, Probus dum properat, & breuis esse studet, omittit illa, quae ex Diodoro supplebo. sic igitur Diod. lib.18. pag.643. Περδίκκας γὰρ ὑφορώμενος αὐτοῦ (Πτολεμαίου) τὴν αὔξησιν, αὐτὸς μὲν ἔκρινε μετὰ τῶν βασιλέων καὶ τῷ πλείστῳ μέρει τῆς δυνάμεως στρατεύειν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον. Εὐμενῆ δὲ ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, κωλύσοντα τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν, δοὺς αὐτῷ τὴν ἁρμόζουσαν δύναμιν. συνεξέπεμψε δὲ καὶ τῶν ἀξιολόγων ἡγεμόνων τοὺς ἱκανούς, ὧν ὑπῆρχον ἐπιφανέστατοι Ἀλκέτας ὁ ἀδελφὸς, καὶ Νεοπτόλεμος, καὶ τούτοις παρεκελεύσατο πάντα πειθαρχεῖν Εὐμενεῖ διά τε τὴν στρατηγίαν αὐτοῦ, καὶ διὰ τὴν τῆς πίστεως βεβαιότητα. ὁ δὲ Εὐμενὴς παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ προκατασκευασάμενος ἐκ τῆς ἰδίας σατραπείας ἱππέων πλῆθος, ἐκόσμησε τὴν στρατιὰν ἐλλιπῶς καθεστῶσαν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος. i. Perdiccas cùm, ei suspectum esset Ptolemaei incrementum, ipse quidem decreuit, educta maxima parte exercitus sui, cum regibus Aegypto bellum inferre. Eumenem verò in Hellespontum misit, vt Antipatrum & Craterum transitu in Asiam prohiberet, dato ei iusto & conuenienti exercitu. Vnà autem cum eo misit ex probatis ducibus ali-

quot, quorum erant clarißimi Alcetas frater, & Neoptolemus: hósque hortatus est, vt omnibus in rebus Eumeni obtemperarent cùm ob eius scientiam bene imperandi, & ducendi exercitus, tùm ob fidem singularem. Eumenes autem cùm in Hellespontum peruenisset, & ex sua præfectura equorum multitudinem, præter eos, quos habebat, contraxisset, atque instruxisset, exercitum suum hac parte mancum & debilem exornauit.

54. *qui summam imperij potirentur) sic habent aliquot editiones: in his Veneta, & Florentina, & Parisiensis, & Argentoratensis omniũ antiquißima: hancque lectionem probo. Sic enim loquebantur veteres. Accius Phœnißis. Natus virtute sceptrum poteretur patris. Lucretius lib. 3. quorum vnus Homerus Sceptra potitus, eadem aliis sopitu' quiete 'st. Coloniensis verò, summa imperij.*

56. *Eumenes intell.) ἐπανάληψις, propter longam interpositionem inter ea, quæ multo antè dicta sunt, & quæ nunc dicenda sunt. pendet enim sententia ab illo loco, Eumenes cùm neque magnas copias, &c. icirco repetitione, seu iteratione nominis vtitur ad memoriam lectoris renouandam, Eumenes, inquam, vel Eumenes igitur intelligebat, &c.*

57. *aduersus quos ducer.) ducebantur scilicet aduersus Craterum, & Neoptolemum. sed Eumenes vt suos milites celaret de Neoptolemo, non laborabat: hoc studebat, vt nescirent se aduersus Craterum duci.*

58. *dilapsuras) in diuersa fugituras, vt suprà in Lysandro.*

59. *deuiis itinerib.) non vsitatis, neque tritis, neque militaribus viis.*

60. *contra quósdam barb.) aliter Plutarch. vt mox dicemus.*

61. *tenuit hoc propos.) mansit in eo, quod sibi proposuerat.*

62. *quàm milites sui scirent, &c.) miris hoc Eumenis consilium laudib. effert Plutarch. cuius verba ascribam.* τὸ μὲν οὖν προαισθέσθαι τὴν ἔφοδον αὐτὸν τὸν Εὐμένη, καὶ προπαρασκευάσασθαι, φθάσαντα τῆς ἡγεμονίας, ὡς μὴν ἄκρας ἂν δεινότητος· τὸ δὲ μὴ μόνον τοὺς πολεμίους, ἃ μὴ καλῶς εἶχεν αἰσθέσθαι, διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατευομένους, ἀγνοοῦντας ᾧ μαχοῦνται, προσβαλεῖν τῷ Κρατέρῳ, καὶ ἀποκρύψαι τὸν ἀντιστράτηγον, ἴδιον δοκεῖ τοῦ ἡγεμόνος ἔργον γενέσθαι. διέδωκε μὲν οὖν λόγον, ὡς Νεοπτόλεμος αὖθις ἐπίοι, καὶ Πίγρης, ἄγοντες ἱππεῖς καὶ Καππαδόκων, καὶ Παφλαγόνων. *i. Eumenem igitur eius aduentum præsensisse, & se, suósque ad eum excipiendum antè comparasse, ponat hoc aliquis artis vigilantis & sobrij imperatoris, non tamen summi cõsilij, neque præstantis atque excellentis sollertiæ. sed nõ solùm quæ hostib. cõperta & cognita esse non oportebat, ea vt illis occulta essent, verùm etiam vt sui milites ignorantes cum quo confligerent, in Craterum impetum facerent, eúmque grauiter vulnerarent, antè quàm scirent, quem peterent, operam dedisse, eis que imperatorem aduersarium occultasse: hoc videtur proprium ducis munus fuisse. sed idem Plutarch. & Diod. tradunt, ante hoc prælium, quod hîc & exponit Probus, & alij commemorant, aliud præterea commissum fuisse, in quo Neoptolemus victus cum paucis equitibus fugerit. Nam cùm Eumenem prodere cogitaret, non ita potuit sua consilia occultare, vt Eumenem, sagacißimum & oculatißimum virum, falleret. Cùm autem ab Eumene euocaretur: dicto audiens nõ fuit, sed exercitum instruxit: vbi Eumenes tum primùm cepit suæ prouidẽtiæ, & præ-*

parationis diligentis fructum, Nam cùm peditatu esset inferior, equitatu Neoptolemum superauit ac fugauit, eiúsque impedimenta, & vasa castrensia diripuit: & cùm in eius phalangem dissipatam, equitum suorum persequentium globum immisisset, coëgit milites arma ponere, & his redditis fidem & iusiurandū dare se cum ipso militaturos. Ita Neoptolemus paucis quibusdam ex fuga collectis & contractis, ad Craterum & Antipatrum confugit. hæc Plutarch. vt quidem nos in Latinum sermonem conuertimus. Diod. autem lib. 18. eandem rem sic exponit. τῶν δὲ περὶ Κρατερὸν καὶ Ἀντίπατρον διαβιβασάντων τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς Εὐρώπης, ὁ μὲν Νεοπτόλεμος φθονῶν τῷ Εὐμενεῖ, καὶ περὶ αὑτὸν ἔχων μακεδονικὴν δύναμιν ἀξιόλογον, λάθρα διεπρεσβεύσατο πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, καὶ συνθέμενος κοινοπραγίαν, ἐπεβούλευσε τῷ Εὐμενεῖ. καταφανὴς δὲ γενόμενος, καὶ ἀναγκασθεὶς μάχην συνάψαι, αὐτός τε ἐκινδύνευσεν ἀναιρεθῆναι, καὶ τὴν δύναμιν σχεδὸν ἅπασαν ἀπέβαλεν. ὁ γὰρ Εὐμενὴς νικήσας, καὶ πολλοὺς ἀνελών, τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν στρατιωτῶν προσηγάγετο, καὶ τὴν δύναμιν τὴν ἰδίαν οὐ μόνον διὰ τῆς νίκης ἐπηύξησεν, ἀλλὰ καὶ προσελάβετο μακεδόνων ἀγαθῶν ἀνδρῶν πλῆθος. Νεοπτόλεμος μὲν οὖν μετὰ τριακοσίων ἱππέων διασωθεὶς ἐκ τῆς παρατάξεως, ἀφίππευσε μετὰ τούτων πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον. i. Cùm autē Craterus & Antipater suas copias ex Europa traiecisset, Neoptolemus Eumeni inuidēs, & exercitum Macedonicum iustum, minimeque contemnendum habens, clam ad Antipatrum legatos misit, & rerum omnium gerendarum communionem ac societatem cum eo pactus, Eumeni insidiatus est. patefactis autē insidiis, prœlium committere coactus, ipse in discrimen salutis ac vitæ venit, totúmque fere exercitum amisit. Eumenes enim victoria potitus, & magno hostium numero interfecto, reliquam militum multitudinem ad se perduxit, sibique adiunxit, & suas copias non solùm victoria, verùm etiam magna complurium Macedonum fortium virorum accessione valde auxit. Neoptolemus igitur cum trecentis equitibus ex acie seruatus, cum iisdem ad Antipatrum equitauit.

63. vt equitatu potius dimic.) Diod. eod. lib. Εὐμενὴς δὲ πυνθανόμενος προάγειν ἐπ' αὐτὸν τοὺς πολεμίους, ἤθροισε πανταχόθεν τὰς δυνάμεις, καὶ μάλιστα τὴν ἱππικήν· τοῖς γὰρ πεζοῖς οὐ δυνάμενος ἐξισωθῆναι τῇ μακεδονικῇ φάλαγγι, κατεσκεύαζεν ἀξιόλογον σύστημα ἱππέων, δι' ὧν ἤλπιζε κρατήσειν τῶν ἐναντίων. i. Eumenes autem cùm audiret, hosteis aduersus se procedere, coëgit vndique copias, & maximè equestreis. Nam quòd peditatu phalangem Macedonicam æquiparare non posset, iustas equitum turmas, quibus se aduersariis superiorem futurum sperabat, instruebat.

64. quo erat deterior) quo erat inferior, ᾧ ἦν ἐνδεέστερος, ᾧ ἠλαττοῦτο.

65. cadit Craterus) Diod. eod. lib. ὁ μὲν Κρατερὸς προτερήσας μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ἐπιρράξας τοῖς πολεμίοις, ἠγωνίσατο μὲν ἀξιολόγως, σφαλέντος δὲ τοῦ ἵππου, ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν, διὰ δὲ τὸν φυρμὸν καὶ πυκνότητα τῶν ἱππευόντων ἀγνοηθεὶς ὃς ἦν, συνεπατήθη, καὶ τὸν βίον ἀγεννῶς κατέστρεψε. i. Craterus quidem primus cum delectis magno impetu hosteis adortus, certauit ille quidē luculētē, sed cùm eius equus offendisset, ac titubasset, cecidit in terram: propter cruorem autem & puluerem, quibus inquinatus erat, & propter multitudinem & crebritatem inequitantium, ignoratus quis esset, conculcatus fuit, & temeraria quadam ratione vitam finiit. Plutarchus, γενομένης δὲ τῆς πρώτης συρράξεως βαρείας, καὶ τῶν δοράτων ταχὺ συντριβέντων, τῶν δ' ἀγώνων

ἐν ξίφεσιν οὔσης, οὐ καταισχύνας ὁ Κρατερὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ πολλοὺς μὲν κατέβαλεν, πολλάκις δὲ τρεψάμενος τοὺς ἀντιτεταγμένους· τέλος δὲ πληγεὶς ὑπὸ Θρᾳκὸς ἐκ πλαγίου προσιππάσαντος, ἀπερρύη τοῦ ἵππου. πεσόντα δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ἄλλοι παρήλασαν ἀγνοοῦντες· Γοργίας δὲ τῶν Εὐμένους στρατηγῶν, ἔγνω τε, καὶ καταβὰς περιέστησε φρουρὰν τῷ σώματι κακῶς ἤδη διακειμένου καὶ δυσθανατοῦντος. id est, Cùm autē primus concursus acer & grauis exstitisset, hastæque citò perfractæ, & contritæ essent, certamen autem in ensibus consisteret, Craterus Alexandrum non dedecorans, sed multis antè deiectis, ac perculsis, & aduersariis sæpe terga dare coactis, ad extremum à Thrace percussus, qui in eum ex transuerso equum admisisset, ex equo deturbatus décidit. eum autem lapsum alij quidem præterierūt ignorantes: Gorgias verò quidam ex Eumenis ducibus agnouit, & cùm ex equo descendisset, præsidium & custodiam eius corpori apposuit, malè iam affecto, & ægrè animam agenti.

66. qui secund. locum imp. ten.) Diod. eod. lib. de Cratero loquens, πάντων δὲ προθύμων γινομένων, ἔταξε τὴν δύναμιν, τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρατος αὐτὸς ἡγούμενος, τοῦ δὲ εὐωνύμου τὴν ἡγεμονίαν παραδοὺς τῷ Νεοπτολέμῳ. i. Cùm autem milites omnes ad pugnandum alacriores facti essent, Craterus exercitum instruxit, & ipse quidem dextro cornu præerat, Neoptolemo verò sinistrum ducendum tradidit.

67. inter se complexi) hoc Diodorus verbo Græco æquè significanti expreßit, συνεπλάκησαν ἀλλήλοις. i. inter se complexi sunt: quem locum mox integrum referemus.

68. alterum) Neoptolemum. Diod. eod. lib. κατὰ δὲ τὸ θάτερον μέρος Νεοπτολέμου τεταγμένου κατ' αὐτὸν τὸν Εὐμένη, συνέστη φιλοτιμία μεγάλη τῶν ἡγεμόνων ἐπ' ἀλλήλους ὁρμησάντων. γνωρισθέντες γὰρ ἀπό τε τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἄλλων ἐπισήμων, συνεπλάκησαν ἀλλήλοις, καὶ τῇ κατ' αὐτοὺς μονομαχίᾳ τὴν νίκην ἐποίησαν ἀκολουθῆσαι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον τοῖς ξίφεσιν ἀλλήλους καθικόμενοι, παράδοξον καὶ παντελῶς ἐξηλλαγμένην μονομαχίαν συνεστήσαντο. ἐκφερόμενοι γὰρ τῷ θυμῷ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους δυσμενείᾳ ταῖς ἀριστεραῖς χερσὶν ἀφέντες τὰς ἡνίας, ἀλλήλων ἐδράξαντο. οὗ συμβάντος, οἱ μὲν ἵπποι κατὰ τὴν ὁρμὴν ἐξέδραμον, αὐτοὶ δ' ἔπεσον ἐπὶ τὴν γῆν. τῆς δ' ἐπαναστάσεως διὰ τὴν ὀξύτητα καὶ βίαν τοῦ πτώματος χαλεπῆς γινομένης ἀμφοτέροις, ἔτι καὶ τῶν ὅπλων ἐμποδιζόντων τὰ σώματα, ὁ μὲν Εὐμένης ἔφθασε, πρότερος ἀναστὰς, τοῦ Νεοπτολέμου τὴν ἰγνὺν πατάξαι· μεγάλης δὲ γενομένης διαιρέσεως, καὶ σφαλείσης τῆς βάσεως, ὁ μὲν πληγεὶς, παρειλημμένος ἔκειτο, κωλυόμενος ὑπὸ τοῦ τραύματος διαναστῆναι· ὅμως δὲ τῆς εὐψυχίας ὑπεραγούσης τὴν τοῦ σώματος ἐλάττωσιν, ἐν γόνασι βεβηκὼς ἔτρωσε τὸν ἀντίπαλον εἴς τε τὸν βραχίονα, καὶ τοὺς μηροὺς τρισὶ πληγαῖς. οὐδεμιᾶς δ' οὔσης πληγῆς καιρίας, καὶ τῶν τραυμάτων ἔτι θερμῶν ὄντων, ὁ Εὐμένης δευτέραν πληγὴν ἐπὶ τὸν τράχηλον ἐπιθεὶς, ἀπέκτεινε τὸν Νεοπτόλεμον. i. In sinistro autem cornu cùm Neoptolemus aduersus Eumenem locatus staret, magna ducum cōtentio conflata est, magno inter se impetu irruentium. agniti enim alter ab altero cùm ex equis, tum ex aliis insignibus, inter se complexi sunt, & vt singulare certamen à se initum victoria sequeretur, fecerunt. Primùm igitur cùm alter alterum tetigissent, admirabile quoddam & inusitatum singularis certaminis genus ediderunt. Nam feruore animi, & inimica mente excitati, lævisque manibus habenas amittentes, inter se contigerunt. quod cùm euenisset, equi magno cum impetu excucurrerunt:

ipsi in terram corruerunt. Cùm autem propter celeritatem, & vim casus, difficilis esset vtrique exsurgendi ratio, quippe etiam armis corpora impedientibus: Eumenes quidem cùm prior surrexisset, occupatum Neoptolemum in poplite percussit. magno autem vulnere illato, & ingressu debilitato, ille, qui vulnus acceperat, eneruatus & resolutus iacebat, cùm à vulnere prohiberetur, quo minus exsurgeret. verumtamen animi virtute corporis incommodum superante, genibus nisus, aduersarium in brachio, & feminibus tribus plagis inflictis vulnerauit. cum autem nulla ex his plagis esset mortifera, & vulnera adhuc calerent: Eumenes secunda plaga collo inflicta, Neoptolemum interemit. Plutarch. ἐν τούτῳ δὲ καὶ Νεοπτόλεμος Εὐμένει συνήρχετο· μισοῦντες γὰρ ἀλλήλους πάλαι, καὶ δι' ὀργῆς ἔχοντες, ἐν μὲν δυσὶν ἀναστροφαῖς οὐ κατεῖδον· ἐν δὲ τῇ τρίτῃ γνωρίσαντες ἀλλήλους, εὐθὺς ἤλαυνον, σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, καὶ βοῶντες. τῶν δὲ ἵππων ἐξ ἐναντίας βίᾳ συμπεσόντων, ὥσπερ τριήρων, τὰς ἡνίας ἀφέντες, ἀλλήλων ἐπελάβοντο ταῖς χερσὶ τά τε κράνη περισπῶντες, καὶ περιρρηγνύντες ἐκ τῶν ἐπωμίδων τοὺς θώρακας. τοῖς δὲ τοῦ σπαραγμοῦ ὑπεκδραμόντων ἅμα τῶν ἵππων, ἀπορρυέντες εἰς γῆν, καὶ περιπεσόντες ἀλλήλοις, ἐν λαβαῖς ἦσαν, καὶ διεπάλαιον. εἶτα ὁ μὲν Εὐμενὴς τοῦ Νεοπτολέμου προεξανισταμένου, τὴν ἰγνύαν ὑπέκοψεν αὐτὸς εἰς ὀρθὸν φθάσας καταστῆναι. ὁ δὲ Νεοπτόλεμος εἰς θάτερον ἐρεισάμενος γόνυ, θατέρου δὲ πεπηρωμένου, ἠμύνετο μὲν εὐρώστως κάτωθεν, οὐ θανασίμους δὲ πληγὰς ἐπιφέρων, πληγεὶς δὲ παρὰ τὸν τράχηλον, ἔπεσε, καὶ παρετάθη. τοῦ δὲ Εὐμενοῦς δι' ὀργὴν καὶ μῖσος παλαιὸν, τά τε ὅπλα περισπῶντος αὐτοῦ, καὶ κακῶς λέγοντος, ἔτι τὸ ξίφος ἔχων ἔλαθεν ὑπὸ τὸν θώρακα τρώσας, ᾗ παρέψαυσε τοῦ βουβῶνος ἀποβάς, ἡ δὲ πληγὴ μᾶλλον ἐφόβησεν, ἢ ἔβλαψε τὸν Εὐμενῆ δι' ἀδυναμίαν ἀμαυρὰ γενομένη. σκυλεύσας δὲ τὸν νεκρὸν, &c. i. Interea autem etiam Neoptolemus cũ Eumene congressus est. Nam iam pridem inter se offensi atque irati, duabus primis conuersionibus non viderunt, neque cognouerunt inter se. In tertia autem cùm cognouisset alter alterum, continuò equos incitarunt, nudatis gladiis, & clamore sublato. Cùm autem equi diuersis ex partibus vi magna concurrissent, tãquam triremes: habenis emissis, inter se corripuerunt, galeas manibus diuellentes, & thoraces ex humeris & pectoribus diripientes. Cùm autem in hac armorum direptione, & dilaceratione equi eodem tempore aliquantum interualli excucurrissent: illi in terram ex equis delapsi, & inter se implicati & complexi, luctantium speciem praebebant. Deinde Eumenes Neptolemo, qui se prior ad surgendum erexerat, poplitem succidit, cùm ipse prior in pedes constitisset. Neoptolemus autem altero genu nisus, altero debilis, se quidem infernè validè defendebat, sed plagas opportunas & letaleis non infligebat. At ipse in collo vulneratus cécidit, & exporrectus iacuit. Eumene autem propter iracundiam, & odium vetus arma ei detrahente, & maledicente, ille gladium etiam tum manu tenens, Eumenem ignarum & imprudentem sub thorace vulnerauit in inguine. sed plaga Eumenem magis terruit, quàm laesit, cùm propter Neoptolemi infirmitatem leuis & exilis fuisset. Eumenes autẽ mortuo armis spoliato quãuis ex vulneribus aeger & saucius esset, quae in brachio, & feminibus acceperat, tamen in equum denuò sublatus ad alterum cornu se contulit, &c.

69. sed acrius hostib. inst.) sic Plutarchus, vt proximè ostendimus. & item Diodorus, vt mox referemus.

70. *quòd in ea loca &c.) secutus sum exempla meo iudicio emendatissima: quæ sic habent, quòd in ea loca &c. Nam alia habent, qui in ea loca &c. minus, opinor, rectè: quamquam hanc lectionem non damno.*

71. *in fide non mansit) fidem non seruauit. sic & alibi loquitur Probus, vt indicauimus.*

72. *ad Antipatrum rec.) Diod. eod. lib.* στήσας δὲ τρόπαιον, καὶ τοὺς νεκροὺς θάψας, διεπέμψατο πρὸς τὴν τῶν ἡττημένων φάλαγγα, προσκαλῶν ἑαυτῷ προσθέσθαι, καὶ διδοὺς ἐξουσίαν ἑκάστοις, ὅποι βούλονται, τὴν ἀποχώρησιν ποιήσασθαι. δεξαμένων δὲ τὰς διαλύσεις τῶν Μακεδόνων, καὶ δόντων τὰς διὰ τῶν ὅρκων πίστεις, ἔλαβον ἐξουσίαν ἔκ τινων κωμῶν πλησίον ἐπισιτίσασθαι, καὶ παρεκρούσαντο τὸν Εὐμένη. ἀναλαβόντες δὲ ἑαυτούς, καὶ τὰς τροφὰς παρασκευασάμενοι, νυκτὸς ἀπηλλάγησαν, καὶ λαθραίως ἀπεχώρουν πρὸς τὸν Ἀντίπατρον. *i. tropæo autem posito, & mortuis humatis, misit Eumenes ad phalangem aduersariorum, qui victi erant, hortans eos, vt se sequerentur, & faciens cuique, qui vellet, domum reuertendi potestatem. Cùm autem Macedones condiciones accepissent, & fidem iureiurando confirmatam atque obstrictam dedissent, nacti cōmeatus, & rei frumentariæ facultatem in quibusdam vicis propinquis, Eumeni verba dederunt: & cùm se ipsi recreassent, résque ad victum necessarias parassent, noctu discesserunt, & clam ad Antipatrum se receperunt.*

73. *Craterum ex acie sem.) Plutarch. paullo aliter.* πυθόμενος δὲ τὴν Κρατεροῦ πτῶσιν, καὶ προσελάσας, ὡς εἶδεν ἐμπνέοντα καὶ συνιέντα, καταβὰς ἀπεδάκρυσε, καὶ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλε· καὶ πολλὰ μὲν ἐλοιδόρησε τὸν Νεοπτόλεμον, πολλὰ δὲ ἐκεῖνον μὲν ᾠκτίσατο τῆς τύχης, αὑτὸν δὲ τῆς ἀνάγκης, δι' ἣν ἀνδρὶ φίλῳ καὶ συνήθει ταῦτα πεισόμενος, ἢ δράσων συνηνέχθη. *i. Cùm autem audisset Eumenes Craterum esse mortuum, & ad eum equitasset: vbi eum spirare, & etiamnum intelligere animaduertit, ex equo descendit, & illacrymauit, & dexteram eius dexteræ iunxit, & multis in Neoptolemum congestis maledictis, valde miserabiliter & Crateri fortunam, & suam deplorauit, quòd necesse habuisset cum viro amico & familiari cōgredi, vt hæc aut perpeteretur, aut faceret.*

74. *elatum) ex acie exportatum: non funere elatum, vt infrà non longè. nam nondum mortuus erat.*

75. *recreare) reficere, recurare,* θεραπεύειν, ἀναλαμβάνειν.

76. *(namque illo vsus &c.) id est, namque Eumenes vsus erat Cratero, Alexandro viuo, familiariter. Quidam libri habent, namque illo viuo vsus erat Alexander &c. quam lectionem reieci, vt perspicue mendosam.*

77. *amplo funere ext.) ampla & honorifica sepultura decorauit: honorificum ei funus fecit. Suprà in Aristide: in tanta paupertate decessit, vt, qui efferretur, vix reliquerit. M. Tullius lib. III. ne natura deorum. Cur Maximus filium extulit consularem?*

78. *interficitur à Seleuco & Antig.) aliter Diod. eod. lib. vbi narrat, post miserabilem illum plus bis mille Perdiccæ militum in transitu Nili interitum, castra ploratus & luctus plena fuisse, omneisque fere milites à Perdicca alienatos esse, atque ad Ptolemæum transire constituisse: deinde Perdicca grauiter à ducibus palàm accusato, & circiter centum primis è ducibus in Perdiccam concitatis, in*

quibus erat Pithon, Perdiccam ab aliquot equitibus in eius tabernaculum ingressis esse iugulatum. verba Diodori sunt hæc, ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς πλήρης ἦν παρεμβολὴ κλαυθμοῦ καὶ πένθους, τοσούτων μὲν ἀνδρῶν ἀλόγως ἀπολωλότων ἄνευ πολεμίας πληγῆς, καὶ τούτων οὐκ ἐλαττόνων τῶν χιλίων θηριοβρώτων γεγονότων: καὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἡγεμόνων συνιστάντο, καὶ κατηγόρουν τοῦ Περδίκκου. πᾶσα δὲ ἡ φάλαγξ τῶν πεζῶν ἀπαλλοτριωθεῖσα, φανερὰν διὰ τῆς ἀπειλούσης φωνῆς τὴν ἰδίαν κατεσκεύαζεν ἀλλοτριότητα. διόπερ πρῶτοι τῶν ἡγεμόνων ἀπέστησαν εἰς ἑκατὸν, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος Πίθων, ὁ τοὺς ἀποστάντας Ἕλληνας καταπολεμήσας, οὐδενὸς δὲ τῶν Ἀλεξάνδρου λειπόμενος φίλων ἀρετῇ τε καὶ δόξῃ. μετὰ δὲ ταῦτα καί τινες τῶν ἱππέων συμφρονήσαντες ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Περδίκκου κατήντησαν, καὶ προσπεσόντες ἀθρόοι κατέσφαξαν τὸν Περδίκκαν. i. vbi nox tetra incubuit, castra ploratu & luctu personabant, quia tot viri temerè, sine hostili plaga perierant, atque ex his non pauciores, quam mille à bestiis, quæ in Nilo sunt, deuorati fuerāt: & multi è ducum numero conueniebant, Perdiccámque accusabant: tota autem peditum phalanx ab illo abalienata, vocibus minacibus iactatis, alienationem suam testata declarauit. Quapropter primi ex ducibus circiter centum à Perdicca defecerunt: quorum clarißimus erat Pithon, is, qui Græcos omneis deuicerat, nulloque ex amicis Alexandri virtute & gloria inferior erat. Post illa autem etiam equites quidam cum illis conspirantes, & consentientes in tabernaculum Perdiccæ impreßionem fecerunt, & conglobati eum adorti interfecerunt.

79. rerúmque summa ad Antip. def.) Diod. narrat, antequàm hoc factum sit, imperij summam, & regum curationem Pithoni & Arridæo de sententia Ptolemæi & Macedonum delatam esse. sic Diod. eod. lib. μεγάλης δὲ τυγχάνων ἀποδοχῆς ὁ Πτολεμαῖος, καὶ δυνάμενος παραλαβεῖν τὴν ἡγεμονίαν τῶν βασιλέων διὰ τὴν τῶν πλήθους εὔνοιαν, τοῦτο μὲν οὐκ ὠρέχθη, τῷ δὲ Πίθωνι καὶ Ἀρριδαίῳ χάριτας ὀφείλων, συνεκατεσκεύασε τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν. οἱ δὲ Μακεδόνες βουλῆς προτεθείσης περὶ τῆς ἡγεμονίας, καὶ συμβουλεύσαντος Πτολεμαίου, τούτους προθύμως εἵλοντο τῶν βασιλέων ἐπιμελητὰς αὐτοκράτορας Πίθωνα καὶ Ἀρριδαῖον, τὸν τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως κατακομίσαντα. i. Ptolemæus autē cūm valde acceptus esset militibus, summāque imperij, & curationem regum consequi posset, accipere ipse noluit, sed quia Pithoni & Arridæo obligatus erat ob beneficium ab eis acceptum, his imperium, & regum curationem conciliauit. Macedones consilio de imperio inito, & Ptolemæo ad consilium adhibito, omnes summo studio Pithonem & Arridæum, eum, qui corpus Alexandri in Macedoniam deportarat, regum curatores summæ imperij compotes crearunt. Sequitur triginta circiter septem pòst versibus, κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἀρριδαῖος καὶ Πίθων, οἱ τῶν βασιλέων ἐπιμεληταὶ ἀναζεύξαντες ἀπὸ τοῦ Νείλου μετὰ τῶν βασιλέων, καὶ τῆς δυνάμεως, ἧκον εἰς Τριπαράδεισον τῆς ἄνω Συρίας. ἐνταῦθα δὲ Εὐρυδίκης τῆς βασιλίσσης πολλὰ περιεργαζομένης, καὶ ταῖς τῶν ἐπιμελητῶν ἐπιβολαῖς ἀντιπραττούσης, οἱ μὲν περὶ τὸν Πίθωνα δυσχεραινόμενοι, καὶ τοὺς Μακεδόνας ὁρῶντες τοῖς ἐκείνης προστάγμασιν ἀεὶ μᾶλλον προσέχοντας, συνήγαγον ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἀπείπαντο. οἱ δὲ Μακεδόνες ἐπιμελητὴν εἵλοντο τὸν Ἀντίπατρον αὐτοκράτορα. i. in Asia autem Arridæus & Pitho regum curatores, cūm à Nilo cum regib. & exercitu discessissent, ad Triparadisum venerunt superioris Asiæ. hîc cum Eurydice regina (erat hæc Alexandri Magni soror, Antipatri vxor) multa nihil ad se attinentia curiosius ageret, & curatorum consiliis & conatibus

conatibus obsisteret: Pitho & Arridæus cùm laborarent & conflictarentur magnis, multisque difficultatibus, cúmque viderent Macedones semper ad illius mandata, iussáque magis animos attendere: contionem aduocarunt, & curationem eiurarunt. Macedones autem curatorem regum summæ imperij compotem Antipatrum legerunt.

80. Hîc qui deser) hîc, id est, apud Nilum fl. alij libri habent, Hi, qui deser. quam lectionem minus probo. dixisset enim potius, Ii, qui deseruerunt, vel, quod malim, deseruerant. Sed quod ad rem attinet, sic eam Diodorus exponit. οἱ δὲ οὖν μακεδόνες πυθόμενοι τὰ περὶ τὸν Εὐμένη, κατέγνωσαν αὐτοῦ θάνατον, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν πεντήκοντα, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀλκέτας ὁ ἀδελφὸς τοῦ Περδίκκου. i. Macedones igitur iis auditis, quæ ab Eumene gesta erant, eum capitis damnarunt, & qui vnà cum eo erant, claros viros quinquaginta: in quibus erat & Alcetas Perdiccæ frater. Plutarch. ἀλλ' εἰ μὲν ἔφθη Περδίκκας πυθόμενος τὴν Κρατέρου τελευτὴν, οὐκ ἂν ἄλλος ἐπρώτευσε μακεδόνων· νυνὶ δὲ ἀνῃρημένου Περδίκκου κατὰ στάσιν ἐν Αἰγύπτῳ δυσὶν ἡμέραις πρότερον, ἧκεν ὁ περὶ τῆς μάχης λόγος εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ πρὸς ὀργὴν εὐθὺς οἱ μακεδόνες θάνατον τοῦ Εὐμένους κατέγνωσαν. ἀπεδείχθη δὲ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς αὐτὸν Ἀντίγονος μετ' Ἀντιπάτρου στρατηγός. i. At si Perdiccas certior antè factus esset de interitu Crateri, non alius Macedonum princeps exstitisset. Nunc autem Perdicca biduo antè in Ægypto ex seditione interfecto, peruênit hæc de prælio ad castra fama: ac statim Macedones Eumenem capitis condemnarunt: Antigonus autem belli aduersus eum gerendi dux cum Antipatro declaratus est.

81. Hac ille perculs.) legendum fortaßis est, percussus. i. permotus.

82. non succubuit) Mirè laudat Plutarchus Eumenis animi magnitudinem, ex comparatione. Sed præstat eius verba ascribere. τὸ μὲν οὖν εὐτυχεῖν καὶ τοὺς φύσει μικροὺς συνεπικουφίζει τοῖς φρονήμασι, ὥστε φαίνεσθαί τι μέγεθος περὶ αὐτοὺς, καὶ ὄγκον ἐκ πραγμάτων ὑπερεχόντων ἀποβλεπομένους. ὁ δὲ ἀληθῶς μεγαλόφρων καὶ βέβαιος, ἐν τοῖς σφάλμασι μᾶλλον καὶ ταῖς δυσημερίαις ἀναφέρων γίνεται κατάδηλος, ὥσπερ Εὐμένης. i. Res secundæ etiam eis, qui sunt humiles, & demißi natura, spiritus vnà extollũt, vt eos magnitudo & amplitudo quædam comitari videatur, dum ex rebus præstantibus, atque excellentib. spectantur. Sed qui re vera magno & constanti animo est, is in offensionibus, & rebus dubiis atque aduersis emergens, miniméque succumbens, magis se aperit ac declarat.

82. & si non frãgebant, tamen imm.) consentanea sunt hæc cum illis, quæ principio posuit Æmilius Probus, ibi. Huius si virtuti par data esset fortuna, &c. Nam quemadmodum fortuna secunda non facit animos maiores, sed virtutem bonorum & fortium virorum reddit illustriorem, & veluti in bono lumine collocat: ita res aduersæ non eripiunt illæ quidem viro bono & virtute prædito suam animi magnitudinem atque virtutem, quippe quæ altißimis est defixa radicibus, neque vnquam alienis sordibus obsolescit, neque fortunæ superbæ obtemperat, aut succumbit: sed eius actiones interdum vel remorantur, ac retardãt, vel etiam impediunt, imminuunt, ac deprimunt, vt virtutis species ac dignitas minus vulgo appareat, minúsque sit illustris. nihilo secius tamen (inquit Aristoteles lib. I. de morib.) etiam in eis splendet atque elucet honesti pulchritudo, tum

ſcilicet, cùm aliquis multas & magnas calamitates fert leniter & placidè, οὐ δι' ἀναλγησίαν, ἀλλὰ γεννάδας ὢν καὶ μεγαλόψυχος. i. non quòd doloris ſenſu careat, ſed quòd generoſo, magnóque atque excelſo ſit animo. ſequitur paucis poſt verſibus ſimile ductum à bono imperatore, qui eo, quem habet, exercitu benè vtitur, & in rebus dubiis maximè ſuam virtutem, ſcientiámque imperandi oſtendit, ac declarat. Sic igitur Ariſtoteles. τὸν μὲν ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν, καὶ ἔμφρονα πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν, καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα, *&c. i. Nam qui verè bonus & ſapiens eſt, eum putamus omneis fortunæ caſus decenter, & ex perſonæ ſuæ dignitate ferre, ſempérque ex iis, quæ ſuppetunt, res pulcerrimas agere: quo modo bonum imperatorem eo exercitu, qui præſtò eſt, ſemper vti bellicoſiſſimè, &c. Mendoſa autem eſt aliorum librorum ſcriptura, tamen non minuebant.*

83. *Antigonus) qui præfectus fuerat ab Antipatro magnæ Phrygiæ, & Ciliciæ: & prætereà exercitui regio præeſſe iuſſus erat: eidem vt Eumenem bello perſequeretur, negotium datum fuerat, quemadmodum tradit Diodorus eod. lib.*

84. *ſæpe in itinerib. vexab.) proptereà quòd eum Eumenes multis erroribus, variis diuerticulis ac flexionibus viarum ludificabat: in quibus maximam ſpem conſtitutam habebat. fore enim ſperabat, vt Antigonus ſui perſequendi finem faceret, itinerum difficultate, & viarum aſperitate deterritus, ac defatigatus.*

85. *ad manum acced.) manum conſerere, congredi, prælium committere.*

86. *multitudine circumuentus eſt,) immo proditione Apollonidæ ſic enim Diodor. eod. lib.* μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀντίγονος διαπεμψάμενος πρὸς Ἀπολλωνίδην τινὰ τῶν ἱππέων ἀφηγούμενον παρ' Εὐμενεῖ, μεγάλαις ἐπαγγελίαις δι' ἀπορρήτων ἔπεισε προδότην γενέσθαι, καὶ κατὰ τὴν μάχην αὐτομολῆσαι. *i. Poſteà autem Antigonus quidem miſſo quodam ex ſuis ad Apollonidem quendam equitibus præfectum apud Eumenem, perſuaſit ei magnis pollicitationibus, vſus notis reconditis, atque obſcuris, vt Eumenem proderet, & in prælio ipſo ad ſe transfugeret. ſequitur paucis pòſt verſib:* εἶχε δὲ ὁ μὲν Ἀντίγονος κατ' ἐκείνους τοὺς καιρούς, πεζοὺς μὲν πλείους τῶν μυρίων (ὧν ἦσαν οἱ ἡμίσεις Μακεδόνες θαυμαστοὶ κατὰ τὰς ἀνδραγαθίας) ἱππεῖς δὲ δισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ τριάκοντα. ὁ δ' Εὐμένης πεζοὺς μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ πεντακισχιλίους. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, καὶ τοῦ Ἀπολλωνίδου μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἱππέων παραδόξως ἀπὸ τῆς ἰδίας διαστάντος, ἐνίκησεν ὁ Ἀντίγονος, καὶ ἀνεῖλε τῶν ἐναντίων εἰς ὀκτακισχιλίους. ἐκυρίευσε δὲ καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἁπάσης, ὥστε τοὺς περὶ τὸν Εὐμένη στρατιώτας διὰ μὲν τὴν ἧτταν καταπεπλαγῶσαι, διὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν τῆς ἀποσκευῆς, ἀθυμῆσαι. *i. Habebat autem Antigonus temporibus illis pedites amplius, quàm decies mille (quorum dimidia pars conſtabat ex Macedonibus, admirabili virtute ac fortitudine præditis) equites bis mille, elefantos triginta. Eumenes verò peditum ad viginti millia, equitum quinque millia. Acri autem commiſſo prælio cùm Apollonides cum iis equitibus, quibus præerat, inopinatò, & ſine probabili ratione ſeſe à ſuis diſiunxiſſet: vicit Antigonus, & aduerſariorum interfecit ad octo millia: omnibus autem eorum impedimentis potitus eſt, ita vt Eumenis milites, cùm propter cladem valde conturbati, ac perculſi fuerint, tum propter impedimentorum iacturam animos deſponderint.*

87. *caſtellum Phrygiæ) immo Armeniæ, vt vult Diod.* μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Εὐμέ-

πεζὶν ἰπελάσειν φὰς ἀς Αρμενίαν, &c. i. postea autem Eumenes destinauit in Armeniam fugere. Sed intellige, Eumenem in Armeniam quidem fugere cogitasse, sed nō potuisse, vt mox dicemus. Plutarchus verò, χωρίον ἐν μεθορίῳ Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας. i. castellum situm in finibus Lycaoniæ & Cappadociæ, dicit fuisse.

88. Nora, Diod. eod. lib. καταχρώμενος δὲ, καὶ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν ἀποχωροῦντας πρὸς τὸν Ἀντίγονον, κατελάβετο χωρίον ὀχυρὸν, ὃ προσηγορεύετο Νῶρα. τὸ δὲ τὸ φρούριον τοῦτο παντελῶς μικρὸν, διὰ τὸ τὸν περίβολον ἔχειν μὴ πλείω δυοῖν σταδίων, κατὰ δὲ τὴν ἐρυμνότητα θαυμαστόν. ἐπὶ γὰρ πέτρας ὑψηλῆς εἶχε τὰς οἰκίας συνῳκοδομημένας, καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τῆς φύσεως, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἐκ τῶν χειρῶν κατασκευῆς θαυμαστῶς ὠχύρωτο. εἶχε δὲ καὶ παραθέσεις σίτου πολλοῦ, καὶ ξύλων, καὶ τῶν ἄλλων. ὥστε εἰς ἔτη πολλὰ δύνασθαι χορηγῆσαι πάντα τοῖς εἰς αὐτὴν καταφυγοῦσι. συνέφυγον δὲ μετ' αὐτοῦ τῶν φίλων οἱ ταῖς εὐνοίαις διαφέροντες, καὶ κεκρικότες συναποθνήσκειν αὐτῷ κατὰ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους. οἱ δὲ πάντες ὑπῆρχον ἱππεῖς τε καὶ πεζοὶ περὶ ἑξακοσίους. i. Cùm autem aggere & munitione impediretur Eumenes, quo minus in Armeniam fugere posset, & quia videbat, milites ad Antigonum defluere: castellum munitum occupauit, quod Nora appellabatur. Erat autem hoc castellum prorsus paruum, quia eius ambitus non erat duobus stadiis maior: sed munitione admirabile. habebat enim in alta rupe ædificia inædificata: & partim natura, partim manu, & opere egregiè erat munitum. Erat porrò instructum multo frumento, & lignis, & aliis rebus, ita vt in multos annos iis, qui eò confugissent, res omneis ad victum necessarias suppeditare posset. Eò porrò confugerunt vnà cum eo viri singulari beneuolentia eum complectentes, & cum eo extrema discrimina adire, & mortem oppetere animis parati. Conuenerant autē in eum locum equites & pedites omnino sexcēti. Strabo lib. 12. non longè à princip. ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ὁ, τε Ἀργὸς ἔρυμα ὑψηλὸν πρὸς τῷ Ταύρῳ, καὶ τὰ Νῶρα, ἃ νῦν καλεῖται Νηροασσός· ἐν ᾧ Εὐμένης πολιορκούμενος αντέσχε πολὺν χρόνον. i. in aliis autem est & Argus, munimentum editum ad Taurum situm, & Nora, quæ nunc Neroassus appellatur: quo in loco cùm Eumenes circumsideretur, diu restitit.

89. cùm circumsideretur) Diod. τὸ μὲν οὖν πρῶτον περιέλαβε τοὺς καταπεφευγότας εἰς τὸ φρούριον διπλοῖς τείχεσι, καὶ τάφροις, καὶ χαρακώμασι θαυμαστοῖς. i. Primùm igitur Antigonus eos, qui in castellum confugerant, duobus muris circumsepsit, fossáque & vallo admirabili cinxit. Idem eod. lib. pag. 656. εἰς τοῦτο δὲ εἰλημένος, καὶ περιληφθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων διπλοῖς τείχεσι. i. in hoc castellum inclusus, & duob. muris ab hostibus circumseptus & circuuallatus. Plutarch. Εὐμένης δὲ πολιορκούμενος &c. i. cùm autem Eumenes circumsideretur &c.

90. callidum fuit eius inuentum) στρατήγημα. callidum & acutum consilium.

91. stans) Vno loco manens, sine cursu.

92. calceis remittere) calceis reiicere, seu idētidem iactare, iterum atque iterū iactare: nisi forte legendum est, calces emittere. verum tamen nihil mutandum censeo.

93. non minus sudorem) hoc Eumenis inuentum sic exponit Diod. eod. lib. ὁρῶν δὲ τοὺς ἵππους διὰ τὴν ἐν τῇ στενοχωρίᾳ βραχύτητα μὴ δυναμένους γυμνάζεσθαι. πρὸς τὴν ἐν ταῖς ἱππομαχίαις χρείαν ἀχρήστους ἐσομένους, ἐπενόησε τινα ξένην, καὶ παρηλλαγμένην τῶν ἵππων γυμνασίαν. τὰς γὰρ κεφαλὰς αὐτῶν ταῖς σειραῖς ἀναδησάμενος ἐκ τινῶν ἀ-

κλίσιν, ἢ πασσάλων δύο ἢ τρεῖς δοκίδας αἰωρούσας, καὶ συναναγκάζων τοῖς ὀπισθίοις ποσὶν ἐπιβεβηκέναι, τοῖς δ᾽ ἐμπροσθίοις μόνοις ψαύειν τῆς γῆς μικρὸν ἀπολείποντας. εὐθὺς οὖν ὁ μὲν ἵππος βουλόμενος στηρίζεσθαι τοῖς ἐμπροσθίοις, διεπονεῖτο τῷ τε σώματι παντὶ, καὶ τοῖς σκέλεσι συμπασχόντων ἁπάντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα μερῶν. τοιαύτης δὲ γινομένης κινήσεως, ἱδρώς τε πολὺς ἐκ τοῦ σώματος ἐξεχεῖτο, καὶ τῇ τῶν πόνων ὑπερβολῇ τὴν ἀκριβεστάτην τῶν γυμνασίων τοῖς ζώοις περιεποιεῖτο. τοῖς δὲ στρατιώταις ἅπασι τὰς αὐτὰς τροφὰς παρέχων, μετεῖχεν αὐτὸς τῆς λιτότητος, καὶ διὰ τῆς ὁμοίας συμπεριφορᾶς πολλὴν εὔνοιαν ἑαυτῷ, τοῖς δὲ συμπεφευγόσι πᾶσιν ὁμόνοιαν συγκατεσκεύαζεν. i. *Cùm autem videret Eumenes, equos propter loci angustias cum asperitate coniunctas non posse exerceri, atque iccirco ad equestreis pugnas ineptos atque inutileis futuros: excogitauit peregrinam quandam, & nouam, & inusitatam exercendorum equorum rationem. Nam cùm eorum capita catenis & vinculis quibusdam trabibus, aut palis religata suspenderet, duabus aut tribus trabibus sursum elatis, & ita eos pedibus posterioribus consistere, anterioribus vix terram attingere, paullùm ab ea distanteis cogeret: continuò equus pedibus anterioribus niti, & vestigia firmare volens, toto corpore, & cruribus laborabat, membris omnibus corporis ex contagione laboris partem ferentibus. Cùm autem talis motus fieret, multus ex corpore sudor emanabat, & magnitudine laborum hoc assequebatur, vt equi nullum accuratissimæ exercitationis genus desiderarent. Militibus autem omnibus eundem cibum, victúmque præbebat, eiusdémque tenuitatis, & parsimoniæ ipse particeps erat: atque ex hac communis apparatus similitudine, & sibi magnam militum beniuolentiam comparauit, & iis, qui in eundem locum confugerant, inter ipsos concordiam conflauit. Plutarch. eandem rem sic persequitur.* ἐπεὶ δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ πολιορκουμένους ἡ στενοχωρία μάλιστα ἁπάντων ἔβλαπτεν ἐν οἰκήμασι μικροῖς, καὶ τόπῳ δυοῖν σταδίοιν ἔχοντι περίμετρον ἀναστρεφομένους· τροφὴν δὲ ἀγυμνάστους μὲν αὐτοὺς λαμβάνοντας, ἀργοῖς δὲ τοῖς ἵπποις προσφέροντας. οὐ μόνον τὴν ἄλλην αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἀπραξίας μαραινομένην ἀπαλλάξαι βουλόμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς φυγὴν, εἰ παραπέσοι καιρὸς, ἀμωσγέπως ἠσκημένοις χρῆσθαι· τοῖς μὲν ἀνθρώποις οἶκον, ὃς ἦν μέγιστος ἐν τῷ χωρίῳ δεκατεσσάρων πηχῶν τὸ μῆκος, ἀπέδειξε περίπατον, κατὰ μικρὸν ἐπιτείνειν τὴν κίνησιν κελεύων. τῶν δὲ ἵππων ἕκαστον ῥυτῆρσι μεγάλοις εἰς τὴν ὀροφὴν ἀναδεδεμένοις ὑποζώσας ἐκ τῶν περὶ τὸν αὐχένα μερῶν ἐμετεώριζε, καὶ παρῆγε διὰ χειρὸς, ὥστε τοῖς μὲν ὀπισθίοις σκέλεσιν ἐπὶ τῆς γῆς ἐρείδεσθαι, τοῖς δὲ ἐμπροσθίοις πλὴν ἀκρωνύχων ἐπιψαύειν· οὕτω δὴ ἀνηρτημένους οἱ ἱπποκόμοι παρεστῶτες ἅμα ταῖς τε κραυγαῖς, καὶ ταῖς μάστιξιν ἐξηρέθιζον. οἱ δὲ πιμπλάμενοι θυμοῦ καὶ ὀργῆς, τοῖς μὲν ὀπισθίοις ἐνήλλοντο, καὶ διεσκίρτων σκέλεσι, τοῖς δὲ μετεώροις ἀφιέμενοι στηρίσασθαι, καὶ κροτοῦντες τὸ ἔδαφος, κατετείνοντο τὸ σῶμα, καὶ πολὺν ἠφίεσαν ἱδρῶτα καὶ σταλαγμὸν, οὔτε πρὸς τάχος, οὔτε πρὸς ῥώμην γυμναζόμενοι κακῶς. i. *Quoniam autem eos, qui vnà cum eo obsidebantur, locorum angustiæ maximis detrimentis afficiebant, vtpote in domiciliis paruis, & loco non amplius quàm ad duorum stadiorum in circuitu spatium explicato, commorantes: cibum autem & ipsos nulla exercitatione antegressa capienteis, & equis desedibus & otio diffluentibus obiicienteis: cùm vellet Eumenes non solùm languorem & torporem eis adimere ex otio & inertia liquescentibus ac tabescentibus, verùm etiam eos ad fugam, si occasio incideret, omnimodo exercitatos atq; expeditos habere: hominibus qui-*

dem locum, qui erat in toto castello omnium maximus, longitudine quattuordecim cubitorum, in quo ambularent, destinauit, atque attribuit, iubens eos sensim motum intendere: vnumquemque autem equorum magnis habenis ex laqueari, seu contignatione aptis ad ceruices religatum ac substrictum trochlea attollebat ac subrigebat, ita vt posterioribus quidem crurib. in terra niteretur, anterioribus summis pedib. verò terram attingeret. Sic igitur sublimeis ac suspensos equos equorum curatores adstantes, clamoribus simul & flagellis irritabant. Illi autem animi atque iræ pleni posteriorib. cruribus exsultabant, & calceis iactabant, anterioribus verò suspensis insistere, & niti cupientes, & solum crebrò pulsantes, totum corpus contendebant, multúmque sudorem & gemitum mittebant. quod exercitationis genus, & ad celeritatem, & ad robur non parum valebat. Frontinus quoque lib. 4. Strateg. cap. 7. retulit. Eumenes Cardianus ex successoribus Alexandri in castello quodam clausus, in quo equos exercere non poterat, certis quotidie horis eos ita suspendebat, vt posterioribus pedibus innixi, prioribus alleuati, dum naturalem aßistendi appetunt consuetudinem, ad sudorem vsque crura iactarent.

94. *decurreret) elegãter, & benè Latinè. Virgil. lib. V. Æneid. Prona petit maria, & pelago decurrit aperto. Cic. Tusc. quæst. lib. V. nũc video calcem, ad quem cùm sit decursum, &c. Dicunt & decurrere spatium. Lucretius translatè dixit lib. 4. spatium decurrere amoris.*

95. *nitida) id est, pinguia, non squalida, non horrida, neque strigosa. Horat. epist. 4 lib. I. Me pinguem, & nitidum bene curata cute vises. Terent. Eunucho, qui nitor corporis? Virgil. lib. 6. æn. quæ cura nitenteis Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos. sic Lucr. lib. 2. translatè dixit, nitidas fruges, pingueis significans & opimas.*

96. *munitiones) vallum, muros, aggeres, quibus circumseptus erat. Non celabo lectorem, in aliquot editionibus ita legi, In hac conclusione, quotiescumque voluit, & apparatum, &c. quam scripturam siquis probabit, in hac conclusione interpretabor, in hoc concluso loco: vel interea dum in hoc loco clausus erat.*

97. *Tenuit autem se vno loco) hic locus non vno modo impressus est in exemplis, quæ hodie exstant, vt mox ostendemus.*

98. *vno loco) in castello illo, Noris.*

99. *quòd castrum subsidia hab. non p) sic edendum curaui. antequàm autem facti mei rationem reddam, lectionis & interpunctionis varietatem proponam. Exempla igitur Veneta, & Florentina, sic habent. Tenuit autem se vno loco, quamdiu fuit hiems, quòd castrum subsidia habere non poterat, ver appropinquabat, simulata deditione, dum de, &c. quæ lectio, & interpunctio planè vitiosa est, nullámque probabilem sententiam habet. Basiliensia & Coloniensia sic. Tenuit autem se vno loco q. f. h. quòd castrum subsidia hab. n. pot. donec ver appropinquabat. Simulata tunc ded. &c. Nonnulla etiam in ceteris consentientia cum Basil. & Coloniensibus, in eo discrepant, quòd pro, castrum subsidia, habent, cassò a subsidio. Exempla Argentorati impressa, omnium impressorum antiquißima, ita habent, vt Veneta & Florent. nisi quòd habent interpunctionem an-*

te, simulata. Quin voce, Simulata, litteram primam, impressam habent, maiuscula figura, ut Coloniensia & Basiliensia. Parisiensia sic, Tenuit autem se uno loco quamdiu fuit hiems. Quòd castrum subsidia habere non poterat, ver appropinquabat, simulata deditione, dum de condicionibus tractat, praef. Antig. *impos. &c.* Atque *hanc scripturam omnium iudicaui optimam* Per *castrum autem* Noram *significari arbitror: per subsidia, commeatus, & alia ad bellum ducendũ necessaria. Fatebor tamen, me olim hunc locum sic legendum atque interpungendum putasse. Tenuit autem se uno l. q. f. hiems. Quòd castris subsidia hab. n. poterat, ver appropinquabat, &c.* Atque *hoc modo etiam exempla* Parisiensia *secutus eram, nisi quòd ab eis in hoc discedebam, quòd castris subsidia excudi volebam. Castrũm tamen non reiiciebam, modò castrũm pro castrorum acciperemus, ut liberũm, & sestertiũm, & simil. pro liberorum, & sestertiorum, &c. quod &* Cl. Puteano *videbatur. Idem tamen nunc hanc, quam edendam curauimus, lectionem, tutiorem esse putat. Lector eruditus iudicabit.*

100. *simulata ded. dum de condic. tr.)* Plutarchus & Diod. *paullo aliter, & multo plenius. nam* Plutarchus, *ut ab hoc ordiamur, tradit,* Antigonum, *cùm audisset,* Antipatrum *in* Macedonia *esse mortuum, & illic turbari,* Cassandro & Polyperchonte, *seu, ut alij nominant,* Polysperchonte, *inter se dissentientibus: nihil iam paruum sperantem, sed animo totum imperium complectentem, ac velut spe deuorantem, voluisse* Eumenis *amicitiam sibi conciliare, eúmque sibi ad res gerendas adiutorem, sociúmque adiungere. Quapropter misso ad eum* Hieronymo *cum eo fœdus percutere, & pactionem facere voluisse, iurisiurandi formula ei proposita, & præscripta, quam ille in fide danda sequeretur: eam* Eumenẽ *suo arbitratu correxisse, & cùm ita correcta esset, ad* Macedones, *à quibus circumsidebatur, retulisse, utra iurisiurandi formula esset æquior:* Antigonum *enim dicis causâ, in principio iurisiurandi, mentione regum facta, reliquum iusiurãdum in se, noménque suum contulisse:* Eumenem *verò primo loco* Olympiadem *cum regibus posuisse, deinde sic iusiurandum composuisse, ut iuraret se non in* Antigonum *solum beniuolum futurum, verùm etiam in* Olympiadem & *reges: neque sibi eosdem amicos & inimicos fore, qui essent* Antigono *tantùm, sed qui essent* Olympiadi & *regibus. quæ cùm essent* Macedonibus *visa iustiora,* Macedones Eumene *ad iusiurandum adacto, obsidionem soluisse: & ad* Antigonũ *scripsisse, ut* Eumeni *pariter iusiurandum daret.* Interea Eumenem *quos habebat* Noris *obsides* Cappadocas, *reddidisse: & contrà ab iis, qui obsides recuperarant, equos, & veterina animalia, & tabernacula accepisse: & eos milites, qui dispersi ac dissipati post fugam in illis locis vagabantur, contraxisse, & collegisse, ita ut tum mille ferè numero equites cum eo fuerint: cum quibus egressum fugisse, ab* Antigono *sibi metuentem: neque id immeritò. Illum enim non solùm iussisse, ut eum* Macedones *rursus circumsederent, & circumuallarẽt, verùm etiam acerbè & amarè* Macedonibus *rescripsisse, quòd iurisiurandi emendationem comprobassent. Græca verba non ascribam. petat ex* Plutarcho *qui ea desiderabit.* Diodorus *breuius, quàm* Plutarchus, *vberius quàm* Probus, *eod. lib.* [illegible Greek]

ἀποχρῆσθαι. ὁ γὰρ πολιορκῶν τὸν Εὐμενῆ, καὶ σπεύδων ἀνελεῖν Ἀντίγονος, ἐκ μεταβολῆς παρεκάλεσεν αὐτὸν πρὸς κοινοπραγίαν. καὶ λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις, τῆς πολιορκίας ἀπελύθη. μετὰ δὲ πολυχρόνιον ἀνελπίστως διασωθεὶς, τότε μὲν περὶ τὴν Μακεδονίαν διέτριβεν, ἀναλαμβάνων τοὺς προγεγονότας φίλους, καὶ τοὺς κατὰ τὴν χώραν πλανωμένους τῶν συνεστρατευκότων αὐτῷ πρότερον, &c. i. Cùm autem obsidio annua fuisset, & salus desperaretur, repente præter spem atque inopinatò obsidione, rebúsque angustis atque aduersis liberatus est. Nam qui Eumenem circumsedebat, & interficere studebat Antigonus, mutata voluntate & sententia, inuitauit eum ad colloquium & communionem rerum gerendarum. Itaque fide ab Antigono accepta, illóque iurisiurandi religione obstricto, obsidione liberatus est. Aliquanto autem post tempore insperatò seruatus, tunc quidem in Macedonia versabatur, amicos, qui supererant, & milites, quorum opera antea vsus erat, in agris palanteis colligens, &c.

101. *præfectus*) Hieronymo, vt suprà ex Plutarcho ostendimus.

102. *imposuit*) verba dedit, fucum fecit. Cic. lib. 2. ad Q. Fr. cui egregiè imposuit Milo noster.

103. *cùm litteras, & nuntios*) sic Diod. his verbis. ἧκε δὲ καὶ παρ' Ὀλυμπιάδος αὐτῷ γράμματα, δεομένης καὶ λιπαρούσης βοηθεῖν τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἑαυτῇ· μόνον γὰρ ἐκεῖνον πιστότατον ἀπολελεῖφθαι τῶν φίλων, καὶ δυνάμενον διορθώσασθαι τὴν ἐρημίαν τῆς βασιλικῆς οἰκίας. ἠξίου δὲ αὐτὸν ἡ Ὀλυμπιὰς συμβουλεῦσαι πότερον αὐτῇ δοκεῖ συμφέρειν, μένειν αὐτὴν ἐν Ἠπείρῳ, καὶ μὴ πιστεύειν τοῖς ἀεὶ δοκοῦσι μὲν τῶν βασιλέων ἐπιμεληταῖς εἶναι, τῇ δ' ἀληθείᾳ τὴν βασιλείαν εἰς ἑαυτοὺς μεθιστᾶσιν, ἢ ἐπανέρχεσθαι. i. Venit autem ab Olympiade ad eum epistola, per quam ab eo petebat, omnibúsque precibus eum obsecrabat, vt regibus, & sibi opem ferret. Illum enim solum ex amicis reliquum esse fidelissimum, vnúmque ex omnibus, qui solitudinem domus regiæ restituere ac reparare posset. Consulebat autem eum, vtrum duorum ei videretur magis è re sua esse, se manere in Epiro, & non credere iis, qui specie & verbo regum sunt curatores, re autem vera regnum in se transferre conantur: an in Macedoniam reuerti. Idem Diodorus paullo antè narrat, Eumenem, antequàm litteras illas ab Olympiade acciperet, alias ad eum esse missas à Polyperchonte, nomine regum scriptas, quibus ei mandabat, ne cum Antigono in gratiam rediret, sed se ad regũ amicitiã applicaret. Quòd si in Macedoniam venire vellet, liecre ei vnà secum res gerere, & regnum administrare, regúmque curatori esse: sin mallet in Asia commorari, accepto exercitu, acceptáque pecunia, Antigonum bello persequeretur, qui perspicuè à regibus defecisset: reges præfecturam, quam ei Antigonus ademisset, omniáque alia munera, quibus antea in Asia fruebatur, restituere & confirmare. Litterarum hæc erat clausula, decere Eumenem domus regiæ curã iam antè ab eo susceptam gerere, nihilque alienum à superioribus rebus gestis facere, sed sibi constare, & postrema cum primis contexere, quæ ad domum regiam constabiliẽdam administrata videbantur. quòd si maioribus ei copiis opus sit, seipsum cum vniuerso regio exercitu ex Macedonia exiturum, atque ad eum venturum. Subiicit mox Diodorus, donata ei esse à regibus quingẽta talenta, ad sarcienda, quæ paullo antè acceperat, detrimenta, datásque à regibus ad imperatores, & quæstores regios, qui in Cilicia essent, litteras, quibus illi iubebantur quingenta illa talen-

ta Eumeni dare, & quãtum præterea pecuniæ posceret ad exercitum externum comparandum, & ad alios vsus belli: scriptum præterea esse ad duces phalangis Macedonicæ, quæ constabat ex tribus hominum millibus, qui argyraspides dicebantur, eò, quòd argenteos clypeos gestarent, vt sese Eumeni permitterent ac traderent, ei parérent, ei denique, vt vnico totius Asiæ imperatori, omnibus in rebus se adiutores præberẽt. Quibus fere consentanea sunt, quæ scripsit Plutarchus in Eumene. φεύγοντι δὲ Εὐμένει γράμματα κομίζεται παρὰ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τὴν Ἀντιγόνου δεδιότων αὔξησιν, Ὀλυμπιάδος μὲν παρακαλούσης ἐλθόντα τὸ Ἀλεξάνδρου παιδίον παραλαβεῖν, καὶ τρέφειν, ὡς ἐπιβουλευόμενον· Πολυσπέρχοντος δὲ καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως κελευόντων Ἀντιγόνῳ πολεμεῖν, τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ δυνάμεως ἄρχοντα· καὶ τῶν ἐν Κυΐνδοις χρημάτων πεντακόσια μὲν τάλαντα λαβεῖν εἰς τὴν τῶν ἰδίων ἐπανόρθωσιν· εἰς δὲ τὸν πόλεμον ὁπόσοις βούλεται χρῆσθαι. περὶ δὲ τούτων καὶ Ἀντιγένει, καὶ Τευτάμῳ τοῖς τῶν ἀργυρασπίδων ἡγεμόσιν ἐγεγράφεισαν. i. ad Eumenem autem, dum fugit, afferuntur litteræ ab iis, qui in Macedonia Antigoni incrementum metuebant, datæ, Olympiade, & Polyperchonte, & Philippo: quibus litteris illa eum hortabatur, vt in Macedoniam veniret, & Alexandri filium, puerum paruulum, tuendum atque alendum susciperet, vt in quem insidiæ compararentur: hi iubebant eum Antigono bellum inferentem, ei exercitui, qui esset in Cappadocia, præesse, & ex pecuniis, quæ Cuindis essent, ad supplendam ac sarciẽdam iacturam rerum priuatarum, quingenta talenta sumere: ad belli sumtus tolerandos, quantum vellet. Atque his de rebus ad Antigonum & Teutamum argyraspidum duces etiam litteras conscripserant. Hic locus me admonet propter has duas voces sic inter se coniunctas, litteras & nuntios, vt eleganti lectori impertiam emendationem loci illius, qui est in oratione pro lege Manilia, non longe à principio, iampridem à Francisco Marcodurano, viro doctiss. ad me missam ex codice manu scripto sumtam. Sic autem habent omnes libri vulgati: vsque in Hispaniam legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus, &c. Ille igitur scripsit ad me, se reperisse disertè & planè scriptum in codice manu scripto, legatos & litteras misit, &c. quam scripturam existimo rectam & sinceram: receptam autem, deprauatam, & corruptam,

104. vtrùm repetitum Maced. ven.) sic habent exempla editionis Basileensis: alia, vtrùm repetitam in Macedoniam veniret: quam lectionem minus probo. malímque, expetitam: id est cupitam, seu exoptatam. quamquam repetitam non damno. repetitum veniret autem, id est repeteret. Atque hoc modo locutus est Horat. epist. lib. I. Ne si forte suas repetitum venerit olim Grex auium plumas, &c.

105. nam tum in Epiro habitabat) sic Diod. vt suprà proximè ex eo retulimus. In Epiro autem habitabat, quia Neoptolemi Epirotarum regis erat filia.

106. eas res) Macedonicas.

107. an in Epiro maneret) deerat hoc membrum: quod ex Diodoro & aliis restituimus. Fieri potest tamen, vt subintelligatur.

108. & exspectaret, &c.) paullo aliter Diod. ὁ δ' Εὐμένης πρὸς μὲν Ὀλυμπιάδα παραχρῆμα ἀντέγραψε συμβουλεύων κατὰ τὸ παρὸν μένειν ἐν Ἠπείρῳ μέχρι ἂν ὁ πόλεμος λάβῃ τινὰ κρίσιν, &c. i. Eumenes autẽ Olympiadi continuò rescripsit, suadens ei in præsentia,

præſentia, vt in Epiro maneret, donec bellum aliqua ex parte diiudicaretur, &c.

109. *Alexandri filius) ex Rhoxane ſuſceptus: cuius nomen quæro. Philippus, Alexandri frater erat, ex alia matre natus: qui antea Arridæus nominabatur, vt ſuprà ex Diodoro oſtendimus: niſi forte etiam Alexandri filio, Philippi nomen impoſitum fuit: quod credibile eſt, & hoc videtur ex Probo coniici poſſe in Phocione, vt ſuo loco indicabimus. ſed Herculem nominat Pomponius Trogus.*

110. *ſin aliqua cupiditate rap.) ex hoc loco fortaſſe confirmari poßit illa lectio, vtrùm expetitam in Macedoniam veniret.*

111. *crudelißimè ſe geßit) principes Macedonum muliebri magis, quàm regio more interfecit. Diod. lib. 19.* τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον Ὀλυμπιὰς τῶν βασιλικῶν σωμάτων κυριεύσασα, καὶ χωρὶς κινδύνων τὴν βασιλείαν παραλαβοῦσα, τὴν δ' εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ τήν τε Εὐρυδίκην, καὶ τὸν ἄνδρα Φίλιππον, τὸ μὲν πρῶτον εἰς φυλακὴν καταθεμένη, κακουχεῖν ἐπεχείρησε· περιοικοδομήσασα γὰρ αὐτοὺς ἐν βραχεῖ τόπῳ τὰ σώματα διὰ μιᾶς στενῆς ὑποδοχῆς ἐχορήγει τὰ ἀναγκαῖα. ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας παρανομήσασα εἰς τοὺς ἠτυχηκότας, ἐπειδὴ παρὰ τοῖς μακεδόσιν ἠδόξει διὰ τὸν πρὸς τοὺς πάσχοντας ἔλεον. τὸν μὲν Φίλιππον προσέταξε Θρᾳξί τισιν ἐκκεντῆσαι, βασιλέα γεγενημένον ἓξ ἔτη, καὶ μῆνας τέτταρας. τὴν δὲ Εὐρυδίκην παρρησιαζομένην, καὶ βοῶσαν, αὑτῇ μᾶλλον προσήκειν, ἢ τῇ Ὀλυμπιάδι, τὴν βασιλείαν, ἔκρινε μείζονος ἀξιῶσαι τιμωρίας. εἰσέπεμψεν οὖν αὐτῇ ξίφος, καὶ βρόχον, καὶ κώνειον, καὶ συνέταξε τούτων ᾧ βούλοιτο καταχρήσασθαι πρὸς τὸν θάνατον, οὔτε τὸ προγεγενημένον ἀξίωμα τῆς παρανομουμένης ἐντραπεῖσα τὸ παράπαν, οὔτε τῆς κοινῆς τύχης εἰς οἶκτον ἐλθοῦσα. τοιγαροῦν τῆς ὁμοίας μεταβολῆς τυχοῦσα τῆς ὠμότητος ἀξίαν ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. Εὐρυδίκη μὲν γὰρ κατευξαμένη, παρόντος τοῦ κομίσαντος, τῶν ὁμοίων δωρεῶν Ὀλυμπιάδα τυχεῖν, τὸν μὲν ἄνδρα περιέστειλεν ἐπιμεληθεῖσα τοῦ τραύματος, ὡς ποθ' ὁ καιρὸς συνεχώρει· ἑαυτὴν δὲ ἀνακρεμάσασα τῇ ζώνῃ, κατέστρεψε τὸν βίον, οὔτε δακρύσασα τὴν ἑαυτῆς τύχην, οὔτε τῷ μεγέθει τῶν συμπτωμάτων ταπεινωθεῖσα. Ὀλυμπιὰς δὲ τούτων διαφθαρέντων, ἀνεῖλε μετὰ τὸν Νικάνορα, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασσάνδρου, κατέστρεψε δὲ τὸν Ἰόλλου τάφον, μεταπορευομένη, καθάπερ ἔφησε, τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον· ἐπέλεξε δὲ καὶ τῶν Κασσάνδρου φίλων τοὺς ἐπιφανεστάτους ἑκατὸν μακεδόνας, οὓς ἅπαντας ἀπέσφαξεν. ἐν τοιούτοις δὲ τοῖς παρανομήμασι πληροῦσα τὸν ἑαυτῆς θυμὸν, ταχὺ πολλοὺς τῶν μακεδόνων ἐποίησε μισῆσαι τὴν ὠμότητα. πάντες γὰρ ἀνεμιμνήσκοντο τῶν Ἀντιπάτρου λόγων, ὃς, καθάπερ χρησμῳδῶν, ἐπὶ τῆς τελευτῆς παρεκελεύσατο μηδέποτε συγχωρῆσαι γυναικὶ τῆς βασιλείας προστατῆσαι. *i. Hoc igitur modo Olympias regiorum corporum poteſtatem nacta, & ſine periculo regnum adepta, ſecundam fortunam humanè non tulit, ſed Eurydicen, & eius virum Philippum primùm in cuſtodiam coniectos indignis modis tractare & vexare conata eſt. Namque iis in ædificio paruo vndique circumſæpto, nullúmque exitū habente, concluſis, per vnam anguſtam feneſtram res neceſſarias eis præbebat. Ad multos autem dies ſæuitia inhumana, atque ab inſtitutis & legibus aliena expromta, poſteaquàm apud Macedones infamia flagrauit, propter illorum erga eos, in quos illa crudelitas vſurpabatur, miſericordiam, mādauit Thracibus quibuſdam, vt Philippum, qui annos ſex, & menſeis quattuor regnarat, ferro compungerent & ſtimularent: Eurydicen verò, quòd liberius loquebatur, & quòd clamabat, ad ſe magis, quàm ad Olympiadem, regnum Macedoniæ pertinere, grauiore ſupplicio dignam eſſe iudicauit. Itaque miſit ad eam gladium, & la-*

queum, & cicutam: vnóque tempore constituit, vt, quocumque horum vellet, ad mortem abuteretur, neque superiorem eius, cui talis fiebat iniuria, dignitatem reuerita, neque communis hominum condicionis, & fortunæ miserta. Quocirca similem rerum mutationem consecuta atque experta, crudelitate sua dignum vitæ exitum habuit. Eurydice enim Olympiadi coram eo, qui illa attulerat, precata, vt similia ei munera contingerent, virum quidem composuit, atque inuoluit, vulneribus lotis & curatis, prout tempus illud tulit: ipsa autem cùm se suspendisset, Zona gutturi innexa, vitam finiit, neque lacrymis fortunam suam prosecuta, neque magnitudine acerborum euentorum suorum fracta. Olympias autem horum cædem, Nicanoris Cassandri fratris cæde cumulauit: Iollæ sepulcrum euertit, Alexandri mortem, vt dicebat, vlciscens. Elegit porrò & ex Cassandri amicis viros clarissimos Macedones centum, quos omneis iugulauit. Talibus autem & tam atrocibus, atque iniustis facinoribus iram suam explens, ac saturans, citò hoc effecit, vt Macedones eius crudelitatem abominarentur. Omnes enim Antipatri verba memoria repetebant, qui tamquam oracula fundens & vaticinans, Macedones moriens hortatus est, vt ne vmquam mulierem sinerent regni clauum tenere. Hactenus Diodorus. Præclarè verò Antipater. Nam si mulieres omnes iure ciuili propter infirmitatem consilij in tutorum sunt potestate, neque suarum rerum gerendarum sunt dominæ, aut arbitræ, & quod mulier sine tutore auctore promiserit, id ratum non est, neque debetur: quanto minus debet mulieri reip. procuratio, & regni administrandi potestas permitti, aut committi? &, si viri interdum, quorum maximè propria est fortitudo, quique sapientiores & cordatiores solent esse natura, imperium adepti, tamen licentia corrumpuntur, ac deprauantur: quid à mulieribus, quibus nihil natura finxit mollius, neque mobilius, neque infirmius, exspectandum? Sed quòd ad Olympiadem attinet, quæ Alexandro mortuo aliquandiu regnauit, memini me vidisse in ædibus eius, quem sæpe honoris causa commemoro, ac nomino, Errici Memmij, nummum argenteum his notis. In antica parte caput expressum est Olympiadis: in postica Græcis litteris impressum, ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ. i. Macedonum primæ.

112. inimicissimos regnare, amicissimos interire) fœdum in modum deprauatus est hic locus in omnibus exemplis vulg. ex quibus sic habent Veneta, & Florentina: ne pateretur Philippi domus & famil. inimicissimos interimere, ferrétque opem, &c. Coloniens. ne pat. Phil. dom & fam. amicissimos interire, ferrétque opem. al. inimicissimos, stirpem quoque interimere, ferretque, &c. al. amicissimus, &c. quid multa? nihil sinceri. natum mendum est ex antithesi, & similitudine vocum, amicissimos, inimicissimos, qua inductus scriptor librarius, aut typorum structor, vel alterum membrum omisit, vel aliquid aliud agens immutauit. Nos probabili coniectura ducti, ne sententia claudicaret, sic edendum curauimus. ne pat. Phil. domus & familiæ inimicissimos regnare, amicissimos interire. per inimicissimos Antigonum, per amicissimos Polyperchontem significabat Olympias. Siquis ne hâc quidem lectionem probabit, licebit ita reponat. ne pat. Phil. domus & familiæ amicissimus stirpem eius interire: vel sic. ne pat. Ph. domus & familiæ inimicissimos stirpem eius interimere. Omnino his omnibus eam, quam secu-

tus sum, antepono.

113. *quam veniam si sibi daret) id est, quod si sibi concederet: id est, quam rem si faceret. sic & alibi locutus est Probus, vt in Themistocle, non longè ab extr. & in Pausania. ibi. quòd si eam veniam sibi dedisset, &c.*

114. *in officio maneb.) manere in fide, in officio, in sententia, & similia loquendi genera, iam antè ostendimus & huic, & aliis bonis scriptoribus esse vsitatos.*

115. *misisse litteras) hac de re suprà satis multa.*

116. *si ita tuliss. fort.) vt pereundum esset: id quod euênit.*

117. *quàm ingratum viuere)* Diod. αὐτὸς δὲ ἀεὶ τὴν εὔνοιαν βεβαιοτάτην πρὸς τοὺς βασιλεῖς τετηρηκὼς, ἔκρινεν Ἀντιγόνῳ μὲν μὴ προσέχειν, ἰδιαζομένῳ τὴν βασιλείαν. τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου παιδὸς προσδεομένου βοηθείας, διά τε τὴν ὀρφανίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν ἡγεμόνων πλεονεξίαν, διέλαβεν ἁρμόζειν ἑαυτῷ πάντα κίνδυνον ἀναδέχεσθαι τῆς τῶν βασιλέων σωτηρίας ἕνεκα. *i. Ipse autem, qui firmissimam erga reges beniuolentiam seruasset, statuit Antigono quidem, qui regnum Macedoniæ suum facere conaretur, aureis attentas non præbere: Alexandri autem filio auxilij indigenti, cùm propter orbitatem, & ætatem, tum propter ducum cupiditatem & iniustitiam, existimauit sibi conuenire omne periculum, regum salutis gratia, excipere ac subire.*

118. *Peucestes, qui corp. cust.) Peucestes, in numerum corporis custodum allectus fuerat ab Alexandro post victoriam Indicam, cùm antea fuisset hypaspis, id est, clypei gerulus, vt tradit Arrianus lib 6. sub extr. vbi narrat idem, tum corporis custodes, id est,* σωματοφύλακας *Alexandri fuisse septem, Leonnatum Antei fil. Hephæstionem Amyntoris fil. Lysimachum Agathoclis, Aristonoum Pisæi: qui omnes erant Pellæi: Perdiccam Orontæ, Ptolemæum Lagi, Pithonem Crateæ. ad quos accessisse Peucestem: quem cogitabat Alexander Persidis satrapen constituere. Hic multitudinem largitione, & epulis, & magnifico conuiuiorum apparatu corrumpebat, imperium ad se transferre cupiens. quod cùm animaduertisset Eumenes, essétque ei Peucestes hoc nomine suspectus, falsas epistolas conscripsit, quibus & milites ad prælia animosiores reddidit, & Peucestæ superbiam, ferociámque compressit. quarum litterarum hæc erat fere sententia, Olympiadem assumto Alexandri filio Macedoniæ regnum recuperasse, Cassandro sublato: Polyperchontem in Asiam transisse Antigono bellum inferre cogitantem, validissimam & optimam copiarum regiarum partem, & elefantos ducentem: iámque adeò Cappadociæ appropinquare. Erant autem Syriacè scriptæ, tamquam ab Oronte Armeniæ præfecto, Peucestæ amico datæ. quibus cùm esset à Peucesta creditum propter amicitiam veterem, quæ inter eos intercedebat, Eumenes eas litteras circumferri, & ceteris ducibus, & nonnullis militib. ostendi iussit. Quo facto totus exercitus voluntatibus & animis immutatus, atque ad Eumenem versus est, tamquam vnus posset regibus fretus & quos vellet locupletare, atque ad honores prouehere, & de iis, qui peccassent, pœnas sumere. Hæc Diod. lib. 19. cuius verba Græca non ascribam: mihíque satis erit ea Latinè reddidisse. Retulit autem hoc Eumenis commentum inter strategemata lib. 4. strateg. Polyænus, cuius verba non me pigebit ascribere. Sic igitur ille.* Εὐμένης ἐν τῇ Γερράδι τοὺς στασιάζοντας ὁρῶν ὑπὸ Πευκέστου δημαγωγουμένους οἴνῳ καὶ θυσίαις, δεδοικὼς μὴ προστασίᾳ τ-

X 2

σαν τὴν ἡγεμονίαν, ἐπιστολὴν προήνεγκεν, ὡς παρὰ Ὀρόντου τοῦ σατράπου τῆς Ἀρμενίας γεγραμμένην Συρίοις γράμμασι, δηλοῦσαν, ὡς Ὀλυμπιὰς ἐξ Ἠπείρου κατελθοῦσα, τὸν υἱὸν ἄγουσα τὸν Ἀλεξάνδρου, βιαίως Μακεδονίαν ἔχει Κασσάνδρου ἀναιρεθέντος. Μακεδόνες ταῦτα ἀκούσαντες, Πευκέστου μὲν ἐπελάθοντο. τὴν δ' Ἀλεξάνδρου μητέρα, καὶ τὸν υἱὸν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ χαρᾶς βασιλεῖς ἀνηγόρευον. i. Eumenes in Perside videns milites à Peucesta populariter vino, & congiariis, & largitionibus demulceri, atque allici, epistolam protulit, tamquam ab Oronta Armeniæ satrape, litteris Syriacis conscriptam: per quam hoc significabatur, Olympiadem ex Epiro reuersam Alexandri filium paruulum secum ducentem, vt Macedoniam tenere, Cassandro victo ac sublato. Macedones his auditis, Peucestæ quidem obliti fuerunt, Alexandri matrem verò & filium magna cum voluptate & lætitia reges declararunt. Apud Plutarch. porrò nullum hac de re verbum. Sed aliud Eumenis consilium non minus vafrum & callidum ab eo commemoratur, his verbis. Πευκέστης καὶ ἄλλοι σατράπαι τοὺς μακεδόνας κολακεύοντες ἐκκεχυμένως, καὶ καταχορηγοῦντες εἰς δεῖπνα καὶ θυσίας, ὀλίγου χρόνου τὸ στρατόπεδον ἀσωτίας πανηγυριζούσης καταγώγιον ἐποίησαν, καὶ δημαγωγούμενον ἐπὶ αἱρέσει στρατηγῶν ὄχλον, ὥσπερ ἐν ταῖς δημοκρατίαις. αἰσθόμενος δ' ὁ Εὐμενὴς αὐτοὺς ἀλλήλων μὲν καταφρονοῦντας, αὐτὸν δὲ φοβουμένους, καὶ παραφυλάττοντας ἀνελεῖν, εἰ γένοιτο καιρός, ἐσκήψατο χρημάτων δεῖσθαι, καὶ συνεδανείσατο τάλαντα πολλὰ παρὰ τῶν μάλιστα μισούντων αὐτὸν, ἵνα καὶ πιστεύωσι, καὶ ἀπέχωνται περὶ τῶν δανείων ἀγωνιῶντες. ὥστε συνέβη τὸν ἀλλότριον πλοῦτον αὐτῷ φύλακα τοῦ σώματος εἶναι, καὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ σωτηρίᾳ διδόντων, μόνον ἐκ τοῦ λαβεῖν κτήσασθαι τὴν ἀσφάλειαν. i. Peucestes autem & alij satrapæ, effusè militibus assentando, epulas, & sacrificia largè præbendo, breui tempore castra celebris intemperantiæ & luxuriæ deuersorium fecerunt, & multitudini popularium contionatorum in morem, vt præfecturas & imperia ab ea obtinerent, blandiri instituerunt, vt fit in liberis ciuitatibus, in quibus penes populum summæ rei potestas est. Cùm autem sensisset Eumenes, eos quidem inter se contemnere, se autem ab eis metui, & tempus captari, atque obseruari, quo se interficiant: simulauit se pecuniis egere, & multa talenta ab iis, quibus erat maximè odiosus atque inuisus, mutua accepit, vt sibi fidem haberent, & vitæ suæ parcerent, de pecuniis, quas mutuas dedissent, laborātes. Itaque contigit ei, vt diuitias alienas corporis sui custodes haberet, & cùm alij ob salutem dare soleant, solus Eumenes accipiendo, stabilem compararet incolumitatem. Quod & Diodorus retulit lib. 19. his verbis, σπεύδων δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων σατραπῶν καὶ στρατηγῶν, ὥσπερ ὅμηρα λαβεῖν τὸ μὴ καταλείψειν αὐτὸν, προσεποιήθη χρημάτων σπανίζειν, καὶ παρεκάλεσεν ἕκαστον κατὰ δύναμιν δανεῖσαι τοῖς βασιλεῦσι. λαβὼν δὲ παρ' ὧν ἐδόκει συμφέρειν ἡγεμόνων τετρακόσια τάλαντα, τοὺς πρότερον ὑπόπτους ὄντας ἐπιβουλεύειν, ἢ καταλείψειν, πιστοτάτους φύλακας ἔσχε τοῦ σώματος, καὶ συναγωνιστάς. i. Cùm autem studeret ab aliis satrapis & ducibus tamquam obsides & pignora accipere, se ab eis desertum non iri: simulauit se pecuniarum difficultate, & inopia conflictari, & rogauit vnumquemque, vt pro sua facultate regibus mutuam pecuniam daret. Acceptis autem ab iis, à quibus expedire videbatur, ducibus, talentis quadringentis, eos, quos antea suspicabatur sibi insidiari, aut se deserturos, fidelissimos corporis sui custodes, & adiutores habuit.

119. *& Teutamus) erat & cum eo Antigenes, ut narrant Plutarchus, Diodorus, Polyænus, ceteri.*

120. *phalanx Maced.) argyraspides.*

121. *inuidiam verens) operæ pretium est, quæ in hanc sententiam hoc loco scripserit Diodorus, referre. sed verba Græca non ascribam. ea tantùm meo arbitratu Latinè interpretabor, ab illo loco,* πάντες δ' ἐθαύμαζον τὸ τῆς τύχης ἀμετάθετον, *&c. lib. 18. pag. totius voluminis 659. i. Omnes autem fortunæ mobilitatem, & casum inopinatum admirabantur, cùm viderent, reges & Macedones, qui paullo antè Eumenem, & eius amicos capitis damnarant, tunc iudicij sui immemores, non solùm eum culpa & pœna liberasse atque absoluisse, verùm etiam totius regni atque imperij summam ei tradidisse & concredidisse. Atque hoc probabiliter iis omnibus accidebat, qui varios rerum euentus, quos habuerat Eumenes, intuebantur. Quis enim cùm vitæ humanæ inæquabilitatem ac varietatem considerarit, non fortunæ volubilitate, & mobilitate, & inconstantia in vtramque partem, instar æstus maritimi nunc accedentis, nunc recedentis, obstupescat? aut quis potestatibus & opibus à secunda fortuna oblatis confisus spiritus sumat humana imbecillitate maiores? Nam vita communis, quæ à deo quodam gubernatur, vicißim bonis & malis exposita, perpetuò in orbem voluitur, ac circumagitur. Itaque admirabile, & inopinatum non est, si quid præter rationem & temerè accidit: sed si, quicquid fit, non est insperatum, tum verò homines mirari ac stupere debent. Quocirca non iniuria quis historiam magnopere amplexus fuerit atque adamarit. Actionum enim inæqualitate & mutatione, hinc fortunatorum superbiam, illinc calamitosorũ squalorem, luctúmque corrigit. Sequitur deinceps.* ἃ καὶ τότε διανοούμενος Εὐμένης, ἐμφρόνως τὰ καθ' ἑαυτὸν ἠσφαλίσατο, προορώμενος τὴν τῆς τύχης καινοτομίαν· ὁρῶν γὰρ ἑαυτὸν μὲν ξένον ὄντα, καὶ μηδὲν προσήκοντα βασιλικῆς ἐξουσίας, τοὺς δὲ ὑποταττομένους μακεδόνας, θάνατον αὐτοῦ προκατεγνωκότας, τοὺς δ' ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς ἡγεμονίαις διαπρέποντας, φρονήματος πλήρεις ὑπάρχοντας, καὶ μεγάλων πραγμάτων ὀρεγομένους· ὑπέλαβεν ἔσεσθαι περὶ αὐτὸν καταφρόνησιν ἅμα καὶ φθόνον, καὶ τὸ τελευταῖον, τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον· μηδένα γὰρ ποιήσειν ἑκουσίως τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἡττόνων εἶναι δοκούντων, μηδὲ καρτερήσειν δεσποζόμενον τῶν ὀφειλόντων ἑτέροις ὑποτάττεσθαι. διὸ δὴ αὐτὸς περὶ τούτων λόγον, πρῶτον μὲν δεδομένων αὐτῷ πεντακοσίων ταλάντων κατὰ τὰς τῶν βασιλέων ἐπιστολὰς εἰς ἀνάληψιν καὶ κατασκευὴν, οὐκ ἔφη λήψεσθαι, *&c. i. quæ & tunc cogitans Eumenes, res suas prudenter & sapienter constabiliuit, fortunæ cõsuetudinem in rebus nouandis longè antè animo prospiciens. Nam cùm videret, se quidem esse alienigenam & peregrinum, & à regia potestate atque auctoritate longè abesse: Macedones autem, eos, qui sub imperium suum subiecti essent, sententiam, qua capitis damnabatur, contra se tulisse: centuriones autem, & tribunos militum, ceterósque duces, superbos esse ac feroceis, rerúmque magnarum auidos: suspicabatur se contemtum iri, simulque inuidia laboraturum, & ad extremum in vitæ discrimen venturum. Neminem enim quod ab iis, qui inferiores habentur, imperaretur, sua sponte facturum, neque quemquam æquo animo laturum, vt ij, qui sub alterius dominatione esse debent, in se dominentur. Hac ratione secum inita, primùm quidem cùm quinquaginta talenta ex epistolis regum-*

X 3

sibi darentur, tùm ad præterita reparanda, tùm instantia præparanda, negauit ea se accepturum. se enim tanta donatione non egere, vt pote qui nullum imperium gerere studeret, &c.

122. *quam tamen effugere non potuit)* contra Diodorus lib. 18. *pagina totius voluminis* 660. ὁ δὲ Εὐμένης ἐν πᾶσι τοῖς χρηματιζομένοις, ἴσον ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσιν ἀποδεικνύων, καὶ πάντας ταῖς φιλανθρωποτάταις ὁμιλίαις δημαγωγῶν, τόν τε καθ' ἑαυτοῦ φθόνον ἀπετρέψατο, καὶ πολλὴν εὔνοιαν ἐν τοῖς ἡγεμόσι πρὸς ἑαυτὸν κατεσκεύασεν. i. *Eumenes autem in omnibus rebus, quæ administrabantur, parem seipsum aliis ducibus faciens, & omneis humanissimis & blandissimis sermonibus, popularíque oratione sibi concilians ac demulcens, & inuidiam à se depulit, & magnam erga se beneuolentiam apud duces comparauit.* Plutarchus *paullo aliter.* ἐπεὶ δὲ λαβόντες ἐκεῖνοι τὰ γράμματα, τῷ μὲν λόγῳ φιλανθρώπως ἐδέξαντο τὸν Εὐμένη, φθόνου δὲ καὶ φιλονεικίας ἐνάγοντο μεστοί, δευτερεύειν ἀπαξιοῦντες ἐκείνῳ. τὸν μὲν φθόνον ὁ Εὐμένης ἐπεκούφιζε, τὰ χρήματα μὴ λαβεῖν, ὡς οὐδὲν δεόμενος, &c. i. *Posteaquàm autem illi acceptis litteris, verbo humaniter & officiosè* Eumenem *complexi sunt: re vera inuidiam & contentionem præ se ferebant, indignum rati se illi secundas parteis ferre: inuidiam quidem leuauit* Eumenes *non accipiendis pecuniis, tamquam eis non egens: contentionibus autem de honore, religionem opposuit.*

123. *si potius) coniunge hæc cum illis superiorib. hoc modo, Inuidiam verens, si potius ipse alienigena &c. id est, inuidiam verens, quam subiturus erat, si potius ipse alienigena summi imperij pot. &c.*

124. *alienigena)* ξένος. Diodorus.

125. *in principiis)* ἐν στρατηγίῳ, Appianus Ἀννιβαϊκῇ: *vel in loco principis in castris, videlicet,* ἐν πραιτωρίῳ. ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ, *in mediis castris,* Polyænus. *aliter apud* Terent. Eun. *Tu hosce instrue: hîc ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.*

126. *cum sceptro & diadem.) sceptrum, gestamen regium.* Homerus Iliad. A. Σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν. i. *Rex sceptrum tenens, seu gerens, cui Iupiter gloriam dedit. Erat autem insigne regni, verborum, & iuris apud veteres, vt notat* Eusthatius *ad illũ locum* Il. α. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. *dictúmque* ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι, *quod valet niti.* Virgil *georg.* 2. *extr. Ante etiam sceptrum Dictæi regis.* M. Tull. *pro* Sextio. *Rex sedens cum purpura, & sceptro, & insignibus illis regiis, &c. translatè dixit* Lucret. lib. 3. *quorum vnus* Homerus *Sceptra potitus, eadem aliis sopitu' quiete est. Diadema quoque insigne regum erat, capitis ornamentum, à verbo* διαδεῖν, *quod valet omni ex parte vincire, appellatum.* M. Tull. Philipp. 2. *Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiiciebat. Quòd si quis ex me quærat quali figura fuerit diadema: putauerim ex* Plutarcho, *lati galeri, seu causiæ potius speciem præbuisse, ex eóque vincula oblonga, ex multis liciis mollibus plexa, quibus collo religaretur, pependisse.* Plutarchus in Demetrio. ἦν δὲ ὡς ἀληθῶς τραγῳδία μεγάλη περὶ τὸν Δημήτριον, οὐ μόνον ἀμπεχόμενον, καὶ διαδούμενον περιττῶς καυσίαις διμίτροις, καὶ χρυσοπαρύφοις ἁλουργίσιν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς ποσὶν ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπιλημένης χρυσοβαφεῖς πεποιημένον ἐμβάδας. i. *Erat enim re vera tragica quædã persona* Demetrius. *non enim solùm vestitus*

erat purpura auro intertexta, & causiis ex quibus duplices copulæ exquisitis filis perfectæ, & summo artificio elaboratæ pendebant, redimitus, verùm etiam calceos induere solebat ex mera purpura, constipata confectos, & auro illitos.

127. quod & fecit) Constat inter omneis historicos, hoc esse ab Eumene factũ: neque quicquam à Probo discrepãt, nisi quòd illi narrant, Eumenem dixisse Macedonibus, hoc sibi visum esse in somnis, siue id finxerit, siue re vera somniarit: Probus nulla somnij mentione facta, Eumenem, id, quod hîc dicitur, inuidiæ vitandæ causa fecisse tradit Videamus igitur alios: atque à Plutarcho ordiamur. ταῖς δὲ φιλονεικίαις καὶ φιλαρχίαις αὐτῶν, μήτε ἡγεῖσθαι δυναμένων, μήτε ἕπεσθαι βουλομένων ἐπῆγε δεισιδαιμονίαν. ἔφη γὰρ Ἀλέξανδρον αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους φανῆναι, καὶ δεῖξαι τινα σκηνὴν κατεσκευασμένην βασιλικῶς, καὶ θρόνον ἐν αὐτῇ κείμενον. εἶτα εἰπεῖν, ὡς ἐνταῦθα συνεδρεύουσιν αὐτοῖς, καὶ χρηματίζουσιν αὐτὸς παρέσται, καὶ συνεφάψεται βουλῆς τε πάσης, καὶ πράξεως ἀρχομένοις ἀπ' αὐτοῦ. Ταῦτα ῥᾳδίως ἔπεισε τὸν Ἀντιγένη, καὶ τὸν Τεύταμον, οὔτε ἐκείνων βαδίζειν βουλομένων πρὸς αὐτὸν, οὔτε αὐτὸς ἀξιῶν ἐπὶ θύραις ἑτέρων ὁρᾶσθαι. καὶ τιθέντες οὕτω σκηνὴν βασιλικὴν, καὶ θρόνον, Ἀλεξάνδρῳ καταπεφημισμένον, ἐκεῖ συνεδρεύοντο βουλευόμενοι περὶ τῶν μεγίστων. *i. Contentionibus autem eorum, & concertationibus de honore atque imperio, cùm neque imperare possent, neque parêre vellent, religionem opposuit. Dixit autem, Alexandrum sibi in somnis adstare visum esse, & tabernaculum quoddam regiè constructum, & in eo sellam auream positam ostendisse: deinde dixisse, se hic considentibus, & de summis rebus consultantibus affuturum, omniáque eorum consilia, & omneis actiones cũ eis administraturum, & in melius promoturum, ac fortunaturum, ita à seipso facientibus initium. hæc Antigeni & Teutamo facilè persuasit, cùm neque illi ad se venire vellent, neque ipse honestum sibi esse existimaret pro alienis foribus cerni. Ac tali tabernaculo adornato, cuius inuidia specioso Alexandri nomine tegeretur, & sella in eo posita, eò quotidie conueniebant, vt de rebus maximis consultarent.* Diod, eodem lib. ἀπεφαίνετο γὰρ αὐτὸν ἑωρακέναι κατὰ τὸν ὕπνον, ὄψιν παράδοξον, ἣν ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι δηλῶσαι πᾶσι· δοκεῖν γὰρ αὐτὴν πάνυ συνεργήσειν αὐτοῖς πρός τε ὁμόνοιαν, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον· δόξαι γὰρ αὐτὸν κατὰ τὸν ὕπνον ὁρᾶν Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα ζῶντα, καὶ τῇ βασιλικῇ σκευῇ κεκοσμημένον χρηματίζειν, καὶ τὰ προστάγματα διδόναι τοῖς ἡγεμόσι, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν διοικεῖν ἐνεργῶς. διόπερ οἴομαι δεῖν, ἔφη, ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης κατασκευάσαι χρυσοῦν θρόνον, ἐν ᾧ τεθέντος διαδήματος καὶ σκήπτρου, καὶ στεφάνου καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς, ἐπιθύειν ἅμα ἡμέρᾳ πάντας αὐτῷ τοὺς ἡγεμόνας, καὶ πλησίον τοῦ θρόνου συνεδρεύειν, καὶ τὰ προστάγματα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως, ὡς ζῶντος καὶ προεστηκότος τῆς ἰδίας βασιλείας. *i. Asseuerabat enim sibi in somnis speciem esse obiectam admirabilem, quam se existimare necesse esse omnibus aperire. Eam enim sibi videri cùm ad concordiam, tum ad commune omnium emolumentum magno eis adiumento futuram. se enim sibi visum esse in somnis videre, Alexandrum regem viuum, & vestitu cultúque regio ornatum, de summa re agere, & ducib. mandata dare, & res ad regnum pertinenteis cum optato exitu administrare. Quare arbitror (inquit) sellam auream ex gaza regia fabricari oportere, positóque in ea diademate, & sceptro, & corona, alióque ornatu regio, omneis et duces manè sacrificare, & propter eius sellam considenteis consultare, & man-*

data ex Alexandri regis, tanquam viventis, & regnum suum gubernantis, nomine accipere debere. Polyænus lib. 4. strategem. Εὐμένης ἤδη συνιεὶς τῶν ἀργυρασπίδων ἀρχομένων νεωτερίζειν, μάλιστα δὲ Ἀντιγένους καὶ Τευταμάνου, οἳ στρατηγοὶ τούτων ἦσαν, ὑπερηφάνως πρὸς αὐτὸν διακειμένων, καὶ βαδίζειν ἐπὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ καταφρονούντων. συγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας, ἐνύπνιον ἔφη τοῦτο δεύτερον ἑωρακέναι διαπειλούμενον, εἰ μὲν πειθοίμεθα, κοινὴν σωτηρίαν· εἰ δὲ μὴ, κοινὸν ἅπασιν ἔσεσθαι κίνδυνον. ἰδεῖν δ' Ἀλέξανδρον ὁ βασιλεὺς σκηνῆς ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ πηχθείσης προκαθήμενον ἐν θρόνῳ χρυσῷ, σκῆπτρον ἔχοντα, χρηματίζοντα ἅπασι. καὶ δὴ προσέταξε τοῖς ἡγεμόσι μηδὲν τῶν κοινῶν καὶ βασιλικῶν διοικεῖν ἔξω τῆς βασιλικῆς σκηνῆς, καὶ καλεῖν ταύτην μόνην, Ἀλεξάνδρου σκηνήν. προσεκύνησαν οἱ Μακεδόνες τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ συνεβουλεύσαντο ἐκ τῶν βασιλικῶν χρημάτων σκηνὴν κατασκευάσαι βασιλικὴν, καὶ θρόνον βασιλικόν· παρὰ τὸν θρόνον ὅπλα, καὶ μέσον σκῆπτρον. καὶ πρὸ τοῦ θρόνου τράπεζαν χρυσῆν, καὶ λιβανωτὸν, καὶ θυμιάματα εὐώδη· ἀργυρᾶ μὲν καὶ δίφρους ἀργυροῦς εἶναι ἐν τῇ σκηνῇ, ἐφ' ὧν οἱ πάντες ἡγεμόνες βουλεύοιντο περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων. ταῦτα μὲν δὴ κατεσκευάσαντο. Εὐμένης δὲ τὴν αὑτοῦ σκηνὴν ἔπηξε παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ οἱ ἄλλοι ἡγεμόνες ἐφεξῆς. οὕτω δὴ συνέβαινε τὸν Εὐμένη εἰσιόντα, πάντας ἐκείνους ἡγεμόνας ὑποδέχεσθαι, μεθ' ὧν Ἀντιγένης καὶ Τευταμάτης οἱ στρατηγοὶ τῶν ἀργυρασπίδων ἐβάδιζον, τῷ μὲν ἔργῳ πρὸς Εὐμένη, τῇ δὲ τιμῇ πρὸς Ἀλέξανδρον. i. Eumenes iam intelligens Argyraspidas (hoc est milites, qui clypeos argenteos gestabant) res nouas moliri, sed maximè Antigenem, & Teutamatem, seu, vt alij appellant, Teutamum, qui horum duces erant, superbè & contumaciter in se esse animatos, & in tabernaculum suum grauatè, fastidioséque venire: ducibus conuocatis & coactis, dixit se hoc semel atque iterum somniasse, somniúmque sibi tale quiddam promisisse, ac minatum esse: si pareamus, inquit, omneis saluos fore: sin minus, rem omnium communem in discrimen venturam. Præsidebat autem rex Alexander tabernaculo in mediis castris posito in sella aurea, sceptrum tenens, & omnibus consulentibus respondens, ac ius dicens. Et verò ducibus mandauit, nequam rem publicam & regiam extra tabernaculum regium administrarent, & hoc solum Alexandri tabernaculum appellarent. Alexandrum venerati sunt Macedones, & consilium ceperunt, vt ex pecuniis regiis tabernaculum regium construeretur, & sella regia fabricaretur, & iuxta sellam arma ponerentur, & sceptrum esset medium: & ante sellam mensa aurea, & tus, & suauis, gratique odoris suffimenta: porrò etiam sellæ argenteæ essent in tabernaculo, in quibus duces omnes sedentes de rebus communibus & publicis consultarent. Hæc igitur facienda, & fabricanda curarunt. Eumenes autem tabernaculum suum iuxta Alexandri tabernaculum erectum collocauit, & duces alij deinceps. Ita igitur eueniebat, vt Eumenes ingressus, duces omneis illos exciperet, quibuscum Antigenes, & Teutamates argyraspidum duces ibant, re ad Eumenem: honoris specie, ad Alexandrum.

128. principia) locum principis in castris, vt suprà.

129. de rebus) fortasse addita voce, summis, legēdū de summis rebus, vt suprà.

130. Hic in Paræcatis) diu me torsit hic locus. nam vulgata lectio, impar ætatis, nullo modo mihi probabatur, non solùm propter sententiam planè absurdam, verùm etiam propter sermonis genus, Latinis auribus insolens, atque inauditum.

Putabam

putabam initiò legendum, imparatus sed primùm hæc coniectura longè distabat à scriptura recepta: deinde historiæ repugnabat. Tantum enim abest, vt Eumenes esset imparatus, vt, cùm esset in Perside, vltrò Antigono, quem audiebat esse in Media, & in Persidem venire, obuiam iuerit, & cum eo conflixerit. Sic enim Diod lib.18. ἧκόν τινες ἐκ Μηδίας ἀπαγγέλλοντες, ὅτι μετὰ τῆς δυνάμεως Ἀντίγονος τὴν ἀναζυγὴν ἐπὶ τῆς Περσίδος εἴη πεποιημένος. ἃ δὴ πυθόμενος, καὶ αὐτὸς ἀνέζευξε, διεγνωκὼς ἀπαντᾶν τοῖς πολεμίοις, καὶ διακινδυνεύειν. *i. Venerunt quidam ex Media, qui nuntiabant, Antigonum cum suis copiis in Persidem iter habere. quibus auditis Eumenes ipse quoque castra mouit, constitutum habens in animo hostibus obuiam ire, & belli fortunam tentare. Postremò Cl. Puteanus, iuuenis limatißimi, politißimíque iudicij, cùm esset domi meæ, & mecum de hoc loco sermonem haberet, consensum omnium librorum, qui habent sine vlla varietate, impar ætatis, non esse negligendum fatebatur, neque dubitabamus, quin Probus pro hac voce corrupta, propriũ nomen loci alicuius, in quo prælium commissum esset, posuisset. Consulebã Plutarchum, & Diodorum. commemorari ab eis videbam Pasitigirm fl. ad quem pugnauerat cum Antigono Eumenes, multisque hostibus partim captis, partim occisis, Antigonum superarat, ac fugarat Sed non fiebat mihi verisimile, scriptum hîc esse à Probo in Pasitigri, seu ad Pasitigrin (quamuis hîc fluuius non admodum longè absit ab iis locis, in quibus hoc prælium commissum est,) cùm propter vocum nimiã dißimilitudinem ac differẽtiam, tum propterea quòd ex Diodoro & Plutarcho intelligebam hoc prælium aliud fuisse ab illo, quod ad Pasitigrin commissum est. Ad extremum cum me in omnem cogitationem vertissem, & mihi persuasissem, per, impar ætatis, locum prælij designari: totámque hanc pugnam apud Diodorum Siculum diligenter relegissem, quæ lib.19. ab eo multis verbis exponitur: ex eóque cognouissem, eam in Parætacis esse commissam: (dicit enim Diodorus, Eumenem postquàm cadauera humãda curauit, castra mouisse ex Parætacis, & Gabenam contendisse. Sic Diodorus.* Ὁ δ' οὖν Εὐμένης ἀπὸ τῆς τῶν τετελευτηκότων ταφῆς γενόμενος, ἀνέζευξεν ἀπὸ τῆς Παραιτακηνῆς, εἰς τὴν Γαβηνήν, οὖσαν ἀκέραιον, καὶ δυναμένην πάντα δαψιλῆ ταῖς δυνάμεσι παρέχεσθαι. Ἀπεῖχε δὲ [illegible] τὴν χώραν ταύτην, *&c. id est, Eumenes autem sepultura mortuorum procurata, à Parætacis in Gabenas, seu Gabenam castra mouit, regionem integram, & quæ posset exercitui omnium rerum copiam suppeditare. Fortè autem aberat regio ab iis locis, in quibus erat Antigonus, ei, qui per loca culta, & celebria iter faceret, stationes viginti quinque: ei verò, qui per loca sola. & arida stationes nouẽ:) cùm igitur hoc ex Diodoro didicissem: cùm denique animaduertissem, à Plutarcho, & Diodoro admonitus, Eumenem & Antigonum versari nunc in finibus Mediæ & Persidis, idque ex Diodoro maximè cognouissem, qui hoc loco Mediã & Persepolim commemorat: (est autem Persepolis vrbs Persidis, caput regni, quam diruit Alexãder, vt Stephanus, & Plin. lib.6. & Strabo lib.15. docent) continuò redij in memoriã, Parætacenæ regionis, & Parætacorum: eadémque opera consului Stephanũ. Ptolemæum, Strabonem, Arrianum apud Stephanum reperi scriptum,* παραιτακὰ πόλις Μηδική, *&c. i. Parætaca vrbs Medica, &c. apud Strabonem lib. XV.* ῥεῖ δὲ ὁ Ἀράξης ἐκ τῶν Παραιτακηνῶν, συμβάλλει δὲ εἰς αὐτὸν ὁ Μῆδος ἐκ Μηδίας ὁρμηθείς. *i. iã verò*

fluit Araxes ex Parætacis: confluit autem in eum Medus ex Media eruptione facta. Idem eod. lib. suprà. ὁρίζεσθαι μὲν οὖν φησιν Ἐρατοσθένης τὴν Ἀριανὴν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἕω, τῷ Ἰνδῷ. πρὸς νότον δὲ, τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ· πρὸς ἄρκτον δὲ, τῷ Παροπαμισῷ, καὶ τοῖς ἑξῆς ὄρεσι μέχρι Κασπίων πυλῶν. τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν, τοῖς αὐτοῖς ὅροις, οἷς ἡ μὲν Παρθυηνὴ πρὸς Μηδίαν, ἡ δὲ Καρμανία πρὸς τὴν Παραιτακηνὴν, καὶ Περσίδα διώρισται. i. ait enim Eratosthenes, Arianam ex his partibus, quæ Orientem spectant, Indo terminari: ex iis verò, quæ ad austrum, magno mari: ab iis, quæ septentriones, Paropamiso, & iis, quæ deinceps sequuntur, montibus, vsque ad portas Caspias: ex iis verò, quæ occidēti opposita sunt, iisdē finibus, quibus Parthyena ad Mediā: Carmania ad Parætacenam & Persidem terminata est. Apud Ptolemæum lib. 6. in positione, seu situ Persidis. καλεῖται δὲ τῆς Περσίδος ἡ μὲν παρὰ τὴν Μηδικὴν πᾶσαν Παραιτακηνὴ, οὗ. εἰσὶν ἀπὸ μεσημβρείας Μεσσαβάται, καὶ Ῥαψεῖς, ὑφ' οὓς ἡ Τεμεσδία, καὶ μέχρι θαλάσσης ἡ Μαρδηνὴ, καὶ ἡ Ταοκηνὴ, καὶ οἱ Ἱπποφάγοι, καὶ οἱ Σουζαῖοι, &c. i. Appellatur Persidis ea pars, quæ toti Medicæ regioni adiacet, Parætacena: cuius sunt à meridie Messabatæ, & Rhapseis, sub quibus est Temesdia, & vsque ad mare Mardene, & Toacene, & Hippophagi, & Suzæi, &c. Apud Arrianum lib. 4. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς τὰ ἐν Σογδιανοῖς αὐτῷ διαπέπρακτο, ἐχομένης ἤδη καὶ τῆς πέτρας. ἐς Παραιτάκας προεχώρει, ὅτι καὶ ἐν Παραιτάκαις χωρίον τι ὀχυρὸν, ἄλλην πέτραν κατέχειν ἐλέγοντο πολλοὶ τῶν βαρβάρων, id est, Alexander autem vbi res Sogdianenses ab eo cōfectæ fuerunt, rupésque iam tenebatur: in Parætaca progressus est, quia etiam in Parætacis castellum quoddam natura munitum, rupem aliam, tenere dicebantur multi barbari. Idem eod. lib infrà. Κρατερὸν δὲ τὴν ἑταίρων ἵππον ἔχοντα ἑξακοσίους, καὶ τῶν πεζῶν τήν τε αὐτοῦ τάξιν, καὶ τὴν Πολυπέρχοντος, καὶ Ἀττάλου, καὶ τὴν Ἀλκέτου, ἐπὶ Καταίνην τε καὶ Αὐστάνην ἐκπέμπει, οἳ δὴ μόνοι ἔτι ὑπελείποντο ἐν τῇ Παραιτακηνῶν χώρᾳ ἀφεστηκότες. i. Craterum autem cum equitibus sexcentis ex amicis, & ex peditibus cum peditatu partim suo, partim Polyperchontis, & Attali: partim Alcetæ, aduersus Catanen, & Austanen mittit, qui soli in Parætacenorum regione reliqui erant ex iis, qui defecerant. Ad hos accessit Plinius lib. 6. cap. 26. Inter Parthos & Arrianos excurrunt Parætaceni. His igitur tot locis memoria repetitis & collectis, & cum hoc comparatis, ego certissima cōiectura ductus, ex imparætatis, feci in Parætacis. Omnem autem dubitationem sustulit index eorum, quæ narrantur à Diodoro lib. 19. ante librum, vt fit, locatus. Cuius id, quod ordine nonum membrum est, ita habet. Παράταξις Ἀντιγόνου πρὸς Εὐμένη, καὶ τοὺς σατράπας ἐν Παραιτάκοις. i. instructus exercitus Antigoni aduersus Eumenē & Satrapas in Parætacis: quæ verba, si alia omnia me deficerent, sola tamen me ad hanc coniecturam quasi ducere manu possent.

131. non acie instructa) non castris factis, & acie in campo instructa, sed in itinere, vt subiicit. Alioqui ne Probus quidem ipse dixerit, Eumenem, belli ducē prudentissimum, exercitu nō antè instructo, ac disposito, prælium commissurum fuisse, rem à scientia rei militaris alienissimam. Sed præstat hanc rem ex aliis illustrare. Sic igitur Plutarch. ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοὺς πολεμίους βαδιζόντων, ἐτύγχανεν ὁ Εὐμένης ἐκ νόσου τινὸς ἐπισφαλῶς ἐν φορείῳ κομιζόμενος ἔξω τοῦ στρατεύματος ἐν ἡσυχίᾳ διὰ τὰς ἀγρυπνίας. μικρὸν δὲ προελθοῦσιν αὐτοῖς ἄφνω λόφους τινὰς

ὑπερβαλόντες ἐξεφαίνοντο οἱ πολέμιοι καταβαίνοντες ἐς τὸ πεδίον. ὡς οὖν αἵ τε τῶν χρυσῶν ὅπλων αὐγαὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἐξέλαμψαν ἀπὸ τῶν ἄκρων, τοῦ ἀγήματος ἐν τάξει πορευομένου, καὶ τῶν θηρίων τοὺς πύργους ἄνω, καὶ τὰς πορφύρας εἶδον, ὅσπερ ἦν αὐτοῖς κόσμος εἰς μάχην ἀγομένοις. ἐπιστήσαντες οἱ πρῶτοι τὴν πορείαν, ἐβόων Εὐμενῆ καλεῖν αὐτοῖς ἡγεμόνας. οὐ γὰρ ἂν προελθεῖν ἐκείνου μὴ στρατηγοῦντος. καὶ τὰ ὅπλα πρὸς τὴν γῆν ἐρείσαντες, ἀλλήλοις μένειν διεκελεύοντο, καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ χωρὶς Εὐμενοῦς μὴ μάχεσθαι, μηδὲ κινδυνεύειν πρὸς τοὺς πολεμίους. ἀκούσας δὲ ὁ Εὐμενὴς ἧκε πρὸς αὐτοὺς δρόμῳ τοὺς κομίζοντας ἐπιταχύνας, καὶ τοῦ φορείου τὰς ἑκατέρωθεν αὐλαίας ἀνακαλύψας, προύτεινε τὴν δεξιὰν γεγηθώς. οἱ δ' ὡς εἶδον, εὐθὺς ἀσπασάμενοι μακεδονιστὶ τῇ φωνῇ, τάς τε ἀσπίδας ἀνείλοντο, καὶ ταῖς σαρίσαις ἐπιδουπήσαντες ἠλάλαξαν προκαλούμενοι τοὺς πολεμίους, ὡς τοῦ ἡγεμόνος αὐτοῖς παρόντος. Ἀντίγονος δὲ παρὰ τῶν ἁλισκομένων ἀκούων τὸν Εὐμενῆ νοσεῖν, καὶ κομίζεσθαι κακῶς διακείμενον, οὐ μέγα ἔργον ἡγεῖτο συντρῖψαι τοὺς ἄλλους, ἐκείνου νοσοῦντος· εἶτα ὤφθη τὸ φορεῖον ἀπὸ θατέρου κέρως ἐπὶ θάτερον διαφερόμενον. γελάσας οὖν Ἀντίγονος, ὥσπερ εἰώθει, μέγα, καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἰπών, τοῦτ' ἦν τὸ φορεῖον, ὡς ἔοικε, τὸ ἀντιπαρατασσόμενον ἡμῖν, εὐθὺς ἀπῆγε τὴν δύναμιν ὀπίσω, καὶ κατεστρατοπέδευσε. *i. Paucis autem pòst diebus, cùm milites hostibus obuiam irent, Eumenes fortè morbo graui & periculoso implicitus, in lectica extra exercitum leniter & tranquillè gestabatur propter vigilias. Cùm autem paullum processissent, repente hostes collibus quibusdam superatis in campum descendentes apparuerunt. Posteaquàm igitur & armorum aureorum fulgor à sole percussus è cacuminibus montium eluxit, agmine ordinatim incedente, & ferarum turreis sursum erectas, & purpureas vesteis instratas viderunt, quod erat earum ornamentum cùm in aciem & pugnam producebantur: primi itinere & progressu represso clamabant, vt duces Eumenem arcesserent. se enim non progressuros eo non imperante. & armis in terram defixis, hortabantur alter alterum vt manerent, & duces ipsos, vt Eumenem exspectarent, neque sine Eumene prælium inirent, neque fortunam belli experirentur. Quæ cùm audisset Eumenes, cursim ad eos venit, lecticariis properare iussis: & lecticæ velamentis apertis, dexteram porrexit gaudio perfusus. Illi autem vt eum viderunt, statim voce sublata salutarunt, idque lingua Macedonica, & clypeos sustulerunt, & ex eorum, lancearúmque collisione sonitu excitato, magnum clamorem ediderunt, hosteis prouocantes, tamquam ducem secum habentes. Antigonus autem cùm à captiuis audiret, Eumenem ægrotare, & in lectica geri male affectum, non putabat esse magni negotij illo ægrotante, ceteros conterere & conculcare Deinde visa est lectica, quæ ab altero cornu ad alterũ transferebatur. Ita Antigonus magno risu, vt solebat, sublato: hæc (inquit) erat illa lectica, quæ in acie instructa contra nos stat, vt appáret. Quæ locutus, exercitum signo dato reuocauit, & in castra se recepit.*

132. *in itinere) sic Plutarch. & Diodorus, vt antea ostendimus. Solet autem dicere Cæsar, ex itinere potius.*

133. *malè acceptum) Diodorus narrat, in hoc prælio ex Antigoni militib. pedites ter mille, septingetos: equites quinquaginta quattuor cecidisse: vulneratos esse plureis quattuor millibus: ex Eumenis, pedites quingentos, & quadraginta, equites autem paucos: sauciatos esse ad nongentos.*

134. *in finitima regione) ad Gabenam, vt Plutarchus & Diodorus appellant: vt Polyænus, Gabienam: vt Ptolemæus lib.6. in situ Mediæ, Gabena numero multitudinis. Sed videtur hic legendum, in finitimam regionem.*

135. *diuisit) quidam legi volunt, dimisit. ego nihil muto: quamquam dimisit non damno.*

136. *sed militum vt cogebat voluntas) sic edendum curaui. quamuis non admodum hac lectione acquiescam, propter scripturæ varietatem. alij enim habent, sed militum cogebat voluntas. alij, sed militum it cogebat voluntas. vnde feci, sed militum vt cogebat voluntas. Verùm legendum sit fortasse potius, sed militum id cogebat voluntas.*

137. *phalanx Alexandri Magni) argyraspides.*

138. *sed imperare postul.) sic Plutarch.* οἱ δὲ μικρὸν ἀναπνεύσαντες, αὖθις ἐδημαγωγοῦντο, καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἐντρυφῶντες, σχεδὸν ὅλην εἰς τὰ χειμάδια κατενείμαντο τὴν Γαβηνῶν, ὥστε τοὺς ἐσχάτους τῶν πρώτων ἀποσκηνοῦν ὁμοῦ τι χιλίους σταδίους. *i. Illi autem (Macedones, Eumenis milites) se ad pristinam intemperantiam, licentiámque retulerunt, & rursus à ducibus popularibus blanditiis & largitionibus deleniebantur, & suis ducib. petulanter illudentes, propemodum totam Gabenorum regionem ad hiberna inter se partiti occuparunt: ita vt postremi à primis tabernacula locata haberent longè inter se distantia sexaginta circiter millia passuum. sic Diod.* ἐτύγχανον δὲ οὗτοι τὴν χειμασίαν ἔχοντες ἐν πολλοῖς μέρεσι διεζευγμένην, ὥστε ἐνίους ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχειν ὁδὸν ἡμερῶν ϛ. *i. fortè autem hi (Eumenis milites) hibernacula habebant in multas parteis distracta, ac disiuncta, ita vt nonnulli inter se sex dierum iter distarent.*

139. *vt nunc veterani faciunt) Etiam hic locus clamat, huius libri auctorem floruisse ætate M. Tullij, & Pomponij Attici, & Cn. Pompeij, & C. Iulij Cæsaris, & quo tempore lababat resp. Rom. & ad tyrannidem propendebat: nōdum autem prorsus in vnius potestate vertebatur: quo minus credibile est ætate eū Theodosij vixisse. Sic autem queritur M. Tullius de veteranorum superbia, & arrogantia, Philipp. XI. Quamquam, patres conscripti, quousque sententias dicemus veteranorum arbitratu? quod eorum fastidium, quæ tanta arrogantia est, vt ad arbitrium eorum etiam imperatores diligamus?*

140. *vt omnia perdant) velim sic legi, hoc est, sua intemp. nimiáque licentia vt omnia perdant, &c.*

141. *neque rem vllam, nisi temp.) id est. neque rem vllam, nisi tempus, inter hos & illos interiectum esse: vel sic, neque re vlla, nisi tempore, hos ab illis differre. Sic loquitur & M. Tullius pro Sextio. Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, & illam immanem, nihil tam interest, quàm ius atque vis.*

142. *longéque inter se discesserant) sic legendum, non, vt vulgo, dissenserant. hoc enim sentit siue Probus, siue Nepos, milites longè inter se discessisse, ita vt primi à postremis longissimè distarent, quēadmodū tradiderunt Plutarch. & Diod.*

143. *statuit aliquid, &c.) sic Diod. lib. 19.* κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἀντίγονος μὲν χειμάζων ἐν Γαδαμάλοις τῆς Μηδίας, καὶ θεωρῶν τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀσθενεστέραν οὖσαν τῆς τῶν πολεμίων, ἐσπούδαζεν αἰφνιδίως αὐτοῖς ἐπιθέσθαι, καὶ καταστρατηγῆσαι. *i. in Asia autem Anti-*

tigonus cùm in Gadamalis, qui Mediæ locus est, hibernaret, videretque suas copias aduersariorum copiis esse infirmiores, studebat eos insperatò adoriri, & vafro aliquo consilio capere.

144. *ad aduersariorum hibernacula) fortasse ad Gabenam, seu Gabena.*

145. *propter aquæ inop.) ἄνυδρα loca appellant Græci.*

146. *ceterùm) cetero qui, alioqui. τἆλλα δὲ. cetera.*

147. *quà omnes commeabant) via trita & vsitata,*

148. *altero tanto long.) sic loquitur & M. Tullius in Oratore perf. aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem.*

149. *amfractum)* Nonius. *Amfractum masculino genere dici putant. neutro, Accius Eurysace, Super Oceani stagna alta patris terrarum amfracta reuisam. Varro lib. V de ling. Lat. Quid est, terrarum amfracta reuisam? Amfractum est ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo, &c. M. Tullius Partition. Suaue genus erit dicendi, &c. deinde coniunctione, quæ neque asperos habeat concursus neque disiunctos, atque hianteis: & sit circumscripta non longo amfractu. Lucret. lib. V. de sole loquens, Imparibus currens amfractibus, ætheris oras Partit.*

150. *sola) id est, deserta, ἐρῆμα. Lucret. lib. 6. Cur etiam loca sola petunt, frustráque laborant? Virgil. in Gallo. Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi. Catull. carmine de Pelei & Thet. nuptiis. Desertam in sola miseram se cernit arena.*

151. *imprudentem host.) id est quasi imparatum. & verò hoc ipsum est, quod dixit Diodorus, αἰφνιδίως ἐπιθέσθαι, vt suprà retulimus: idémque paucis post, ἀπροσδοκήτως, vt iam ex eodem referemus. Nam hoc Antigoni consilium callidum exponit ille sic fere, vt Probus, his verbis.* τὸ μὲν γὰρ διὰ τῆς οἰκουμένης χώρας ὁδοιπορεῖν ἀπεδοκίμαζε, διὰ τὸ καὶ μακρὰν εἶναι καὶ τοῖς πολεμίοις εὐθεώρητον. τὸ δὲ τολμῆσαι διὰ τῆς ἐρήμου καὶ ἀνύδρου πορεύεσθαι, ἐπίπονον μὲν ἔκρινεν, εἰς δὲ τὴν βεβουλευμένην ἐπιβολὴν χρησιμώτατον. οὐ μόνον γὰρ διὰ ταύτης συντόμως ἦν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ ῥᾳδίως λαθεῖν ἀπροσδοκήτως ἐπιπεσόντα τοῖς διὰ τὴν ἄγνοιαν διερριμμένοις κατὰ κώμας, καὶ ῥᾳθυμοῦσι. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, τοῖς μὲν στρατιώταις, *&c. i. Iter igitur facere per regionem cultam & frequentem, reiecit atque improbauit, quia & longa via esset, & hostibus in conspectu, promptúque posita. Audere autem via deserta, & sitibunda, atque arida exercitum producere, laboriosum illud quidem iudicabat. sed ad id, quod conabatur, consiliúmque, quod ceperat, vtilissimum. Non enim hac compendiario solùm ire licebat, sed etiam facilè latêre, insperatò atque inopinatò eos adorientem, qui propter ignorationem consiliorum suorum, per vicos essent dispersi ac dispalati, summáque animorum remissione negligentiáque torperent. Cùm igitur hæc cogitasset, militibus quidem, &c. Aliquanto breuius Plutarchus.* ταῦτα γνοὺς ὁ Ἀντίγονος, ὥρμησεν ἐξαίφνης ἐπ' αὐτοὺς ὁδὸν ἑτέραν χαλεπὴν μὲν ἰδεῖν καὶ ἄνυδρον, σύντομον δὲ καὶ βραχεῖαν, ἐλπίζων, εἰ διεσπαρμένοις ἐπιπέσοι περὶ τὰ χειμάδια, μηδ' ἂν συνελθεῖν ἔτι τὸ πλῆθος ῥᾳδίως εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς στρατηγοῖς. *i. Hæc cùm comperisset Antigonus, repente in eos contendit, flectens iter via aspera, & arenosa, & aquarum experte: sed compendiaria & breui sperans fore, vt si dispersos ac dissipatos per hiberna adoriatur,*

non facilè poßit conuenire multitudo in eundem locum, atque belli duces.

152. *quàm plurimos vtres) saccos ex pellibus, qui aqua implerentur.*

153. *cibaria cocta) sic* Liuius lib. 21. annalium. *edicto proposito, vt socij nauales decem dierum cocta cibaria ad naueis deferrent cōtrà* Diodorus, ἄπυρα σιτία. *id est, cibaria, quæ nondum igni essent admota, nondum cocta: vel dic, quæ etiam cruda comedi possent.*

154. *vtque quàm minimè ignis fieret in castr.)* Diod. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλεν ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀναζυγὴν, καὶ παρασκευάσασθαι δέχ' ἡμερῶν ἄπυρα σιτία. αὐτὸς δὲ διαδοὺς λόγον ἐπ' Ἀρμενίαν προάξειν, ἄφνω παρὰ τὴν πάντων ὑπόληψιν ὥρμησε διὰ τῆς ἐρήμου, τῆς ὥρας οὔσης περὶ τὰς χειμερινὰς τροπάς· παρὰ δὲ τὰς στρατοπεδείας παρήγγειλε τῆς ἡμέρας μὲν τὰ πυρὰ καίειν· τῆς δὲ νυκτὸς κατασβεννύναι τελέως, ὅπως μή τινες ἰδόντες ἐκ τῶν μετεώρων κατανοήσαντες ἀπαγγείλωσι τὸ γινόμενον τοῖς πολεμίοις· ἦν γὰρ ἡ μὲν ἔρημος πᾶσα χθαμαλὴ καὶ πεδιὰς, περιείχετο δὲ ὑπὸ λόφων ὑψηλῶν, ἀφ' ὧν ῥᾴδιον ἦν ἐκ πολλοῦ διαστήματος συνορᾶν τὴν αὐγὴν τοῦ πυρός. i. Hæc cùm Antigonus cogitasset, *militibus quidem edixit, vt parati essent, & decem dierum cibaria ignis expertia comparata haberent. Ipse autem rumore dedito ac dilato se in Armeniā exercitum producturum, repente præter omnium existimationem iter flexit per solitudines, cùm esset anni tempus circiter solstitium hibernum. In castrorum metationib. autem interdiu quidem iußit, vt igneis facerent: noctu verò vt prorsus exstinguerent, ne, qui eum ex supernis locis animaduertissent, id, quod fieret, hostibus renuntiarent.* Erat enim *omnis solitudo illa plana & campana, sed vndique collibus editis cincta, ex quibus facile erat ignis fulgorem longo interuallo conspicere.*

155. *cùm ex fumo castrorum eius)* Sed *cur ignes fiebant contra imperatoris imperium atque edictum? discenda ex aliis causa & ratio.* Sic igitur Plutarchus. ἐμβαλόντι δὲ εἰς γῆν ἀοίκητον αὐτῷ, πνεύματα δεινὰ καὶ κρύη μεγάλα διελυμαίνετο τὴν πορείαν ἐνοχλοῦντα τὸ στράτευμα. ἦν οὖν ἀναγκαία βοήθεια, πυρὰ πολλὰ καίειν. ὅθεν οὐκ ἔλαθε τοὺς πολεμίους. ἀλλὰ τῶν βαρβάρων οἱ τὰ βλέποντα πρὸς τὴν ἀοίκητον ὄρη νεμόμενοι, θαυμάσαντες τὸ τῶν πυρῶν πλῆθος, ἔπεμψαν ἱππαστρίαις καμήλοις ἀγγέλους πρὸς Πευκέσταν. i. *Ei autem terram illam solam atque incultam ingresso venti vehementes, & frigora magna iter morabantur, & impediebant, exercituique negotium facessebant, & valde infesta ac molesta erant. vnum erat huius mali remediū, & necessarium, multos igneis accendere. ex quo hosteis non fefellit. sed barbari, qui mōteis solitudinem illam incultam spectanteis incolebant, ignium multitudinem admirati, nuntios ad* Peucesten *in camelis ad sessorem ferendum assuefactis, & ad cursum eruditis miserunt.* Diod. ἐπιπόνως δὲ τῆς δυνάμεως πέμπτην ἡμέραν ὁδοιπορούσης, οἱ μὲν στρατιῶται διά τε τὸ ψῦχος, καὶ τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἔκαον πῦρ μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ ἐν ταῖς στρατοπεδείαις. ὃ δὴ συνιδόντες τινὲς τῶν παρὰ τὴν ἔρημον οἰκούντων, ἔπεμψαν τοὺς ἀπαγγελοῦντας αὐθήμερον τοῖς περὶ Εὐμένη καὶ Πευκέστην, δόντες δρομάδας καμήλους. διανύει γὰρ τὸ ζῷον τοῦτο σταδίους οὐ πολὺ ἐλάττους χιλίων πεντακοσίων. i. Cùm *autem exercitus quintum iam diem ægrè iter faceret, milites cùm ob frigus, tum ob necessarios vsus & interdiu & noctu ignem in castris accendebant: quem nonnulli ex iis, qui non longè à solitudine illa habitabant, conspicati, miserunt qui eo-*

dem die Eumeni & Peucestæ nuntiarent, datis, quibus veherentur, camelis ad cursum assuefactis atque expeditis. Contendit enim & conficit hoc animal vno die plus centum octoginta septem passuum millia.

156. *allata est) ab incolis, vt suprà ex Plutarcho, & Diod. ostendimus.*

157. *ad Eumenem) Diod. ad Eumenem & Peucestam: Plutarch. ad Peucestam, qui propius ab hostibus aberat. Quin scribit Plutarchus, hoc nuntio adeò hunc fuisse perturbatum ac perterritum, vt pæne de gradu mentis deiectus sit, &, cùm alios similiter affectos cerneret, sese in fugam coniecerit, & proximum quemque ex militibus sibi obuiam factum, ad fugam similiter capessendam perpulerit. Sic enim Diod. eod. lib.* οἱ δὲ περὶ τὸν Πευκέστην πυθόμενοι κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν ἑωρᾶσθαι τὴν στρατοπεδείαν, διέγνωσαν ἀναχωρεῖν εἰς τοὺς ἐσχάτους τόπους τῆς χειμασίας, φοβούμενοι μὴ καταληφθῶσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων, πρὶν ἢ συναχθῆναι πανταχόθεν τὴν συμμαχοῦσαν δύναμιν. *i. Peucestes autem cùm audisset, in medio itinere castra esse visa, constituit in vltima hibernorum loca secedere, veritus ne ab hostib. occuparetur, atque opprimeretur antè quàm ex omnib. partib. omnes copiæ contraherentur.*

158. *titubantib.) dubitantib. trepidantib. hæsitantib. tralatio est ab iis, qui pedib. sunt infirmis. Nonius, Titubare, trepidare. M. Tullius Philipp. 8. Titubare, hæsitare, quò se verteret, nescire. Virgil. æn. V. vestigia pressò Haud tenuit titubata solo. Terent. Heautont verùm illa nequid titubet.*

159. *quod antè non fec.) imperata non fecerint.*

160. *rem expediturũ) rem impeditam expediturum. Sic loquitur M. Tullius lib. 2. de off. Nam & iis fidem habemus, quos plus intelligere, quàm nos, arbitramur, quósque & futura prospicere credimus, & cùm res agatur, in discriménque ventum sit, rem expedire, & consilium ex tempore capere posse.*

161. *nam quod dieb. q. h. t. p) Diod.* ὧν ὁρῶν τὴν ἀθυμίαν ὁ Εὐμένης, θαρρεῖν παρεκάλει, καὶ μένειν ἐπὶ τῶν ὀρῶν τῆς ἐρήμου. εὑρηκέναι γὰρ ὁδόν, δι' ἧς ποιήσει τὸν Ἀντίγονον ὕστερον ἡμέραις τρισὶν ἢ τέτταρσι παραγενέσθαι. τούτου δὲ γενομένου τὴν μὲν ἑαυτοῦ δύναμιν ῥᾳδίως ἀθροισθήσεσθαι, τοὺς δὲ πολεμίους κατατετρυμένους, καὶ πάντων ἐνδεεῖς ὄντας, ὑποχειρίους γενήσεσθαι. *i. quorum animi contractionem ac desperationem cernens Eumenes, hortabatur vt bono animo essent, & in montibus solitudinis manerent. se enim viam & rationem inuenisse, qua effecturus sit, vt Antigonus tribus, aut quattuor diebus tardius, quàm adfuturus erat, adueniret. quo facto suas quidem copias facilè conuenturas, hosteis verò de via fessos, & rerum omnium inopia laboranteis in suam potestatem venturos. Plutarch.* Εὐμένης τὴν ταραχὴν ἀτρέμα καὶ τὸν φόβον, ὑπισχνούμενος ἐπιστήσειν τῶν πολεμίων τὸ τάχος, ὥστε τρισὶν ὕστερον ἡμέραις, ἢ προσδοκῶνται, παραγενέσθαι. *i. Eumenes autem trepidationem & metum eis exemit, promittens se celeritatem hostium ita retardaturum, vt tribus diebus posterius, quàm exspectentur, adfuturi sint.*

161. *refrenandum) reprimendum, & cohibēdum. tralatio est sic Cic. Philipp. XI. Brutus impetum furentis, atque omnia diuexare ac diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligauit, progressu arcuit, à reditu refrenauit.*

162. *qui obuij erant itin.) sic legendum est, non, vt vulgò, obuij eant. Nō enim sentit hoc Probus, misisse Eumenem certos homines, qui obuiam aduersariis pro-

cederent, ve lobuiam eorum itineri, quod est ineptum dictu, sed misisse certos homines ad infimos monteis, eos, qui obuij erant itineri aduersariorum, &c. id est ad eos monteis, qui oppositi essent eis regionibus, iisque locis, per quae loca Antigonus iter facturus erat. Atque hoc modo legendum esse vidit & Claudius Puteanus. Hanc autem veram, & germanam esse scripturam, mox ex Diodoro cognoscemus.

163. Prima nocte) prima parte noctis, quod Cicero & Caesar solet dicere, prima vigilia. Cic. lib. 3. epistol. ad familiar. Cùm puer tuus ad me secunda fere vigilia venisset, &c. Caesar lib. 2. de bello Gall. Ita re constituta, secunda vigilia, magno cum strepitu ac tumultu castris egressi, &c. Diuidebant autem veteres noctem quouis anni tempore in quattuor vigilias: quae singulae ternas horas etiam quouis tempore continebant. erant enim horae inaequales.

164. quàm maximos) & quàm latissimè, vt narrat Diod. cuius verba iamiam referemus, & ipse Probus suprà proximè.

165. suspicionem iniiciant) sic loquuntur optimi scriptores. M. Tullius in Cluentiana. condemnare, cùm tanta consilij infamia, & tam atrocis rei suspicio esset iniecta, paullo posterius patefacta re maluerunt.

166. diligenter praeceptum curant) ij, quibus hoc imperatum est, diligenter id, quod sibi praeceptum, id est, praescriptum erat, curant. hoc Eumenis consilium acutum & callidum sic exponit Diod. eod. lib. προσέταξεν ἀκολουθεῖν ἑαυτῷ πάντας τοὺς ἡγεμόνας μετὰ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, ἔχοντας ἐν ἀγγείοις πλείοσι πῦρ, ἐκλεξάμενος δὲ τῆς μετεώρου χώρας τόπον ἐστραμμένον ἐπὶ τὴν ἔρημον, καὶ πρὸς τὴν ἀποθεώρησιν πανταχόθεν εὐφυῆ, σημαίᾳ θέμενος περιέλαβεν ὡς ἑβδομήκοντα σταδίων περιφέρειαν. διελὼν δὲ τόπους ἑκάστῳ τῶν συνακολουθούντων, συνέταξε νυκτὸς πῦρ καίειν. διαστήματος δ' ὡς εἴκοσι πηχῶν, κατὰ μὲν τὴν πρώτην φυλακὴν πολλὴν φλόγα ποιεῖν, ὡς ἂν ἐγρηγορότων ἔτι, καὶ δεῖπνον παρασκευαζομένων. τῆς δὲ δευτέρας ἐλάττω, καὶ τῆς τρίτης ἀπολιπεῖν ὀλίγα παντελῶς, ὥστε δοκεῖν τοῖς ἐξ ἀποστήματος θεωροῦσιν ἀληθινὴν στρατοπεδείαν. τῶν δὲ στρατιωτῶν ποιησάντων τὸ προσταχθὲν κατενόησάν τινες τὰ πυρά, &c. i. iussit vt omnes duces cum priuatis, seu propriis militibus se sequerentur, habentes in vasis compluribus ignem. delecto autem supernae regionis loco ad solitudinem verso, & ad despectum vndique natura facto, notis appositis ambitum complexus est circiter nouies mille passuum. suo autem cuique eorum, qui vnà sequebantur, loco distributo, mandauit vt crebros igneis facerent, & distantes inter se spatio circiter viginti cubitorum, prima vigilia, flammam magnam, amplámque facerent, tamquam militibus adhuc vigilantib. & cenam parantibus: secunda minuerent, tertia omnino perexiguam relinquerent, vt iis, qui longo interuallo interposito spectarent, vera castra viderentur. Cùm autem milites id, quod mandatum ac praeceptum erat, diligenter fecissent, nonnulli eorum qui regionem montanam aduersariorum itineri oppositā incolebant, & Pithoni Mediae satrapae amici erant igneis animaduerterunt, &c. Plutarch. πυθόντων δ' αὐτῶν, ἅμα μὲν ἀγγέλους περιέπεμψε, τὰς δυνάμεις ἐκ τῶν χειμαδίων ἀθροίζεσθαι κατὰ τάχος κελεύων. ἅμα δ' αὐτὸς ἐξιππασάμενος μετὰ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων, καὶ τόπον ἐξ ἀπόπτου καταφανῆ τοῖς ὁδεύουσι κατὰ τὴν ἔρημον περιορισάμενος, καὶ διαμετρήσας, ἐκέλευσε πυρὰ καίειν ἐν διαστήμασιν, ὥσπερ οἱ στρατοπεδεύοντες. i. Cùm autem Eumenes

menes hoc eis persuasisset, vno tempore & nũtios in omnem partem dimittebat, iubens copias quàm primùm ex hibernis in vnum locum conuenire, & ipse cum aliis ducibus inde equo vectus, & locum ex specula iis, qui iter in solitudine facerent, perspicuum atque illustrem, complexus, & dimensus, iubebat ibi multos igneis fieri certis interuallis, quemadmodum qui castra metantur, facere solent. Ne Polyænus quidem hoc Eumenis callidum consilium prætermisit, sed lib. 4. strateg. retulit: cuius hæc verba sunt. Εὐμένης ἐν τῇ Περσίδι τὴν δύναμιν ἀνῆκε κατὰ κώμας χειμάζουσαν. Ἀντίγονος τοῦτο πυθόμενος ἐπῄει. Πευκέστης πέμψας, ἤγγειλεν Εὐμένει. ὁ δὲ τοὺς ἡγεμόνας ἐκέλευσε μετὰ τῶν ἰδίων παίδων πῦρ ἐν ἀγγείοις ἔχοντας, τὰ μετέωρα τῆς χώρας, καὶ ἄποπτα περιιππεύσαντας, ἐπὶ στάδια ἑβδομήκοντα διεστῶτας ἀπ᾽ ἀλλήλων ὅσον πήχεις εἴκοσιν ὕλην ἱκανὴν καῦσαι· τὸ δὲ πῦρ καίειν, πρώτης μὲν φυλακῆς δαψιλῆ, δευτέρας δὲ ἐλάττω, τρίτης δὲ μικρὰ παντάπασιν, ὡς τὴν μίμησιν δηλοῦν ἢ στρατοπεδεία προσποιεῖναι. ταῦτα ὁρῶντες οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον, νομίσαντες συνῆχθαι τῷ Εὐμένει τὴν δύναμιν ἅπασαν, καὶ μὴ θαρρήσαντες ἐπελθεῖν, ἄλλην ὁδὸν ἐτράποντο τὴν οὐ κατεχομένην ὑπὸ τῶν πολεμίων. *i. Eumenes in Perside suas copias in hiberna dimiserat, sinebátque milites per vicos hibernare. Antigonus hoc audito exercitum contrà producebat. Peucestes misso nuntio Eumeni rem significauit. Ille autem iussit duces cum famulis suis ignem in vasis portanteis, loca regionis edita, & longè perspicua atque illustria perequitanteis vsque ad nouem millia passuum, cubitos circiter decem inter se distanteis, materiam satis multam comburere: igneis autem facere prima quidem vigilia quàm maximos: secunda minores: tertia prorsus exiguos atque exileis, vt veram castrorum metationem imitentur ac referat. Hæc cùm videret Antigonus, existimauit omneis Eumenis copias in vnum conuenisse: & ita non ausus aggredi, alia via iter fecit, quæ ab hostibus non erat occupata.*

167. *Antigonus tenebris obort.)* Diod. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντίγονον καταπλαγέντες, καὶ τῆς ὁδοιπορίας ἐπισχόντες, ἐβουλεύοντο πῶς χρήσαιντο τοῖς προσηγγελμένοις. ἦν γὰρ ἐπικίνδυνον τοὺς πεπονηκότας καὶ πάντων ἐνδεεῖς, συνηγμένοις ἤδη τοῖς πολεμίοις, καὶ πάντων εὐποροῦσι συμβαλεῖν. ὑπολαβόντες δὲ προδοσίαν γεγενῆσθαι, καὶ προακηκοότας τὸ μέλλον τοὺς πολεμίους ἠθροῖσθαι, τὸ μὲν ἐπ᾽ εὐθείας προάγειν ἀπέγνωσαν· εἰς δεξιὰ δὲ κλίναντες προῆγον ἐφ᾽ ἑκάτερα μέρη τῆς οἰκουμένης χώρας, βουλόμενοι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς κακοπαθείας ἀναλαβεῖν. *i. Antigonus autem perculsus ac perterritus, & itinere represso, consultabat de iis, quæ nuntiata essent, quid consilij capiendum esset. Erat enim periculosum & defessos, & omnium rerum penuria laboranteis cum hostibus instructis, & contractis, & omnium rerum copia abundantibus, prælium committere. Ratus autem se esse proditum, & hosteis de eo, quod facturi fuerant, certiores factos, in vnum conuenisse: rectà progrediendi consilium repudiauit: flexo autem in dexterum latus itinere, in vtramque partem regionis cultæ & celebris progressus est, exercitum suum ex lassitudine, & ærumna reficere volens. Plutarch.* γενομένου δὲ τούτου καὶ τῶν πυρῶν τοῖς περὶ Ἀντίγονον ἐκ τῆς ὀρεινῆς καταφανέντων, ἄχος ἔσχε καὶ δυσθυμία τὸν Ἀντίγονον, οἰόμενον ᾐσθημένους ἐκ πάλαι τοὺς πολεμίους ἀπαντᾶν. ἵνα οὖν μὴ κατάκοπος, καὶ τετρυμμένος ἐκ πορείας ἀναγκάζηται μάχεσθαι πρὸς ἀνθρώπους ἑτοίμους, καὶ καλῶς κεχειμακότας, περιϊδὼν τὴν σύντομον, ἦγε διὰ κωμῶν καὶ πόλεων, καθ᾽ ἡσυχίαν ἀναλαμβάνων τὸ στράτευμα. *i. Cùm autem hoc factum esset, & ignes Antigono ex montanis par-*

tibus apparuissent: mæror, & animi consternatio Antigonum perceperunt, existimantem, hostes, quòd iam dudum conatus suos sensissent, sibi obuiam venire. Ne igitur de via defessus, & itineris labore fractus & confectus cum hominibus recentibus & paratis, & qui commodè hibernassent, confligere cogeretur, omissa breui & compendiaria via per vicos & vrbes exercitum duxit, vt eum reficeret & recrearet, & vt militum lassitudinem otiosè, & sine metu hostiũ sedaret.

168. *illuc) in ea loca, vbi igneis conspicatur.*

169. *decerneret) decertaret.*

170. *vicit cõsilio) quod pòst cognouit ipse Antigon⁹. Plutarch. ibid.* τῶν δὲ περιχώρων λεγόντων στράτευμα μηδὲν ὦφθαι, πυρῶν δὲ κεκαυμένων μεστὸν εἶναι τὸν τόπον, ᾔσθετο καταστρατηγημένος ὑπ' Εὐμενοῦς, καὶ βαρέως φέρων προσῆγεν ὡς φανερᾷ μάχῃ κριθησόμενος. *i. Accolis autem & vicinis dicentibus, nullum exercitum esse visum, locum quidem lignorum combustorum essè plenum: sensit se ab Eumene consilio callido esse captũ: & grauiter ferens, exercitum admouit, aperto marte decertaturus.*

171. *inuidia) id est, inuidẽtia. Inuidiã enim distinguit M. Tull. lib. 3. Tusc. quæst. ab inuidentia. Etenim si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in inuidentiam: non dixi, in inuidiam, quæ tum est cùm inuidetur, &c. & lib. 4. vt ægritudini subiicitur inuidentia. vtendum est enim docendi causa verbo minus vsitato, quoniam inuidia non in eo, qui inuidet solùm dicitur, sed etiam in eo, cui inuidetur.*

172. *ducum) Peucestæ, Antigenis, Teutami, Eudemi, Phædimi, & aliorum.*

173. *perfidiáque militum, perfidia argyraspidum, qui quãquam Eumeni promiserant, atque adeò iurauerant, se numquàm ei defuturos, numquãmque eum deserturos, tamen imperatorem suum Antigono prodiderunt, ac dediderunt, fidémque fefellerunt.*

174. *veteranorum) quorum qui erant natu minimi, sexagenarij erant: alij partim annos erant septuaginta nati, partim etiam hanc ætatem superabant: omnes autem & vsu rei militaris, & viribus corporis inuicti. Itaque narrat Diod. Siculus lib. 19. paullo ante hoc postremum prælium, militem quendam Macedonem ex illorum numero ab Antigene missum ad hostium phalangem, vsque eò vt exaudiri posset, elamore sublato, dixisse, Itáne, ô improba capita? contra patres vestros, qui cum Philippo & Alexandro tot res confecerunt? tot victorias pepererunt? quos breui & regib. & prælijs superioribus ac victoriis dignos sentietis. Plutarch. verò in ipso concursu, & prælio ineundo, milites sic exclamasse tradit. Ac Plutarchi verba sunt hæc,* διὸ καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀντίγονον ἐπιόντες, ἐβόων, ἐπὶ τοὺς πατέρας ἁμαρτάνετε, ὦ κακαὶ κεφαλαὶ, καὶ μετ' ὀργῆς ἐμπεσόντες, ὅλην ὁμοῦ τὴν φάλαγγα συνέτριψαν, οὐδενὸς ὑποστάντος αὐτούς, τῶν δὲ πλείστων ἐν χερσὶ διαφθαρέντων. ταύτῃ μὲν οὖν ὁ Ἀντίγονος ἡττᾶτο κατὰ κράτος· τοῖς δὲ ἱππεῦσιν ἐπεκράτει. *i. Quocirca cùm in Antigoni milites impetum facerent, elamabant, in patres vestros peccatis, ô improba capita: & cum ira irruentes, totam simul phalangem aduersariorum perfregerunt, & contriuerunt, nemine quidem eos sustinente, compluribus autem, qui in manus eorum inciderunt, interfectis. Hac igitur ex parte Antigonus planè victus est: equitatu verò superior fuit.*

175. *superior prælio discess.)* Huius prælij euentus talis fuit. prælium primi inierunt elefanti, deinde equites, postremò legionarij milites: elefantorum anceps & æquale certamen fuit, nisi quòd vnus ex eorum magistris & ductoribus cum aduersario robusto congressus & colluctatus cecidit. equitatu iccirco fuit inferior, quòd Peucestes Antigono oppositus, eum cum ingenti equitum multitudine venientem conspicatus, eóque viso perterritus, eius impetum non sustinuit, ac ne excepit quidem, sed ex puluere & conflictu se cum suis equitibus subripuit, & vna secum plus mille quingentos alios equites traxit. quo facto solus cum suis Eumenes relictus cùm aliquandiu fortiter aduersariis restitisset, tandem sentiens suos virtute, & animi alacritate superiores esse, sed hostium multitudine superari atque obrui, è prælio cum reliquis equitibus excessit, & ad alterum cornu cui præerat Philippus, transgressus, eius equites, quibus significatum erat, vt sensim retro cederent, excepit. pedites autem, & maximè argyraspides, conferto agmine cùm in aduersarios impetum fecissent, ita strenuè fortitérque pugnarunt, vt nullo ex suis amisso, aduersariorum quinque millia interfecerint, ceteros longè numero pluresi terga vertere coëgerint. Quod cùm Antigonus sensisset: equitibus induas parteis distributis, partem secum retinens quid consilij caperet, aut quid faceret Eumenes, obseruabat: partem Pithoni tradidit, iussitque eum in argyraspidas ab equitibus derelictos, ab omníque alio subsidio nudos, atque inopes impetum facere: quod simulatque illi viderunt, quadrato agmine sese cessim ad flumen receperunt, atque in tuto collocarunt, Peucestam accusantes, quòd eius culpa, equites superati, atque in fugam versi essent. In equitum autem primo concursu & conflictu cum ingens vis pulueris excitata esset, ita vt vix, quid ante pedes ageretur, cerni posset: (erat enim campus, in quo pugnabatur, vastus & immensus, neque nimium profundus, neque durus, & solidus, sed littorum in morem arenosus, & salsuginis aridæ plenus: quæ tot hominum millibus prælij tempore calcata ac verberata, puluerem efflorescentem viuæ calcis instar sursum mittebat, quo aër totus albicabat: ora autem hominum turbida reddebantur) Antigonus hoc callidè, & acutè excogitarat, vt aliquot ex Media, & Tarento milites in castra Eumenis furtim mitteret, qui impedimenta, & supellectilem Eumenis, militúmque Macedonum partim diriperent, partim in castra sua deportarent. sperabat enim, castris Eumenis captis, & militum impedimentis direptis, sibi facilem victoriam futuram. quod euénit. Nam cùm hæc cognouissent Macedones, & Eumenes prælium maximè equestre redintegrare vellet, cùm apud Macedones, conuocatis in consilium ducibus, diceret, aduersariorum phalangem esse concisam & contritam, suam integram, & victricem: equitatum verò vtrinque parem: Peucestes, & ceteri duces, & milites reclamarunt, propterea scilicet quòd impedimenta sua, & res carissimas castris captis amiserant. Itaque hoc Antigoni consilium callidum retulit Polyænus inter strategemata lib. 4. his verbis. Ἀντίγονος περὶ τὴν Γαβιηνὴν συνέβαλεν Εὐμένει μάχην. ἦν τὸ πεδίον λεπτόγεων, καὶ ψαμμῶδες. ἐν τούτῳ συνιόντων μεγάλων στρατοπέδων αἴρεται νεφελώδης κόνις, ἐπισκοτοῦσα καὶ φιλίους, καὶ πολεμίους. ἡ μάχη μὲν ἐν χερσὶν ἦν. Ἀντίγονος δὲ τῶν ἀργυρείων στρατιωτῶν εἰδὼς ἔρημον τὴν ἀποσκευήν, ἐν ᾗ γυναῖκες ἦσαν αὐτῶν, καὶ τέκνα, καὶ παλλακαί, καὶ οἰκέται, καὶ χρυσός, καὶ ἄργυρος, καὶ ἄλλα, ὅσα ἐκτήσαντο ἀπὸ τῆς μετ' Ἀλεξάνδρου στρατείας· ἐκέλευσεν ἐπιλέκτους ἵππεις

περιελάσαι τὴν ἀποσκευὴν εἰς τὴν ἑαυτοῦ στρατοπεδείαν· οἱ μὲν περιήλασαν ἀσχολουμένων τῶν πολεμίων περὶ τὴν μάχην, καὶ τῆς κόνεως ἐπισκοτούσης. ἐπεὶ δὲ τὴν ἀποσκευὴν εἶδον ἡρπασμένην, καὶ τοὺς οἰκείους ἀπολωλότας, ἀθυμία, καὶ θρῆνος ἦν τῶν νενικηκότων. ὥστε οἱ πλεῖστοι διὰ τὸν ἔρωτα τῶν οἰκείων ἐπρεσβεύοντο παρὰ Ἀντίγονον ἀξιοῦντες αὐτοὺς προσεπῆχθαι. Ἀντίγονος τὴν ἀποσκευὴν τῶν ἀργυρασπίδων στρατιωτῶν ἁρπάσας, ἐπειδὴ βαρέως ἔφερον, ἀπολέσαντες τὰ φίλτατα, ἐκήρυξε παραυτίκα ἀποδώσειν τὰ ἡρπασμένα. οἱ δὲ πρὸς τὸ κήρυγμα, αὐτίκα μετεβάλλοντο εὐμενεῖς οἱ μακεδόνες, ἀλλὰ καὶ μύριοι Περσῶν, ὧν ἦρχε Πευκέστης. καὶ γὰρ οὗτος τοὺς μακεδόνας ἰδὼν αὐτομολίζοντας, ὡς τούτους ἔκλινε. τέλος δὲ τοσαύτη μεταβολὴ γνώμης, καὶ τύχης ἐγένετο, ὥστε οἱ ἀργυράσπιδες συλλαβόντες Εὐμένη δεσμώτην Ἀντιγόνῳ παρέδωκαν. Ἀντίγονος δὲ ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ἀνηγορεύθη. i. *Antigonus ad Gabenam prælium committebat cum Eumene. erat autem campus, in quo pugnabãt, terra tenuis & arenosa. In hoc magnis exercitibus concurrentibus puluis nebulosus attollitur, amicos, & hosteis inumbrans, & veluti tenebris inobscurans. Præliũ quidẽ in manibus vertebatur. sed Antigonus sciens, supellectilẽ, & impedimenta militũ Eumenis sequi, in quibus erant eorũ vxores, & liberi, & concubinæ, & famuli, & aurum, & argentum, & cetera omnia, quæ ex militia, quam cum Alexandro obierant, quæsierant, ac pararant: iussit turmas aliquot equitum dilectas, impedimenta illa in sua castra abigere. Illi igitur abegerunt, hostibus in prælio occupatis, & puluere tenebras offundente. Vbi autem prælij finis factus est: (quinque autem Antigoni militum millia ceciderant, trecenti Eumenis) milites Eumenis magnos ob victoriam spiritus gerentes, diremti sunt. Sed posteaquàm impedimenta sua direpta, & suos in potestatem hostium venisse cognouerunt: mæror, & luctus in castris eorum, qui vicerunt, versabatur. Itaque complures amore suorum adducti, legatos ad Antigonum miserunt, postulantes ab eo, vt sibi per eum liceret, se cum eo coniungere. Antigonus, qui impedimenta Eumenis militum rapuerat, quoniam illi iniquo animo ferebant rerum carissimarum iacturam: prædicandum curauit, se, quæ erepta essent, redditurum. Illi autem hoc præconio audito mutata voluntate, ab Eumene ad Antigonum defecerunt, neque solùm Macedones, sed etiam Persarum decem millia, quibus Peucestes præerat. Nã hic quoque cùm videret Macedones defectionem meditari, sese ad eos applicuerat. Ad extremum tanta animorum & fortunæ commutatio facta est, vt argyraspides comprehensum Eumenem, & vinculis constrictum Antigono tradiderint. Quo facto Antigonus vniuersæ Asiæ rex declaratus est.*

176. *Antigono est traditus*) Diod. lib. 19. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μακεδόνες λάθρα διαπρεσβευσάμενοι πρὸς Ἀντίγονον, τὸν μὲν Εὐμένη συναρπάσαντες, αὐτῷ παρέδωκαν· τὰς δὲ ἀποσκευὰς κομισάμενοι, καὶ πίστεις λαβόντες, κατετάχθησαν εἰς τὸ Ἀντιγόνου στρατόπεδον. i. *Posteà autem Macedones clàm missis ad Antigonum legatis, Eumenem correptum ei dediderunt, suisque impedimentis receptis, & fide accepta, in eius castris collocati sunt.* Plutarch. παυσαμένης δὲ τῆς μάχης, εὐθὺς οἱ περὶ τὸν Τεύταμον ἐπρεσβεύοντο περὶ τῆς ἀποσκευῆς. Ἀντιγόνου δὲ καὶ ταύτην ἀποδώσειν ὑπισχνουμένου τοῖς ἀργυράσπισι, καὶ τἆλλα χρήσεσθαι φιλανθρώπως, εἰ παραλάβοι τὸν Εὐμένη· βούλευμα δεινὸν οἱ ἀργυράσπιδες ἐβουλεύσαντο, ἐγχειρίσαι ζῶντα τοῖς πολεμίοις τὸν ἄνδρα, &c. i. *Prælio autem facto continuò Teutamus, & ceteri duces legatos ad Antigonum de suis impedimentis miserũt.*

Antigono autem promittente, se etiam argyraspidibus sua impedimenta redditurum, & alioqui humanum se in eos præbiturum, si Eumenem ab eis accipiat: consilium atrox & sceleratum argyraspides ceperunt, vt Eumenem hostibus viuum tradant, &c. Longum sit referre quemadmodum milites Eumenem deceptum, cùm alij apud eum quererentur fortunas suas, & impedimentorum suorum iacturam, alij eum bono animo esse iuberent, alij alios duces accusarent, tandem ense & armis spoliatum, eiúsque manibus in tergum retortis, ac reuinctis, Nicanori ab Antigono, vt eum duceret, misso tradiderint: qualique, & quàm miserabili oratione apud eos vsus sit, antequàm ad Antigonum duceretur. Ita milites, quasi victoria in supellectile & impedimentis, non in armis, consistat, imperatorem suum, vt res suas amissas recuperarent, Antigono, quem vicerant, quasi victi, tradiderunt. Eumenem tamen vt aspiceret Antigonus à se impetrare non potuit, propter amicitiam pristinam, propterque vetustam vitæ cum eo familiariter actæ consuetudinem, vt narrat Plutarchus.

177. iurasset) Itaque apud Plutarchum orat milites Eumenes per Iouem exercituum præsidem, & per deos iurisiurandi custodes, vt ipsi sua manu se interficiant potius, quàm viuum Antigoni hostis vultum subire cogant. Et verò sui periurij, suæque perfidiæ pœnas dederunt. Nam Antigonus ipse, vt narrat Plutarchus, cui maximè profuerant, eos, vt impios, atque immaneis proiiciens & conspuens, Iburtio cuidam Arachosiæ rectori tradidit, iussitque vt omni modo eos de medio tolleret, ac malè perderet, nequis eorum in Macedoniam rediret, neque maria Græciæ videret. Quod & Polyænus retulit lib. 4. strateg. his verbis. Ἀντίγονος τοὺς ἀργυρασπίδας, οἳ τὸν Εὐμένη δεσμώτην αὐτῷ παρέδωκαν, ἐτίμησε δωρεαῖς· τὸ δὲ ἄπιστον αὐτῶν φυλαττόμενος, χιλίους μὲν αὐτῶν ἔδωκε συμμάχους τῷ Σιγυρτίῳ (al. Ἰβυρτίῳ) τῷ σατράπῃ τῆς Ἀραβίας (al. Ἀραχωσίας) τοὺς δὲ ἄλλους εἰς ἄλλα χωρία φρουροὺς διέπεμψεν ἐχυρὰ καὶ δύσβατα, ἵνα φρουρὰν αὐτοὶ τὴν χώραν ἔχοιεν. διὸ ταχέως ἀφανεῖς πάντες ἐγένοντο. i. Antigonus argyraspidas, qui Eumenem vinctum ei tradiderant, muneribus ornauit. sed eorum perfidiam & infidelitatem cauens, mille ex iis Sigurtio cuidam Arabiæ (al. Arachosiæ) satrapæ, vt essent belli socij dedit: alios in alia loca natura munita, & ascensu difficilia, dimisit, vt regionem illam ipsi pro custodia haberent. Ita omnes cito funditus deleti sunt. Sic Lysimachus proditorē quendam Andragathum nomine, vbi eo, quod volebat, potitus est, pessimè mulcatum, & cruciatum interemit: vt tradit Polyænus lib. 4. strategematum: quod alibi infrà referemus. Præclarè igitur Cic. lib. 1. accus. Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo vmquam sapiens proditori credendum putauit. sic Demosth. oratione περὶ στεφάνου. οἱ τότε γὰρ φίλοι, καὶ ξένοι, ἃ τότε ὠνομάζοντο, ἡνίκα ἐδωροδόκουν, νῦν κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροὶ, καὶ τἄλλα, ἃ προσήκει, πάντα ἀκούουσιν. οὐδεὶς γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὸ τοῦ προδιδόντος συμφέρον ζητῶν, τῷ προδότῃ συμβούλῳ περὶ τῶν λοιπῶν ἔτι χρῆται. οὐδὲν γὰρ ἂν ἦν εὐδαιμονέστερον προδότου. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα. πόθεν. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἀλλ' ἐπειδὰν τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς ὁ ζητῶν ἄρχειν καταστῇ, καὶ τῶν ταῦτα ἀποδομένων δεσπότης ἐστί. τὴν δὲ πονηρίαν εἰδὼς, τότε δὴ τότε καὶ μισεῖ, καὶ ἀπιστεῖ, καὶ προπηλακίζει. i. Nam qui amici atque hospites tum, cùm donis ac muneribus corrumpebantur, nominari solebant: ii nunc assentatores, & diis immortalibus iniqui atque

inuisi, & alius id genus nominibus, quibus digni sunt, appellantur. Nemo enim, Athenienses, eo animo pecuniam consumit, vt proditorum rationibus consulat: neque quisquam, posteaquàm ea, quæ redemit, obtinuerit, atque in potestate sua habuerit, proditorem reliquis de rebus in consilium adhibet. Nihil enim proditore beatius esset. sed non est ita. Quam ob causam tanti fieret proditor? longè aliter est. Sed simulatque is, qui principatum, dominationémque concupiscit, fuerit rerū potitus: etiam eorū, qui has sibi vendiderunt, dominus efficitur. Itaque illorum improbitate perspecta & cognita, tum profectò eos odio habet, tum iis diffidit, tum eos vexat, & conculcat, nullúmque in eos contumeliæ genus prætermittit. Sed, vt redeam ad Antigonum, qui militibus sui imperatoris proditoribus, tale præmium persoluit, ne duci quidem eorum Antigeni pepercit. Nam (vt tradit Diodorus) eum in caueam æneam inclusum viuum combussit. Eudamum autem, qui ex India elefantos adduxerat, & Celbanum, & nonnullos alios interfecit.

178. *virtutis obtrectatio*) id est, quasi æmulatio, atque inuidia. nam obtrectator laudum apud M. Tull. dicitur is, qui laudibus alienis inuidet, eásque, quātum potest, minuit & deterit. Itaque sæpe ille hæc tria coniungit in libris Tusc. quæst. vt valde inter se similia, inuidere, æmulari, obtrectare.

179. *si per suos*) Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam inuito, facienda sunt, vt scribit M. Tull. epist. 9. lib. 4. ad fam. Sic lib. 12. ad Cornif. Bellorum enim ciuilium hi semper exitus sunt, vt nō ea solùm fiant, quæ velit victor, sed etiam vt iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria.

180. *Seleucus*) Babyloniæ præfectus: de quo infrà plura.

181. *Lysimachus*) cui Thracia erat tradita, cum regionibus finitimis.

182. *Ptolemæus*) Ægypti satrapes, opinione hominum Lagi filius: re, Philippi.

183. *ii, qui circa erant*) id est, οἱ περὶ αὐτὸν, eius comites & familiares. Diod. ὁρῶν δὲ καὶ τὴν τῶν μακεδόνων ὁρμὴν ἀπαραίτητον οὖσαν πρὸς τὴν κατ' Εὐμενοῦς τιμωρίαν, ἀνεῖλε τὸν ἄνδρα. i. Videns autem, Macedones toto mentis impetu ferri ad pœnas de Eumene sumendas, neque exorari posse, hominem interfecit.

184. *adeò erat incens.*) adeò erat in Eumenem incensus Antigonus, vt, nisi speraret, Eumenem sibi ad eas res, quas concupiscebat, perficiendas atque obtinendas, adiumento futurum, placari non posset.

185. *vt acerr. (inquit) leonem*) sic Plutarch. πυνθανομένων δὲ τῶν παρειληφότων τὸ σῶμα, πῶς φυλάξουσιν οὕτως, εἶπεν, ὡς ἐλέφαντα, ἢ ὡς λέοντα. i. quærentibus autem iis, quibus custodiendus Eumenes fuerat traditus, quomodo eum asseruarent: vt elefantum, inquit, aut, vt leonem.

186. *nondum enim statuerat, &c.*) Diod. eod. lib. Εὐμενῆ δὲ παραδοὺς εἰς φυλακὴν, ἐβουλεύετο πῶς αὐτῷ χρήσαιτο. ἐσπούδαζε γὰρ ἔχειν μεθ' αὑτοῦ στρατηγὸν ἀγαθὸν, καὶ χάριτος ὑπόχρεων. οὐ μὴν δὲ ἐπίστευεν αὐτοῦ ταῖς ἐπαγγελίαις, διὰ τὴν πρὸς Ὀλυμπιάδα, καὶ τοὺς βασιλεῖς φιλίαν, &c. i. Cùm autem Eumenem in custodiam dedisset, quid eo faceret consultabat. studebat enim ducem belli præstantem sibi beneficio deuinctum habere. Sed non admodum eius promissis credebat, propter eam, quam in Olympiadem, & reges habebat, beneuolentiam.

187. *fructum oculis, &c.) sic Cic. accus. lib. 5. homines maritimi Syracusis, qui sæpe istius ducis nomen audissent, sæpe timuissent, cùm eius cruciatu atque supplicio pascere oculos, animúmque exsaturare vellent, &c. Ibidem paucis post versibus. Nullum est autem testimoniũ victoriæ certius, quàm, quos sæpe metueris, eos vinctos ad supplicium duci videre. Horat. oda 6 epod. Vos turba vicatim hinc & hinc saxis petens Contundet obscenas anus. Post insepulta membra different lupi, Et Esquilinæ alites: Neque hoc parenteis, heu, mihi superstites, Effugerit spectaculum.*

188. *colloqui) legendum fortasse est, alloqui, id est,* παρηγορεῖν, προσομιλῆσαι.

189. *cuius in pernicie) sic Cic. pro Murena, de Mithridate. Itaque ipse Pōpeius regno possesso, ex omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso, tamen tantum in vnius anima posuit, vt, cùm omnia, quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret: tamen non antè quàm illum vita expulit, bellum confectum iudicarit.*

190. *Onomarcho) de quo mox plura.*

191. *vt sic se vteretur victo) sic se victum tractaret. libri omnes, quos vidi, habent, deuteretur. quod verbum mihi est ignotum, neque puto esse Latinum. Itaque ex, deuteretur. feci se vteretur, coniectura ductus. verumtamen, si forte fallor, vt hominem probabile est, hoc testatum volui, deuteretur, in omnibus libris esse impressum.*

192. *quin aut interfici) id est, quamobrem non, seu, cur non aut interfici, aut missum f. iub. Cicer. lib. 4. epist. ad Attic Quin tu huc aduolas?*

193. *ferocius) superbius. Cicero Philipp. 2. Primò respondisti planè ferociter.*

194. *cur non in prælio) sic Plutarch.* λέγεται δὲ τὸν Εὐμένη τοῦ φυλάσσοντος αὐτὸν Ὀνομάρχου πυθέσθαι, τί δήποτε Ἀντίγονος ἐχθρὸν ἄνδρα καὶ πολέμιον λαβὼν ὑποχείριον, οὔτε ἀποκτείνει ταχέως, οὔτε ἀφίησι γενναίως; τοῦ δὲ Ὀνομάρχου πρὸς ὕβριν εἰπόντος, ὡς οὐ νῦν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς μάχης ἔδει πρὸς θάνατον ἔχειν εὐθαρσῶς. καὶ μὰ τὸν Δία, φάναι τὸν Εὐμένη, καὶ τότε εἶχον. ἐροῦ δὲ τοὺς εἰς χεῖρας ἐλθόντας. ἀλλ' οὐδενὶ κρείττονι προστυχὼν οἶδα. καὶ τὸν Ὀνόμαρχον, οὐκοῦν, ἐπεὶ νῦν, φάναι, τὸν κρείττονα εὕρηκας, τί οὐκ ἀναμένεις τὸν ἐκείνου καιρόν. i. *Fertur autem Eumenes, ex eo, qui eum custodiebat, Onomarcho, quæsisse, quamobrem Antigonus hostem à se captum, & sub potestatem subiunctum, neque citò interficiat, neque liberaliter & benignè missum faciat. cui cùm Onomarchus contumeliosè respondisset, non nunc, sed in prælio fidenter & fortiter mortem contemnere oportuisse: Ego verò (inquit Eumenes) etiam tum tali animo fui. quære ex iis, qui mecum manus conseruerunt. At nemo vmquam, quod sciam, melior me, mecum congressus est. ergo, inquit Onomarchus, quando nunc meliorem reperisti, quamobrem eius commodum non exspectas?*

195. *quàm in potestatem inimici venires? mallem sic legi, & erat facilius, atque vsitatius, quam commisisti, vt in potestatem inimici venires? sed nihil mutare sum ausus, præsertim cùm omnia omnium editionum exempla, quæ quidem viderim, sic habeant: & hæc lectio nescio quo modo antiquitatem illam incorruptam & simplicem magis oleat.*

196. *numq cum fort. sum congr.) sic ferè Plutarchus, vt suprà retulimus.*

197. *décidi) de eo gradu, ĩ quo me virtus mea, comite fortuna, collocarat, cécidi.*

198. *dignitate) pulchritudine corporis viro digna, seu virili. Sic in Dione, magnã corporis dignitatem, &c. Plutarch. in Eumene, de hoc ipso Eumene.* ἦν δὲ καὶ τὸ εἶδος ἀστεῖος, οὐ πολεμικῷ καὶ τετριμμένῳ δι' ὅπλων ἐοικὼς, ἀλλὰ γλαφυρὸς, καὶ νεοπρεπὴς, καὶ πᾶν τὸ σῶμα διηρθρωμένος, ὡς ὑπὸ τέχνης ἀκριβοῦς τοῖς μέλεσι θαυμαστὴν συμμετρίαν ἔχουσιν. εἰπεῖν δὲ οὐ δεινὸς, αἱμύλος δὲ καὶ πιθανὸς, ὡς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν συμβάλλειν ἐστίν. *i. Erat autem Eumenes facie suaui, non viro militari, & armis fracto similis, sed lepidus & venustus, & iuuenili pulchritudine decorus, ita membris admirabili proportione, & aequabili commensu figuratis, ita toto corpore aptè distincto & articulato, vt arte exquisita & perfecta fictus esse videretur: in dicendo non admodum sollers, neque callidus, sed tamen orationis lepôre blandus, & ad persuadendum accommodatus, & concinnus, vt ex epistolis eius colligere licet.*

199. *ad consilium retulit) sic M. Tull. lib. 1. de diuinat. Sed de rebus & obscuris, & incertis ad Apollinem censeo referendum. Idem lib. 2. Ad coniectorem retulit. Idem orat. pro L. Flacco. Retulit ad iurisconsultos. Idem pro domo sua. Atque ille tamen ad collegium retulit.*

200. *plerique omnes) id est, maxima pars: non omnes. Nearchus enim, & Demetrius Antigoni fil. & nonnulli alii, Eumenem seruari cupiebant: ceteri omnes necari volebant*

201. *malè habiti) malè accepti, malè tractati. Sic dixit Tacitus quodam loco, auarè habita prouincia.*

202. *vt, quo-ad ille viueret) sic paullo antè. cuius in pernicie positam spem habuissent victoriae. sic infrà in Hannibale, de eo ipso Hannibale.*

203. *nihil habituri neg.) nihil habituri molestiae. Sic loquitur M. Tullius non vno loco: exempli gratia: Quod aeternum, beatúmque sit, id nec habere ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri.*

204. *si illi redderet sal.) si illum iam paene mortuum & perditum, viuere sineret, & veluti ab interitu vindicaret. Sic hunc locum declaro. non enim dixit Probus, daret salutem, sed redderet.*

205. *consilii) id est eorum, qui ei in consilio aderant.*

106. *Tum autem) id est, die septimo.*

207. *& quotidianum victum am.) sic Plutarch.* ὡς δὲ οὖν ἔδοξε τῷ Ἀντιγόνῳ τὸν Εὐμενῆ κτείνειν, ἐκέλευσεν αὐτοῦ τὴν τροφὴν ἀφελεῖν. *i. Posteaquàm igitur decretum fuit Antigono Eumenem interficere, iussit ei cibum subduci atque amoueri.*

208. *non amplius, quàm triduum) Plutarch.* καὶ δύο μὲν ἢ τρεῖς ἡμέρας ἄσιτος, οὕτω πρὸς πλείω τὴν προσάγων. *i. & biduum, aut triduum inedia fatigatus, ita sensim ad mortem ducebatur.*

209. *famè fatigatus) fame cruciatus. sic dixit M. Tull. lib. 3. de offic. vinculis, & carcere, & igne fatigare. Sic Virgil. lib. 4. Georg. sole fatigant: & V. aeneid. cursúque fatigat: & 9. collecta fatigat edendi Ex longo rabies, & siccae sanguine fauces.*

210. *cùm castra mouerentur) Plutarch.* αἰφνιδίου δ' ἀναζυγῆς γενομένης. *i. cùm repente castra mota essent.*

211. *iugulatus est) Plutarch.* εἰσπέμψαντες ἄνθρωπον ἀποσφάττουσιν αὐτόν. *id est, Illi immisso*

immiſſo homine eum iugulant.

212. vt ſuprà oſt.)ſecutus ſum codices editionis Argētor. Coloniēſis, Baſilienſis. nam alij habent, vt ſuprà ſimpliciter. quam lectionem initiò ſecutus eram, eámque ſic interpretabar, vt ſuprà, ſubintellige, dictum eſt, ibi ſcilicet: Hic peradoleſcentulus ad amicitiam acceſſit Philippi, &c. Sed Cl. Puteanus putabat legēdum, & ſuprà. quæ lectio mihi probatur, vt intelligamus, hoc ſignificare Probum, Eumenem ab anno XX. & ſuprà, id eſt, ab anno XX. aut XXI. in amicitiam regum venire cœpiſſe. (niſi quòd hæc ſentētia minus congruit cū illo loco, Hic peradoleſcentulus, &c. Nam omnino qui natus eſt annos XX. non eſt peradoleſcentulus.) Præterea non eſt locutus ſuprà de anno viceſimo, neq; certū ætatis annū definiuit, aut notauit, ſed hoc tantùm poſuit, Hic peradoleſcentulus, &c. Quare lectio, vt ſuprà, vix ferri poteſt, quamuis mihi minus inquinata videatur, quàm quo modo edidi. Verbum enim, oſtēdimus, puto eſſe inculcatum, & ex annotatione natum.

213. apparuiſſet) ſemper præſtò fuiſſet, ad manum fuiſſet. à quo verbo dicuntur apparitores, qui ſemper appárent magiſtratibus, numquámque ab eorum pedibus, aut oculis diſcedunt.

214. vni equitum alæ) ſic ſuprà. Nouiſſimo tempore præfuit etiam alteri, ſeu, vt veteres codices habere dicuntur, alteræ equitum alæ. Itaque fortaſſe hîc quoque iidem illi codices habent, vnæ equitum alæ. In his autem annis, tredecim ſcilicet.

215. captus non Antigoni virtute) ſuprà. non enim virtute hoſtium, ſed amicorum perfidia decidi.

216. De quo quanta fuerit) ſic legendum, non, vt vulgò, In quo quanta fuerit &c. Sic enim loquuntur Latini, magna, bona, honeſta, mala de aliquo opinio eſt.

217. occaſum, obitum, interitum. M. Tull. lib. I. Academ. quæſt. poſt L. Ælij noſtri occaſum, &c.

217. regium ornatum) diadema, purpuram, ſceptrum.

218. Lyſimachus) Thraciæ præfectus. de quo alibi.

219. Caſſander) Antipatri fil. Cariæ præfectus, qui patre mortuo, bellum geſſit aduerſus Polyperchontem Macedoniæ, nomine liberorum Alexandri, præfectum. De quibus alibi.

220. propinquis eius ſepel trad.) Diod. lib. 19. διὰ δὲ τὴν προγεγενημένην φιλίαν, Ἀντίγονος καύσας τὸ σῶμα, καὶ καταθέμενος εἰς ἀγγεῖον τὰ ὀστᾶ, πρὸς τοὺς οἰκείους ἀπέστειλεν. i. Antigonus autem propter amicitiam, quæ olim inter ipſos interceſſerat, cremato corpore, oſſa in vrna poſita ad eius propinquos miſit. Plutarch. τὸ δὲ σῶμα τοῖς φίλοις παραδοὺς ὁ Ἀντίγονος, ἐπέτρεψε καῦσαι, καὶ τὰ λείψανα συνθέντες εἰς ἀργυρᾶν ὑδρίαν κομίζειν ἀποδοθησόμενα τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς παισίν. i. Corpus autem amicis eius traditum Antigonus permiſit vt cremarent, & oſſa in vrna argentea compoſita deportarent, & vxori ac liberis redderent. Ex Plutarchi verbis legendum videtur apud Probum, amicis eius ſepel. trad. non, vt habent omnia exempla, propinquis eius. Et verò vt ita legatur, ratio poſtulat. nam primùm amici corpus Eumenis combuſſerunt, eique funus honorificum fecerunt: deinde reliquias in vrna cónditas ad propinquos, quos Diodorus appellat οἰκείους, id eſt, matrem, vxo-

rem, liberos, deportanda curarunt. Præterea ex Diodoro, & Plutarcho legēdum, cremauerunt, non humauerunt. non enim corpus Eumenis humauerunt, id est, humo texerunt amici, sed cremauerunt, seu combusserunt: & ossa propinquis terræ mandanda, vel humanda reddiderunt. nisi dicamus, etiam apud Græcos, non solùm apud Ro. hūc morē, atq; hāc religionē fuisse, vt mortuus, quāuis crematus, tamen insepultus habēdus esset, donec oßibus terra, seu gleba iniecta esset: iniecta gleba, tū sepultus intelligeretur: iccirco Antigonū Eumenis corpus propinquis, seu potius amicis tradidisse, vt id cremarēt primùm, deinde iniecta gleba ἀφοσιώσεως ἕνεκα. i. religioni satisfaciēdi causa, & quasi perfunctoria opera humasse, ne insepultus esset. Atq; ita ex cōsequēti antecedens intelligemus. i. ex eo quòd humatus est Eumenes, crematū antè fuisse. vel dicamus, cùm de Græcorū sepultura loqueretur Probus, morem Rom. spectauisse. quod mihi non fit verisimile. De iniectione glebæ autem, seu pulueris, si plura cognoscere voles, lege quæ notauimus ad illum locum Horatij oda 28 lib. I. licebit Iniecto ter puluere, curras.

221. ad matrem, atque vxorem) Diod. πρὸς τοὺς οἰκείους. id est, ad propinquos. Plutarch. τῇ γυναικὶ, καὶ τοῖς παισί. id est, ad vxorem & liberos.

222. vxorem) Barsinen, mulierem natione Persidem, Artabazi fil. cum qua omnium Persiæ fœminarum prima rem habuit Alexander: ex qua filium suscepit, Herculem nomine.

PHOCIO.

Phocio Athenienſis etsi[1] sæpe exercitibus præfuit, summósque magistratus[2] cœpit, tamen multo eius notior integritas est vitæ,[3] quàm rei militaris labor. Itaque[4] huius [5] memoria est nulla, illius autem magna fama: ex quo, cognomine[6] Bonus est appellatus. Fuit enim perpetuò[7] pauper, cùm[8] diuitißimus esse posset propter frequenteis delatos honores, potestatésque summas, quæ ei à populo[9] mandabantur. Hic cùm à rege[10] Philippo[11] munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatíque[12] hortarentur accipere, simúlque admonerent, si ipse his facilè careret,[13] liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam: hîc ille, si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit:[14] sin dißimiles sunt futuri: nolo meis impensis illorum[15] ali, augeríque luxuriam. Eidem cùm propè ad annum

octogesimum prospera permansisset fortuna, extremis temporibus[16] magnum in odium peruenit suorum ciuium. Primò[17] cum Demade de vrbe tradenda Antipatro, consenserat:[18] eiúsque consilio Demosthenes cum ceteris, qui bene de republica mereri existimabantur, plebiscito in exsulium erant expulsi. Neque in eo solùm offenderat,[19] quòd patriæ malè consuluerat, sed etiam quòd[20] amicitiæ fidem non præstiterat. namque auctus, adiutúsque à Demosthene,[21] eum, quem tenebat, ascenderat gradum,[22] cùm aduersus Charetem eum[23] subornaret. ab eodem in iudiciis, cùm capitis caussam diceret, defensus, aliquoties[24] liberatus discesserat. hunc non solùm in periculis non defendit,[25] sed etiam prodidit. Cóncidit autem maximè vno crimine, quia cùm[26] apud eum summum esset imperium populi, &[27] Nicanorem Cassandri præfectum insidiari Piræeo Atheniensium[28] à Dercyllo moneretur: idémque postularet, vt prouideret, ne commeatibus ciuitas priuaretur: hinc, audiente populo, Phocio negauit esse periculum:[29] séque eius rei obsidem fore pollicitus est.[30] neque ita multo pòst Nicanor Piræeo est potitus. ad quem recuperandum cùm populus armatus concurrisset: ille non modò neminem ad arma vocauit,[31] sed ne armatis quidem præesse voluit: sine[32] quo Athenæ omnino esse non possunt. Erant eo tempore Athenis duæ factiones: quarum vna[33] populi causam agebat,[34] altera optimatium. in hac erat Phocio, &[35] Demetrius Phalereus, harum vtraque Macedonum patrociniis nitebatur. nam populares Polyperchonti fauebant: optimates cum Cassandro sentiebant. Interim[36] à Polyperchonte Cassander Macedonia pulsus est: quo facto populus superior factus,[37] statim duces aduersariæ factionis capitis damnatos patria pepulit: in his

Phocionem,& [38] *Demetrium Phalereum:* [39] *déque ea re legatos ad Polyperchontem misit, qui ab eo peterent,* [40] *ut sua decreta confirmaret.* [41] *Huc eodem profectus est & Phocio. quò ut venit, causam apud* [42] *Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud Polyperchontem,* [43] *iussus est dicere. namque is tum* [44] *regis rebus praeerat. Hic cùm ab* [45] *Agnonide accusatus esset, quòd Piraeum Nicanori prodidisset:* [46] *ex consilij sententia* [47] *in custodiam coniectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret iudicium. Huc ubi peruentum est, cùm propter aetatem pedibus iam non valeret,* [48] *vehiculóque portaretur: magni concursus sunt facti: cùm alij reminiscentes veteris famae,* [49] *aetatis misererentur: plurimi verò ira exacuerentur* [50] *propter proditionis suspicionem Piraei: maximéque, quòd aduersus populi commoda in senectute steterat.* [51] *Qua de re ne perorandi quidem ei data est facultas, &* [52] *dicendi causam. Inde iudicio legitimis quibusdam confectis damnatus, traditus est* [53] *vndecim viris, quibus ad supplicium more Atheniensium publicè damnati tradi solent. Hic cùm ad mortem duceretur, obuius ei fuit* [54] *Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is cùm lacrymans dixisset,* [55] *ô quàm indigna perpeteris Phocio: huic ille, at non inopinata, inquit. hunc enim exitum* [56] *plerique clari viri habuerunt Athenienses. In hoc* [57] *tantùm fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire. Itaque à seruis sepultus est.*

PHOCIO.

SAEpe) *quadragies & quinquies, auctore Plutarcho: cuius haec verba sunt.* ἐστρατήγησε δὲ πλείστας οὐ μόνον τῶν καθ' ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, στρατηγίας, οὐ παραγγέλλων, οὐδὲ μετιὼν, ἀλλ' οὐδὲ φεύγων, οὐδὲ ἀποδιδράσκων τῆς πόλεως καλούσης. ὁμολογεῖται γὰρ ὅτι πέντε καὶ τεσσαράκοντα στρατηγίας ἔλαβεν. οὐδ' ἅπαξ ἀρχαιρεσίαις παρατυχὼν, ἀλλ' ἀπόντα μεταπεμπομένων αὐτὸν ἀεὶ, καὶ χειροτονούντων. *i. Functus est autem*

imperio, seu imperatorio munere non suæ modò ætatis hominum, sed etiam eorum, qui ante eum vixerunt, sæpissimè, neque petens, neque ambiens: neque rursus fugiens, neque tergiuersans vocâte ciuitate. Constat enim inter omneis, eum exercitui præfuisse quinquies & quadragies, cùm ne semel quidem in comitiis interfuisset, sed eum ciues semper arcessiuissent, & suffragiis suis creassent.

2. cepit) adeptus est. sic Cicero dixit, capere honorem, & capere consulatum, & planè quo modo Probus, capere magistratum.

3. quàm rei militaris labor) notissimus est tamen ex Plutarcho.

4. huius) laboris militaris.

5. memoria est nulla) Immò multas eius res militiæ gestas, & functiones imperatorias commemorat Plutarchus in Phocione. & eius vxor ornamenta sua dicebat esse, Phocionis viri sui consilia, factáque imperatoria, id est, strategemata, vt tradit Plutarchus ibid. & refert princip. libelli περὶ μεσιτικῆς. Quinetiam ætatis octogesimum agens annum, exercitui præfuit, aut certè præesse iussus est à populo, vt ex eod. Plutarcho intelligere licet, περὶ γυν. πολιτ. κελ. ὁρμῶς Φωκίωνα εἰς Βοιωτίαν ἐμβαλεῖν παρὰ καιρὸν, ἐκήρυξεν ἀκολουθεῖν ἀφ' ἥβης τοὺς μέχρις ἐτῶν ἑξήκοντα· καὶ θορυβούντων τῶν πρεσβυτέρων ἀναπηδήσας, τί δεινὸν, εἶπεν. ἐγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη μεθ' ὑμῶν ἔσομαι. i. Cùm iuberetur Phocio Bœotiam inuadere intempestiuè, iussit continuò à præcone prædicari, vt se ciues sequerentur ab anno pubertatis ad annum sexagesimum. strepitu autem, & murmure natu maiorum facto, quid incommodi est? inquit. ego enim imperator annos octoginta natus vobiscum ero. Sed valuit hoc strategema Phocionis ad populum, bellum Bœotis inferre cupientem, ab incœpto reuocandum. quod refert Polyænus lib. 3. his verbis. Φωκίων Ἀθηναίους ὡρμηκότας στρατεύειν ἐπὶ Βοιωτοὺς ἐκώλυεν. οἱ δὲ πολλῇ ὁρμῇ χρώμενοι τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο, καὶ Φωκίωνα στρατηγόν. ὁ δὲ τὸν κήρυκα κηρύττειν ἐκέλευσεν, ὅσοι Ἀθηναίων μέχρι ξ. ἐτῶν ἀπὸ ἥβης, πέντε ἡμερῶν σιτία λαβόντες, εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἕπεσθαί μοι. ὁ θόρυβος ἦν πολὺς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι μάλιστα ἐβόων, ἀνεπήδων, ἠγανάκτουν. τότε δὴ Φωκίων, οὐδὲν, ἔφη, δεινὸν ὑπομένετε. κἀγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς, ὀγδοηκοστὸν ἔχων ἔτος, μεθ' ὑμῶν κείσομαι. (al. ἔσομαι.) τότε ἀκούσαντες Ἀθηναῖοι, τῆς ὁρμῆς τῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐπαύσαντο, καὶ μετεβάλοντο. i. Phocio Atheniensis bellum Bœotis inferre cogitanteis & cupienteis prohibebat. Illi autem belli studio & cupiditate flagrantes, bellum decreuerunt, & Phocionem imperatorem crearunt. Ille porrò præconem prædicare iussit, vt, quotquot Athenienses essent annorum sexaginta vsque à pubertate, quinque dierum cibaria habentes Phocionem sequerentur. Multus erat in vrbe strepitus, & maiores natu multo magis clamabant, subsiliebant, indignè ferebant. Tunc igitur Phocio, nihil, inquit, mali perferetis. Etenim ego imperator octoginta annos natus, vobiscum iacebo, (al. ero.) Hoc audito, Athenienses bellum Bœotis inferre velle destiterunt, & sententiam mutarunt. Omnium autem pugnarum imperatore Phocione pugnatarum nobilissima fuit pugna ad Tamynas, in Eubœa, quam multis verbis exponit Plutarchus in Phocione, & commemorat Æschines in oratione περὶ παραπρεσβ. sub extr. aitque se in illo prælio interfuisse, & vitæ periculum adiisse, eóque nomine à belli ducib. corona donatum esse, cùm esset ex ordine & numero militum delectorum, seu dilectorum, quos Plutarchus, & Æschines ap-

pellant Θηλάκεις. Denique longum esset omneis militias, quas obiit, quibúsque præfuit Phocio, commemorare. Sed, vt ait idem Plutarchus in Phocione, princip. cùm Phocionis virtus esset nacta aduersariam grauem, & violentam, temporum inclinationem: illam (virtutē Phocionis dico) res aduersæ Græciæ, obscuram, & minus illustrem, minúsq; gloriosam reddiderunt. Quod idem de magnis, & præstantib. viris hodie queri licet: quorum virtus, & sapientia, & animi magnitudo, & doctrina, obscura atque incognita est, propter iniquitatem temporum, doctrinæ, & virtuti infestorum, ignorationi litterarum & vitio omnia largiētium, atque indulgentium.

6. Bonus) χρηστός. sic Plutarchus in Phocione, vbi scribit, mirum esse, quo pacto vir tam aspera, tristique, & truculenta natura, Boni cognomentum sit cōsecutus. ἔστι δέ, οἶμαι, (inquit ille) χαλεπόν, οὐ μὴν ἀδύνατον, ὥσπερ οἶνον, καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, ἡδὺν ἅμα, καὶ αὐστηρὸν εἶναι. καθάπερ ἕτεροι πάλιν φαινόμενοι γλυκεῖς, ἀηδέστατοι τοῖς χρωμένοις εἰσὶ, καὶ βλαβερώτατοι. i. Difficile autem hoc quidem est, fieri tamen & euenire potest, vt, quemadmodum vinum, sic & homo idem sit suauis simul & austerus. quemadmodum contrà, alij, qui videntur dulces, & sunt oratione blandi, iniucundissimi tamen, & damnosissimi sunt iis, qui cum illis aliquid rei contrahunt, & cōmunicant. Idem Plutarch. princip. libelli de Musica. ἡ μὲν Φωκίωνος χρηστοῦ γυνὴ, κόσμον αὑτῆς ἔλεγεν εἶναι τὰ Φωκίωνος στρατηγήματα, &c. quæ verba paullo antè Latinè reddidi. & Suidas. Φωκίων ὁ Φώκου πολλοῖς χρήματα ἔδωκε, καὶ θυγατέρας ξυνεξέδωκε, καὶ πᾶσιν αἴτιος τὰ αὐτοῦ. χρηστὸς οὖν ἐκλήθη κοινῇ ψήφῳ ἐν ἐκκλησίᾳ. i. Phocio Phoci filius multis pecunias dono dedit, & ad filias in matrimonium collocandas adiutor fuit, & omnibus sua concessit. Bonus igitur communi omnium suffragio in contione appellatus est.

7. pauper, Plutarch. in Phocione, & libello περὶ φιλοπλουτίας. ὁ γοῦν Δημάδης ἐπιστάς ἀριστῶντί ποτε Φωκίωνι, καὶ θεασάμενος αὐτοῦ τὴν τράπεζαν αὐστηρὰν καὶ λιτὴν· θαυμάζω σε, ὦ Φωκίων, εἶπεν, ὅτι οὕτως ἀριστᾶν δυνάμενος, πολιτεύῃ. i. Demades cùm aliquando Phocioni prandenti astaret, & mensam eius vidisset austeram, & tenui apparatu instructam: miror te, inquit, Phocio, remp. administrare, cùm ita prandere possis. Et Athenæus lib. 10. Phocionem numerat inter imperatores paupertatis patientia ornatos, Aristidem, Epaminondam, Phormionem, M' Curium.

8. diuitissimus) ditissimus. sic suprà in Alcibiade. Hipponicum omnium Græcorum diuitissimum.

9. mandabantur) sic solet loqui Cicero, vt accus. lib. 4. ne ista præclara nobilitas desinat queri, populum Ro. hominibus nouis industriis libenter honores mandare, semperque mandasse, &c. Idem pro lege Manilia. Nunc cùm & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoris mihi mandatum esse voluistis, &c. sic enim legendum, non vt vulgò, quantum vos honoribus mandandū esse voluistis.

10. à rege Philippo) immò ab Alexandro eius fil. vt testantur Plutarchus, & Ælianus. Plutarchi verba sunt hæc in Phoc. eáque iterat in apophth. reg. & ducum. τὸ μέντοι περὶ χρημάτων ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὅτι δωρεὰν αὐτῷ κατέπεμψεν Ἀλέξανδρος ἑκατὸν τάλαντα. τούτων δὲ κομισθέντων εἰς Ἀθήνας, ἠρώτησεν ὁ Φωκίων τοὺς φέροντας, τί δήποτε πολλῶν ὄντων Ἀθηναίων, αὐτῷ μόνῳ τοσαῦτα δίδωσιν Ἀλέξανδρος. εἰπόντων δὲ ἐκεί-

νων, ὅτι σε κρίνει μόνον ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθόν· οὐκοῦν ἐασάτω με καὶ δοκεῖν ἀεὶ καὶ εἶναι τοιοῦτον. i. de pecuniis porrò, constat inter omneis, Alexandrum centum talenta ad eũ muneri misisse. his autem Athenas delatis, quæsiuit Phocio ab iis, qui ferebant, quamobrem, cùm multi sint Athenienses, sibi soli tantam pecuniam donet Alexãder. cui cùm respondissent illi, quoniam te solum virum honestum & probum iudicat: Ergo sinat me (inquit) semper & videri, & esse talem. Ælianus lib. I. var. histor. Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, εἰ δέ τῳ δοκεῖ, ὁ τοῦ Διός. (ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν διαφέρει) Φωκίωνι μόνῳ, φασὶ, τῶν Ἀθηναίων στρατηγῶν γράφων προσετίθει τὸ χαίρειν. οὕτως ἄρα ἐθήρευσε τὸν Μακεδόνα ὁ Φωκίων. ἀλλὰ καὶ τάλαντα αὐτῷ ἀργυρίου ἔπεμψεν ἑκατὸν, καὶ πόλεις τέσσαρας ὀνόμασεν, ὧν ἠξίου μίαν, ἣν βούλεται, προελέσθαι αὐτὸν, ἵνα ἔχῃ καρποῦσθαι τὰς ἐκεῖθεν προσόδους. ἦσαν δὲ αἱ πόλεις αἵδε, Κίος, Ἐλαία, Μύλασα, Πάταρα. ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος μεγαλοφρόνως ταῦτα, καὶ μεγαλοπρεπῶς. ἔτι γε μὴν μεγαλοφρονέστερον ὁ Φωκίων, μήτε τὸ ἀργύριον προσιέμενος, μήτε τὴν πόλιν. ὡς δὲ μὴ δοκοίη πάντα ὑπερφρονεῖν τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἐτίμησεν αὐτὸν κατὰ τοῦτο, τοὺς ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐν Σάρδεσι δεδεμένους ἄνδρας ἠξίωσεν αὐτὸν ἀφεῖναι ἐλευθέρους, Ἐχεκρατίδην σοφιστὴν, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἱμεραῖον, καὶ Δημάρατον, καὶ Σπάρτωνα. ἀδελφὼ δὲ ἄρα ἤστην τούτω ῥοδίω. i. Alexãder Philippi, aut si cui videtur, Iouis fil. mea enim nihil refert, ad Phocionẽ solũ, vt aiũt, Atheniẽsiũ imperatorẽ scribẽs, addebat χαίρειν. i. gaudere. Ita scilicet Macedonẽ Phocio ceperat. Quinetiã centũ argenti talẽta ad eũ misit, & quattuor vrbeis nominauit, ex quibus postulabat ab eo, vt vnã deligeret, cuius fructus perciperet. Erant autẽ vrbes hæ, Cius, Elæa, Mylasa, Patara. Magnitudinem igitur animi, & magnificentiam suam his muneribus declarauit Alexander: sed maiorem Phocio, qui neque argentum, neque vrbem accipere voluit. verùm, vt ne prorsus Alexandrum despicere videretur, in hoc ei honorem habuit, quòd postulauit ab eo, vt liberaret Echecratem sophistam, & Athenodorum Himeræum, & Demaratum, & Spartonem. Erant autem hi fratres Rhodij. Hæc eadem etiam à Plutarcho referuntur, quamquam paullo aliter.

11. *munera magnæ pecuniæ) sic sæpe loquitur* Probus, *vt in Conone, pecuniæq; quinquaginta talenta.*

12. *hortarentur accipere) hortarentur vt acciperet.*

13. *liberis tamen suis) reliqua de liberis Phocionis (attende autem appellatione liberorũ, vnum filium cõtineri. erat enim Phocus, opinor, vnicus Phocionis filius) paullo aliter à Plutarcho referuntur, eáque non Alexandro, sed Menyllo ascribuntur: cuius verba sunt hæc.* τὰς δὲ Μενύλλου δωρεὰς αὐτῷ, καὶ χρήματα διδόντος, ἀπεκρίνατο, μήτ' ἐκεῖνον Ἀλεξάνδρου βελτίονα εἶναι, μήτε κρείττονα τὴν αἰτίαν, ἐφ' ᾗ λήψεται νῦν ὁ τότε μὴ δεξάμενος. ἀλλὰ Φώκῳ γε τῷ παιδὶ λαβεῖν δεομένου τοῦ Μενύλλου· Φώκῳ μὲν, εἶπεν, ἐὰν μὲν σωφρονῇ μεταβαλόμενος, ἀρκέσει τὰ τοῦ πατρός. ὡς δὲ ἔχει νῦν, οὐδὲν ἱκανόν ἐστιν. i. Cùm Menyllus munera, & pecunias Phocioni daret, respondit, neque illum Alexandro esse meliorem, neque caussam, propter quam nunc accepturus est, qui tum non accepit, esse honestiorem. Menyllo autem orante, vt, si pro se accipere nollet, at pro Phoco filio acciperet: Phocus, inquit, si mutata viuendi ratione, temperans & frugi fuerit, bona paterna ei satis erunt: quo modo autem nunc viuit, nihil ei satis est. Erat autem hic Phocus Phocionis filius, intemperans, libidinosus, & luxuriosus.

14. *dissimiles) luxuriosi, intemperantes, libidinosi, nequam.*
15. *ali, augerique lux.) diuitiæ enim intemperanti & libidinoso sunt instrumenta, & adiumenta, atque adeò irritamenta nequitiæ.*
16. *magnum in odium peruenit) sic interdum Ciceronem loqui solere, suprà notauimus. sic idem Cic. venire, & peruenire in sermonem hominum, & vituperationem, in inuidiam, &c.*
17. *cum Dem de vrbe trad. Antip) hac de re sic Diod. lib.* 18. Ἀντίπατρος δὲ διὰ ταύτης τῆς στρατηγίας διαλύσας τὸ σύστημα τῶν Ἑλλήνων, ἦγε τὴν δύναμιν πᾶσαν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ δῆμος ἐρημωθεὶς τῆς τῶν συμμάχων βοηθείας, ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ καθειστήκει. πάντων δὲ καταφερομένων ἐπὶ τὸν Δημάδην, καὶ βοώντων τοῦτον ἐκπέμπειν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης· οὗτος μὲν καλούμενος σύμβουλος, οὐχ ὑπήκουσεν. ἦν γὰρ τρεῖς ἠλωκὼς παρανόμων, καὶ διὰ τοῦτο γεγονὼς ἄτιμος, καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν νόμων συμβουλεύειν· ἀπολαβὼν δὲ τὴν ἐπιτιμίαν ὑπὸ τοῦ δήμου, παραχρῆμα ἐξεπέμφθη πρεσβευτὴς μετὰ Φωκίωνος, καὶ ἄλλων ἑτέρων. τοῦ δὲ Ἀντιπάτρου διακούσαντος τῶν λόγων, καὶ δόντος ἀπόκρισιν, ὡς ἄλλως οὐ μὴ συλλύσηται τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον, ἐὰν μὴ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ. (καὶ γὰρ ἐκείνους συγκλείσαντας εἰς Λαμίαν τὸν Ἀντίπατρον, τὰς αὐτὰς ἀποκρίσεις πεποιῆσθαι πρεσβεύσαντος αὐτοῦ περὶ τῆς εἰρήνης) ὁ δὲ δῆμος οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη τὴν ἐπιτροπὴν, καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἀντιπάτρῳ δοῦναι περὶ τῆς πόλεως. ὁ δὲ φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς, συνεχώρησεν ἔχειν τήν τε πόλιν, καὶ τὰς κτήσεις, καὶ τἄλλα πάντα. τὴν δὲ πολιτείαν μετέστησεν ἐκ τῆς δημοκρατίας, καὶ προσέταξεν ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα. καὶ τοὺς μὲν κεκτημένους πλείω δραχμῶν δισχιλίων, κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος, καὶ τῆς χειροτονίας. τοὺς δὲ κατωτέρω τῆς τιμήσεως ταύτης, ἅπαντας ὡς ταραχώδεις ὄντας, καὶ πολεμικοὺς, ἀπήλασε τῆς πολιτείας, &c. *i. Antipater autem cùm hoc imperatorio consilio, & facto Græcorum copias in vnum contractas dissoluisset, & dissipasset: vniuersum exercitum aduersus Athenas eduxit. populus autem Atheniensis à sociorum auxilio desertus ac derelictus, magna difficultate, & inopia consilij laborabat. Omnibus autem se ad Demadem conferentibus, & vt legatus ad Antipatrum de pace mitteretur clamantibus: hic cùm in consiliũ vocaretur, non audiebat. fuerat enim ter de decretis contra leges scriptis damnatus, atque iccirco ignominia affectus, infamiáque notatus: neque licebat ei per leges cum populo agere, neque consilium deliberanti dare. Solutus autem Demades legibus à populo, & restitutus in integrum, recuperata denique incolumitate, missus est continuò legatus cum Phocione, & quibusdam alijs. Antipater verò legatorum verbis auditis, respondit eis, se alia condicione pacem cum Atheniensibus non facturum, nisi se sibi totos permittant, nisique de rebus suis omnibus constituendis ad arbitrium suum referant: quia illi cùm Antipatrum in vrbe Lamia inclusum obsedissent, Antipatri legatis de compositione missis, tale responsum dederant. Populus autem viribus impar, neque satis ad bellum sustinendum instructus, coactus est omnem de se, suáque ciuitate statuendi potestatem Antipatro permittere. At ille humanitate in eos vsus, concessit eis, vt vrbem, & fortunas suas, aliáque omnia retinerent. Sed reip. administrandæ formam immutauit, iussitque vt resp. administraretur ex censu, & vt qui plus, quàm duo millia drachmarum possiderent, penes eos esset reip. administrandæ, & suffragij ferendi potestas: qui infrà hunc*

censum

tensum essent, omneis, vt turbulentos, & belli cupidos, ex reip. administrationis communione remouit: iis, qui vellent, locum in Thracia ad domicilium collocandum dedit. Hi igitur cùm essent plures viginti duobus hominum millibus, ex patria summoti sunt. qui autem definitum, ac præstitutum ab Antipatro censum habebant, circiter nouem virorum millia, ij facti sunt & ciuitatis, & vrbis, agríque Attici compotes, & ex legibus Solonis remp. administrabant. Omnibus autem concessum fuit rem suam familiarem integram, atque intactam retinere. Sed præsidium, cuius dux erat Menyllus, nequid rerum nouarum molirentur, in vrbem recipere coacti sunt. Plutarchus paullo quidem aliter, sed summa eodem recidit. eius verba sunt hæc. καὶ ἅμα ταῖς πόλεσιν αὐτῶν (τῶν Ἑλλήνων) πορθουμένων ὑπ' Ἀντιπάτρου διαρρυέντες, αἴσχιστα προήκαντο τὴν ἐλευθερίαν. εὐθὺς οὖν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἄγοντος τοῦ Ἀντιπάτρου τὴν δύναμιν, οἱ μὲν περὶ Δημοσθένην, καὶ Ὑπερείδην ἀπηλλάγησαν ἐκ τῆς πόλεως. Δημάδης δὲ μηδὲν μέρος, ὧν ὤφειλε, χρημάτων ἐπὶ ταῖς καταδίκαις ἐκτῖσαι τῇ πόλει δυνάμενος (ἑαλώκει γὰρ ἑπτὰ γραφὰς παρανόμων, καὶ γεγονὼς ἄτιμος, ἐξείργετο τοῦ λέγειν) ἄδειαν εὑρόμενος τότε, γράφει ψήφισμα, καὶ πέμπει πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ εἰρήνης πρέσβεις αὐτοκράτορας. φοβουμένου δὲ τοῦ δήμου, καὶ καλοῦντος Φωκίωνα, καὶ μόνῳ πιστεύειν ἐκείνῳ λέγοντος. ἀλλ' εἰ ἐπιστευόμην, εἶπεν, ἐγὼ συμβουλεύων ὑμῖν, οὐκ ἂν νῦν ἐβουλευόμεθα περὶ πραγμάτων τοιούτων. οὕτω δὲ τοῦ ψηφίσματος ἐπικυρωθέντος, ἀπεστάλη πρὸς Ἀντίπατρον ἐν τῇ Καδμείᾳ στρατοπεδεύοντα, καὶ παρασκευαζόμενον εὐθὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν βαδίζειν. καὶ τοῦτο πρῶτον ᾐτεῖτο, μένοντα κατὰ χώραν ποιήσασθαι τὰς διαλύσεις. τοῦ δὲ Κρατεροῦ λέγοντος, ὡς οὐ δίκαια πείθει (al. αἰτεῖ) Φωκίων ἡμᾶς, τὴν τῶν συμμάχων καὶ φίλων καθημένους χώραν κακῶς ποιεῖν, δυναμένους ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ὠφελεῖσθαι. λαβόμενος αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς ὁ Ἀντίπατρος, δοτέον, εἶπε, Φωκίωνι ταύτην τὴν χάριν. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἐκέλευσεν αὐτοῖς ἐπιτρέπειν τοὺς Ἀθηναίους, ὥσπερ ἐν Λαμίᾳ Λεωσθένης ἐκεῖνον. ὡς οὖν ἐπανῆλθεν ὁ Φωκίων εἰς ἄστυ, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ταῦτα ἔδοξεν ὑπ' ἀνάγκης, αὖθις εἰς Θήβας ἐβάδιζε μετὰ τῶν ἄλλων συμπρέσβεων, Ξενοκράτη τὸν φιλόσοφον τῶν Ἀθηναίων προσῃρημένων, &c. sequitur paucis post. τῶν δὲ περὶ Φωκίωνα διαλεχθέντων, ἀπεκρίνατο, φίλος ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ σύμμαχος, ἐκδοῦσι μὲν τοὺς περὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερείδην, πολιτευομένοις δὲ τὴν πάτριον ἀπὸ τιμήματος πολιτείαν. δεξαμένοις δὲ φρουρὰν, εἰς τὴν Μουνυχίαν. ἔτι δὲ χρήματα τοῦ πολέμου, καὶ ζημίαν προσεκτίσασιν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πρέσβεις ἠγάπησαν, ὡς φιλανθρώπους τὰς διαλύσεις, πλὴν Ξενοκράτους. ἔφη γὰρ, ὡς μὲν δούλοις μετρίως κεχρῆσθαι τὸν Ἀντίπατρον. ὡς δὲ ἐλευθέροις, βαρέως. τοῦ δὲ Φωκίωνος παραιτουμένου τὴν φρουρὰν, καὶ δεομένου. λέγεται τὸν Ἀντίπατρον εἰπεῖν, ὦ Φωκίων, ἡμεῖς πάντα σοι χαρίζεσθαι βουλόμεθα, πλὴν τῶν καὶ σὲ ἀπολούντων, καὶ ἡμᾶς. οἱ δὲ οὐχ οὕτω φασὶν, ἀλλὰ ἐρωτῆσαι τὸν Ἀντίπατρον, εἰ τὴν φρουρὰν ἀνέντος αὐτοῦ τοῖς Ἀθηναίοις, ὁ Φωκίων ἐγγυᾶται τὴν πόλιν ἐμμενεῖν τῇ εἰρήνῃ, καὶ μηδὲν πολυπραγμονήσειν. σιωπῶντος δὲ ἐκείνου, καὶ διαμέλλοντος, ἀναπηδήσαντα Καλλιμέδοντα τὸν Κάραβον, ἄνδρα θρασὺν καὶ μισόδημον, εἰπεῖν· ἐὰν δὲ οὗτος ὦ Ἀντίπατρε φλυαρῇ, σὺ πιστεύσεις, καὶ οὐ πράξεις ἃ ἔγνωκας; οὕτω μὲν ἐδέξαντο φρουρὰν Μακεδόνων Ἀθηναῖοι, καὶ Μένυλλον ἡγεμόνα, τῶν ἐπιεικῶν ἕνα, καὶ τῶν Φωκίωνος ἐπιτηδείων. i. Et simul eorum (Græcorum) vrbeis tentante Antipatro, dilapsi turpissimè libertatem suam proiecerunt. Confestim igitur Antipatro exercitum aduersus Athenas educente, Demosthenes & Hyperides ex vrbe discesserunt. Demades autem, qui nullam partem pecuniarum, quibus sententia contra se lata multatus erat, persoluere ciuitati posset: septies enim de decretis contra leges

scriptis damnatus erat, eique infamia notato verba facere ad populum per leges non licebat: tum licentiam nactus, & legibus solutus, plebiscitum scribit, & legatos cum potestate omnia suo arbitratu agendi, ad Antipatrum de pace mittendos censet. Cùm autem populus metueret, & Phocionem euocaret, seque illi soli fidem habere diceret: At si mihi fidem habuissetis, inquit, vobis consilium danti: non nunc talibus de rebus consultaremus. Ita plebiscito confirmato, ad Antipatrum missus est, qui in Cadméa castra locata habebat, & continuò Atticam inuadere paratus erat. Atque hoc primùm ab eo petiuit, vt in eodem loco manens, bellum componeret, & cum Athenensibus de controuersiis communibus transigeret. Cùm autem Craterus diceret, Phocionem iniqua à se petere, vt ipsi ibidem manentes, sociorum & amicorum agros, bonáque diriperent, ac vexarent, cùm ex hostium agris vtilitatem capere, & locupletari possent: Antipater, prehensa eius dextra, danda, inquit, Phocioni hæc venia est. de reliquis autem iussit Athenienseis suo arbitrio permittere, quemadmodum Leosthenes bello Lamiaco ad se referri de pacis condicionibus voluerat. Vbi igitur in vrbem rediit Phocio, & Atheniensib. idem necessariò probatum est: iterum cum aliis legatis Thebas profectus est, quorum in numero Xenocrates philosophus erat, populi suffragio legatus factus, &c. Prætermitto illa de Antipatri in Xenocratem inhumanitate & superbia, atque adeò cōtumelia, qui primum eum ne salutauit quidem, cùm alios legatos comiter & liberaliter accepisset: deinde dicere conantem, tacere coëgit, ei obloquendo, atque obstrependo. Sequitur iam, Cùm autem Phocio locutus esset, respondit Antipater, Atheniensibus societatem & amicitiam cū Macedonibus futuram, si Demosthenem & Hyperidem sibi traderent: si remp. instituto patrio administrarent, ex censu: si præsidium in Munychiam reciperent: denique si belli sumtus sarcirent, & præterea certam multam penderent. Alij igitur legati has condiciones comprobarunt, tamquam æquas & humanas, præter Xenocratem dixit enim, Antipatrum præbere se in Athenienseis, siquidem essent serui, æquum ac moderatum: sin liberi, iniquum, & inhumanum. Cùm autem Phocio præsidium deprecaretur, & vehementer oraret, ne faceret: fertur Antipater dixisse, O Phocio, omnia tibi gratificari volumus, nisi ea, quæ & tibi, & nobis perniciem, pestémque afferre possint. Alij autem non ita dixisse Antipatrum tradunt: sed quæsiuisse ex Phocione, an, si præsidium Atheniensibus remittat, spondere suo periculo vellet, Athenienseis in officio mansuros, & pacem seruaturos, nihilque rerum nouarum molituros. Illo autem tacente, & cunctante, Callimedontem cognomento Carabum, hominem audacem, & populo inimicum, atque infestum, dixisse: At si iste, Antipater, nugetur, tu ei credes, neque quod decreuisti facies? Sic præsidium Macedonum in vrbem receper. vt Athenienses, cui præerat Menyllus quidam, vir bonus, & Phocioni familiaris, atque amicus. Ex his, quæ ex Plutarcho, & Diodoro retulimus, perspicuum est, hæc Probi verba, cum Demade consenserat hoc significare, Demadis decretum, vel plebiscitum à Demade scriptum comprobarat, & confirmarat. Sed quoniam de Demade mentio incidit, fortasse, qualis eius vitæ exitus fuerit, non fuerit à re alienum, ex Plutarcho & Diodoro exponere: quamquam hi aliquātum inter se discrepant. Sic igitur Diod.

lib.18. κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀντιπάτρου περιπεσόντος ἀῤῥωστίᾳ βαρυτέρᾳ, καὶ τοῦ γήρως συνεργοῦντος πρὸς τὴν ἀπόλυσιν τοῦ βίου, Ἀθηναῖοι μὲν ἐξέπεμψαν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον Δημάδην δοκοῦντα καλῶς πολιτεύεσθαι τὰ πρὸς τοὺς Μακεδόνας, ἀξιοῦντες τὸν Ἀντίπατρον, καθάπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς ὡμολογηκώς, ἐξαγαγεῖν τὴν φρουρὰν ἐκ τῆς Μουνυχίας. ὁ δὲ Ἀντίπατρος τὸ μὲν πρῶτον εὐνοϊκῶς διέκειτο πρὸς τὸν Δημάδην. ὕστερον δὲ Περδίκκου τελευτήσαντος, καὶ τινῶν βασιλικῶν ἐπιστολῶν εὑρεθεισῶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν, ἐν οἷς ἦν ὁ Δημάδης παρακαλῶν τὸν Περδίκκαν κατὰ τάχος διαβαίνειν εἰς τὴν Εὐρώπην ἐπ' Ἀντίπατρον· ἀπηλλοτριώθη πρὸς αὐτόν, καὶ κεκρυμμένην ἐτήρει τὴν ἔχθραν. διόπερ τοῦ Δημάδου κατὰ τὰς ἀπὸ τοῦ δήμου δεδομένας ἐντολὰς ἀπαιτοῦντος τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ παῤῥησιωδέστερον ἀπειλήσαντος περὶ τῆς φρουρᾶς· ὁ μὲν Ἀντίπατρος οὐδεμίαν δοὺς ἀπόκρισιν, παρέδωκε τοῖς ἐπὶ τὰς τιμωρίας τεταγμένοις αὐτόν τε Δημάδην, καὶ τὸν υἱὸν Δημέαν, συμπρεσβεύοντα τῷ πατρί. οὗτοι μὲν οὖν ἀπαχθέντες εἰς τι οἴκημα εὐτελὲς ἐθανατώθησαν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. In Macedonia autem Antipatro in morbum grauem implicito, & senectute morbum augente, atque ad interitum adiuuante, Athenienses ad Antipatrum Demadem legatum miserunt, qui existimabatur ea, quæ ad Macedonas pertinerent, rectè administrare, postulantes vt Antipater, quemadmodum initiò pollicitus erat, præsidium ex Munychia educeret. Antipater autem primò quidē beniuolo in Demadem erat animo: posteà verò, Perdicca mortuo, & regiis quibusdam epistolis in regiis scriptis repertis, in quibus erant & Demadis litteræ, quibus Perdiccam hortabatur, vt quàm primum in Europam transiret aduersus Antipatrum: ab eo alienatus est, & occultas cum eo inimicitias gerebat. Quapropter cùm Demades, quemadmodum ei fuerat à populo mādatum, promissum flagitaret; & liberiore oratione vtens, de præsidio in Munychiam imposito interminaretur: Antipater nullo ei responso dato, Demadem & eius filium, qui vnà cum eo legatione fungebatur, lictoribus tradidit. Illi autem in domicilium quoddam humile, & parui precij abducti, necati fuerunt. Plutarchi verba sunt hæc. ἐνοχλούντων δὲ τῷ Φωκίωνι τῶν Ἀθηναίων ὅπως ἀπαλλάξῃ τὴν φρουρὰν πείσας τὸν Ἀντίπατρον, εἴτε μὴ προσδοκῶν πείσειν, εἴτε μᾶλλον ὁρῶν σωφρονοῦντα τὸν δῆμον, καὶ πολιτευόμενον εὐτάκτως διὰ τὸν φόβον, ἐκείνην μὲν ἀεὶ διωθεῖτο τὴν πρεσβείαν, τὰ δὲ χρήματα μὴ πράττειν, ἀλλὰ μένειν, καὶ ἀναβάλλεσθαι τὸν Ἀντίπατρον ἔπεισε. μεταβάντες οὖν Δημάδην παρεκάλουν. ὁ δὲ προθύμως ὑπέστη, καὶ τὸν υἱὸν ἔχων ἀπῇρεν εἰς Μακεδονίαν, ὑπὸ δαίμονός τινος, ὡς ἔοικεν, εἰς τοῦτο καιροῦ κομισθείς, ἐν ᾧ κατείχετο μὲν Ἀντίπατρος ἤδη νόσῳ· Κάσσανδρος δὲ τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς γεγονώς, εὗρεν ἐπιστολὴν Δημάδου γεγραμμένην πρὸς Ἀντίγονον εἰς Εὐρώπην παρακαλοῦντος αὐτόν, ἐπιφανῆναι τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν, ἐκ παλαιοῦ καὶ σαπροῦ κρεμαμένοις στήμονος, τὸν Ἀντίπατρον οὕτω σκώψαντος. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ἀφιγμένον ὁ Κάσσανδρος, συνέλαβε. καὶ πρῶτα μὲν τὸν υἱὸν ἐγγὺς προσαγαγὼν προσέσφαξεν, ὥστε καταδέξασθαι τοῖς κόλποις τὸ αἷμα τὸν πατέρα, καὶ καταπλησθῆναι τοῦ φόνου. μετὰ ταῦτα δὲ εἰς ἀχαριστίαν αὐτὸν καὶ προδοσίαν πολλὰ λοιδορήσας καὶ καθυβρίσας, ἀπέκτεινεν. Cùm autem vrgerent Athenienses Phocionem, vt curaret præsidium è Munychia educendum, idque Antipatro persuaderet: siue quòd non speraret id se Antipatro persuadere posse, siue potius quòd videret populum ad sanitatem reuersum esse, & remp. rectè atque ordine moderari propter metum: illam quidem legationem semper à se repulit ac reiecit: sed pecuniam ne exigeret, & vt sol-

tionis diem proferret, Antipatro persuasit. Ita Athenienses Phocione omisso, sese ad Demadem contulerunt, ab eóque contenderunt, vt hanc legationem obiret. Ille autem eam cupidè suscepit, & filio vnà secum ducto in Macedoniam profectus est, mali cuiusdam Genij, vt apparet, impulsu: tali tempore eò delatus, quo tempore Antipater quidem morbo iam implicitus erat: Cassander autem rerum compos, & summam imperij obtinens, Demadis epistolam ad Antigonum scriptã reperit, qua eum hortabatur, vt Europæ oculos adiiceret, rebúsque Græciæ, & Macedoniæ immineret, ex vetere & putri stamine pendẽtibus, Antipatrum amaro ioco perstringens ac vellicans. Posteaquàm igitur eum aduenisse vidit Cassander, hominem comprehendit: & primùm quidem eius filium propius adductum priorem iugulauit, ita vt pater filij sanguinem sinu exceperit, & cæde respersus fuerit: deinde verò Demadem maledictis probrísque laceratum, vt ingratum & proditorem, interemit.

18. eiúsque consilio) id est, eo approbante, seu eo assentiente, quia scilicet plus poterat Antipater, quàm populus Athen. neque aliter saluti ciuitatis consuli poterat.

19. quòd patriæ malè cons.) miror hoc à Probo, seu Nepote, seu quo alio huius libri auctore, scriptum esse. quid enim Phocio faceret? vnúsne armis Antipatri obsisteret? Præterea iam Demosthenes, & Hyperides, & ceteri, antè quàm Antipater Atticæ appropinquaret, post pugnam ad Cranonem, vrbem Thessaliæ, vt tradit Plutarchus, seu ad Penéum fl. vt scribit Diodorus, commissam, ex vrbe discesserant populo diffidentes. Itaque absentes, Antipatro iam victore, & armis plus valente, damnati sunt.

20. quòd amicitiæ fidem nõ præstiterat) Sed nónne patriæ iura, quàm amicitiæ, sunt sanctiora? præterea, quæ nam amicitia Phocionis cũ Demosthene intercedebat, nisi ciuilis, & ex societate reip. administrandæ, nata? Promiserát ne Phocio Demostheni se eius causa omnia facturum, etiam contra reip. vtilitatem, & contra patriæ salutem? illa verò non iam amicitia, sed coniuratio in remp. fuisset. Præterea profitebatur Phocio, vt testatur Plutarchus apophth reg. & ducum, sibi nihil eorum probari, quæ ab aliis & fierent, & dicerentur. Itaque cùm Athenienses accepissent à vatibus, aut ab Apolline potius, vnum esse Athenis virum, qui omnium sententiis aduersaretur: & Athenienses iuberent, quis ille esset, diligenter anquiri: Phocio vltrò se eum esse palàm confessus est. Postremò Demosthenes cùm dicendi finem faceret, surgente ad dicendum Phocione, dicere solebat familiaribus suis propè sedentibus, En verborum meorum bipennis: auctor idem Plutarchus in Phocione. Idem iterum in apophth. reg. & ducum, scribit, cùm aliquando Demosthenes Phocioni ita dixisset, interficient te Athenienses, si insanire cœperint: respondisse, me quidem si insanire: te verò, si sapere cœperint. Ex quibus intelligere licet, non ita magnam Phocioni cum Demosthene amicitiam intercessisse, vt ea patriæ caritatem superaret.

21. eum, quem tenebat, ascenderat) ad eum, quem obtinebat, honoris gradum peruenerat. falsum. nam sua virtute & integritate, non cuiusquam adiumento, aut opera, Phocio, populi honores erat consecutus: neque eos ambitiosè,

petitos, sed vltrò à populo delatos, vt suprà diximus. Quod autem ad loquendi genus attinet, sic locutus est & M. Tullius oratione pro Murena. qui primùm quoniam ex honoribus continuus familiæ, maiorúmque suorum vnum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum &c. Idem de off. lib. 2. nō longè ab extr. In eos tamen, qui se adiuuari volent, non vt ne affligantur, sed vt altiorem gradum ascendant, restricti omninò esse nullo modo debemus.

22. *Cùm aduersus Char.) vnde hæc sumserit Probus, conijcere non possum, nisi fortè ex Theopompo, aut Timæo, maledicentißimis hominibus, vt hic scriptor fatetur in Alcibiade. Nam ij, quos Plutarchus secutus est in Phocionis vita exponenda, nihil tale de Phocione, quod sciam, scripserunt. Quin Plutarch. in apophth. reg. & duc. refert contra hæc, quæ hîc à Probo dicuntur, Phocionē aliquando in Charetis locum à populo suffectum, & substitutum imperatorem, talem ob caussam & rationem, fuisse. Atheniensium socij Byzantij, ad quos Chares belli adiutor aduersus Philippum missus fuerat, Charetis iniustitia & auaritia cognita, aut certè alicunde audita, eum recipere in vrbem noluerant: idque molestè ferebat populus Atheniensis, & populo Byzantio iratus erat. Tum Phocio in contionem prodiit, dixitque populum irasci debere non socijs, qui sese, & sua imperatoribus Atheniensib. concredere non auderent, sed imperatoribus, de quibus socij tam malè existimarent. Quibus dictis, & populo probatis, ille ipse à populo continuò imperator in locum Charetis suffectus est: & à Byzantiis, vt dignus, cui fides haberetur, receptus, Philippum re infecta discedere coëgit. verba Plutarchi sunt hæc. ὀργιζομένων δὲ τοῖς Βυζαντίοις τῶν Ἀθηναίων μὴ δεξαμένοις τῇ πόλει Χάρητα πεμφθέντα μετὰ δυνάμεως βοηθὸν αὐτοῖς πρὸς Φίλιππον, εἶπεν ὁ Φωκίων, ὅτι δεῖ μὴ τοῖς ἀπιστοῦσι τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τοῖς ἀπιστουμένοις τῶν στρατηγῶν ὀργίζεσθαι, αὐτὸς ᾑρέθη στρατηγός, καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων, ἐποίησε τὸν Φίλιππον ἀπελθεῖν ἄπρακτον. De Charete autem satis multa diximus in Chabria, & Timotheo.*

23. *subornaret) occultè ornaret, vel in alterius, nempe Charetis locum ornaret. Antonius Hirtio & Cæsari Philipp. 13. Apuleiana pecunia Brutū subornastis.*

24. *liberatus disceßit) nihil hac de re me legere memini.*

25. *sed etiam prodidit) non est hoc amicum prodere, si amicum tuum à potentiore aliquo oppressum tueri & seruare non poßis: aut si, cùm seruare coneris, te non solùm inanem operam sumere, sed etiam tibi, & reip. periculum struere videas, eum non liberare. Quid enim erat, quod Phocio præstare posset? plus poterat Antipater, quàm totæ Athenæ, nedum Phocio. alia condicione cum Antipatro transigi, & bellum componi non poterat, nisi dederetur Demosthenes, & ceteri oratores. nihil æqui ab Antipatro poterat impetrari. Ille leges, quales eius libido ferebat, non quales humanitatis ratio, aut Atheniensium dignitas postulabat, ciuitati imponebat. eas subire, & perferre neceßitas cogebat. æqua postulabant Athenienses: sed arma Antipatri plus valebant, quàm æquitas, & Atheniensium postulatio. Præterea quid erat cur Demosthenem Phocio defendere conaretur, si Demosthenes ipse sibi deerat? si se ipse deserebat, suámque ipse salutem prodebat? Nam Demosthenes, & ceteri oratores antequàm Antipater Atticæ appropinquaret, post eius victoriam ad Penéum & Cranonem partam, sese ex vrbe subduxe-*

rant, salute sua desperata, vt suprà diximus. Quòd si quis dicat defendi absentes à Phocione debuisse, nec Phocione tacente à populo damnari: eodem reuoluemur. Non poterat Phocio vnus ciuitatis pæne subactæ ciuis, Antipatro victore, armáque & vim intentante, & Demosthenem cum minus exposcente, multáque alia iniquissima postulante, atque adeò imperante, quo minus imperata faceret ciuitas, recusare, nedum prohibere.

26. cùm apud eum summ. esset imp.) Plutarch. στρατηγὸς ἢ ἄρχων, id est, imperator, seu, dux exercitus, & archon, hoc est prætor.

27. & Nicanorem Cassandri præf.) hoc, quia breuius à Probo relatum est, eorum gratia, quibus hæc historia ignota est, ex Plutarcho illustrandum. Antipater grauiter ægrotans, & moribundus, Polyperchontem imperatorem, summa rerũ ei tradita, declararat: Cassandrum autem filium suum, chiliarchum, i. tribunum militum reliquerat. Paullò pòst mortuo Antipatro, Cassander exsurgens, & res præoccupans; mittit properè Nicanorem Menyllo successurum, iubétque eum antequàm de morte Antipatri fama ad Athenienfium aures perueniat, Munychiam occupare. Quo facto, & paucis pòst diebus nuntio de morte Antipatri ad Athenienseis perlato: illi Phocionem criminabantur, & maledictis insequebantur, quasi mortem Antipatri maturè cognouisset, & gratiæ à Nicanore ineundæ causa celauisset. Phocio autem hæc non negligebat, sed cum Nicanore congrediēs & colloquens, eum cùm in aliis rebus clementem, & beniuolum erga populum Atheniensem reddebat, tum ei persuasit, vt largitiones quasdam ambitiosas in populum conferret: ludis faciendis sumtus sustineret: iisque, qui optimè certarent, præmia proponeret. Interea Polyperchon, qui regis Macedonum curator erat, vt Cassandrum callida reip. administratione supplantaret, misit ad populum Atheniensem epistolam, nomine regis scriptam, quasi is populo potentiam, & pristinã, ac patriam reip. administrādæ formam redderet. Erat autem hæc machina etiam ad Phocionem capiendum comparata. Nam cùm Polyperchon vrbe potiri cogitaret, quemadmodum factis posteà declarauit, nihil se profecturum sperabat, nisi Phocionem è ciuitate expellendum, aut aliqua ratione de medio tollendum curaret. hoc autem se facilè assecuturum, si leues atque improbi contionatores & sycophantæ ex vrbe eiecti, reuocarentur, & ad reip. administrationem de integro admitterentur, suggestúmque denuò occuparent. Tumultuantibus autem ad hæc Atheniensibus & trepidantibus, cùm Nicanor cum eis in Piræeo consultantibus agere vellet: sese Phocioni, fide ab eo accepta, credidit, & commisit, & in Piræeũ venit. Dercyllus autem, qui præerat exercitui, neque longè ab vrbe aberat, eum comprehendere conatus est. quod cùm ille præsensisset, exsiluit: & continuò præ se tulit, se pœnas de ciuitate sumturum. Phocio cùm accusaretur à ciuibus suis, quòd Nicanorem de manibus amisisset, neque retinuisset, respondit, se de Nicanore benè existimare, nihilque ab eo mali exspectare: quòd si in hoc falleretur, malle se omnibus spectantibus iniuriam accipere, quàm facere. Sed videtur legendum, Piræeo Atheniensium portui: vel delendum, Atheniensium. verumtamen nihil mutare ausus sum.

28. Dercyllo) Antipatri præfecto.

29. *seque eius rei obsid.) sic Cicero de Octauiano fidem suam populo Ro. obligauit: temerè omninò. Itaque eum pœnituit. verba eius sunt hæc Philipp. V. sub extr. Audebo etiam obligare fidem meam P.C. vobis, populóque Ro. reique publicæ: quod profectò, cùm me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimescerémque in re maxima periculosam opinionem temeritatis: promitto, recipio, spondeo, patres conscripti, C. Cæsarem talem semper fore ciuem, qualis hodie sit, qualémque eum maximè esse, velle & optare debemus.*

30. *neque ita multo pòst Nicanor) Sed fefellit Phocionē Nicanor potius, quàm Phocio populum Atheniensem. Ita enim sibi persuaserat Phocio, tantámque Nicanori fidem habebat, eum nihil contra Athenienses facturum, vt, cùm multi Nicanorem apud Phocionem arguerent, & criminarentur, eum Piræeo oculos adiecisse, insidiásque comparare, & milites externos in Salaminem transmittere, & nonnullos eorum, qui in Piræeo habitarent, corrumpere: hos sermones excusserit, atque adeò excluserit, neque crediderit. Quin cùm Philomedes Lampreus plebiscitum fecisset, vt Athenienses omnes arma caperent, & Phocioni imperatori parērent: neglexit, donec Nicanor armis ex Munychia ad Piræeum admotis, Piræeum circumuallauit, & circumsedit.*

31. *sed ne armatus quidem pr. vol.) aliter Plutarchus, cuius hæc verba sunt.* περιισταμένων δὲ τούτων, ὁ μὲν Φωκίων ἐθορυβεῖτο, καὶ κατεφρονεῖτο, τοὺς Ἀθηναίους ἐξάγειν βουλόμενος, *&c. i. Cùm autem hæc agerentur, Phocio quidem sibilis & strepitu excipiebatur, & contemnebatur, Athenienseis educere volens, &c.*

32. *sine quo) De Piræeo satis multa dicta sunt in Themistocle.*

33. *populi causam agebat) democratiæ studebat.*

34. *altera optimatium) id est, altera aristocratiæ fauebat.*

35. *Demetrius Phal.) de quo sic Polyænus lib. 4.* κασσανδρίζων ἴσχυε. *i. cum Cassandro sentiebat, seu faciebat.*

36. *à Polyperchonte) cuius filius Alexander cum exercitu in Atticam venerat, verbo, vt Nicanorem oppugnaret: re, vt vrbem, si posset, occuparet, præsertim discordem, & seditione concitatam, atque implicatam. Nam & exsules vnà cum eo in vrbem irruerant, & peregrini simul & ciues infamia notati sese ad eos aggregarant: ita Athenienses contione aduocata, quæ ex talium hominum colluuione concreta esset & inordinata: in ea Phocioni imperium abrogarunt, aliósque imperatores suffragio crearunt. hæc ex Plutarcho: cum quo congruit Diodorus lib. 18. his verbis.* ἀπελύσαν δὲ τῶν διαγγελιῶν οὕτων, ἧκεν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυσπέρχοντος υἱὸς μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἀττικήν. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι διελάμβανον αὐτὸν ἥκειν ἀποκαταστήσοντα τῷ δήμῳ τήν τε Μουνυχίαν, καὶ τὸν Πειραιᾶ. τὸ δ᾽ ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχεν, ἀλλὰ σφετερισάμενος αὐτὸς ἰδίᾳ προσληψόμενος ἀμφότερα πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας. *id est, Cùm autem Polyperchon promissa non faceret, venit Alexander Polyperchontis filius in Atticam cum exercitu. Athenienses igitur existimarunt eum venisse, vt restitueret populo Munychiam & Piræeum. sed longe aliter erat. Ipse enim vtrumque horum locorum ad vsus belli assumere cogitabat. Sciendum est autem, Polyperchontem, cùm videret expulso ex Macedonia Cassandro Antipatri filio, magnum sibi ab eo bellum impendere, atque instare, Græciæ legatis, qui*

tum aderant, promisisse eorum ciuitatibus libertatem, sublata ea, quam Antipater constituerat, paucorum potentia: hac spe fretus, fore, vt hoc pacto & res Cassandri labefactaret, & suas constabiliret, multorúmque beniuolentiam sibi compararet. Sic Diod. eod. lib. προτεθείσης οὖν βουλῆς, πῶς τούτοις πολεμητέον ἐστὶ, καὶ πολλῶν καὶ ποικίλων λόγων περὶ τοῦ πολέμου ῥηθέντων, ἔδοξεν αὐτοῖς τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις ἐλευθεροῦν, τὰς δὲ ἐν αὐταῖς ὀλιγαρχίας καθεσταμένας ὑπ᾽ Ἀντιπάτρου καταλύειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὴν μὲν Κασσάνδρου ταπεινώσειν, ἑαυτοῖς δὲ μεγάλην δόξαν, καὶ πολλὰς συμμαχίας ἀξιολόγους περιποιήσειν. εὐθὺς οὖν τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας πρεσβευτὰς προσκαλεσάμενοι, καὶ θαρρεῖν παρακαλέσαντες ἐπηγγείλαντο τὰς δημοκρατίας ἀποκαταστήσειν ταῖς πόλεσι. καὶ τὸ κυρωθὲν δόγμα γράψαντες ἔδωκαν τοῖς πρεσβευταῖς, ὅπως κατὰ τάχος εἰς τὰς πατρίδας ἐπανελθόντες, ἀπαγγείλωσι τοῖς δήμοις τὴν τῶν βασιλέων, καὶ τῶν ἡγεμόνων εἰς τοὺς Ἕλληνας εὔνοιαν. ἦν δὲ τὸ διάγραμμα τοιοῦτον. i. Consultatione igitur proposita quo pacto cum his bellum esset gerendum, multis, & variis orationibus de bello habitis, visum est eis Græciæ ciuitates liberare, & paucorum potentias ab Antipatro in eis constitutas tollere. Ita enim se maximè opes Cassandri deminuturos, & sibi magnam gloriam, multásq; societates sermone dignas adiuncturos. Continuò igitur ciuitatum Græciæ legatos, qui aderant, euocarunt, eósque bono animo esse, & benè sperare iusserunt, promittentes se ciuitatibus liberis libertatem pristinam, & populi potentiam restituturos: decretúmque, seu edictum potius, conscriptum & confirmatum legatis tradiderunt, vt quàm primùm in suas patrias reuersi, suis ciuibus egregiam regum, & ducum in Græcos beniuolentiam renuntiarent. Erat autẽ decreti, siue edicti formula talis. Sequuntur deinceps edicti illius verba apud Diodorum, quæ longum sit referre: sed eorum sententia suprà exposita est. Polyspercho ntem autem semper Diodorus Siculus, Polyperchontem appellat: & item Polyænus: apud quem exstat hoc eius strategema lib. 4. Πολυσπέρχων τὰ ὅρια φυλασσόντων Πελοποννησίων, τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας προύτρεψε πρὸς τὸν κίνδυνον. πῖλον Ἀρκαδικὸν ἐπιθέμενος, καὶ τρίβωνα διπλοῦν ἐμπορπησάμενος, καὶ βακτηρίαν λαβὼν ἔφη πρὸς αὐτούς· πρὸς οὓς μὲν κινδυνεύειν μέλλομεν, ὦ συστρατιῶται, τοιοῦτοι τυγχάνουσιν ὄντες. ταῦτα δὲ ἀποθέμενος, καὶ τὴν πανοπλίαν λαβών· οἱ δὲ μέλλοντες πρὸς αὐτοὺς πολεμεῖν, τοιοῦτοι, μέχρι νῦν πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας νενικηκότες. ἀνεβόησαν οἱ στρατιῶται, ἠξίωσαν μηκέτι μέλλειν, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἄγειν ἐπὶ τὴν μάχην. id est, Polyspercho n (al. Polyperchon) Peloponnesiis fineis suos custodientibus, suos milites ad periculum adeundum excitat. pileo Arcadico capiti imposito, & amictu trito duplici circumdato, fibuláque annexo, deinde baculo in manus sumto sic ad eos locutus est ii, quibuscum decertaturi sumus, milites, tales sunt. His autem positis & armatura totius corporis induta, Qui verò (inquit) aduersus eos bellaturi sunt, tales, qui vsque ad hunc diem multis & magnis prælius superiores discesserunt. His auditis milites, postularunt, ne amplius cunctaretur, sed continuò ipsos ad pugnã educeret. Addam eadem opera & Cassandri ex eodem Polyæno strategema libro, nisi fallor, eod. quòd in eo & Cassandri, quẽ mox Probus cõmemorat, & Polyperchontis, de quo nunc loquimur, & Olympiadis matris Alexandri, mentio fiat. Sic igitur ille. Κάσσανδρος Ὀλυμπιάδα κατακλείσας ἐς Πύδναν τῆς Μακεδονίας, ἐπολιόρκει πολέμῳ. Πολυσπέρχων κύκλῳ ἔπεμψε πεντηκοντόρῳ πλοῖον ὑφορμοῦσαν. εἰσπέμ-

ναι τὴν Ὀλυμπιάδα πρὸς πέντε διὰ γραμμάτων. ὁ γραμματοφόρος ἁλοὺς καὶ ἀχθεὶς παρὰ Κάσανδρον, ὡμολόγησε τὴν πρᾶξιν, ἐφ᾽ ἣν ἐστάλη. ὁ δὲ τὴν μὲν ἐπιστολὴν ἐσφραγισμένην τῇ σφραγῖδι τῇ Πολυσπέρχοντος ἐκέλευσεν αὐτῷ ἀποκομίσαι, μὴ μηνύσαντι πρὸς τινά, ὡς Κάσανδρος ταῦτα ἔγνω. καὶ ὁ μὲν ἐπείσθη. Κάσανδρος δὲ τὴν πεντήρη συλλαβὼν, ἐποίησεν ἀφανῆ. Ὀλυμπιὰς πιστεύσασα τῇ σφραγῖδι τῇ Πολυσπέρχοντος, καὶ τοῖς χώμασι τῆς πόλεως προελθοῦσα νύκτωρ, καὶ οὐχ εὑροῦσα τὴν πεντήρη, ὡς δὴ καὶ Πολυσπέρχοντος ἐξαπατῶντος, ἠθύμησεν, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὴν καὶ τὸ ἄστυ τὸ Πυδναίων Κασάνδρῳ. id est, Cassander Olympiadem in vrbe Pydna inclusam & circumuallatam oppugnabat. Polysperchon misit quinqueremem, quæ non procul latebat in portu. per litteras Olympiadem hortabatur, vt in nauem ingrederetur. tabellarius captus, & ad Cassandrum ductus, ad quā rem missus esset, fatebatur. Ille autem epistolam quidem Polysperchontis annulo obsignatam iussit eum ad Olympiadem perferre, non tamen etiam ei dicere, Cassandro hæc esse nota. Atque ille quidem litteras pertulit. Cassander verò quinqueremem comprehensam è medio sustulit. Cùm Olympias Polysperchontis annulo, & litteris credidisset, & noctu ex vrbe prodiisset, neque quinqueremem reperisset, animum despondit, tamquam à Polysperchonte destituta, ac decepta: & seipsum vnà cum oppido Pydnæorum Cassandro tradidit.

37. statim duces aduers. fact.) Diod eod. lib. ὁ δὲ δῆμος εἰς ἐκκλησίαν συνελθὼν, τὰς μὲν ὑπαρχούσας ἀρχὰς κατέλυσεν· ἐκ δὲ τῶν δημοτικωτάτων τὰ ἀρχεῖα καταστήσας, τοὺς ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας γεγονότας ἄρχοντας κατεδίκασε, τοὺς μὲν θανάτῳ, τοὺς δὲ φυγῇ, καὶ δημεύσει τῆς οὐσίας. ἐν οἷς ἦν καὶ Φωκίων, ὁ ἐπ᾽ Ἀντιπάτρου τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐσχηκώς. i. Populus autem contione aduocata, magistratus, qui tunc erant, sustulit: ex ciuibus autem maximè popularibus, alios creauit, iis, qui in potentia paucorum creati fuerant, condemnatis, pœnáque in eos constituta partim capitis, partim exsulij, partim bonorum publicationis: in quibus erat & Phocio, penes quem viuo Antipatro summum imperium fuerat.

38. & Demetrium Phal) de Demetrio Phalereo nullum hoc loco verbum, neque apud Plutarchum, neque apud Diod. Commemorat eum Plutarchus tantum in extremo.

39. déque ea re legatos ad Polyp.) Plutarchus paullo aliter. narrat enim ille, Phocionem, & eius amicos, qui remanserant, se ad Polyperchontem contulisse, & vnà cum eo Solonem Platæensem, & Dinarchum Corinthium, qui Polyperchontis necessarij & familiares habebantur, Phocioni gratificandi causa, profectos esse. Cùm autem Dinarchus valetudine incommoda in itinere vsus esset: multos dies Elatéæ commoratos esse: interea Agnonide auctore & suasore, populum legatos ad Polyperchontem misisse, qui Phocionem accusarent. Diodorus hac de re sic. οὗτοι δὲ ἐκβληθέντες ἐκ τῆς πόλεως κατέφυγον πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος, καὶ διὰ τούτου τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς περιποιεῖν ἐφιλοτιμοῦντο. προσδεχθέντες δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ φιλοφρόνως, γράμματα ἔλαβον πρὸς τὸν πατέρα Πολυσπέρχοντα, ὅπως μηδὲν πάθωσιν οἱ περὶ Φωκίωνα ἐκείνου πεφρονηκότες, καὶ νῦν ἐπαγγελλόμενοι πάντα συμπράξειν. ἀποστείλαντος δὲ καὶ τοῦ δήμου πρεσβείαν πρὸς τὸν Πολυσπέρχοντα, τὴν κατηγοροῦσαν μὲν τῶν περὶ Φωκίωνα, παρακαλοῦσαν δὲ Μουνυχίαν αὐτοῖς δοῦναι μετὰ τῆς αὐτονομίας. ὁ Πολυ-

πάρχειν ἐβούλετο μὲν φρουρᾷ κατέχειν τὸν Πειραιᾶ διὰ τὸ πολλὰ δύνασθαι χρησιμεύειν τὸν λιμένα πρὸς τὰς ἐν πολέμοις χρείας. αἰσχυνόμενος δὲ ἐναντία παρελθεῖν τῷ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ γεγραμμένῳ διαγράμματι, καὶ νομίζων ἄπιστος κριθήσεσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἐὰν εἰς τὴν ἐπιφανεστάτην παρανομήσῃ πόλιν, μετενόησε τῇ γνώμῃ. i. Hi autẽ (Phocio cum suis) è ciuitate eiecti, ad Alexandrum Polyperchontis fil. confugerunt, huiúsque opera ac beneficio saluti suæ consulere studuerunt. Eis autem comiter & liberaliter acceptis, litteras ad patrem dedit Alexander, quibus ab eo petebat, ne sese in Phocionem, & eius comites duriorem præberet, néve in eos vllam pœnam constitueret, quippe qui & antea cum illo sensissent, & nunc se omnia eius causa facturos pollicerẽtur. Cùm autem etiam populus ad Polyperchontem legatos misisset. qui & Phocionem apud eum accusarent, & illum orarent, vt Munychiam sibi cum libertate, & facultate suis legibus vtendi redderet: habebat ille quidem in animo, & magnopere studebat Piræum præsidio deuinctum tenere, propterea quòd portum illum ad multos vsus belli videbat sibi posse esse opportunum. sed cùm eum puderet contra edictum à se conscriptum facere, cúmque existimaret se perfidum à Græcis iudicatum iri, si ciuitati totius Græciæ clarissimæ, neglectis & violatis iuribus omnibus humanis, iniuriam faceret: sententiam mutauit.

40. vt sua decreta confirmaret) sua, ambiguum nam vel populi decreta, id est, sententias latas à populo de Phocione, & ceteris: vel Polyperchontis edicta de libertate ciuitatibus Græciæ restituenda, intelligere licet. malim tamen de Polyperchontis decretis accipi.

41. Huc eodem) ad Polyperchontem.

42. Philippum) Alexandri filium ex Rhoxane, etiamnum puerum. Alij putãt, fuisse fratrem, alij sororis Eurydices virum, Epirotarum regem. Erat autem & alter Alexandri filius ex Barsina, nomine Hercules, quem Polyperchon Cassandri promissis inductus de medio sustulit, vt refert Diodorus lib. 20.

43. iussus est dicere) circa vicum quendam Phocidis, Pharyngas nomine, non longè ab Acrurio monte: auctor Plutarchus.

44. regis rebus præerat curator regni & administrator erat.

45. Agnonide) sycophanta: cuius generis hominum maxima semper fuit Athenis vbertas.

46. ex consilij sententia) id est, ex sententia eorum, qui erant in consilio. sic sæpe loquitur Cicero, vt accus. lib. 3. de consilij sententia pronuntiarunt se lege Hieronica venditur os. Idem pro Roscio Amer. de amicorum sententia. Idem lib. 16. epist. ad Att. ep. 7. & res ista est firma, vt debet esse, quam consules de consilij sententia decreuerunt. Mendosè autem vulgò legitur, ex consimili sententia. quod cùm facilè animaduertissemus, Cl. Puteano tamen iuueni doctiss. idem venerat in mentem.

47. in custodiam coniectus, Ath. ded.) postulauerat enim Agnonides sycophanta, vt vincti Athenas deducerẽtur, ibi causam dicturi, vt tradit Plutarchus, cuius hæc verba sunt. ὡς δὲ θόρυβος καὶ κραυγὴ ἐγίνετο, τῶν κατηγορούντων ἀλλήλων ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ προσελθὼν ὁ Ἀγνωνίδης εἶπεν, ἅπαντας ἡμᾶς εἰς μίαν ἐμβαλόντες γαλεάγραν Ἀθηναίοις ἀναπέμψατε λόγον ὑφέξοντας. ὁ μὲν βασιλεὺς ἐγέλασεν, οἱ δὲ περι-

σῶτες τῦ συνεδρίου μακεδόνες καὶ ξένοι σχολὴν ἄγοντες ἐπεθύμουν ἀκούειν, καὶ τοὺς πρέσβεις παρεκάλουν ἀπὸ νεύματος ἐνταῦθα ποιεῖσθαι τὴν κατηγορίαν. ἦν δὲ οὐδὲν ἴσον· ἀλλὰ τῷ μὲν Φωκίωνι πολλάκις ἀντέκρουσεν ὁ Πολυπέρχων λέγοντι, μέχρις οὗ τῇ βακτηρίᾳ πατάξας τὴν γῆν, ἀπέστη καὶ κατεσιώπησεν. Ἡγήμονος δὲ φήσαντος ὅτι μάρτυς αὐτῷ τῆς πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας Πολυπέρχων ἐστὶ· καὶ τοῦ Πολυπέρχοντος ἀποκριναμένου πρὸς ὀργὴν, παῦσαί μου πρὸς τὸν βασιλέα καταψευδόμενος. ἀναπηδήσας ὁ βασιλεὺς, ὥρμησε λόγχῃ τὸν Ἡγήμονα πατάξαι. ταχὺ δὲ διὰ τοῦ Πολυπέρχοντος περιλαβόντος αὐτὸν, οὕτω διελύθη τὸ συνέδριον. i. Cùm autem sublato clamore, & facto strepitu inter se accusarent in consilio, & Agnonides ad dicendum progressus, talia quædam locutus esset, Nos omneis in caueam coniectos ad Athenienseis remittite, vt causam apud eos dicamus: rex quidem risit. qui autem consilium circunsistebant Macedones, & peregrini à negotiis vacui, & otiosi, audire cupiebant: & legatis innuebant, vt hoc loco potius accusarent, & crimina exponerent. Sed certamen erat valde inæquale. Nam Polyperchon sæpe Phocionem dicentem interpellabat, eique obstrepebat, donec terra baculo percussa, recedere de medio, & tacere iussit. Cùm autem Hegemon dixisset, Polyperchontem sibi testem esse suæ erga populum beniuolentiæ: & Polyperchon ira incensus, ita respondisset: desine ista contra me ementiri apud regem: exsiliit rex, & Phocionem conatus est impetu facto lancea ferire. Sed Polyperchon citò regem complexus, retinuit, & ita consilium diremtum ac dissolutū est. Apparet autem hunc regem, non tam ætate, quàm moribus puerum fuisse, negligenteisque admodum, & improbos doctores ac magistros habuisse: qui eum non docuerint, regem cùm omni tempore, tùm maximè cùm ius dicit, aut cùm iudex sedet, omni iracundia, & aculeo carere debere, hoc est, ius, qui apud se causam dicunt, quamuis in manifesto facinore sint deprehensi, certisque argumentis, & locupletibus testibus conuicti, manus violentas afferre non debere. Planè enim regis, & iudices, omnésq; adeò, qui reip. præsunt, leges imitari debent, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur, vt ait M. Tullius. Quemadmodum autem reges & iudices non oportet ira concitatos, in eos, quos vel damnare, vel absoluere sua sententia possunt, manibus allatis sæuire: ita hoc maximè regum proprium munus est, & maleficia acerrimis suppliciis vindicare, & rectè facta amplißimis præmiis ornare. Ex quo intelligere licet, eos principes, qui aut viros innocenteis & integros iniquis iudiciis opprimi, atque adeò iugulari sinūt, aut homines maleficos, & nocenteis, & sanguine ciuium cruentos è iudicum sententiis eripiunt, aut ipsi absoluunt, non esse reges sed tyrannos, aut siquid tyranno tetrius est. Neque verò existiment principes singulares, qui monarchi à Græcis appellātur, se legibus solutos esse. Quemadmodum enim rex suis ciuibus præest, ita lex regi: & quo modo ciueis suo regi parére cōuenit, ita regem legi: quæ, vt ait Pindarus, omnium deorum atque hominum regina est. Non temere autem finxerunt philosophi, & theologi illi veteres, Iustitiam, & Themin perpetuò Ioui assidere, id est τῷ διὶ πάρεδρον εἶ), vt loquitur Plutarchus libello πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον. Hoc enim figmento significarunt, reges, qui sunt viuæ quædam dei omnia nutu suo gubernantis imagines, nihil nisi rectum ac iustum edicere, decernere, agere oportere: & taleis reges, deo optimo maximo esse carißimos, amplißi-

mumque sui muneris probè administrati præmium consecuturos: contrà qui sunt horum dissimiles, quique iniustitia, & sæuitia, & crudelitate fulmen Iouis imitari conantur, beneficentiam autem & bonitatem dei in homines æmulari neque conantur, neque didicerunt, eos deo esse maximè inuisos, horribileisque aliquando suorum facinorum pœnas daturos. Quod eo dico, vt intelligamus, malorum regum, & iudicum, & magistratuum, deum esse vltorem. Neque enim fas est magistratum, aut regem, quantumuis improbum, atque iniustum, manu, aut ferro violare. Nam qualiscumque sit, potestatem à deo nactus est. Imponit enim deus interdum populis reges iniustos, inclementeis, insipienteis, vt populos feroceis & impios, & legem diuinam negligenteis resipiscere, atque ad officium redire cogat. Hoc enim ferè ingenio sunt homines, vt in rebus secundis insolescant, iniustè atque impiè viuant, dei denique sint immemores: in aduersis ad sanitatem reuertantur, pietatem colant, opem denique diuinam implorent. Præclarè enim à T. Liuio dictũ est lib. XXX. annalium, Rarò simul hominibus bonam fortunam, bonámque mentem dari. Sed nos ad institutum reuertamur.

48. vehiculóque) Plutarch. ἐφ' ἁμάξαις κομιζομένων αὐτῶν. i. cùm in vehiculis portarentur. hic tamen, quem dico Plutarchus, non propter infirmitatem pedum sic vectos esse significat, sed contumeliæ causa.

49. ætatis misererentur) Plutarch. οἱ μὲν βέλτιστοι τῶν πολιτῶν ἐνεκαλύψαντο, καὶ κάτω κύψαντες ἐδάκρυον. i. optimus quisque ciuis faciem præ pudore & mæstitia texit, & demisso capite illacrymauit.

50. propter proditionis suspic. fir.) hoc enim potissimùm crimine accusatus est, vt mox ex Diodoro ostendemus.

51. Qua de re ne peror.) Totam hanc rem copiosè & luculentè exponit Plutarchus, ab illo loco, ἐκείνους Κλεῖτος εἰς Ἀθήνας ἀνῆγε, λόγῳ μὲν κριθησομένους, ἔργῳ δὲ ἀποθανεῖν κατακεκριμένους, &c. (nam satis est mihi locum indicasse, & ea Latinè reddidisse) i. Illos autem Clitus Athenas reduxit, verbo iudicium subituros, re vera iam capitis damnatos. Erat autem species ipsa, qua in vrbem portabantur, aspectu tristis, cùm vehiculis portarentur per Ceramicum vsque ad theatrum. Eos enim illuc adductos Clitus ibidem continuit, donec magistratus contionem aduocarunt, non seruo, non peregrino, non infami vllo excluso, sed aditu omnibus viris & fœminis ad suggestum & theatrum patefacto. Posteaquàm autem primùm regis epistola recitata est, per quã significabat, se certis quidẽ argumentis cõperisse homines esse proditores, sed Atheniensib. integram iudicãdi potestatem reseruasse, ac relinquere, quippe qui liberi sint, & suis legibus vtendi ius habeant: deinde Clitus illos produxit: optimi quidem qui erant ex ciuibus, Phocione viso, faciem operuerunt præ animi dolore, & demisso capite, deiectóque vultu illacrymarunt: quidam autem cùm ad dicendum surrexisset, dicere ausus est, cùm rex tantum iudicium populo tradiderit ac permiserit, rectum esse seruos & peregrinos è contione summoueri. Quod cùm multitudo non tulisset, sed clamasset, saxis petendos esse potentiæ paucorum fautores, & populi inimicos: nullus alius postea pro Phocione dicere ausus est: ipse autem iracundè, & ægrè auditus, vtrum (inquit) me iniustè, an iustè necare vultis? cùm autem respondissent

nonnulli, iuste: At hoc, inquit, quo modo cognoscetis, nisi audieritis? Vt autem nihilo magis audiebant: ille propius accedens, ego quidem, inquit, me peccasse, & contra leges fecisse fateor, & hanc litem pœna capitis æstimo: sed hos viros, Athenienses, quamobrem interficietis, qui nihil commeruerunt? cùm respondissent quidam. quia tibi sunt amici: Phocio recessit de medio, & tacuit. Diodor. lib. 18. τοὺς δὲ περὶ Φωκίωνα παραλαβὼν ἀπέστειλε δεσμίους εἰς τὰς Ἀθήνας, δοὺς ἐξουσίαν τῷ δήμῳ εἴτε βούλεται θανατοῦν, εἴτε ἀπολῦσαι τῶν ἐγκλημάτων. συναχθείσης οὖν ἐκκλησίας ἐν ταῖς Ἀθήναις, καὶ προτεθείσης κρίσεως τοῖς περὶ τὸν Φωκίωνα, πολλοὶ τῶν τε φυγάδων γεγονότων ἐπ' Ἀντιπάτρου, καὶ τῶν ἀντιπολιτευομένων, κατηγόρησαν αὐτῶν θανάτου. ἦν δὲ ὁ σύμπας τῆς κατηγορίας λόγος, ὅτι οὗτοι παραίτιοι γεγόνασι κατὰ τὸν λαμιακὸν πόλεμον τῆς τε δουλείας τῇ πατρίδι, καὶ τῆς καταλύσεως τοῦ δήμου, καὶ τῶν νόμων. ὡς δὲ τοῖς ἀπολογουμένοις ὁ καιρὸς παρεδόθη τῆς ἀπολογίας, ὁ μὲν Φωκίων ἤρξατο ποιεῖσθαι τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον. τὸ δὲ πλῆθος τοῖς θορύβοις ἐξέκοπτε τὴν ἀπολογίαν, ὥστε εἰς πολλὴν ἀπορίαν περιάγεσθαι τοὺς ἀπολογουμένους. λήξαντος δὲ τοῦ θορύβου, πάλιν ὁ μὲν Φωκίων ἀπελογεῖτο, ὁ δὲ ὄχλος καταβοῶν, τὴν φωνὴν τοῦ κινδυνεύοντος ἐκώλυεν ἐξακούεσθαι. τὸ γὰρ πλῆθος τῶν δημοτικῶν ἀπωσμένον τῆς πολιτείας, καὶ παρ' ἐλπίδας ἐπιτυχὸν τῆς καθόδου, πικρῶς διέκειτο πρὸς τοὺς ἀφῃρημένους τὴν αὐτονομίαν. βιαζομένου δὲ τοῦ Φωκίωνος, καὶ περὶ ψυχῆς ἀπηγωνισμένην ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἀγῶνα ἀγωνιζομένου, οἱ μὲν πλησίον ὄντες ἤκουον τῶν ὑποθέσεως δικαίων· οἱ δὲ μακρότερον ἑστηκότες διὰ τὸ μέγεθος τῆς κραυγῆς τῶν θορυβούντων, ἤκουον μὲν οὐδέν, αὐτὴν δὲ μόνην ἐθεώρουν τὴν τοῦ σώματος κίνησιν γινομένην ἐναγώνιον, καὶ ποικίλην διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου. τέλος δὲ ἀπογνοὺς τὴν σωτηρίαν ὁ Φωκίων, ἀνεβόησε δεόμενος αὐτοῦ μὲν καταψηφίσασθαι τὸν θάνατον, τῶν δὲ ἄλλων φείσασθαι. ἅμα τε δὲ τοῦ τοῦ πλήθους ὁρμῆς καὶ βιαίας (al. βίας) οὔσης, παρεστηκότες τινὲς τῶν φίλων συνηγόρησαν τῷ Φωκίωνι· ὧν τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν λόγων ἤκουον. ὅτε δὲ προβαίνοντες φανεροὶ καθίσταντο τὴν ἀπολογίαν διεξιόντες, ἐξέβαλλον τοῖς θορύβοις, καὶ ταῖς ἐναντιουμέναις κραυγαῖς. *i.* Polyperchon *autem comprehensum Phocionem, & eius comites ac socios in vincula coniecit, & vinctos Athenas misit, potestate facta populo vel necandi, si vellet, vel absoluendi. Aduocata igitur Athenis contione, & iudicio Phocioni, eiúsque sociis constituto, multi ex iis, qui in exsulium pulsi fuerant viuo Antipatro, quique in rep. administranda Phocioni aduersati fuerant, eum in iudicium capitis vocarunt. Erat autem hæc totius criminationis summa, Phocionem cũ suis post bellum Lamiacum, & seruitutis, & euersionis potentiæ popularis, ac legum, causam patriæ fuisse. Vbi autem causæ dicendæ reis tempus datum est, Phocio quidem cœpit pro se dicere: multitudo verò sibilis & strepitu defensionem exclusit, atque excussit, ita vt rei, quò se verterent, nescirent. Strepitu autem & clamore sedato, rursus Phocio pro se dicebat: at altera ex parte multitudo omnia clamore miscebat, & vocem hominis de vita dimicãtis audiri prohibebat. Nam magnus ciuium popularium numerus antea à reip. administratione expulsus, & nunc præter spem quasi postliminio reuersus, & reditum consecutus, acerbè & amarè animatus erat in eos, qui libertatem, & suis legibus vtendi facultatem extorserant. Cùm autem vis Phocioni inferretur, & in statu rerum desperato de vita decertaret: ij quidem, qui propius stabant, argumenta defensionis, & dissolutionis criminum audiebant: qui autem longius aberant, propter ingentem multitudinis concitatæ strepitum*

& clamorem, nihil prorsus audiebant, sed ipsum corporis motum solum, propter periculi magnitudinem varium & contentionis plenum, cernebant. Tandem Phocio salute desperata, exclamans orauit populum, ut se quidem capitis condemnaret, aliis autem parceret. Cùm autem multitudinis impetus comprimi non posset, & violentus esset, accedebant nonnulli ad Phocionem, ut eum defenderent: quorum orationis principium audiebat multitudo: ubi verò longius progressi ostenderant, se ea persequi & pertractare, quæ ad defensionem Phocionis pertinerent: strepitu inimico, & clamoribus infestis eiiciebantur. Attende, obsecro te, lector, quàm fera & horribilis sit bellua, multitudo: quæ ne tum quidem, cùm iudicio præest, quo tempore summum debet adhiberi silentium, summáque animorum æquitas, & moderatio, sibi ab insita iracundia, & rabie temperare potest. Quid ab ea exspectandum, si arma, si potentiam, si duces sui simileis sit nacta? Præclarè T. Liuius lib. 24. annalium. Hæc natura (inquit) multitudinis est, aut seruit humiliter, aut superbè dominatur. Libertatem, quæ media est, nec spernere modicè, nec habere sciunt. Et non fermè desunt irarum indulgentes ministri, qui auidos, atque intemperanteis plebeiorum animos ad sanguinem & cædeis irritent.

52. & dicendi causam) & dicendæ causæ.

53. undecimuiris) τοῖς ἕνδεκα. commemorat hos Plato semel in apologia, ter in Phædone. unius loci ex Phædone verba referam. sic igitur ille in extr. καὶ ἧκεν ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτης, καὶ στὰς παρ' αὐτὸν, ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ καταγνώσομαί γε σοῦ, ὅπερ τῶν ἄλλων καταγινώσκω, ὅτι μοι χαλεπαίνουσι, καὶ καταρῶνται, ἐπειδὰν αὐτοῖς παραγγέλλω πίνειν τὸ φάρμακον, ἀναγκαζόντων τῶν ἀρχόντων. i. Et venit undecimuirûm minister: & prope eum stans, ô Socrates, inquit, non te eius criminis arguam, cuius alios arguo: quòd mihi succensent, & malè precantur, cùm eis denuntio bibẽdum esse pharmacum, magistratuum coactu. Demosth. κατὰ Τιμοκρ. ex Solonis lege. ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ, τῶν γονέων κακώσεως ἡλωκὼς, ἢ ἀστρατείας, ἢ προειρημένον αὐτῷ ὑπὸ τῶν νόμων εἴργεσθαι, εἰσιὼν ὅποι μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν· κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστι. i. Si quis autem abductus fuerit, damnatus his criminibus, vel quòd parenteis impiè tractarit, vel quòd militiam subterfugerit, aut deseruerit: vel quòd eò ingressus sit, quò nefas erat eum intrare, cùm esset ei prædictum à legibus: hunc undecimuiri in vincula coniiciunto, & in iudicium adducunto: ibique quisquis volet, accusato, eorum, quibus lege liceat. Aristot. lib. VI. de optima reip. administrandæ forma, cap. ult. πολλαχοῦ δὲ διῄρηται καὶ ἡ φυλάττουσα πρὸς τὴν πραττομένην, οἷον Ἀθήνησι τῶν ἕνδεκα καλουμένων. i. Multis autem locis diuisus ac distinctus est magistratus carceri, custodiæque reorũ præfectus ab eo, qui multas exigit ac flagitat: verbi gratia, Athenis eorum, qui XIviri dicuntur.

54. Emphyletus) Assentior iis, qui auctorem huius libri hoc loco dormitasse, neque satis diligenter Græci historici, quem secutus est, verba considerasse putãt: qui, cùm Græcè scriptum esset, duobus vocabulis, ἐμφύλιός τις, id est, tribulis quidam, vel ciuis quidam, legerit uno nomine ἐμφύλητος, quasi proprium esset alicuius viri nomen. fortassè etiam scriptum erat, τῶν φίλων τις, id est, quidam ex ami-

cis: vel potius, φυλέτης ἤ.i. tribulis quidam. Probus ver. siue Nepos, aliud agens, quod interdũ magnis viris accidit, putauit scriptum esse, ζυλέτης, seu ἡμιυλέτης, idque existimauit esse nomen proprium. Fortasse etiam codice mendoso vsus est.

55. O quàm indigna perp.) Diod. eod. lib. simile quiddam tradit, his verbis. συνηκολούθουν δὲ αὐτοῖς πολλοὶ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν, ὀδυρόμενοι, καὶ συμπάσχοντες ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν ἀτυχημάτων. τὸ γὰρ προεστηκότας ἄνδρας ταῖς δόξαις, καὶ ταῖς εὐγενείαις, καὶ ταῖς εὐεργεσίαις πολλὰ προεσχηκότας ἐν τῷ ζῆν φιλανθρώπως, μήτε λόγου, μήτε κρίσεως δικαίας τυγχάνειν, πολλοὺς ἦγεν εἰς ἐπίστασιν διανοίας καὶ φόβον. i. sequebantur autem eos vnà multi viri boni lamentantes, & parem animo dolorem ex rerum aduersarum magnitudine capientes. Nam præstantibus gloria, & beneficentia, & nobilitate generis viris, qui multa humaniter & clementer erga multos in vita fecissent: iis neque dicendi potestatem fieri, neque æquum iudicium dari: ea res multos varia cogitare, & metuere cogebat. Idem subiicit deinceps. ἀστάτου δὲ καὶ κοινῆς ἅπασι τῆς τύχης οὔσης, πολλοὶ καὶ τῶν δημοτικῶν καὶ πικρῶς διακειμένων πρὸς αὐτὸν, ἐλοιδόρουν τε ἀνηλεῶς, καὶ πικρῶς ὠνείδιζον αὐτοῦ τὰς συμφοράς. τὸ γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις σιωπώμενον μῖσος, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἐκραγῇ ταῖς ὀργαῖς, ἀποθηριοῦται πρὸς τοὺς μισουμένους. i. Cùm sit autem instabilis, & communis omnibus fortuna, multi & ex popularibus, & ex iis, qui in eum offensi, maléque animati erant, ei cùm immisericorditer, & amarè maledicebant, tum calamitates exprobrabant. Nam quod in rebus secundis occultatur & tacetur odium, cùm mutata in rebus aduersis fortuna in irã eruperit, immaniter in eos, qui sunt inuisi, cõcitatur, atq; efferatur. Cùm multa autem præclara Phocionis dicta, factáque hoc loco exponat Plutarchus, quæ referre longum sit, tum hæc sunt egregia: quorum primũ est, quòd cùm ad supplicium duceretur, & inimici accurrentes, ei maledicerent, quidámque eorum ex aduersa parte veniens eum conspuťasset: versa ad magistratus facie, hoc tantum dixisse fertur: Ecquis istum indecoram speciem præbere, deformémque gestum agere prohibebit? Alterum est, quòd cùm quidam ex amicis ab eo quæreret, ecquid filio Phoco nuntiari vellet: volo verò, inquit, dic ei meis verbis ne huius iniuriæ, quæ mihi fit ab Atheniẽsib meminisse velit. Tertium, quòd cùm Nicocles, qui erat ei amicorum fidelissimus, oraret eum, vt sineret se priore loco pharmacum bibere: rem sanè, inquit ô Nicocles, petis à me grauem & molestam: verùm tamen, quoniam nulla vmquam in alia tibi, dum vixi, non morem gessi, hanc quoque tibi concedo.

56. plerique clari, in his Socrates philosophus, vt eos taceam, qui in rep. administranda versati sunt.

57. tantum fuit odium) Atqui lex vetabat, eos, qui proditionis damnati essent, sepeliri. Non igitur odium multitudinis fecit, vt proiiceretur insepultus, sed ius & lex. cur damnaretur autem, odium certè causa fuit.

58. Itaque à seruis sep.) Plutarch. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῖς ἀνδρειότερον ἐγκειμένοις, τοῖς ἐχθροῖς ἔδοξε καὶ τὸ σῶμα τοῦ Φωκίωνος ἐξορίσαι, καὶ μηδὲ πῦρ ἐναῦσαι μηδένα, πρὸς τὴν ταφὴν, Ἀθηναίων. διὸ φίλος μὲν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἅψασθαι τοῦ σώματος. Κωνωπίων δέ τις ὑπουργεῖν εἰθισμένος τὰ τοιαῦτα, μισθοῦ κομισθέντα τὸν νεκρὸν ὑπὲρ τὴν Ἐλευσῖνα πῦρ λαβὼν ἐκ τῆς Μεγαρικῆς, ἔκαυσεν. ἡ δὲ Μεγαρικὴ γυνὴ παροῦσα μετὰ τῶν θεραπαινίδων,

ἔχωσε μὲν αὐτόθι χῶμα κενόν, καὶ κατέσπεισεν. ἐνθεμένη δὲ τῷ κόλπῳ τὰ ὀστᾶ, καὶ κομίσασα, νύκτωρ εἰς τὴν οἰκίαν κατώρυξε παρὰ τὴν ἑστίαν, εἰποῦσα, σοὶ, ὦ φίλη ἑστία, παρακατατίθημι ταῦτα ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λείψανα. σὺ δὲ αὐτὰ τοῖς πατρῴοις ἀπόδος. ἠρίοις, ὅταν Ἀθηναῖοι σωφρονήσωσι. i. Verùm tamẽ visum est eius inimicis, quasi parum strenuè certassent, vt corpus Phocionis etiam extra fineis Atticæ exterminaretur, & vt ne quis Atheniensis ad eius sepulturam ignem accenderet. Quocirca nullus quidem ex amicis corpus eius tangere ausus est. Sed Conopio quidam talia quædam ministeria subire solitus, cadauer mercede accepta trans Eleusinem deportatum, igne ex terra Megarica sumto combussit. mulier autem quædam Megarica cùm ei funeri cum ancillis suis interfuisset, eodem in loco terram exaggerauit, & sepulcrum inane fecit, & libamina sollemnia fecit. posita autem in sinu Vestis ossa, & domum noctu deportata defodit apud focum suum sic locuta, Apud te, ô cara Vesta, huius viri boni relliquias depono. Tu autem eas patriis tumulis reddito, cùm Athenienses resipuerint, atque ad sanitatem reuerterint. Diod Siculus, διὰ δὲ τῆς τοῦ κωνείου πόσεως κατὰ τὸ πάτριον ἔθος τὸν βίον καταλύσαντες ἐρρίφησαν ἄταφοι πάντες. ὁ μὲν οὖν Φωκίων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ διαβληθέντες τοιαύτην ἔσχον τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. i. potu autem cicutæ instituto patrio vita finita, proiecti sunt omnes insepulti. Phocio igitur, & qui cum eo erant, falsis criminibus circumuenti, talem habuerunt vitæ exitum. Quoniam autem alij cum Phocione damnati & supplicio affecti esse dicuntur, fortassè quærat lector diligens, quinam hi fuerint. Plutarchus igitur tradit hos fuisse, Nicoclem, Thudippum, al. Euippum, Hegemonem, Pythoclem: Demetrium Phalereum verò, & Callimedontem, & Chariclem, & nonnullos alios, absenteis capitis esse damnatos. Idem deinceps post illa verba, quæ paullo antè de Phocionis cadauere in alias terras amandato protuli, narrat, breui pòst tempore Athenieñses à rebus ipsis edoctos, qualem magistrum, custodémque temperantiæ ac iustitiæ amisissent, statuam ei æneam posuisse: ossa autem eius publicis sumtibus sepeliuisse: Agnonidem verò sycophantam communi omnium suffragio damnatum necauisse.

TIMOLEON.

Timoleon Corinthius, sine dubio magnus omnium iudicio hic vir[1] *exstitit. namque huic vni contigit,*[2] *quod nescio an nulli, vt patriam, in qua erat natus, oppressam*[3] *à tyrãno liberaret, & à Syracusis,*[4] *quibus auxilio erat missus, inueteratam seruitutem depelleret: totámque Siciliam multos annos*[5] *bello vexatam, à barbarísque oppressam, suo aduentu*[6] *in pristinum restitueret. Sed in his rebus*[7] *non simplici fortuna conflictatus est, & id quod difficilius putatur,*[8] *multo sapientius tulit secundam, quàm aduersam fortunam.*

Nam

Nam cùm frater[9] eius Timophanes,[10] dux à Corinthiis delectus,[11] tyrannidem per milites mercenarios occupasset, particépsque regni[12] posset esse:[13] tantum afuit à societate[14] sceleris, vt antetulerit suorum ciuium libertatem[15] fratris saluti: & patriæ legibus obtemperare[16] satius duxerit,[17] quàm imperare. Hac mente per[18] haruspicem, communémque affinem, cui soror ex eisdem parentibus nata, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curauit. Ipse[19] non modò manus non attulit,[20] sed ne aspicere quidem fraternum sanguinem voluit. nam,[21] dum res conficeretur, procul in præsidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. Hoc præclarissimum eius facinus non pari modo probatum est ab omnibus. nonnulli enim[22] læsam ab eo pietatem[23] putabant, &[24] inuidia laudem virtutis[25] obterebant. Mater verò post id factum neque[26] domum ad se filium admisit, neque aspexit, quin eum[27] fratricidam, impiúmque detestans[28] compellaret. Quibus verbis adeò ille est commotus,[29] vt nonnumquam vitæ finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere. Interim[30] Dione Syracusis interfecto, Dionysius rursus[31] Syracusarum potitus est:[32] cuius aduersarij opem à Corinthiis petiuerunt: ducémque, quo in bello vterentur, postularunt. Huc Timoleon missus[33] incredibili felicitate[34] Dionysiũ tota Sicilia depulit. cùm interficere posset, noluit:[35] tutóque vt Corinthum perueniret, effecit, quòd vtrorumque Dionysiorum opibus Corinthij sæpe adiuti fuerant, cuius[36] benignitatis memoriam volebat[37] exstare: & quòd eam præclaram victoriam ducebat, in[38] qua plus esset clementiæ, quàm crudelitatis: postremò vt non solùm[39] auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem, & ex quanto regno[40] ad quam fortu-

nam detrusisset.[41] Post Dionysij decessum cum[42] Iceta bellauit, qui aduersatus fuerat Dionysio. quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quòd ipse expulso Dionysio imperium dimittere noluit.[43] Hoc superato Timoleon[44] maximas copias Karthaginiēsium[45] apud Crimessum flumen fugauit, ac[46] satis habere coëgit,[47] si liceret Africam obtinere, qui iam complureis annos possessionem Siciliæ tenebant.[48] Cepit etiam Mamercum, Italicum ducem, hominem bellicosum, & potentem, qui tyrannos adiutum in Siciliam venerat. Quibus rebus confectis cùm propter diuturnitatem belli non solùm regiones, sed etiam vrbeis desertas videret, conquisiuit, primùm, quos potuit Siculos,[49] deinde Corintho arcessiuit colonos, quòd ab his initiò Syracusæ erant cónditæ. Ciuibus veteribus sua restituit, nouis bello[50] vacuefactas possessiones diuisit: vrbium mœnia disiecta,[51] fanáque deleta refecit: ciuitatibus[52] leges, libertatémque reddidit: & maximo bello tantum otium[53] toti insulæ conciliauit, vt hic cónditor vrbium earum, non illi, qui initiò[54] deduxerant, videretur. Arcem Syracusis, quam munuerat[55] Dionysius[56] ad vrbem obsidendam,[57] à fundamentis disiecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est, dedítque operam, vt quàm minimè multa vestigia seruitutis manerent.[58] Cùm tantis esset opibus, vt etiam inuitis imperare posset, tantum autem[59] haberet amorem omnium Siculorum, vt nullo recusante regnum obtineret:[60] maluit se diligi, quàm metui. Itaque, cùm primùm potuit,[61] imperium deposuit, & priuatus Syracusis, quod reliquum vitæ fuit, vixit. neque verò id imperitè fecit. nam quod ceteri reges imperio potuerunt, hic[62] beniuolentia tenuit. nullus honos huic defuit:[63] neque postea Syracusis res vlla ge-

sta est publica, de qua prius sit decretum, quàm Timoleontis sententia cognita. nullius vmquam consilium non modò antelatum, sed ne comparatum quidem est.[64] *neque id magis beniuolentia factum est, quàm prudentia. Hic cùm ætate iam prouectus esset, sine vllo morbo*[65] *lumina oculorum amisit. quam calamitatem ita moderatè tulit, vt neque eum querentem quisquam audierit, neque eo minus priuatis, publicísque rebus interfuerit. veniebat autem in theatrum, cùm ibi*[66] *concilium populi haberetur, propter valetudinem*[67] *vectus iumentis iunctis, atque ita de vehiculo, quæ videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam*[68] *tribuebat superbiæ. nihil enim vmquam neque insolens, neque*[69] *gloriosum*[70] *ex ore eius exiit. qui quidē cùm suas*[71] *laudes audiret prędicari, numquam aliud dixit, quàm se in ea re maximas diis gratias agere,*[72] *atque habere, quòd cùm Siciliam*[73] *recreare constituissent, tum se potissimùm ducem esse voluissent. nihil enim rerum humanarum*[74] *sine deorum numine agi putabat. Itaque suæ domi*[75] *sacellum* Αὐτοματίας *constituerat, ídque sanctissimè colebat. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus. Nam prœlia maxima*[76] *natali die suo fecit omnia: quo factum est, vt eiusdem natalem festum haberet vniuersa Sicilia. Huic*[77] *quidam Lamestius, homo petulans, & ingratus*[78] *vadimonium cùm vellet imponere, quòd cum illo se*[79] *lege agere diceret, & complures concurrissent, qui*[80] *procacitatem hominis manibus coërcere conarentur: Timoleon orauit omneis, ne id facerent.*[81] *namque id vt Lamestio, ceterísque liceret, se maximos labores, summáque adiisse pericula. hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus,*[82] *quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Idem, cùm quidam Lamestij similis, nomine*

dd 2

Demænetus, in contione populi de rebus gestis eius detrahere cœpisset,[83] ac nonnulla inueheretur in Timoleonta; dixit,[84] nunc demum se voti esse damnatum. namque hæc à diis immortalibus semper precatum, vt talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua[85] cuiuis liceret, de quo vellet, impune dicere. Hic[86] cùm diem supremum obiisset, publicè à Syracusanis in gymnasio,[87] quod Timoleontium appellatur,[88] tota celebrante Sicilia, sepultus est.

[1] DE REGIBVS.

HI *fere fuerunt Græciæ gentis duces, qui memoria digni videantur, præter reges. namque eos attingere noluimus, quòd omnium res gestæ[2] separatim sunt relatæ. neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedæmonius autem Agesilaus[3] nomine, non potestate fuit rex, sicut ceteri[4] Spartani. Ex his verò, qui[6] dominatum imperio tenuerunt, excellentißimi fuerunt (vt nos iudicamus) Persarum[7] Cyrus, &[8] Darius, Histaspis filius:[9] quorum vterque priuatus,[10] virtute regnum est adeptus. Prior horum[11] apud Massagetas in prælio cécidit.[12] Darius senectute diem obiit supremum. Tres sunt prætcrea eiusdem generis,[13] Xerxes, &[14] duo Artaxerxes, Macrochir, & Mnemon.[15] Xerxi maxime est illustre, quòd maximis post hominum memoriam exercitibus, terra marique, bellum intulit Græciæ.[16] At Macrochir præcipuam habet laudem amplißimæ, pulcherrimæque corporis formæ: quam incredibili ornauit[17] virtute belli. namque illo Persarum nemo fuit[18] manu fortior.[19] Mnemon autem iustitiæ fama floruit.[20] nam cum matris suæ scelere amisisset vxorem,[21] tantum indulsit do-*

lori, vt[22] eum pietas vinceret. Ex his[23] duo eodem nomine [24] morbo naturæ debitum reddiderunt:[25] tertius[26] ab Artabano præfecto ferro interfectus est. Ex Macedonum autem genere duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria,[27] Philippus Amyntæ filius, &[28] Alexander Magnus. horum alter[29] Babylone morbo consumtus est. Philippus [30] Aegis à Pausania, cùm spectatum ludos iret, iuxta theatrum occisus est.[31] Vnus Epirotes Pyrrhus, qui cum P. R. bellauit. is cùm Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, [32] lapide ictus interiit.[33] Vnus item Siculus Dionysius prior. nã &[34] manu fortis, & belli peritus fuit, &, id quod in tyranno[35] non facilè reperitur,[36] minime libidinosus, non luxuriosus, non auarus,[37] nullius rei denique cupidus, nisi singularis, perpetuíque imperij,[38] ob eámque rem crudelis. nam dum id studuit munire, nullius pepercit vitæ, quem[39] eius insidiatorem putaret. Hic cùm[40] virtute tyrannidem sibi peperisset,[41] magna retinuit felicitate,[42] maiórque annis sexaginta natu decessit[43] florente regno. neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cùm ex[44] tribus vxoribus liberos procreasset, multíque ei nati essent nepotes. Fuerunt præterea multi reges[45] ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum eius imperia ceperunt.[46] In his Antigonus, & huius filius Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus.[47] Ex his Antigonus cùm aduersus Seleucum, Lysimachúmque dimicaret, in prœlio occisus est.[48] Pari leto affectus est[49] Lysimachus à Seleuco. nam societate dissoluta bellum inter se gesserunt. At Demetrius cùm[50] filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset:[51] captus bello,[52] in custodia socer generi periit morbo. neque ita multo pòst[53] Se-

leucus[54] à Ptolemæo Ceraunο dolo interfectus est: [55]quem [56]ille à [57]patre expulsum[58] Alexandria, alienarum opum indigentem, receperat.[59] Ipse autem Ptolemæus,[60] cùm viuus filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita priuatus dicitur. De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur non præterire Hamilcarem, & Hannibalem: quos & animi magnitudine, & calliditate[61] omneis in Africa natos præstitisse constat.

TIMOLEON.

Timoleon) *non admonerem lectorem de re leui, & aperta, nisi viderem, quibusdam dubium esse, & in controuersiam vocari, sit'ne scribendum,* Timoleon, *cum* T. & I. *an* Thymoleon *cum* Th. & Y. *vocali* Græca. *Omnino igitur nequis posthac hac de re dubitet, aut nequi inter se ambigant, scribendum* Timoleon *sine aspirationis nota, & cum* i. *Latina vocali, ordine tertia.* Timoleontis *autem pater fuit* Timænetus, *auctore* Diodoro Siculo *lib.16. sed, vt vult* Plutarchus *in* Timoleonte, Timodemus: *mater autem* Demariste.

2. *quod nescio an nulli) id est, quod arbitror nulli alij contigisse.* Sic *loquitur sæpe* M. Tullius: *exempli causa, lib.3. de* Natura *deor. sic haud scio an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, sollertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, admodum paucis salutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & largè dari, id est, melius fuit non dari.* Idem *lib.3. de off. quod cùm omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant: tum haud scio an nemini potius, quàm tibi, id est, tum nemini potius, quàm tibi.* Idem *in oratore perf.* Atque *haud scio, an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint, quàm doctrina, id est, plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerũt, quàm doctrina.* Idem *lib.3. accus. id quod tametsi difficile est, tamen haud scio an fieri possit, id est, tamen fieri potest.*

3. *à tyranno) à fratre maiore natu* Timophane: *de quo mox plura.*

4. *quibus auxilio erat m.) hac de re etiam mox plura dicentur.*

5. *bello) quod gestum est à* Karthaginiensibus *partim aduersus tyrannum* Dionysium *maiorem, duce* Dione: & Dione *interfecto,* Callippum, *qui menses* XIII. *tyrannidem obtinuit, vt narrat* Diod. *lib.16.* & Callippo *subacto,* Hipparinum Dionysij *filium, qui annos duos imperio paterno potitus est: deinde* Dionysium *ipsum, qui imperium amissum recuperauit.*

6. *in pristin. rest.) integra erat locutio, in pristinum statum restitueret.*

7. *non simplici, id est, varia & multiplici: videlicet, nunc secunda & benigna: nunc aduersa & maligna, seu malefica.*

8. *multo sapientius tulit sec. q. aduers.) hac de re suprà in* Conone.

9. *frater eius Timoph.)homo nulla in re Timoleontis fratris similis, sed planè cerebrosus, & mente captus, & tyrannidis amore ab improbis amicis, & hominibus militaribus, peregrinis, & mercenariis, qui semper eum circumstabant, corruptus ac deprauatus: nescio quo in re militari impetu rationis experte, & studio quodam periculi adeundi, opinionem viri bellicosi, & rei militaris periti, & efficacis, apud populum consecutus: quia ciuibus ad se allectis, imperiis præponebatur, & ad ea obtinenda fratris opera, adiumentóque vtebatur, eius peccata omnia ratione occultâtis, ac celantis, aut certe extenuâtis, ac minora facientis: contrà siquid recti à natura habebat, id exornantis atque amplificantis. Hæc ex Plutarcho in Timoleonte, vt quidem nos vertimus.*

10. *dux à Corinthiis)In bello aduersus Argiuos, & Cleonæos.*

11. *tyrannidem per milites merc.) Corinthij veriti, ne idem sibi accideret, quod & antea, Corintho amissa, & à sociis ipsis occupata: quadringentos milites mercenarios alere decreuerunt: quibus Timophanem præfecerunt. Ille autem rebus omnibus honestis & iustis neglectis ac despectis, confestim ea ad exitum perduxit, quibus ciuitatem in suam potestatem redigere posset: & multis ciuibus principibus ac primariis indicta causa necatis, se ipse tyrannum constituit.*

12. *posset esse)Timoleon.*

13. *tantum afuit, sic legendum esse toties iam lectorem admonuimus, vt vereamur, ne eius memoriæ diffidere videamur.*

14. *sceleris)attende, tyrannidem occupare in ciuitate libera, cuius is, qui tyrannidem occuparit, ciuis sit, scelus esse. Talis enim ciuis, in patriam suam est impius: ergo sceleratus.*

15. *fratris saluti)Plutarch.* βαρέως δὲ φέρων ὁ Τιμολέων, καὶ συμφορὰν ποιούμενος ἑαυτοῦ τὴν ἐκείνου κακίαν, ἐπεχείρησε μὲν αὐτῷ διαλέγεσθαι, καὶ παρακαλεῖν, ἀφέντα τὴν μανίαν, καὶ δυστυχίαν τῆς ἐπιθυμίας ἐκείνης, ζητεῖν τινα τῶν ἡμαρτημένων ἐπανόρθωσιν πρὸς τοὺς πολίτας. ἀπωσαμένου δ᾽ ἐκείνου, καὶ καταφρονήσαντος, οὕτω παραλαβὼν τῶν μὲν οἰκείων Αἰσχύλον, ἀδελφὸν ὄντα τῆς Τιμοφάνους γυναικός, τῶν δὲ φίλων τὸν μάντιν, ὃν Σάτυρον μὲν Θεόπομπος, Ἔφορος δὲ καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν ὀνομάζουσι· καὶ διαλιπὼν ἡμέρας ὀλίγας, αὖθις αὖ ἐκεῖ πρὸς τὸν ἀδελφόν, καὶ περιστάντες αὐτὸν οἱ τρεῖς καθικέτευον, ἀλλὰ νῦν γε χρησάμενον λογισμῷ, μεταβαλέσθαι. τοῦ δὲ Τιμοφάνους πρῶτον μὲν αὐτῶν καταγελῶντος, ἔπειτα δὲ πρὸς ὀργὴν ἐκφερομένου καὶ χαλεπαίνοντος· ὁ μὲν Τιμολέων ἀποχωρήσας μικρὸν αὐτοῦ, καὶ συγκαλυψάμενος εἱστήκει δακρύων. ἐκεῖνοι δὲ τὰ ξίφη σπασάμενοι, ταχὺ διαφθείρουσιν αὐτόν. *i. Grauiter autem id ferens Timoleon, & illius vitium calamitatem suam esse ducens, eum conuenire conatus est, atque hortari vt omisso furore, relictáque cupiditate illa infelici, quæ peccasset, aliqua ratione apud cineis corrigere studeret. quod cùm ille lõgè repulisset, & cõtempsisset: hic adhibitis ex propinquis quidem & necessariis, Æschylo Timophanis vxoris fratre: ex amicis verò haruspice, quem Satyrum Theopompus, Ephorus autem & Timæus Orthagoram nominant: & paucis diebus interiectis rursus ad fratrem ascẽdit, & hi tres eum circumstantes suppliciter orabant, vt, si antea non resipuisset, at nunc aliquando certè ratione in consilium adhibita sententiam mutaret. Cùm autem Timophanes primùm eos irrisisset, deinde ira exarsisset, & succensuisset, Timoleon quidem*

paullum ab eo abscessit, & operta facie stetit lacrymans. Illi autem gladiis nudatis celeriter eum interfecerunt. Idem praeceptis polit. καὶ Τιμολέων ὁ Κορίνθιος τὸν ἀδελφὸν ἐπεὶ διδάσκων, καὶ δεόμενος οὐκ ἀπέστησε τῆς τυραννίδος, συνέπραξε τοῖς ἀναιροῦσι· δεῖ γὰρ οὐκ ἄχρι τοῦ βωμοῦ μόνον φίλον εἶναι ὥστε μὴ συνεπιορκεῖν, ὥς ποτε Περικλῆς εἶπεν, ἀλλ' ἄχρι παντὸς νόμου, καὶ δικαίου, καὶ συμφέροντος. *i. & Timoleon Corinthius posteaquàm fratrem suum docendo & orando à tyrannide reuocare non potuit, iis, qui interfecerunt, adiutor fuit. Oportet enim non vsque ad aram tantùm amicum esse, vt ne cum amico peieremus, vt quondam Pericles dixit, sed vsque ad omnem legem, & omne ius, & vtile. Sic Brutus epistola ad M. Tullium, cuius initium est, Particulam litterarum, libro singulari. Sed mihi prius omnia dij, deaeque eripuerint, quàm illud iudicium, quo non modò heredi eius, quem occidi, non concesserim, quod in illo non tuli, sed ne patri quidem meo, si reuiuiscat, vt, patiente me, plus legibus ac senatu possit. Et Cic. de off. 3. Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? silebitne filius? immò verò obsecrabit patrem ne id faciat. si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam, ad extremum, si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem anteponet saluti patris. Sic multi patres filios suos, quòd patriam oppugnare comperti, aut iudicati essent, necari iusserunt. de quib. Val. Max. lib. V. cap. 7. Diod. lib. 16. totam Timoleontis historiam, & quae ad caedem fratris, & quae ad res ab eo in Sicilia gestas pertinet, breuiter & summatim complectitur. cuius verba non paruam lucem huic loco mihi videntur esse allatura, iccirco ea ascribam.* Τιμοφάνης γὰρ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ (Τιμολέοντος) προέχων τῶν Κορινθίων πλούτῳ τε καὶ τόλμῃ, πάλαι μὲν ἦν φανερὸς τυραννίδος ὀρεγόμενος, τότε δὲ τοὺς ἀπόρους ἀναλαμβάνων, καὶ πανοπλίας κατασκευαζόμενος, καὶ τοὺς πονηροτάτους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, κατὰ τὴν ἀγορὰν περιῄει, οὐ προσποιούμενος ὅτι τύραννός ἐστι, τὰ δὲ τῆς τυραννίδος ἔργα διαπραττόμενος. ὁ δὲ Τιμολέων δημοτικώτατος ὢν μοναρχίας, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει πείθειν τὸν ἀδελφὸν ἀποστῆναι τῆς ἐπιβολῆς. ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουεν, ἀλλ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐπηύξετο τῇ τόλμῃ, ἀδυνατῶν αὐτὸν λόγῳ διορθώσασθαι, περιπατοῦντα (al. περιπατοῦντα) κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀπέσφαξε. θορύβου δὲ γενομένου, καὶ τῶν πολιτῶν συνδραμόντων διὰ τὸ τῆς πράξεως παράδοξον, καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς πράξεως, στάσις ἐγένετο. οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν δεῖν, ὡς ἐμφύλιον φόνον πεπραχότα τὸν Τιμολέοντα, τυχεῖν τῆς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας· οἱ δὲ τοὐναντίον ἀπεφαίνοντο ἐπαινεῖν τὸν ἄνδρα, ὡς τυραννοκτόνον. τῆς δὲ γερουσίας συνεδρευούσης ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν ἀμφισβητήσεως ἐπὶ τὸ συνέδριον ἀναπεμφθείσης, οἱ μὲν ἐχθροὶ τοῦ Τιμολέοντος κατηγόρουν. οἱ δὲ χαριέστεροι συνηγοροῦντες συνεβούλευον σώζειν τὸν ἄνδρα. ἀκρίτου δὲ ἔτι τῆς ζητήσεως οὔσης, καταπλεύσαντες ἐκ τῶν Συρακουσῶν οἱ πρέσβεις, καὶ τῇ γερουσίᾳ τὰς ἐντολὰς δηλώσαντες, ἠξίουν τὴν ταχίστην ἀποστεῖλαι τὸν στρατηγόν. ἔδοξεν οὖν τῷ συνεδρίῳ πέμπειν τὸν Τιμολέοντα, καὶ πρὸς τὸ κατορθῶσαι τὴν πρᾶξιν ξένας ἰδίας, καὶ παραδόξους αἱρέσεις αὐτῷ προέθηκαν. διεβεβαιώσαντο γὰρ ἐὰν μὲν καλῶς ἄρξῃ τῶν Συρακοσίων, κρινεῖν αὐτὸν τυραννοκτόνον. ἐὰν δὲ πλεονεκτικώτερον, ἀδελφοῦ φονέα. ὁ δὲ Τιμολέων οὐχ οὕτω διὰ τὸν ἐπικρεμασθέντα φόβον ὑπὸ τῆς γερουσίας, ὡς διὰ τὴν ἀρετὴν, καλῶς καὶ συμφερόντως προέστη τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πραγμάτων. Καρχηδονίους μὲν γὰρ κατεπολέμησε, τὰς δὲ κατεσκαμμένας ὑπὸ τῶν βαρβάρων Ἑλληνίδας πόλεις ἀποκατέστησε· πᾶσαν δὲ Σικελίαν ἠλευθέρωσε. καθόλου δὲ τὰς Συρακούσας, καὶ τὰς Ἑλληνίδας πόλεις παραλαβὼν ἐρήμους, ἐποίησε πολυανθρωπίᾳ διενεγκεῖν. *i. Timophanes enim Timoleontis*

leontis frater, diuitiis & audacia Corinthiis antecellens, iam pridem ille quidem præ se ferebat, se tyrannidem concupiscere: sed tunc maximè. cùm egentes homines recipiens, & omnia armorum genera parans, & improbissimis hominibus stipatus, in foro deambulabat, quamuis se tyrannum verbo esse dissimularet, facta tamen eum tyrannum esse arguebant. Timoleon porrò à singulari potentia, quam monarchiam Græci vocant, alienissimus, primùm persuadere fratri conabatur, vt ab incepto desisteret. Vbi autem ille oratione Timoleontis nihil commotus est, sed contrà magis ac magis in dies eius audacia augebatur: Timoleon videns, se non posse illum verbis sanare: eum interea dum in foro ambulat, necauit. magno autem tumultu excitato, & ciuibus vndique concurrentibus cùm propter casum inopinatum, tum propter rei atrocitatem, seditio inter ciueis coorta est. Alij enim dixerunt oportere Timoleontem, vt sanguine ciuili cruentum, & ciuis interfectorem, ex legibus dare pœnas. alij contrà pronuntiabant, eum esse laudandum, vt tyrannicidam. Senatu in curia considente, & controuersia ad consilium relata ac reiecta, Timoleontem inimici accusabant: homines autem elegantes & politi patrocinio eius suscepto, suadebant vt virum seruarent. Quæstione nõdum diiudicata, venerunt Syracusarum legati, & mandatis suis in senatu expositis, postularunt, vt Corinthij imperatorem quàmprimùm mitterent Syracusas. Decreuit itaque senatus, vt eò Timoleon mitteretur: atque vt negotium sibi mandatum bene gerere studeret, nouas eis quasdam, & inopinatas condiciones proposuerũt. Confirmarunt enim, se, si rectè & abstinenter Syracusanis præfuerit, eum tyrannicidam sententia sua pronuntiaturos: sin cupidè & auarè, fratricidam. Timoleon non tam propter metum à senatu impendentem, quàm propter suam virtutem, bene, & vtiliter rebus Siculis præfuit. Nam Karthaginienseis quidem bello superauit: vrbeis verò Græciæ à barbaris dirutas atque euersas restituit, ac redintegrauit. totam denique Siciliam liberauit. Vniuersè autem Syracusas, & vrbeis Græciæ desertas & incultas nactus, hominum multitudine celeberrimas & frequentissimas reddidit.

16. *satius duxerit*) libris omnibus reclamantibus, qui habent, sanctius duxerit, satius duxerit, edendum curaui. Scriptura enim illa, receptam dico, quæ talis est: & patriæ legibus obtemperare sanctius duxerit, quàm imperare patriæ, ferri non potest, & se ipsa refellit. nam siquis fortè hanc vulgatæ lectionis partem, quàm imperare patriæ (quam reieci) retinẽdam censeat: de qua mox disseremus: cùm imperare patriæ, aut legibus patriæ, sit impium, nisi fortè rex sit, qui imperet & legitimũ sit imperiũ: non potest esse sanctũ. quod cùm ita sit, non possunt hæc inter se cõparari, parêre legibus patriæ, & imperare. Quòd si, imperare, deleta voce, patriæ, legendũ sit, vt mihi videtur: ne hæc quidẽ duo sic inter se possunt comparari, vt alterum dicatur altero sanctius. imperare enim bonum fortasse est: sanctum nullo modo. Hæc igitur lectio reiicienda, & patriæ legibus obtemperare sanctius duxerit, quàm imperare. Satius autem dicunt Latini, pro eo quod est, melius esse, præstare. sic suprà in Cimone, satius esse existimans eos, & ciueis suos vna voluntate consentire quàm armis contendere. Sic M. Tull. accus. lib. 2. repertus est nemo, quin mori satius esse diceret, quàm &c. & item sæpe alibi.

17. *quàm imperare)* vocem *patriæ*, quæ reperitur in omnib. lib. vulgatis, deleri iußi, vt ab aliquo inculcatam, & ex annotatione natam, repetendum est enim ἀπὸ κοινοῦ, *legibus patriæ*.

18. *haruspicem)* μάντιν, siue Satyrum, siue Orthagoram. Plutarch. vt suprà retulimus.

19. *non modò manus non att.)* afferre manum, aut manus sibi, aut alteri, loquendi genus bonis scriptoribus vsitatum. Plancius Ciceroni. manus, quas iustius in Lepidi perniciem armauisset, sibi afferre conatus est. Cic. lib. I. off. Nam qui iniustè impetum in quempiam facit, is quasi manus afferre uidetur socio. Idem parad. 3. & æquè peccare se, si priuatis, ac si magistratibus manus afferant?

20. *sed ne aspicere quidem)* sic Plutarchus, vt suprà retulimus.

21. *dum res conficer.)* tantisper, vel interea dum res conficeretur.

22. *læsam)* violatam. Cic. pro Roscio Amerino. vultu sæpe læditur pietas. lædere fidem, pudorem, existimationem, &c. Latinis vsitata.

23. *putabant)* in quo fallebantur. nam patria omnium caritates amplexa est: & salus patriæ saluti patris, & filiorum, & fratrum, omnium denique necessariorum, & propinquorum, anteponenda est, vt suprà ostendimus.

24. *inuidia,* inuidia concitanda: facinore eius in crimen vocando: διαβολῇ.

25. *obterebant,* sic loquitur & Cic. lib. V accus. princip. ne obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiæ velitis. sic fere Horat. dixit deterere laudes Cæsaris culpa ingenij. oda VI. lib. I. Quòd autem ad rem attinet, sic Plutarchus, τῆς δὲ πράξεως διαβοηθείσης οἱ μὲν κράτιστοι τῶν Κορινθίων ἐπῄνουν τὴν μισοπονηρίαν καὶ μεγαλοψυχίαν τοῦ Τιμολέοντος, ὅτι χρηστὸς ὢν καὶ φιλοίκειος, ὅμως τὴν πατρίδα τῆς οἰκίας, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον προετίμησε τοῦ συμφέροντος, ἀριστεύοντα μὲν ὑπὲρ τῆς πατρίδος διασώσας τὸν ἀδελφόν· ἐπιβουλεύσαντα δ' αὐτῇ, καὶ καταδουλωσάμενον διαφθείρας τὸν ἀδελφόν. οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι ζῆν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ, καὶ πρὸς τοὺς δυνάστας ἀποβλέπειν εἰωθότες, τῷ μὲν θανάτῳ τοῦ τυράννου προσεποιοῦντο χαίρειν. τὸν δὲ Τιμολέοντα λοιδοροῦντες ὡς ἀσεβὲς εἰργασμένον, καὶ μυσῶδες ἔργον, εἰς ἀθυμίαν περιέστησαν. i. Re autem in vulgus dedita & peruulgata, Corinthiorum quidem qui erant optimi, Timoleontis odium in improbos, & animi magnitudinem laudabant, quod cùm esset homo frugi, & amans suorũ, patriam tamen suæ domui, & honestũ ac iustũ vtili anteposuisset, quippe qui fratrem pro patria fortiter pugnantem seruasset: eundem patriæ insidiantem, & seruitutis iugum imponentem occidisset. Qui autem non poterant in potentia populi viuere, & dynastarum nutum intueri consueuerant, morte quidem tyranni se lætari simulabant, Timoleontem verò maledictis insectantes & lacerantes, vt impio & abominando facinore contaminatum, ad animi desperationem redigebant.

26. *domum ad se)* vel hæc duo, pro vno posuit, domum ad se. nam apud Plautum, & Terentium, & alios Latinos, ad me, id est, domum meam, & apud me, id est, domi meæ Terent. in Eun. Eamus ad me. vel, ad se, id est, eò, vbi esset. Sic Donatus ad illum locum Terentij, Si id non poterit, ad me adducito. ad me, interpretatur, eò, vbi sum, vel vbi ero. nam potest quis alibi esse, quàm domi.

27. *fratricidam)* Cic. pro domo sua, patricida, fratricida, sororicida.

28. *compellaret) criminosè, & accusatoriè appellaret. hoc enim plerumque significat compellandi verbum, quemadmodum suprà admonuimus, in* Alcib.

29. *vt nonnumquam vitæ finem f)* Plutarch. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν μητέρα δυσφοροῦσαν πυθόμενος, καὶ φωνάς τε δεινὰς ἀφιεῖσαν, καὶ κατάρας ἐπ᾽ αὐτὸν ἀρᾶσθαι φρικώδεις, ἐβάδιζε παραμυθησόμενος. ἡ δὲ προσιδεῖν οὐχ ὑπέμεινε τὴν ὄψιν, ἀλλὰ τὴν οἰκίαν ἀπέκλεισε· τότε δὴ παντάπασι περίλυπος γενόμενος, καὶ συνταραχθεὶς τὴν διάνοιαν, ὥρμησε μὲν ὡς διαφθερῶν ἑαυτὸν, ἀπέχεσθαι τροφῆς· τῶν δὲ φίλων οὐ περιιδόντων, ἀλλὰ πᾶσαν δέησιν, καὶ πᾶσαν ἀνάγκην προσενεγκαμένων, ἔγνω ζῆν καθ᾽ ἑαυτὸν ἐκ μέσου γενόμενος. καὶ πολιτείαν μὲν ἅπασαν ἀφῆκε, τοὺς δὲ πρώτους χρόνους οὐδὲ κατιὼν εἰς πόλιν, ἀλλ᾽ ἀδημονῶν, καὶ πλανώμενος ἐν τοῖς ἐρημοτάτοις τῶν ἀγρῶν διετέλει. *i. Postquam autem audiuit, matrem hoc facinus grauiter, & iniquo animo ferre, & voces atroceis iactare, & diris atque horribilib. precibus ipsum deuouere: adiit ad eam vt solaretur. quæ vbi eum in conspectum suum venire vetuit, & aspicere noluit, neque admisit, sed contrà exclusit: planè mœrore fractus, & animo conturbatus, cogitauit à cibo abstinere, & inedia vitam finire. Cùm autem amici non finerent, sed eum omnibus precibus obsecrarent, atque omni ratione prohiberent: constituit in solitudine vitam agere, ab hominum oculis & celebritate remotus: atque omnem quidem reip. administrationem missam fecit: primis autem temporibus ne in vrbem quidem descendens, sed animo æstuans, & cor suum exedens, hominúmque vestigia & lucem vitans, in locis desertißimis commorabatur.*

30. *Dione Syr. interfecto) qua de re suprà in* Dione *dictum est.*

31. *Syracusarum potitus est)* Ita tamen vt Iceta tyrannus Acradinam & Neapolim teneret, Dionysius Insulam: *vt tradit* Diod. lib. 16.

32, *cuius aduersarij, &c.)* Sic Diodorus Sicul. lib. 16. *quem locum suprà protulimus.*

33. *incredibili felic.) quam multa ostenta, & prodigia, & somnia præsignificarunt, vt tradunt* Plutarch. & Diod. *verba* Diodori *sunt hæc eod. lib.* ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συνέβη γενέσθαι τῷ Τιμολέοντι κατὰ τὸν πλοῦν, τοῦ δαιμονίου συνεπιλαβομένου τῆς ἐπιβολῆς, καὶ προσημαίνοντος τὴν ἐσομένην περὶ αὐτὸν δόξαν καὶ λαμπρότητα τῶν πράξεων. δι᾽ ὅλης γὰρ τῆς νυκτὸς προηγεῖτο λαμπὰς καιομένη κατὰ τὸν οὐρανὸν μέχρις οὗ συνέβη τὸν στόλον εἰς τὴν Ἰταλίαν καταπλεῦσαι. ὁ δὲ Τιμολέων προακηκοὼς ἦν ἐν Κορίνθῳ τῶν τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἱερειῶν, ὅτι κατὰ τοὺς ὕπνους αὐταῖς αἱ θεαὶ προείπειαν συμπλεῦσαι ταῖς περὶ Τιμολέοντα κατὰ τὸν πλοῦν τὸν εἰς τὴν ἱερὰν αὐτῶν νῆσον. διόπερ ὁ Τιμολέων, καὶ οἱ συμπλέοντες περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς τῶν θεῶν συνεργούντων αὐτοῖς. *i.* Proprium autem quiddam, & admirabile Timoleonti inter nauigandum accidit, deorum numine eius conatus adiuuante, & gloriam eius futuram, actionúmque, & rerum gestarum claritatem præsignificante. per totam enim noctem præibat lampas ardens in cælo, donec classis ad Italiam appulsa est. Timoleon porrò antequàm Corintho exiret, ex Cereris & Proserpinæ sacerdotibus audiuerat, deas eis in somnis nuntiasse, se vnà cum Timoleonte nauigaturas, & nauigationis ad insulam sibi sacram institutæ comites ac socias futuras. Itaque Timoleon, & qui cum eo nauigabant, lætitia efferebantur, tamquam deabus se adiuuantibus. Hactenus Diodorus: cum quo congruit & Plutarchus. Verba eius non ascribam.

34\. *Dionysium tota Sicilia dep.) noster scriptor contrario ac ceteri, ordine hæc narrat. Nam alij post Icetam deuictum, Dionysium à Timoleonte è Sicilia depulsum tradiderunt.*

35\. *tutóque vt Corinthum peru.) huius facti tres causæ ab auctore afferuntur: prima, quòd vterq; Dionysius de Corinthiis aliquando bene meritus esset: altera, quòd præclaram victoriam existimabat, in qua victor se clementem in victos præberet, non sæuum, neque crudelem: postrema est, vt omnibus esset in promtu mobilitas, inconstātiáque fortunæ, quæ ex tam potente tyranno, ludi magistrum fecisset.*

36\. *benignitatis) liberalitatis, beneficentiæ, εὐεργεσίας.*

37\. *exstare) manere, vigere, non intermori, non deleri. Cic. pro Cluentio, exstat memoria: sunt litteræ publicæ. Idem pro Rosc. Am. Hæc cùm sint omnia, tamen exstent oportet expressa sceleris vestigia.*

38\. *in qua plus esset clementiæ) in qua nemo vitam amitteret, nisi qui in acie cecidisset: vt, cui belli fortuna pepercisset, ei victor parceret, eúmque conseruaret.*

39\. *auribus acciperetur) audiretur. sic loquitur & M. Tull. Philipp. 8. Hæc tu mandata L. Piso, & tu L. Philippe, principes ciuitatis, non dico animo ferre, verùm auribus accipere potuistis?*

40\. *ad quam fortunam detr.) Quo pacto Dionysius se, & arcem, & totum apparatum tyrannicum Timoleonti tradiderit, & ex potentissimo tyranno priuatus & imbecillis effectus sit, exponit Plutarchus in Timoleonte, his verbis.* τὸ δὲ μέγιστον αὐτὸς Διονύσιος ἀπειρηκὼς ἤδη ταῖς ἐλπίσι, καὶ μικρὸν ἀπολείπων ἐκπολιορκεῖσθαι, *&c. sequitur aliquanto post.* οἱ μὲν οὖν στρατιῶται (τοῦ Τιμολέοντος) παρέλαβον τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὰ τυραννεῖα μετὰ τῆς παρασκευῆς, καὶ τῶν χρησίμων πρὸς τὸν πόλεμον. ἵπποι τε γὰρ ἐνῆσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ πᾶσα μηχανημάτων ἰδέα, καὶ βελῶν πλῆθος. ὅπλων δ' ἀπέκειτο μυριάδες ἑπτὰ τεθησαυρισμένων ἐκ παλαιοῦ. στρατιῶται δὲ δισχίλιοι τῷ Διονυσίῳ παρῆσαν, οὓς ἐκεῖνος, ὡς τἆλλα, τῷ Τιμολέοντι παρέδωκεν. αὐτὸς δὲ χρήματα λαβὼν, καὶ τῶν φίλων οὐ πολλοὺς, ἔλαθεν ἐκπλεύσας τὸν Ἱκέτην, καὶ κομισθεὶς εἰς τὸ Τιμολέοντος στρατόπεδον, τότε πρῶτον ἰδιώτης καὶ ταπεινὸς ὀφθεὶς, ἐπὶ μιᾶς νεὼς μετὰ χρημάτων ὀλίγων εἰς Κόρινθον ἀπεστάλη, γεννηθεὶς μὲν καὶ τραφεὶς ἐν τυραννίδι, τῇ πασῶν ἐπιφανεστάτῃ καὶ μεγίστῃ· κατασχὼν δὲ ταύτην ἔτη δέκα, δώδεκα δ' ἄλλα μετὰ τὴν Δίωνος στρατείαν ἐν ἀγῶσι καὶ πολέμοις διαφορηθείς· ἃ δ' ἔπραξε τυραννῶν, οἷς ἔπαθεν, ὑπερβαλόμενος. καὶ γὰρ υἱῶν ἐνηλίκων θανάτους, καὶ θυγατέρων καταπορνευθεισῶν παρθένων ἐπεῖδε, καὶ τὴν αὐτὴν ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα ζῶσαν μὲν εἰς τὸ σῶμα ταῖς ἀσελγεστάταις ὑπὸ τῶν πολεμίων ἡδοναῖς παραχρησθεῖσαν, βίᾳ δὲ ἀποθανοῦσαν μετὰ τῶν τέκνων, καὶ καταποντισθεῖσαν εἰς τὸ πέλαγος. *i. quod autem est omnium maximum, Dionysius ipse omni iam spe abiecta, & tantùmnon expugnatus, Icetam quidem contemsit, vtpote turpiter victum: Timoleontem verò admirans, illi & Corinthiis seipsum, arcémque tradidit. Timoleon porrò insperata felicitate gauisus, Euclidem & Telemachum Corinthios in arcem mittit, & vnà cum eis milites quadringentos, non vno tempore omneis, neque palàm (hoc enim fieri non poterat, imminentibus & speculantibus in portu hostibus) sed clàm, & in parteis distributos, & manipulatim illapsos. Milites igitur arcem, & tyrannicas ædeis sibi traditas cū toto apparatu, & rebus ad bellum vtilibus, acceperunt. Nam &*

equi in ea inerant non pauci, & omne genus machinationes, & telorum multitudo, & armaturarum septuaginta millia ab antiquis vsque temporibus in ea repositarum: militum praeterea duo millia habebat Dionysius, quos, vt alia omnia, Timoleonti tradidit. Ipse autem pecuniis acceptis, & amicis paucis assumtis, imprudente & inscio Iceta, in Timoleontis castra naui delatus, tunc primùm priuatus & humilis visus, vno nauigio cum paucis pecuniis in Corinthum vectus est, primùm procreatus & educatus in tyrãnide omnium clarissima & maxima: deinde ea perfructus annos decem, & post Dionis mortem duodecim praeliis ac bellis conflictatus: pluribus autem incommodis, & calamitatibus acceptis, quàm rebus prosperè gestis. Nam filiorum puberum morteis, & filiarum virginum constuprationes, ac prostitutiones, & eandem sororem & coniugem viuam quidem hostium libidines impuras, & voluptates flagitiosas, atque ab hominum institutis & legibus alienas corpore perpessam, morte autem violenta cum liberis affectam, & demersam vidit. Eadem de re sic Diod. lib. 16. ἐπὶ δὲ τούτων Τιμολέων καταπληξάμενος Διονύσιον τὸν τύραννον ἔπεισεν αὐτὸν παραδοῦναι τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενον ἀπελθεῖν εἰς Πελοπόννησον ὑπόσπονδον, ἔχοντα τὰ ἴδια χρήματα. οὗτος μὲν οὖν δι' ἀνανδρίαν, καὶ ταπεινότητα ψυχῆς, τὴν περιβόητον τυραννίδα, καὶ δεδεμένην, ὡς ἔφασαν, ἀδάμαντι, τὸν εἰρημένον τρόπον ἀπώλεσε, καὶ κατεβίωσεν ἀπορούμενος ἐν Κορίνθῳ. τὸν δ' ἴδιον βίον, καὶ τὴν μεταβολὴν ἔσχε παράδειγμα τοῖς καυχωμένοις ἀφρόνως ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις. ὁ γὰρ ἔχων τετρακοσίας τριήρεις, μετ' ὀλίγον ἐν μικρῷ στρογγύλῳ πλοίῳ κατέπλευσεν εἰς Κόρινθον, περίβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν. *i. his autem consulibus Timoleon Dionysium tyrannum perterritum huc perduxit, vt arcem traderet, & imperio deposito in Peloponesum abiret, facta ei potestate suarum pecuniarum exportandarum. Hic igitur per summam ignauiam & animi egestatem, cùm omnium sermone famáque celebratam tyrannidem, & adamante, vt dicebãt, vinctam, hoc modo reliquit, tum rerum omnium inopia laborans Corinthi vitam tolerauit. Vitam autem suam, & rerum commutationem iis, qui insipienter & stultè rebus secundis insolescunt, proposuit, vnde exemplum sumerent. Nam qui modò trecentas triremeis habebat, paullo pòst in paruula naui rotunda Corinthum nauigauit. Tradit autem Plutarchus, Timoleontem quinquagesimo die postquàm Siciliam intrauit, & Syracusarum compotem factum esse, & Dionysium tyrannum in Peloponesum emisisse.*

41. *post Dionysij decessum) id est, posteaquàm Dionysius Syracusis decessit, &c. decessum, id est, decessionem.*

42. *Iceta) hic Syracusas, Timoleonte Leptinem, qui Engyum tyrannide oppressum tenebat, ex vrbe expellere conante, aliquandiu oppugnauit: sed mox re infecta, Leontinos, vnde eruptionem fecerat, rediit. Idem conatus est Timoleontem, subornatis duobus sicariis & percussoribus dolo interficere. sed cùm hi Adranũ, vbi erat Timoleon, venissent, eúmque sacrificantem offendissent: alter eorum fortè ibidem quendam conspicatus, qui patrem ipsius interfecerat, omisso Timoleonte, ad quem interficiendum venerat, patris sui interfectorem percussit: quo facto, ensem tenens, confestim se in altam quandam rupem saltu corripuit: alter verò aram tangens, à Timoleonte facti veniam petiuit, pollicitus se ei omnia patefa-*

ctum.ita miro quodam casu Timoleon seruatus est. Hæc ex Plutarcho.

43. Hoc superato) id est, arcem relinquere coacto, & ex arce depulso, idque nullo ex Corinthiis vulnerato, vt tradit Plutarchus. Sed Diod. lib. 16. narrat, Timoleontem cum Iceta pactionem fecisse, & transegisse. sic enim ille. ἔχων δὲ πόλεμον πρὸς Ἱκέταν, διελύσατο πρὸς αὐτόν, καὶ προσλαβόμενος τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας, οὐ μετρίως ηὔξησε τὴν ἰδίαν δύναμιν. i. Cùm autem Timoleon aduersus Icetam bellum gereret, cum eo transegit, & assumtis, qui cum eo erant, militibus, non mediocriter auxit suum exercitum. Sed quæ hîc à Probo dicuntur, referenda sunt ad ea, quæ postea consecuta sunt. nam Icetam etiam Diodorus tradit aliquando à Timoleonte esse superatum, & honore sepulturæ affectum. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Ἱκέταν καταπολεμήσας ἔθαψε. Plutarchus quoque narrat, eum à Timoleonte viuum captum vnà cum filio, eósque, vt tyrannos & proditores, supplicio esse affectos. Est autem hic Icetas is, qui Areten Dionis vxorem, & sororem Aristomacham, & filium adhuc puerum, viuos merserat.

44. maximas copias) peditum septuaginta millia: equitum & currnum bellicorum circiter decem: naueis longas ducentas: onerarias, quæ partim equos, partim tela, partim frumentum, & cetera id genus, portabant, plureis mille, vt tradit Diod. eod lib. cum quo congruit & Plutarchus, quod ad peditum numerum attinet. nam de cetero apparatu nullum apud illum verbum.

45. apud Crimesum) sic legendum, ex Plutarcho, qui hunc fluuium Κρίμισον, id est, Crimesum appellat: ex Diodoro lib. 19. fere in princip. (nam lib. 16. vbi hac de re agitur, hunc fluuium nomine generis appellat, fluuium) Cremissum. sic enim ille illo loco. καθ' ὃν δὴ χρόνον Τιμολέων μὲν ὁ Κορίνθιος νικήσας τὴν ἐπὶ τῷ Κριμισῷ μάχην, τοὺς Καρχηδονίους, μετέδωκε τῆς ἐν Συρακούσαις πολιτείας πᾶσι τοῖς βουλομένοις, &c. id est, Quo tempore Timoleon Corinthius, is, qui prælio ad Cremissum commisso Karthaginienseis vicit, omnibus, qui vellent, ius ciuitatis & reip. in vrbe Syracusana impertiuit, &c. ex Strabone verò & Suida Crimisum: & item ex Stephano in voce Κρίμισα.

46. satis habere) ἀγαπᾶν, hoc contentos esse: præclarè secum actum esse existimare. Multis autem verbis hanc pugnam describit, eiúsque euentum exponit Plutarchus: quæ longum sit vel referre, vel interpretari: sed hæc summa est: Timoleon cum septem circiter hominum millibus tantæ barbarorum multitudini obuiam iuit: & cùm collem quendam, vnde hostium exercitum prospecturus erat, ascenderet: fortè fortuna accidit, vt asini apium portantes, in itinere eis occurrerent quod cùm militibus inauspicatum, & triste portentum videretur, quia monumenta mortuorum apio coronari consueuissent: Timoleon non satis habuit, eos omni religione, metúque liberare, sed etiam ostentum ita interpretatus est, vt verterit in contrarium, cùm diceret, coronas sibi, vt iamiam futuris victoribus, ante victoriam sua sponte offerri: apud Corinthios enim victores ludorũ Isthmiorum apio coronari solere. quo dicto sibi coronam ex apio nexuit, eámque capiti imposuit: quod secuti primùm ceteri duces, mox & milites, ita coronati, & optima spe confirmati, & iam victoriæ opinione præcepta, in hostem contenderunt. huc accessit, quòd augures duas aquilas exercitui ostenderũt, quarum altera fer-

pentem confixum ferebat: altera vocem mittens magnam, & fiduciæ plenam subuolabat. Cùm iam collem superassent, aërque crassus, & turbulentus summas montis parteis, planitiémque subiectam circumfunderet: ita fiebat, vt locum hostes non viderent, sed confusum quendam & inarticulatum strepitum multitudinis exaudirent. aliquanto pòst tempore discussis à sole iis, quæ campum operiebant, tenebris, non iis, quæ collem occuparant: Crimesus fluuius Corinthiis apparuit, & hostes visi sunt eum transeuntes. Timoleon tempus pugnandi venisse, & ab ipso fluuio tantam hostium multitudinem, cum quanta pugnare vellent, sibi tradi, atque afferri ratus: cùm quadrigæ iam, & decem hominum millia fluuium transiissent, réliqui trepidè, & tumultuosè, & inordinatè transire conarentur: præmissis equitibus, ipse cum peditibus subsecutus impetum in hosteis fecit. quem cùm illi fortiter excepissent, quòd thoracibus, cassidibúsque ferreis armati, magnósque clypeos gestantes lancearum ictus facile repellerent: res deinde gladiis geri cœpta est. ibi cùm haud minus arte, quàm virtute, opus esset, repente ex montibus horribilia tonitrua exstiterunt, & fulgetra rutila eruperunt, totum denique illius loci calũ terrifico sonitu contremuit: ad quæ accessit ingens nimbus ex grandine, & aqua, & vento conflatus & concretus, qui, quasi in certamen quoque ex colle demissus descenderet, hostium ora verberabat, Græcos autem in hosteis magis ac magis à tergo incitabat, atque impellebat. Ita cùm hosteis non expeditos, sed grauibus armis oneratos, & lutum ex magnis imbribus ad ripas fluminis natum tardaret atque impediret, semélque perculsos exsurgere non fineret, & tunicarum sinus aqua oppleti ad pugnandum quidem ineptos, atque inhabileis, ad cadendum verò ac prolabendum facileis ac procliueis redderet: quadringentis hostibus interfectis, réliqui in fugam versi sunt: ex quibus alij in campo concisi, alij suis flumen transeuntibus obuiam facti, vi fluminis abrepti perierunt: alij collem transgredi conati à peditibus leuioris armaturæ interemti sunt. Fuit hæc Timoleontis victoria cùm multitudine aduersariorum, præ paucitate Corinthiorum, admirabilis, tum spoliorum & prædæ æstimatione magnifica, atque illustris. quadrigæ enim ducentæ captæ sunt mille thoraces opere & artificio præstanti. decem clypeorum millia. decem hostium millia perierunt: quinque millia, præter eos, qui priuatim à militibus subtracti sunt, communiter & publicè in potestatem Corinthiorum venerunt. auri & argenti vi immensa locupletati Corinthij, cùm triduum in spoliandis hostibus consumsissent, tertio denique die, tropæum posuerunt. Hæc ex Plutarcho non illa quidem ad verbum Latinè reddita, sed ex multis eius verbis in summam, vt diximus contracta. Nunc Diodori verba audiamus, quæ, quòd hanc pugnam, eiúsque euenta luculentè declarent, & quasi oculis subiiciant, non pigebit me adscribere. Sic igitur ille. *πάντων δὲ καθάπερ ὑπὸ μιᾷ φωνῇ βοώντων ἐπιθέσθαι τοῖς βαρβάροις, καὶ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, κατὰ τύχην ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων εἰς τὰς στιβάδας, ὁ Τιμολέων ἔφη δέχεσθαι τὸν οἰωνὸν τῆς νίκης. τὸν γὰρ ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι. οἱ δὲ στρατιῶται παραγγείλαντος τοῦ Τιμολέοντος, ἐκ τῶν σελίνων πλέξαντες στεφάνους, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθέντες, προῆγον μετὰ χαρᾶς, ὡς τῶν θεῶν προσημαινόντων αὐτοῖς τὴν νίκην· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. περιεγένοντο γὰρ ἀνελπίστως τῶν πολεμίων οὐ μόνον διὰ τὰς ἰδίας ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ καὶ διὰ*

τὴν τῶν θεῶν συνεργίαν. ὁ μὲν γὰρ Τιμολέων ἐκτάξας τὴν δύναμιν κατέβαινεν ἀπὸ τινῶν λόφων ἐπὶ τὸν ποταμόν. καὶ μυρίων ἤδη διαβεβηκότων, ἐξ ἐφόδου τούτοις ἐπέρραξε τεταγμένος αὐτὸς ἐπὶ μέσης τῆς φάλαγγος. γενομένης δὲ μάχης καρτερᾶς, καὶ τῶν Ἑλλήνων ὑπερεχόντων ταῖς τε ἀρεταῖς, καὶ ταῖς εὐχερείαις, πολὺς ἐγίνετο φόνος τῶν βαρβάρων. ἤδη δὲ φευγόντων τῶν διαβεβηκότων, ἡ πᾶσα δύναμις τῶν Καρχηδονίων περαιωθεῖσα τὸ ῥεῖθρον διωρθώσατο τὴν τῶν ἰδίων ἧτταν. ἀνανεωθείσης δὲ τῆς μάχης, καὶ τῶν Φοινίκων τῷ πλήθει ὑπερεχόντων τοὺς Ἕλληνας, ἄφνω πολὺς ἐκ τοῦ περιέχοντος ὄμβρος κατερράγη, καὶ χαλάζης ἀμεγέθους πλῆθος, ἀστραπαί τε καὶ βρονταὶ μετὰ μεγάλων πνευμάτων κατέσκηψαν. καὶ τούτων ἁπάντων θυελλοφορουμένων τοῖς μὲν Ἕλλησι κατὰ νώτου, τοῖς δὲ βαρβάροις κατὰ πρόσωπον, οἱ μὲν περὶ τὸν Τιμολέοντα, τὸ σύμπτωμα ῥᾳδίως ὑπέμενον· οἱ δὲ Φοίνικες τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως φέρειν ἀδυνατοῦντες, ἅμα δὲ τῶν Ἑλλήνων ἐπικειμένων, πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. πάντων δὲ ἐπὶ τὸν ποταμὸν συνωθουμένων ἀναμὶξ ἱππέων τε, καὶ πεζῶν, καὶ ἁρμάτων ἅμα τούτοις φερομένων, οἱ μὲν ὑπ᾽ ἀλλήλων συμπατούμενοι, καὶ τοῖς τῶν συμμάχων ξίφεσι, καὶ λόγχαις περιπειρόμενοι, τὴν συμφορὰν εἶχον ἀβοήθητον. οἱ δὲ ὑπὸ τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις ἱππέων εἰς τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῖθρον ἀγεληδὸν συνελαυνόμενοι, καὶ κατὰ νώτου τὰς πληγὰς λαμβάνοντες ἀπέθνησκον. πολλοὶ δὲ ἄνευ πολεμίας πληγῆς διεφθείροντο, θορυβουμένων τῶν σωμάτων, διά τε τὸν φόβον καὶ τὸ πλῆθος, καὶ διὰ τὰς ἐν τῷ ῥείθρῳ δυσχερείας, (al. δυσχωρίας) τὸ δὲ μέγιστον λάβρων γενομένων τῶν ὄμβρων, ὁ ποταμὸς βιαιοτέρῳ τῷ ῥεύματι καταφερόμενος, πολλοὺς ἐβάπτιζε, καὶ μετὰ τῶν ὅπλων διανηχομένους διέφθειρε. τέλος δὲ τῶν Καρχηδονίων οἱ μὲν τὸν ἱερὸν λόχον ἀναπληροῦντες, καὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν ὄντες δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι· ταῖς δὲ ἀρεταῖς καὶ δόξαις, ἔτι δὲ ταῖς οὐσίαις προτεύοντες ἅπαντες ἀγωνισάμενοι λαμπρῶς κατεκόπησαν, (al. κατέπεσον) τῶν δὲ ἄλλων τῶν συστρατευομένων αὐτοῖς ἀπέθανον πλείους τῶν μυρίων. αἰχμάλωτοι δὲ ἐλήφθησαν οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων καὶ πεντακισχιλίων. τῶν δὲ ἁρμάτων τὰ μὲν πολλὰ συνετρίβη κατὰ τὸν ἀγῶνα, διακόσια δὲ ἥλω. τὰ δὲ σκευοφόρα, καὶ τὰ ζεύγη, καὶ τὰ πλήθη τῶν ἁμαξῶν ὑποχείρια τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. τῶν δὲ ὅπλων τὰ πολλὰ μὲν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ διεφθάρη, ἐπὶ δὲ τὴν τοῦ Τιμολέοντος σκηνὴν, χίλιοι μὲν θώρακες, ἀσπίδες δὲ πλείους τῶν μυρίων ἀπηνέχθησαν. τούτων δὲ ὕστερον τὰ μὲν ἐν τοῖς ἐν Συρακούσαις ναοῖς ἀνετέθη, τὰ δὲ τοῖς συμμάχοις διεμερίσθη, ἔνια δὲ εἰς Κόρινθον Τιμολέων ἀπέστειλε, προστάξας εἰς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἀναθεῖναι. πολλῶν δὲ χρημάτων καταληφθέντων διὰ τὸ καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐσχηκέναι πλῆθος ἐκπωμάτων ἀργυρῶν τε καὶ χρυσῶν, ἔτι δὲ τὸν ἄλλον κόσμον ὑπερβάλλοντα διὰ τὸ μέγεθος τῆς παρ᾽ αὐτοῖς εὐπορίας, ἅπαντα συνεχώρησε τοῖς στρατιώταις ἔχειν, ἔπαθλα τῆς ἀνδραγαθίας. τῶν δὲ Καρχηδονίων οἱ διαφυγόντες τὸν ἐν τῇ μάχῃ κίνδυνον, μόλις εἰς τὸ Λιλύβαιον διεσώθησαν· τοσαύτη δὲ αὐτοὺς κατάπληξις καὶ δέος κατεῖχεν, ὥστε μὴ τολμᾶν εἰς τὰς ναῦς ἐμβαίνειν, μηδὲ ἀποπλεῖν εἰς τὴν Λιβύην, ὡς διὰ τὴν τῶν θεῶν ἀνοτελεύτητα πρὸς αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ Λιβυκοῦ πελάγους καταποθησομένους. οἱ δὲ ἐν τῇ Καρχηδόνι πυθόμενοι τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς συνετρίβησαν ταῖς ψυχαῖς, καὶ συντόμως ὑπελάμβανον ἥξειν ἐπ᾽ αὐτοὺς τὸν Τιμολέοντα μετὰ τῆς δυνάμεως. i. *Omnibus autem militibus clamantibus, hosteis esse adoriendos, & prælium ineundum, forte fortuna iumenta apium ad culcitas castrenseis conficiendas portantia, eis obuia fuerunt: quibus conspectis, Timoleon dixit se omen victoriæ accipere: nam coronam Isthmiacam ex apio concinnari. Milites autem iussu Timoleontis coronas ex apio nexas capitibus imposuerunt, lætique atque hilari, tamquam diis immortalibus victoriam sibi præsignificantibus, processerunt. quod & contigit. hostibus enim superiores contra spem omnium discesserunt,*

discesserunt, non solùm sua virtute freti, sed etiam à diis adiuti. Nam Timoleon *instructo exercitu ex quibusdam collibus ad fluuium descendit: & cùm iam decem hominum millia transissent, impetu facto eos adortus est, in media ipse phalange locatus.* Cùm *autem acriter vtrinque pugnaretur,* Græcique *virtute, & apta manuum mobilitate, & corporis agilitate præstarent, magna barbarorũ cædes fiebat.* Porrò *autem fugientibus iam iis, qui fluuium transierant, vniuersus* Karthaginiensium *exercitus traiecto fluuio suorum cladem correxit.* Itaque *redintegrato prœlio, &* Phœnicibus Græcos *multitudine superantibus, repente magni imbres ex aëre ambiente eruperunt, & ingentis grandinis vis, & fulgura, & tonitrua cum sæuis ventis increbruerunt: & cùm hæc omnia* Græcis *quidẽ in terga, barbaris verò in ora procellæ in morem inciderent:* Timoleon *& eius milites hunc casum facilè ferebant:* Phœnices *verò, quòd huius incommodi magnitudinem perpeti nequirent, simúlque quòd* Græci *eis instarent, in fugam se coniecerunt.* Omnibus *autem promiscuè equitibus, & peditibus, & curribus in fluuium præcipitantibus, alij cùm alter ab altero conculcarētur, & sociorum gladiis, lanceísque transfigerentur, calamitate affecti sunt eiusmodi, vt nulla auxilij spes esset, nullóque subsidio seruari possent: alij cùm ab hostium equitibus in fluuij alueum gregatim compellerentur, & à tergo plagas acciperent, interibant: multi sine hostili manu peribant, cadentibus aceruatim corporibus, tum propter metum & multitudinem, tum propter difficultates expediendæ in fluuij alueo salutis, (al. angustias.)* Quod *autem omnium est maximum, cùm vehementes decidissent imbres, fluuius rapidiore cursu labens multos demersos absorbebat, atque obruebat, & cum armis traiicientes exanimabat.* Ad *extremum ex* Karthaginiensibus *ij, qui sacræ cohortis speciem præbebant, cùm essent numero bis mille & quingenti, virtute autem & gloria, & diuitiis præstarent: omnes fortiter pugnantes concisi sunt (seu occubuerunt.)* Ex *aliis verò, qui vnà cum illis militarunt, plures quàm decem hominum millia perierunt.* Captiuorum *autem fuerunt non pauciores quindecim millibus. ex curribus porrò multi in conflictu contriti sunt: ducenti capti.* Muli *verò & veterina animalia, quæ ad impedimenta, vasaque militum portanda nata, & parata sunt, & iumenta, & magnus vehiculorum numerus, hæc omnia in potestatem* Græcorum *peruenerunt.* Armorum *magna pars in flumine periit: nihilo minus tamen mille thoraces, clypeorum decem millia in tabernaculum* Timoleontis *delata sunt.* Ex *quibus alia postea in templis* Syracusarum *consecrata & dedicata sunt, alia sociis distributa: nonnulla* Timoleon Corinthum *misit, eáque iussit in templo* Neptuni *consecrari.* Cùm *autem multæ pecuniæ repertæ fuerint, propterea quòd* Karthaginienses *habebant magnam vim argenteorum & aureorum poculorum, & præterea alia ornamenta immoderata, ob ingentem rerum omnium copiam, qua illi circumfluebant, hæc omnia militibus concessit, vt essent eorum virtutis præmia.* Karthaginienses *autem ij, qui periculum effugerunt, vix* Lilybæum, *vt saluti suæ consulerent, peruenire potuerunt.* Tantus *autem terror eos percepit, tantúsque timor occupauit, vt non ausi sint naueis conscendere, neque in* Libyam *inde nauigare, tanquam, propter deorum à se alienam voluntatem, futurum esset, vt à mari* Libyco *absorberentur,*

& interirent. Qui autem Karthagine erant, magnitudine calamitatis cognita, animis conciderunt, & continuò putabant Timoleontem cum exercitu Karthaginem venturum. Refert hæc & Polyænus lib. V. strategem. his verbis. Τιμολέων ἐν Σικελίᾳ τὴν δύναμιν ἐξῆγεν παραταξομένην καρχηδονίοις ἐς τὴν νῆσον διαπεπλευκόσιν. ἡμίονος ἀπήντα αὐτοῖς κομίζων σέλινα. οἱ στρατιῶται τὸ σημεῖον ἐφοβήθησαν, ὅτι ἄρα τὰ μνήματα τῶν ἀποθανόντων παρ' αὐτοῖς κοσμοῦνται (al. στεφανοῦνται) σελίνοις. Τιμολέων, καὶ μὴν μᾶλλον, ἔφη, σαφῆ νίκην δηλοῦσιν ἡμῖν. τοὺς γὰρ τὰ Ἴσθμια νικῶντας οἱ κορίνθιοι στεφάνοις τῶν σελίνων στεφανοῦσι. ταῦτα εἰπὼν, αὐτός τε ἐκ τῶν σελίνων ἀνεστέψατο, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἡγεμόνας ἀνέστεψεν. ὥστε καὶ οἱ στρατιῶται ἄλλος πρὸς ἄλλου τῶν σελίνων λαβόντες, θαρραλεώτεροι πρὸς τὴν μάχην ἐχώρησαν. i. Timoleon in Sicilia, acie instructa copias eduxit aduersus Karthaginienseis, qui in insulam transierant, depugnaturas. Mulus apium portans eis obuius fuit. Milites hoc ostentum, vt inauspicatum & triste, extimuerunt, quia sepulcra mortuorum apud Corinthios apio coronantur. Timoleon, immò verò, inquit, victoriam nobis certam apertè significat potius. Nam Isthmiorum victores corona ex apio Corinthij donare solent. Hæc locutus, & ipse coronam ex apio concinnatam capiti suo imposuit, & reliquos duces, quos circum se habebat, similibus coronis coronauit. Itaque & milites cùm alter ab altero apium sumsissent, audentiores ac fidentiores ad prælium facti sunt. Idem eodem libro. Τιμολέων συμμαχῶν συρακουσίοις, ἐλθὼν ἐπὶ λόφον ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, ἰδὼν καρχηδονίους πεντακισμυρίους, ἐκτεταγμένους, τὸ δὲ κατάστημα χειμέριον, καὶ πνεῦμα κινούμενον ἐναντίον τοῖς πολεμίοις, ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ἠγόρευσεν, ὅτι νικᾶν ἀξιῶσαι χρὴ τοὺς πολεμίους. εἶναι γὰρ χρησμὸν, ὡς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ παραταξάμενοι διαφθαρήσονται. τεκμήριον δὲ τοῦ χρησμοῦ τὸ χειμῶν ἐξαπίνης κινούμενος. οἱ Ἕλληνες ἐπὶ μέγα ταῖς γνώμαις ἀρθέντες, ὀλίγοι πολλοὺς ἐνίκησαν. id est, Timoleon à Syracusanis imperator, & belli adiutor Corinthiis datus, cùm in collem quendam editum & excelsum venisset, Karthaginienseisque dispositos atque instructos numero quinquagies mille despexisset: cælum autem turbulentum, & hibernum, ventúmque aduersus hosteis ferri vidisset: concilio militum coacto, apud eos verba fecit: nunc hosteis superari necesse esse. Exstare enim oraculum, quod prædiceret, eos in hoc loco instructos, perituros. Oraculo autem argumento & testimonio esse tempestatem repente coortam. Græci valde animis sublati atque erecti, pauci multos superarunt.

47. si liceret Africam obtin.) id est, si liceret eos Africam obtinere, qui iam compl. &c. Sic loqui consueuisse hũc scriptorem, sæpe iam lectorẽ admonuimus.

48. cepit etiam Mamercum) Catanæ tyrannum. Plutarch. Μάμερκος δὲ ἀθυμήσας ταῖς ἐλπίσιν, ἔπλει μὲν εἰς Ἰταλίαν, ὡς Λευκανοὺς ἐπάξων Τιμολέοντι καὶ συρακουσίοις. ἐπεὶ δὲ ἀποστρέψαντες οἱ σὺν αὐτῷ τὰς τριήρεις, καὶ πλεύσαντες εἰς Σικελίαν, τῷ Τιμολέοντι τὴν Κατάνην παρέδωκαν, ἀναγκασθεὶς καὶ αὐτὸς εἰς Μεσσήνην κατέφυγε πρὸς Ἵππωνα τὸν τυραννοῦντα τῆς πόλεως. ἐπελθόντος δὲ τοῦ Τιμολέοντος αὐτοῖς, καὶ πολιορκοῦντος ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ὁ μὲν Ἵππων ἀποδιδράσκων ἐπὶ νεὼς ἥλω. καὶ παραλαβόντες αὐτὸν οἱ μεσσήνιοι, καὶ τοὺς παῖδας ἐκ τῶν διδασκαλείων, ὡς ἐπὶ θέαμα κάλλιστον, τὴν τοῦ τυράννου τιμωρίαν, ἀγαγόντες εἰς θέατρον, ᾐκίσαντο καὶ διέφθειραν. ὁ δὲ Μάμερκος ἑαυτὸν τῷ Τιμολέοντι παρέδωκεν ἐπὶ τῷ δίκην ὑποσχεῖν ἐν συρακουσίοις, μὴ κατηγοροῦντος Τιμολέοντος. ἀχθεὶς δὲ εἰς τὰς Συρα-

οὖσαν, παρῆλθεν εἰς τὸν δῆμον, ἐπιχειρῶν μέν τινα συγκείμενον ἐκ παλαιοῦ λόγον ὑπ' αὐτοῦ διεξιέναι. θορύβοις δὲ περιπίπτων, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶν ἀπαραίτητον, ἔθει ῥίψας τὸ ἱμάτιον διὰ μέσου θεάτρου. καὶ πρός τι τῶν βάθρων δρόμῳ φερόμενος, συνέρρηξε τὴν κεφαλὴν, ὡς ἀποθανούμενος. οὐ μὴν ἐτύγχανε ταύτης τῆς τελευτῆς, ἀλλ' ἔτι ζῶν ἀπαχθεὶς, ἥνπερ οἱ λῃσταὶ, δίκην ἔδωκε. i. *Mamercus autem despondens animum nauigauit in Italiam, tamquam Lucanos in Timoleontem, & Syracusanos incitaturus, & immissurus. Sed postquàm qui cum eo erant, triremibus auersis, & cursu ad Siciliam flexo, Timoleonti Catanam tradiderũt, coactus etiã ipse Messenam confugit ad Hipponẽ, qui in illa vrbe iniustè dominabatur. Timoleõte autẽ continuo eos adoriente, & terra marique oppugnante: Hippo quidem, cùm in nauicula aufugeret, captus est. quem nacti Messenii pueros ex ludis discendi in theatrum euocarunt, tamquam spectaculum pulcherrimum, supplicium tyranni, visuros: eúmque fœdè verberatum necarunt. Mamercus autem se ipse Timoleonti hac condicione tradidit, vt apud Syracusanos, Timoleonte non accusante, causam diceret. Ductus autem Syracusas, cùm in conspectum populi, & contionem prodiisset, cœpit orationem quandam iampridem à se meditatam ac paratam pronuntiare. Sed clamore populi aduerso, & sibilis exceptus, & populum videns esse inexorabilem, atque implacabilem, veste abiecta per medium theatrum cucurrit, & in vnum ex gradibus cursu irruens, caput collisit, & confregit, tamquam eo ictu moriturus. non tamen eum quem optabat, vitæ exitum consecutus est: sed adhuc viuus abductus, quas pœnas latrones subire solent, eas pœnas soluit. Polyænus lib. V. Strateg. paullo aliter hoc refert.* Τιμολέων πολιορκῶν Μάμερκον τὸν τύραννον πολλοὺς ἐξαπατήσαντα, καὶ περὶ τοὺς ὅρκους ἀποκλέψαντα, κατεστρατήγησεν. ὁ μὲν τύραννος ὡμολόγησε Τιμολέοντι παραδώσειν ἑαυτὸν ἐφ' ᾧ κριθῆναι παρὰ Συρακουσίοις μὴ κατηγοροῦντος Τιμολέοντος. ὁ δὲ ὤμοσε μὴ κατηγορήσειν. ἐπὶ τούτοις ὁ Μάμερκος ἧκεν εἰς τὰς Συρακούσας. Τιμολέων παραγαγὼν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κατηγορῆσαι μὲν οὐδαμῶς ἔφη. τοῦτο γὰρ συνθέμην. ἀποκτεῖναι δὲ τὴν ταχίστην αὐτὸν κελεύω. τὸν γὰρ πολλοὺς ἐξαπατήσαντα, δίκαιον ἂν εἴη καὶ αὐτὸν ἅπαξ ὁμοίως ἐξαπατηθῆναι. i. *Timoleon cùm Mamercum tyrannum, qui multos deceperat, & contra religionem iurisiurandi necarat, consilio callido cepit Tyrannus quidem promisit sese Timoleonti hac condicione traditurum, si reus fieret, & causam diceret apud Syracusanos Timoleonte non accusante. Ille autem iurauit, se non accusaturum. hac lege venit Mamercus Syracusas. Timoleon producto eo in contionem, se quidem accusare negauit. hoc enim, inquit, inter nos conuenit. Sed vt eum quàm primùm necetis, vobis auctor sum. Nam qui multos decepit & fefellit, æquum fuerit eum quoque semel deceptum esse. Commemorat & hunc Mamercum Diod. lib. 16. pag. 547. versu 4. vbi tamen mendosè legitur* Μάρκος, *pro* Μάμερκος.

49. *deinde Corintho) Diod.* ὑπεδέξατο δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Κορίνθου ἐκπεμφθέντας οἰκήτορας φιλοφρόνως. ὄντας τὸν ἀριθμὸν πεντακισχιλίους. i. *Excepit autem comiter missos à Corinthiis colonos, qui erant numero quinquies mille. Sed his de rebus, & de ceteris, quas subiicit Probus, ea, quæ à Plutarcho, & Diodoro tradita sunt, mox proferemus.*

50. *vacuefactas) desertas, vastatas, colonis orbatas.*

51. *fanáque deleta) sic legendum, non, vt vulgò, fanáque deserta. deleta autem, id est, diruta, disiecta. Quæ deleta sunt, refici dicuntur, cùm redintegrantur: quæ deserta sunt, non reficiuntur, sed colonis arcessitu & conquisitis celebrantur, & frequentantur.*

52. *leges, libertatémque)* αὐτονομίαν, καὶ δημοκρατίαν.

53. *toti insulæ)* Cl. Puteanus admonuit me, quendam testatum esse, in vno libro vetere & manuscripto, scriptum esse, totæ insulæ: quam scripturam probo, si ita habet liber manuscriptus. sic enim loquebantur veteres: idque & nos in commentationibus Lucretianis indicauimus, & grammatici veteres obseruarunt, ac notauerunt. Sic suprà in Eumene, non longè à principio, legi in veteri libro, Nouissimo tempore præfuit etiam alteræ equitum alæ, &c. idem Puteanus dixit mihi eundem illum confirmasse. Conciliauit autem, id est comparauit, quæsiuit. tralatio est.

54. *deduxerant)* coloniam, subintellige.

55. *Dionysius)* maior, seu superior, seu prior: qui & manu fortis, & belli peritus fuit, &, id quod in tyranno non facilè reperitur, minimè libidinosus, &c. infrà de regib.

56. *ad vrbem obsid.)* Cùm tyranni magis sibi timeant à ciuibus, quàm ab hostibus: arceis ad cieuis coërcendos, & obsidendos, si fortè aliquid noui moliantur, & seruitutis iugum excutere conentur, muniant necesse est.

57. *à fundamentis)* ἐκ θεμελίων. funditus. sic loquitur infrà in Hannibale. domum à fundamentis disiecerunt. Sallust. à stirpe. Hac de re sic Diod, pag. 547. Τιμολέων δὲ παραλαβὼν τὴν νῆσον, καὶ φρούρια τὰ Διονυσίου πρότερον ὑπάρχοντα, τὰς μὲν κατὰ τὴν νῆσον ἀκροπόλεις, καὶ τὰ τυραννεῖα κατέσκαψε, τοῖς δὲ φρουρίοις ἀπέδωκε τὴν ἐλευθερίαν. εὐθὺς δὲ καὶ νομογραφεῖν ἤρξατο, καὶ δημοκρατικοὺς νόμους, καὶ τὰ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων δίκαια, καὶ τἄλλα πάντα ἀκριβῶς διέταξε, πλείστην φροντίδα τῆς ἰσότητος ποιούμενος. i. Timoleon autem insula potitus, & castellis, quæ antea Dionysio parebant, arceis quidem aduersus Insulam comparatas, & domos tyrannicas funditus deleuit: castellis autem libertatem reddidit. Continuò autem & ad leges scribendas animum appulit, scripsitque leges populareis, & iura de priuatis contractibus, aliáque omnia pulchre descripsit, maximam curam æqualitatis habẽs. Idem eod. lib. pag. 553. καθόλου δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους ῥιζολογήσας, καὶ τὰς πόλεις ἐλευθερώσας, εἰς τὴν συμμαχίαν προσεδέξατο. κηρύξαντος δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διότι οἱ Συρακούσιοι διδόασι χώραν, καὶ οἰκίας τοῖς βουλομένοις μετέχειν τῆς ἐν Συρακούσαις πολιτείας, πολλοὶ πρὸς τὴν κληρουχίαν Ἕλληνες ἀπήντησαν. τέλος δὲ οἰκήτορες ἀπεδείχθησαν εἰς μὲν τὴν Συρακοσίαν τὴν ἀδιαίρετον τετρακισμύριοι, εἰς δὲ τὴν Ἀγυριναίαν μύριοι διὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος τῆς χώρας. εὐθὺς δὲ καὶ τοὺς προϋπάρχοντας νόμους, οὓς συνέγραψε Διοκλῆς, διώρθωσε. καὶ τοὺς μὲν περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων, ἢ κληρονομιῶν εἴασεν ἀμεταθέτους. τοὺς δὲ περὶ τῶν δημοσίων νενομοθετημένους πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν, ὥς ποτε ἐδόκει συμφέρειν, διώρθωσεν. ἐπιστάτης δ' ἦν, καὶ διορθωτὴς τῆς νομοθεσίας Κέφαλος ὁ Κορίνθιος, ἀνὴρ ἐν παιδείᾳ καὶ συνέσει δεδοξασμένος, &c. Sequitur paucis verbis pòst. καθόλου δὲ πάντα τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν εἰρηνικῶς καταστήσας, ἐποίησε τὰς πόλεις ταχὺ λαβεῖν πολλὴν αὔξησιν πρὸς εὐδαιμονίαν. ἐκ πολλοῦ γὰρ χρόνου διὰ τὰς στάσεις, καὶ τοὺς ἐμφυλ-

λέμοις, ἔτι τὸ πλῆθος τῶν ἐπανισταμένων ἀεὶ τυράννων, αἱ μὲν πόλεις ἔρημοι τῶν οἰκητόρων ἦσαν. αἱ δὲ χῶραι διὰ τὴν ἀργίαν ἐξηγρίωτο, καὶ καρπῶν ἡμέρων ἄποροι καθειστήκεισαν. τότε δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιπολασάντων οἰκητόρων, καὶ διὰ τὴν πολυχρόνιον ἐπιγενομένην εἰρήνην ἐξημερωθεῖσαι ταῖς ἐργασίαις πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἐξήνεγκαν καρπούς. τούτους δ' οἱ Σικελιῶται πωλοῦντες τοῖς ἐμπόροις ταχὺ προσανέδραμον ταῖς οὐσίαις, &c. i. *Vniuersè autem omnib. qui erant in insula, tyrãnis exstirpatis, ac funditus sublatis, & ciuitatibus liberatis, has in societatem belli recepit. Cùm autem in Graecia praedicari iussisset, Syracusanos agrum & domicilium dare iis, qui vellent reip. Syracusanae participes esse: multi Graeci ad hanc sediũ distributionẽ participandã sese obtulerunt. Ad extremum autẽ coloni quidem, seu habitatores vrbis Syracusanae, illiúsque reip. consortes pro indiuiso quadragies mille facti sunt, Agyrinae verò decies mille propter magnitudinem, & pulchritudinem regionis & soli. continuò autem & superiores leges, quas scripserat Diocles, correxit: atque eas quidem, quae de rebus priuatim cõtrahendis, aut de hereditatibus scriptae fuerãt, intactas reliquit: eas verò, quae de republica erãt latae, ad praesentium rerũ naturam, quomodocumque visum est expedire, accommodauit, & correxit. Praepositus est autem huic legum corrigendarum muneri Cephalus Corinthius, vir eruditione, & cognitione rerum, & intelligentia clarus, &c. Sequitur paucis verbis pòst. Vniuersè autem tota Sicilia pacata, & tranquillata, effecit vt vrbes Siculae celeriter magnum ad beatitudinem sumerent incrementum. à multo enim vsque tempore propter seditiones, & bella ciuilia, multitudinem denique tyrannorum semper exorientium, atque insurgentium, vrbes quidem habitatoribus erant orbatae ac desertae, agri autem, propterea quòd culti non fuerant, efferati erant, & mansuetis fructibus carebant. tunc autem propter colonorum, qui affluxerant, frequentiam ac multitudinem, proptérque pacem diuturnam subsecutam, domiti & cicurati cultura, multos & varios fructus extulerant. quos Siculi mercatoribus diuendentes, citò de integro collocupletati sunt, &c.*

58. *Cùm tantis esset opib.) cum tanta potentia praeditus esset: cùm tam potens esset, &c.*

59. *haberet amorem) sic ferè dictum est à M. Tullio lib. 2. de off. vbi de eadem re disputatur, Certum igitur hoc sit, idque & primum, & maximè necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & nostra mirantium.*

60. *maluit se diligi) praeclarè & sapienter. nam, vt ait M. Tull. eodem lib. Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quàm diligi: nec alienius, quàm timeri. Idem quinquaginta septem pòst versib. Atque in has cladeis incidimus (redeundum est enim ad propositum) dum metui, quàm cari esse, & diligi malumus. Cum hoc loco congruit ille in Dione Ex quo intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi beniuolentia munitum: & ille ibid. aliquot pòst versib. & miseranda vita iis, qui se metui, quàm amari malunt. Sic Marcus Philosophus apud Herodian. lib. 1* οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δ' ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχόντων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ

οἱ δ' ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες, ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσχήματος τοῦ δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσι, οὐδὲ ποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βία καὶ ὕβρει ἐπὶ τοῦτο ἄγωσι. id est, Nam neque vlla pecuniæ magnitudo ad tyrannidis libidinem, ac profusionem explendam satis est: neque vllum stipatorum ac satellitum præsidium ad principem tuendum satis valet, nisi antè collecta sit eorum, qui sub imperio sunt, beniuolentia. Illi autem maximè imperium sine periculo in longum tempus produxerunt, qui non metum ex crudelitate, sed desiderium & amorem ex sua bonitate, ciuium suorum animis instillarunt. Non enim qui necessitate coacti seruiunt, sed qui animi quadam inductione, suáque voluntate párent, omni suspicione carent, & sine assentationis integumento, atque inuolucro omnia perpetuò & agunt, & perpetiuntur: neque vmquam imperij habenam respuunt, iugúmve excutiunt, nisi eos vis intolerabilis, & contumelia non ferenda huc adegerit. Sic denique Cornelius Tacitus historiæ scriptor prudentissimus, non admodum longè à principio, regem quendam Parthorum, Bardanem nomine, notat, quòd metum apud hosteis potius, quàm amorem inter populareis, Parthos, quæsiuisset: ex quo ab eis incautus, venationíque intẽtus, interfectus est. Verba Taciti sunt hæc. Et huic (Gotarzi) contrà itum ad amnem Erindem: in cuius transgressu multùm certato (hoc est, cùm multum certatũ esset) peruicit Bardanes, prosperisq; præliis medias nationes subegit ad flumen Gindem, quod Dahas, Ariósque disterminat. Ibi modus rebus secundis positus. nam Parthi, quamquam victores, longinquam militiam aspernabantur. Igitur exstructis monumentis, (al. munimentis) quibus opes suas testabatur, nec cuiquam antè Arsacidarum tributa illis de gentib. parta, regreditur, ingens gloriâ, atque eo ferocior, & subiectis intolerantior. Qui dolo antè composito, incautum, venationíque intentum interficere primam intra iuuentam, sed claritudine paucos inter senum regum, si proinde amorem inter populareis, ac metum apud hosteis quæsiuisset.

61. imperium deposuit) quod non esset ausus facere Dionysius superior, quamuis intelligeret se miserum esse, eúmque beatum esse non posse, cui semper aliquis terror impendeat. Atque ei ne integrum quidem erat ad iustitiam remigrare. iis enim se adolescens improuida ætate irretierat erratis, eáque commiserat, vt saluus esse non posset, si sanus esse cœpisset, vt ait M. Tull. lib. V. Tuscul. quæst.

62. beniuolẽtia tenuit) hac de re satis multa suprà in Dione: & itẽ paullo antè.

63. neque postea Syracusis) Plutarchus. καὶ τῶν ἄλλων δὲ διαπεπραγμένων ὁμοίως ἁπάντων πρὸς αὐτὸν, ὁ πολέμου τε λύσις, ὁ νόμων θέσις, ὁ χώρας κατοικισμὸς, ὁ πολιτείας διάταξις ἐδόκει καλῶς ἔχειν, ἧς ἐκεῖνος μὴ προσάψαιτο, μηδὲ κατακοσμήσειε, ὥσπερ ἔργῳ συντελουμένου δημιουργὸς ἐπιθεὶς τινὰ χάριν θεοφιλῆ καὶ πρέπουσαν. πολλῶν γὰρ κατ' αὐτὸν Ἑλλήνων, μεγάλων γενομένων, καὶ μεγάλα κατεργασαμένων, ὧν καὶ Τιμόθεος ἦν, καὶ Ἀγησίλαος, καὶ Πελοπίδας καὶ ὁ μάλιστα ζηλωθεὶς ὑπὸ Τιμολέοντος Ἐπαμεινώνδας· αἱ μὲν ἐκείνων πράξεις, βίᾳ τινὶ καὶ πόνῳ τὸ λαμπρὸν ἐξενηνόχασι μεμιγμένον, ὥστε καὶ μέμψιν ἐνίαις ἐπιγίνεσθαι καὶ μετάνοιαν· τῶν δὲ Τιμολέοντος ἔργων, ἔξω λόγου θεμένοις τὴν περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀνάγκην, οὐδέν ἐστιν ᾧ μὴ τὸ τοῦ Σοφοκλέους, ὥς φησι Τίμαιος, ἐπιφωνεῖν ἔπρεπεν, ὦ θεοί, τίς ἆρα Κύπρις, ἢ τίς ἵμερος τοῦδε συνήψατο; καθάπερ γὰρ ἡ μὲν Ἀντιμάχου ποίησις, καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφήματα, τῶν Κολοφωνίων, ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις

ἔοικε ταῖς δὲ Νικομάχου γραφαῖς, καὶ τοῖς Ὁμήρου στίχοις μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως καὶ χάριτος, προσέστι τὸ δοκεῖν εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπειργάσθαι. οὕτω παρὰ τὴν Ἐπαμινώνδου στρατηγίαν, καὶ τὴν Ἀγησιλάου, πολυπόνους γενομένας καὶ δυσαγώνας ἡ Τιμολέοντος αὐτὸ ἐξεταζομένη, μετὰ τοῦ καλοῦ πολὺ τὸ ῥᾳδίως ἔχουσα, φαίνεται τοῖς εὖ καὶ δικαίως λογιζομένοις, οὐ τύχης ἔργον, ἀλλ' ἀρετῆς εὐτυχούσης. i. & cùm alij omnes in eum similiter essent animati, non vllius belli compositio, non legum rogatio, non colonorum in eam regionem deductio, non reip. administrationis descriptio rectè fieri posse videbatur, ad quam non adhibitus esset, aut quam non exornasset, quemadmodum opifex quidam, qui operi perfecto lepôrem quendam, & venustatem deo gratam, & aptam apponit. Nam cùm multi Græci eadem ætate magni viri, & qui magnas res gesserunt, vixerint: in his Timotheus, & Agesilaus, & Pelopidas, & is, quem maximè æmulatus est Timoleon, Epaminondas: illorum quidem actiones & res gestæ claritatem & amplitudinem cum vi quadam & labore coniunctam extulerũt, ita vt earum nonnullas reprehensio, & (si hoc verbo vti licet) pœnitentia subsecuta sit: earum autem rerum, quæ à Timoleonte gestæ, & factæ sunt, excepta fraternæ cædis necessitate, nulla est, cui non deceat illa Sophoclis, vt ait Timæus, acclamare, O Iupiter, quænam Venus, aut quæ gratia, Aut quis Cupido contigit talem virum? Quemadmodum enim Antimachi poësis, & Dionysij pictura, qui Colophonij fuerunt, vim & contentionem habentes, videntur esse violentæ & laboriosæ: in Nicomachi verò pictoris operibus, & Homeri versibus, cum cetera præstantia & venustate inest hoc præterea quòd videntur molli brachio, & facilè, & paruo negotio esse effecta: ita cùm Epaminondæ & Agesilai belli gerendi, & ducendi exercitus ratione, quæ fuit laboris & contentionis plena, Timoleontis ars imperatoria comparata, cum honesto multum præterea facilitatis habens, prudentibus & æquis existimatoribus videtur esse non fortunæ, sed virtutis fortunatæ munus.

64. neque id magis beniuol.) ne quis dicat, Syracusanos beniuolentia adductos, & amore cæcos ita de Timoleonte sensisse, non quòd magna esset in Timoleonte prudentia. τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον: id est, cæcum enim est id, quod amat, in eo quod amatur.

65. lumina oculorum) id est, oculos. periphrasis. Est etiam διαστολὴ, hoc est distinctio. sunt enim lumina solis, lumina vitæ. M. Tull. de suo consulatu, lib. 2. de diuinatione. Luce serenanti vitai lumina liquit. Lucret. lib. 1. princip. visitque exortum lumina solis. Quod igitur ad hunc locum attinet, sic ferè idem Lucret. lib. 3. Lumina sis oculis etiam bonus Ancu' reliquit. nam lumina sis oculis interpretor, lumina suorum oculorum. Cùm autem vulgò legeretur, Lumina sic oculis, &c. emendaui, Lumina sis oculis, &c. quod ex Ennij versu imitatum atque expressum esse docuimus in commentariis Lucretianis, Postquàm lumina sis oculis bonus Ancu' reliquit. Quod autem ad rem attinet, sic de ea Plutarch. ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἀπημβλύνθη τὴν ὄψιν, εἶτα τελέως ἐπηρώθη μετ' ὀλίγον, &c. i. Iam natu maiori acies oculorum obtusa est, deinde paullo pòst sensu videndi prorsus orbatus est.

66. concilium) conuentus, cœtus.

67. vectus iumentis) Plutarchus. τὰ γὰρ ἄλλα δι' αὑτῶν κρίνοντες, ἐπὶ τὰς μείζονας

διασκεψάμενοι ἐκεῖνον ἐκάλουν. ὁ δὲ κομιζόμενος δι' ἀγορᾶς ἐπὶ ζεύγους, πρὸς τὸ θέατρον ἐπορεύετο. καὶ τῆς ἀπήνης, ὥσπερ ἐτύγχανε καθήμενος, εἰσαγομένης, καὶ χρόνον τινὰ δοὺς ταῖς εὐφημίαις καὶ τοῖς ἐπαίνοις, εἶτα διακούσας τὸ ζητούμενον, ἀπεφαίνετο γνώμην. ἐπιχειροτονηθείσης δὲ ταύτης, οἱ μὲν ὑπηρέται πάλιν ἀπῆγον διὰ τοῦ θεάτρου τὸ ζεῦγος· οἱ δὲ πολῖται βοῇ καὶ κρότῳ προπέμψαντες ἐκεῖνον, ἤδη τὰ λοιπὰ τῶν δημοσίων καθ' αὑτοὺς ἐχρημάτιζον. i. *Cetera enim per se statuentes ac iudicantes, ad deliberationes maioris momenti illum vocabant. Ille autem iumentis vectus in theatrum ibat: & cùm vehiculum, in quo sedebat, introduceretur, populus quidem illum vna voce nominatim appellans salutabat: ille autem cùm eum resalutasset, & aliquantum temporis faustis precationibus, & laudationibus dedisset, tum deinde audita re, de qua re quaerebatur, sententiam dicebat. qua comprobata & confirmata, ministri iumenta & vehiculum per theatrum rursum abducebant: ciues verò clamore secundo, & applausu illum prosecuti, reliqua iam per se agebant.*

68. *tribuebat) ascribebat.*

69. *gloriosum)* ἀλαζονικόν. *gloriosus miles apud Terētium & Plautum,* ἀλαζών.

70. *ex ore eius exiit)* φύγεν ἕρκος ὀδόντων, *vt loquitur Homerus, id est, effugit vallum dentium: ex ore eius excidit. sic & Cic. in Vatinium non longè à princip. non putas fas esse, verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum & honorificum ad aureis tuas accidat.*

71. *suas laudes aud.) quod tamen iucundissimum esse acroama respōdit quōdam Themistocles, vt testatur Cic. oratione pro Archia poëta.*

72. *atque habere) agere gratias dicunt Latini: habere gratias, nō item, sed habere gratiam. neque tamen reprehendendus Probus, aut Nepos, siue quis alius huius libri auctor, quasi minus bene Latinè locutus. Quamuis enim hîc repetatur* ἀπὸ κοινοῦ, *gratias, aliud tamen est aliquid disertè exprimi, aliud subintelligi. Nam si quis ita disertè loquatur, habere gratias, non satis emendatè loquatur: si quis, vt Probus, gratias agere, & habere, reprehendi non debeat.*

73. *recreare) in suam integritatem restituere. sic suprà in Eumene.*

74. *sine deorum numine) sine deorum nutu, & voluntate. Pia sententia, & vel Christiano digna, si modò pro deorum, positum esset, dei.*

75. *sacellum* Αὐτοματίας) *sic Plutarch. in Timol.* καίτοι ταῦτα γε ἐκεῖνος εἰς τὴν τύχην ἀνῆπτε τὰ κατορθούμενα. καὶ γὰρ γράφων τοῖς οἴκοι φίλοις, καὶ δημηγορῶν πρὸς τοὺς Συρακοσίους, πολλάκις ἔφη τῷ θεῷ χάριν ἔχειν, ὅτι βουλόμενος σῶσαι Σικελίαν, ἐπεγράψατο τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν. ἐπὶ δὲ τῆς οἰκίας ἱερὸν ἱδρυσάμενος Αὐτοματίας ἔθυσεν. αὐτὴν δὲ τὴν οἰκίαν ἱερῷ δαίμονι καθιέρωσεν. i. *Atqui omnia sane ille ad fortunam referebat, quae erant bene gesta. Nam & cùm scriberet ad amicos, quos domi habebat, & cùm apud Syracusanos contionem habebat, saepenumero dixit, se deo gratiam habere, quòd, cùm Siciliam seruare vellet, nomē suum mutuatus esset, & factis illis praeclaris ascripsisset. Domi autem suae sacellum Fortuiti Casus condidit, eique sacrificauit. Domum autem ipsam sacro Genio consecrauit. Idem praecept. polit.* ὅτι οἱ μεγάλοι καὶ δαίμονα καὶ τύχην τοῖς κατορθώμασι συνεπιγράφουσιν, ὡς Τιμολέων, ὁ τὰς ἐν Σικελίᾳ καταλύσας τυραννίδας Αὐτοματίας ἱερὸν ἱδρύσατο. i. *ex quo magni viri deum, seu Genium, & Fortunam rebus suis benè gestis vnà inscribunt, vt Timoleon, is,*

qui

qui tyrannidas Siciliæ sustulit, templum Casus seu Euentus constituit. Quid porrò intersit inter τύχην & αὐτόματον, disputat Aristoteles lib. 2. de princip. cap. 6. vbi ait, vt dicam ἐν παρόδῳ, fortunam locum habere [illegible] tantum, id est in iis, quæ agi possunt: αὐτόματον verò. i. casum, seu quod per se, & sua sponte exsistit, seu éuenit, etiam in rebus, quæ ad animanteis ratione carenteis, & ad inanima pertinent. Disputat & Plutarch: [illegible], vbi ait, αὐτόματον esse commune animatorum, & inanimorum: fortunam verò, hominis proprium, qui iam agere potest. Dicuntur etiam αὐτόματα à Græcis machinamenta quædam, quæ sua sponte, & nemine impellente mouentur, qualia sunt horologia nostra ex ferro confecta: quales erant sphæræ ab Archimede, & Posidonio factæ: quarum singulæ conuersiones idem efficiebant in sole, & in luna, & in quinque stellis errantibus, quod efficitur in cælo singulis diebus & noctibus: quas commemorat M. Tullius lib. 2. de natura deorum: qualis Archytæ columba lignea, de qua Gellius lib. X. cap. XII. Exstat autem lepidum Claudiani epigramma in illam Archimedis sphæram, quam tradunt fuisse vitream. Iupiter in paruo cum cerneret æthera vitro, Risit, & ad superos talia dicta dedit, &c.

76. natali die suo) sic M. Tullius ab exsilio reuocatus Brundisium venit, nonis sextilibus: ibique ei Tulliola sua præstò fuit natali suo ipso die: qui casu idem natalis erat & Brundisinæ coloniæ, & Attici vicinæ salutis. quæ res animaduersa (inquit ille lib. 4. epist. ad Att. ep. 1.) à multitudine, summa Brundisinorum gratulatione celebrata est.

77. quidam Laph. homo petulans) hoc omnes fere viri boni, & virtute præstantes fato nati sunt, vt, quo melius de rep. merentur, & cupidius virtutem colunt, eo infestiores & acriores habeant suæ virtutis obtrectatores. Possem non paucos huius ætatis mihi notissimos, innocenteis, & abstinenteis, & castos, & amanteis patriæ viros commemorare: qui à sycophantis, & impuris, & turbulentis, & assentatorib. indignè, ac miserè vexantur, circumueniuntur, supplantãtur, atque opprimuntur. Sed odiosum est homines notos nominatim appellare, cùm præsertim incertum sit, velint ne hi sese nominari. Atque vtinam hoc malum in democratia tantùm nasceretur, non etiam in monarchia, neque essent in hac quoque petulantes, impudẽtes, procaces, & alienæ virtutis obtrectatores multo plures, quàm in illa. Quod mihi ex eo, quod Plutarchus hoc loco scribit, venit in mẽtem optare. eius verba sunt hæc. [illegible] Σιμωνίδην, [illegible] &c. i. Quoniam igitur opus erat, vt apparet, non solùm in omnibus galeritis cristam, seu galerum innasci, ex sententia Simonidis, sed & in omni populi potentia, sycophantam, adorti sunt Timoleontem duo populares concionatores, Laphystius & Demænetus, &c. At qui Plutarche, etiam in singularibus potentiis, id est monarchiis, & regnis, exoriuntur tales [illegible] pestes, quod quotidie experiuntur viri innocentes, & virtute præstantes. [illegible] quem Probus [illegible] appellat, cum à Plutarcho Laphystium nominari [illegible]

78. vadimonium cùm vellet impon.) id est, [illegible] vellet huic imponere necessi-

tatem dandi vades, qui promitterent, se eum certa die in iudicium stituros: vel cùm vellet eum cogere, vt datis vadibus promitteret se certa die in iudicio affuturũ, &c. Vades sunt fideiussores locupletes, qui promiserũt se aliquẽ in iudicio stituros. Horat. sat. I. lib. I. Ille, datis vadibus qui rure extractus in vrbem est, &c. Vadari est vades à reo postulare, seu accipere. Idem sat. 9. lib. I. & casu nũc respondere vadato Debebat, &c. Vadimonium est necessitas, seu obligatio standi in iudicio, datis vadibus, qui promiserint, se, vt id fiat, curaturos, & præstituros. vel vadimonium est datio fideiussorum locupletium, qui promittãt, &c. Ex quo illa vsitata bonis scriptorib. promittere vadimonium, obire vadimonium, deserere vadimonium, sistere vadimonium. Plutarchus dixit, πρός τινα δίκην κατεγγυῶντος, *id est, cùm vellet eum vadimonio in quandam litem, obstringere, seu obligare. Est & concipere vadimonium, quod est vadimonij formulam componere. M. Tullius lib. 2. epistolarum ad Q. Fr. Trebatium quòd ad se miserim, persalsè, & humaniter mihi gratias agit. negat enim in tanta multitudine eorum, qui vnà essent, quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset.*

79. *lege agere) lege agere est, ius suum experiri, & actionem aliquam intendere, ex lege XII. Tabularum sibi à prætore datam, vel à iuriscõsultis præscriptã.*

80. *procacitatem) Procacitas, à procando, id est, poscendo dicta, inquit Nonius.*

81. *Namque id vt Laphyst. ceterisque) Plutarchus.* ὧν Λαφυστίου μὲν αὐτὸν πρός τινα δίκην κατεγγυῶντος, οὐκ εἴα θορυβεῖν, οὐδὲ κωλύειν τοὺς πολίτας. ἑκὼν γὰρ αὐτὸς ὑπομεῖναι τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους ὑπὲρ τοῦ τοῖς νόμοις χρῆσθαι τὸν βουλόμενον Συρακουσίων. *i. ex quibus duobus contionatoribus cùm Laphystius eum in litem quandam vadimonio obstringere, vel, vno verbo, vadari vellet, non sinebat ei ciueis obstrepere, neque eum prohibere: se enim sua voluntate tot labores subiisse, ac pertulisse, tótque pericula adiisse, vt cuius Syracusanorum legibus vti liceret.*

82. *quod quisque vellet, ad id, quod quisque vellet.*

83. *ac nonnulla inueheretur) & nonnulla in Timoleontem maledicta ingereret. sic ferè suprà locutus est in Epaminonda, at etiam in oratione sua multa inuectus esset in Theb. &c.*

84. *dixit, nunc demum se voti esse damnatum) Cùm hic locus sic vulgò legeretur, dixit, nunc demum se voti esse compotem: ego initiò hanc lectionem secutus eram, neque suspicabar eam esse corruptam, præsertim cùm viderem hoc loquendi genus non esse inusitatum, aut insolens, sed probatum, & Latinũ vsitatum: (sic enim Horatius locutus est in epist. ad Pisones, Post etiam inclusa est voti sententia compos) ego igitur hanc lectionem receptam initiò secutus eram, nec quicquam immutaram, existimans, vt dixi, esse integram. Itaque cùm ad hunc locum iam typographus peruenisset, atque in eo esset, vt eum excuderet: venit ad me, vt solet, Cl. Puteanus, quem sæpe antea commemoraui, iuuenis pereruditus, & valde moderatus, ac modestus: qui cùm ex me quæsisset, quousque typographus progressus esset, & ad quam vitam peruenisset: respondissémque, Timoleontem iam excudi: tum ille libro inspecto, & hoc ipso loco, in quo nunc versamur, perlecto, dixit, quendam (quem nominabat) indicasse, hîc legendum ex libro manuscripto, nunc demum se voti esse damnatum: quo audito, continuò eam scri-*

pturam amplexus sum, atque adeò arripui, neque dubitaui vulgatã lectionem, vt suppositam, & adulterinam, improbare, planéque fureis expellere: hanc verò, vt germanam, & veram, approbare. Eius autem, qui hanc scripturam in libro vetere reperiri testatus est, nomen edere mihi nefas esse duxi, propterea quòd is nulla à me iniuria lacessitus, atque adeò mihi planè ignotus, me non solum insigni iniuria affecit, verùm etiam contumeliosè læsit, idque nominatim, cùm liceret ei, sicubi fortè ego, vt homo, in meis scriptis dormitassem, aut titubassem, aut etiam grauiter, fœdéque lapsus essem, (nam hæc omnia humana sunt, & in hominem cadunt) sine petulantia & contumelia me reprehendere, & à me sine inimicitiarum denuntiatione dissentire. Mihi enim à quolibet, vel indoctissimo, reprehendi non est permolestum: sed contumeliosè reprehendi, præsertim iniuria, quamuis sit contemnendum, & fortasse ferendum, non videtur mihi tamen vllo modo probandum. Nihil enim petulanter, & procaciter, & impudenter in alterius personam dictum, aut factum, viro bono probari debet, nedum in suam. Existimabam autem, fore, vt petulantiam, & contumeliam in me iactam viderer approbare, si, qui me petulanter insectatus esset, eum, vt pudentẽ aliquem, & modestum, & grauem virum, nominatim appellarem. hoc enim erat, me tali contumelia dignum esse præ me ferre. Iam verò petulantia cum petulantia certare, multo minus decere me iudicabam. Itaque satis habiturum lectorem existimaui, si eum certiorem facerem, hanc emendationem non esse à me excogitatam, (quod ego nullo modo assequi potui, neque quisquam mortalium) sed in libro manu scripto à quodam litterarum studioso, quomodocumque sit is moratus, & de me meritus, repertam: quem iccirco nominatim appellare noluerim, quòd neque quemquam vel improbissimum, quamuis iniuria lacessitus, nominatim describere volo, neque hominem malè de me meritum, quantumuis doctum, honorificè appellandũ esse puto. Sed nunc tandẽ Plutarchi verba, quæ ad hanc rẽ, in qua versamur, pertinẽt, proferamus. τοῦ δὲ Δημαινέτου πολλὰ κατηγορήσαντος ἐν ἐκκλησίᾳ τῆς στρατηγίας, πρὸς ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν ἀντεῖπε, τοῖς δὲ θεοῖς ἔφη χάριν ὀφείλειν, ὡς ἔξαν, τὸ εὐξάμενος ἐπιδεῖν τῆς παρρησίας κυρίους Συρακουσίους. i. Cùm autem Demænetus in concione multis criminibus res à Timoleonte in imperio gestas accusasset: illi quidem nihil respondit, diis verò se gratias debere, id est, diis se voti, seu voto damnatum esse dixit, à quibus sæpe precatus esset, vt Syracusanos aliquando videret libertatis dicendi compotes esse. Nunc quid sit damnari voti, seu voto, videndum. Est igitur damnari voti, necessitate voti persoluendi obligari. obligantur autem hac necessitate, qui quod à diis precati sunt vota facientes, consecuti sunt. Itaque apud Virgil. in Daphnide illud, damnabis tu quoque votis, sic intelligendum est, tu quoque agricolis dabis, quod abs te precati fuerint, eósque votorum compotes factos, obligabis necessitate eorum, quæ promiserint, soluendorum. Tale est & illud eiusdem, lib. V. æn. Vobis lætus ego cãdentem in littore taurum Constituam ante aras voti reus. Sic Titinnius Veliterna apud Nonium, Nunc eius voti condemnatus immolauit hostiam. Et Turpilius, Et amplius illam apparere condecet, Quandoquidem voti condemnata est. Sisenna histor. lib. 4. quòd voto damnati fetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse. Sic M. Tull. ad Quirites

post reditum, Quod precatus à Ioue opt. max. ceterisque diis immortalibus sum, Quirites, eo tempore, cùm me fortunásque meas pro vestra incolumitate, otio, concordiáque deuoui, vt, si meas rationes, &c. eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum immortalium, &c. maximè lætor.

85. *cuius liceret &c.) hoc ipsum est, quod his verbis significauit* Plutarchus, ὥς εὔξατο, Συρακοσίους ἐπιδὼν τῆς παρρησίας κυρίους γενομένους. Nam κύριοι *sunt* παρρησίας, *hoc est domini, seu compotes sunt libertatis dicendi, quibus impune licet de quo velint dicere.*

86. *diem supremum) diem vitæ supremum, diem vltimũ.* Horat. epist. 4. lib. I. *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.*

87. *quod Timoleontium)* Plutarch. ἐποίησαν δὲ τὴν ταφὴν τοῦ σώματος ἐν ἀγορᾷ, καὶ στοὰς ὕστερον περιβαλόντες, καὶ παλαίστρας ἐνοικοδομήσαντες, γυμνάσιον τοῖς νέοις ἀνῆκαν, καὶ Τιμολεόντιον προσηγόρευσαν. *i. Corporis autem sepulturam in foro fecerunt, & posterius porticibus monumento circumdatis, & palæstris inædificatis, gymnasium iuuenibus dedicarunt, quod Timoleontéum appellarunt.*

88. *tota celebrante Sicil.)* Plutarch. προὔπεμπον πολλαὶ μυριάδες ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ὧν ὄψις μὲν ἦν τῇ ἑορτῇ πρέπουσα, πάντων ἐστεφανωμένων, καὶ καθαρὰς ἐσθῆτας φορούντων, φωναὶ δὲ καὶ δάκρυα συγκεκραμένα τῷ μακαρισμῷ τοῦ τεθνηκότος, οὐ τιμῆς ἀφοσίωσιν, οὐδὲ λειτουργίαν ἐκ προβουλεύματος, ἀλλὰ πόθον δίκαιον ἐπεδείκνυντο, καὶ χάριν ἀληθινῆς εὐνοίας. *i. prosequebantur funus multæ virorum & mulierum myriades, & aspectus quidem erat diem festum decens, omnibus coronatis, & puras vesteis gerentibus: voces autem & lacrymæ orationi, qua mortuum beatum & fortunatum prædicabant, permistæ, non honorem dicis causa, & perfungẽdi operis gratia delatum, neque muneris functionem ex senatusconsulto indictum, sed iustum desiderium, & veræ beniuolentiæ gratiam ostendebant.* Diod. lib. 16. κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων ὁ Κορίνθιος ἅπαντα τοῖς Συρακοσίοις κατωρθωκὼς ἐτελεύτησε στρατηγήσας ἔτη ὀκτώ. οἱ δὲ Συρακούσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα διά τε τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν αὐτὸν, καὶ κατὰ τὴν ἐκφορὰν ἀθροισθέντος τοῦ πλήθους, τόδε τὸ ψήφισμα ἀνηγόρευσεν ὁ δῆμος τῶν Συρακοσίων, Τιμολέοντα τιμᾶν ἐπισκ... θάπτεσθαι ἀπὸ διακοσίων μνῶν. τιμᾶσθαι δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς καὶ γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οἰκίσας, αἴτιος ἐγένετο τῆς ἐλευθερίας τοῖς Σικελιώταις. *i. In Sicilia autem Timoleon Corinthius omnibus rebus pro Syracusanis, benè & feliciter gestis, diem supremum obiit, imperandi munere, seu imperio octo annos functus: Syracusani verò virum magnopere sibi acceptum ac probatum cùm propter virtutem, tum propter beneficiorum erga se magnitudinem, magnificè sepeliuerunt, & in efferẽdo mortuo multitudine congregata hoc plebiscitum voce præconis prædicari iussit populus Syracusanus, Placere populo Timoleontem quotannis honoribus ornari. In eius autem sepulturam minas ducẽtas insumi: honorari autem in perpetuum certaminibus musicis, & gymnicis, quia barbaris bello deuictis, & maximis Græciæ vrbibus de integro cultis & habitatis auctor fuit Syracusanis libertatis.*

1. DE REGIBVS) *nullus in libris neque antiquiorib. neque recentioribus. hanc inscriptionem reperi, præterquam in Coloniensi.*

2. *separatim) alio libro, qui regum vitas continebat. ille autem liber nõ exstat,*

3. *nomine, non potestate fuit rex) suprà in Agesilao. Mos est enim à maioribus traditus, vt duos haberent semper reges nomine magis, quàm imperio, &c.*

4. *Spartani) reges. subintell.*

6. *qui dominatum imperio tenuerunt) secutus sum exempla Basileensia, Colon. & omnium antiquissima, Argentor. Nam alia habent, qui orbem domitum imperio tenuerunt, minus rectè, opinor. Nam opponit hos, qui dominatum imperio tenuerunt, Agesilao, qui nomine, non potestate fuit rex. Sic suprà in Timol. Nam quod ceteri reges imperio potuerunt, hic beniuolentia tenuit. Quòd si quis huic lectioni anteponat illam quæ reperitur in cod. Ven. & Florent. qui orbem domitum imperio tenuerunt, cum eo quidem non pugnabo, sed tamen non item probabo. Orbem autem interpretari debebit, orbem terrarum, τὴν οἰκουμένην.*

7. *Cyrus) Maior, Astyagis, Medorum regis filius, qui sua virtute Medorum regnum adeptus est. Cyrus autem, Persarum lingua: solē significat, auctore Plutarcho in Artaxerxe. princip. De eo sic Xenoph. in Cyri pædia. φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος, καὶ φιλομαθέστατος, καὶ φιλοτιμότατος. i. dicitur autem natus esse Cyrus, talis quidem certè etiam nunc omnium barbarorum sermone celebratur, aspectu quidem pulcherrimus, animo verò humanissimus, & discendi cupidissimus, & laudis auidissimus. Sed quid hunc locum Xenophontis de Cyro profero? legenda tota Cyripædia, seu institutio est. De eodem multa & Herod. lib. I. & Ctesias: quamuis ab Herodoto valde discrepet. Sed illud est memorabile & præclarum de Lydiæ regno virtute parto, & Crœso viuo capto. Atque ea quidem, quæ ab Herodoto memoriæ prodita sunt, in præsenti præteribo, præsertim cùm in promtu posita sint. Sed nonnulla eius strategemata à Polyæno exposita, propterea quòd hic scriptor nondum Græcè in manus hominum peruenit, referam. Atque hoc primo loco ponam, quod in prælio aduersus Crœsum commisso, adhibuit. sic igitur ille lib. 7. Κῦρος Κροίσῳ ἀντιπαρετάσσετο. Λυδοῖς ἦσαν ἱππεῖς πολλοί, καὶ μέγα ἐπὶ τούτοις ἐφρόνει Κροῖσος. Κροίσου ἀχρεῖον τὸ ἱππικὸν ἀπέφηνε Κῦρος, προτάξας τῶν ἱππικῶν ὁπλιτῶν καμήλους πολλάς. ἵπποι δὲ καμήλου φεύγουσι καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ὀσμήν. αὐτίκα δὴ φεύγοντες οἱ ἵπποι, τοὺς Λυδοὺς ἐξεφόρουν· ὥστε ἦν Κύρου νίκη, καὶ πρὸ τῆς μάχης. i. Cyrus cum Crœso acie instructa prælio decertaturus erat. Lydis magnus equitatus suppetebat: hisque magnopere Crœsus cõfidebat, magnósque spiritus gerebat. Sed Crœso equitatum inutilem Cyrus reddidit, locatis ante equites grauioris suæ armaturæ camelis multis, & equitatui Crœsi oppositis. equus autem cameli fugit & aspectum, & odorem. Statim igitur equi fugientes Lydos è prælio exsportarũt. Ita victoria Cyro etiam ante prælium parta est. Quod strategema commemorat & Herodotus lib. I. Venio nunc ad illa, quibus in oppugnatione Sardium vsus est, quòrum hoc priore loco ponam. Κῦρος πολιορκῶν Σάρδεις, ξύλα πολλὰ μακρὰ ἰσομήκη τοῖς τείχεσιν, ἐπέθηκεν αὐτοῖς εἴδωλα πώγωνας ἔχοντα, καὶ περσικὴν ἐσθῆτα, καὶ φαρέτρας κατὰ νώτου, καὶ τόξα μετὰ χεῖρας, νύκτωρ προσήγαγε, ὑπερέχοντα περὶ τῶν τειχῶν τὰς ἄκρας· ὁ δὲ κατὰ τὸ ἕτερον μέ-*

ρᾳ τῆς πόλεως προσέβαλεν ἀρχομένης ἡμέρας. ἡ δὲ στρατιὰ τοῦ Κροίσου ἀπομαχομένη ταῖς τοῦ Κύρου προσβολαῖς, ἐπειδή τινες αὐτῶν ἐπιστραφέντες, εἶδον ἀπὸ μακροῦ τὰ εἴδωλα ὑπὲρ τῶν ἄκρων, καὶ αἰσθόμενοι πάντας δὴ εἷλε φόβος, ὡς ἤδη τῆς ἄκρας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κατειλημμένης. καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἄλλος ἄλλῃ ἔφευγον. Κῦρος δὲ Σάρδεις κατὰ κράτος εἷλε. i. Cyrus cùm Sardeis vallo & fossa cinctas obsideret, multa ligna longa muris longitudine æqualia, affixis ad ea imaginibus barbatis, & vestitu Persico ornatis, & pharetram à tergo dependentem gestantibus, arcúsque manu tenentibus, noctu admouit: ita vt circum murorum summas parteis exstarent, atque eminerent. Idem ab altera parte vrbis vrbem oppugnare cœpit prima luce. Crœsi autem exercitu ex muris Cyri impetũ repellente, vbi nonnulli ex iis conuersi perspexerunt imagines illas eminenteis supra murorum pinnas, & exclamarunt: omnes magno timore perterriti sunt, tamquam iam arce vrbis ab hostibus occupata, & capta: & portis apertis alius aliò diuersi fugerunt. Cyrus autem Sardeis vi & virtute cepit. Quod retulit & Ctesias primo lib. Περσικῶν, vt ex iis, quæ inde excerpta ad nos peruenerunt, intelligere licet. quæ talia sunt. καὶ ὅτι στρατεύει Κῦρος ἐπὶ Κροῖσον, καὶ πόλιν Σάρδεις, συνεργὸν ἔχων Ἀμόργην. ὅπως τε τῇ βουλῇ Οἰβαρᾶ Περσῶν εἴδωλα ξύλινα ἀνὰ τὸ τεῖχος φανέντα ἐς δέος μὲν κατέστησε τοὺς ἐνοικοῦντας, ἥλω δὲ διὰ ταῦτα καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. id est, Refert etiam Ctesias Cyrum aduersus Crœsum, & vrbem Sardeis exercitum duxisse, Amorga adiutore fretum: & quemadmodum Oebaræ cõsilio Persarum imagines supra murum exstantes, & prospectæ, terrorem iis, qui in vrbe habitabant, iniecerint, eóque metu perculsis ciuibus vrbs ipsa capta sit. Subiiciamus & hoc alterum Polyæni strategema: quod tamen apud eum priore loco ponitur. Sic igitur ille. Κῦρος ἐκράτησε Σαρδέων. Κροῖσος κατεῖχε τὴν ἀκρόπολιν, ἀναμένων τὴν ἐκ τῆς Ἑλλάδος βοήθειαν. Κῦρος τοὺς οἰκείους τῶν μετὰ Κροίσου τὴν ἀκρόπολιν κατεχόντων δήσας, ἔδειξε τοῖς πολιορκουμένοις, τῷ κήρυκι προστάξας εἰπεῖν, ὡς παραδοῦσι μὲν τὴν ἀκρόπολιν, ἀποδώσει τὰ οἰκεῖα σώματα· μὴ βουλομένων δὲ παραδοῦναι, κρεμάσει πάντας. οἱ δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν οἰκείων παρέδωκαν, οὐκ ἀναμείναντες Κροίσου τὰς κενὰς τῶν Ἑλλήνων ἐλπίδας. i. Cyrus Sardium potitus est. sed Crœsus arcem tenebat, auxilium ex Græcia exspectans. Cyrus propinquos & familiareis eorum, qui cum Crœso arcem tutabantur, vinctos obsessis ostendit, præcone prædicare iusso, Cyrum, siquidem illi arcem tradiderint, propinquos eis redditurum: sin tradere nolint, omneis in crucem acturum. Quo audito, illi arcem ob salutem suorum Cyro tradiderunt, inani Crœsi spe auxilij à Græcis mittendi non exspectata. Hunc Cyrum Xenophon lib. 8. in lectulo suo esse mortuum, & morientem cum filiis suis præclara quædam locutum scribit: eúmque sermonem exposuit Xenophon, seu finxit potius eodem lib. in extr. cuius partem postremam Latinam fecit M. Tullius in Catone Maiore, ibi. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior, hæc dicit: Nolite arbitrari, ô mihi carissimi filij, &c. Sed Herodotus eodem, quẽ paullo antè cõmemoraui, libro, in extr. tradit, eũ in prælio aduersus Massagetas, seu Scythas cecidisse. Verba Herodoti sunt hæc. Τώμυρις δὲ ὡς ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε, συλλέξασα πᾶσαν τὴν ἑωυτῆς δύναμιν, συνέβαλε Κύρῳ. ταύτην τὴν μάχην, ὅσαι δὴ βαρβάρων ἀνδρῶν μάχαι ἐγένοντο, κρίνω ἰσχυροτάτην γενέσθαι. καὶ δὴ καὶ πυνθάνομαι οὕτω τοῦτο γενόμενον. πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς διαστάντας ἐς ἀλλήλους το-

ξεύεσθαι, μετὰ δὲ, ὡς σφι τὰ βέλεα ἐξετοξεύετο, συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε, καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεσθαι. χρόνον τε δὴ ἐπὶ πολλὸν συνεστάναι μαχομένους, καὶ οὐδετέρους ἐθέλειν φεύγειν. τέλος δὲ οἱ Μασσαγέται περιεγένοντο· ἥ τε δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς αὐτοῦ στρατιῆς ταύτῃ διεφθάρη. καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κῦρος τελευτᾷ, βασιλεύσας τὰ πάντα ἑνὸς δέοντα τριάκοντα ἔτεα. ἀσκὸν δὲ πλήσασα αἵματος ἀνθρωπηΐου Τόμυρις, ἐδίζητο ἐν τοῖσι τεθνεῶσι τῶν Περσέων τὸν Κύρου νέκυν. ὡς δὲ εὗρε, ἐναπῆκε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκόν. λυμαινομένη δὲ τῷ νεκρῷ ἐπέλεγε τάδε, σὺ μὲν ἐμὲ ζῶσάν τε καὶ νικῶσαν ἐς μάχην ἀπώλεσας παῖδα τὸν ἐμὸν ἑλὼν δόλῳ· σὲ δ' ἐγὼ κατά περ ἠπείλησα, αἵματος κορέσω. τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου πολλῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος εἴρηται. i. *Tomyris autem (Massagetarum regina) vbi Cyrus eius postulata neglexit, contractis omnibus suis copiis, cũ Cyro prælium commisit. Hoc prælium omnium, quæ barbarorum fuerunt, præliorũ acerrimum fuisse puto. atque hoc ita commissum esse accepi. Primum enim aiunt, eos inter se distanteis, sagittas misisse: deinde verò telis consumtis atque exhaustis, congressos hastis & gladiis rem egisse, & manus conseruisse: denique pertinaciter pugnasse, neutrósque fugere voluisse. ad extremum verò Massagetæ superiores discesserunt. atque hoc modo magna pars Persici exercitus interiit: & verò Cyrus ipse in hoc prælio occubuit, cum annos vndetriginta regnasset. Tomyris autem cùm vtrem sanguine humano compleuisset, Cyri cadauer inter mortuos perquirendum curauit. reperti caput in eum vtrem immisit: & probris in mortuum congestis hæc subiungebat, Tu quidem me viua & victrice, pari certaminè, filium meum dolo captum interemisti: at ego te, quemadmodum interminata sum, sanguine saturabo. Hæc igitur de morte Cyri, cùm magna sit eorum, quæ de ea tradita sunt, varietas, mihi probatissima & verisimillima videntur.*

Hoc autem retulit & Polyænus lib. 8. strateg. quamquam paullo aliter, his verbis. Τόμυρις Κύρου στρατεύσαντος ἐπ' αὐτὴν, προσεποιήσατο δεδοικέναι τοὺς πολεμίους. ἔφυγε μὲν τὸ Μασσαγετικόν. ἐπῆλθε δὲ τὸ Περσικὸν, καὶ κατέλαβεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ πλῆθος οἴνου, καὶ σιτίων, καὶ ἱερείων. οἷς ἀνέδην ἐχρήσαντο, καὶ δαψιλῶς νύκτα ὅλην, ὥσπερ νενικηκότες. ἐπεὶ δὲ πολλῷ οἴνῳ καὶ τροφῇ ἔκειντο καθεύδοντες, ἐπελθοῦσα Τόμυρις δυσκινήτως ἔχοντας πάντας αὐτῷ Κύρῳ διέφθειρε. i. *Tomyris cùm Cyrus ei bellum intulisset, simulauit se hosteis pertimuisse. exercitus Massageticus fugit. insecutus est Persicus, & reperit in castris hostium magnũ vini numerum, & magnã vim rerum ad victũ necessariarum, & victimarum, quibus Persæ immoderatè & largè vsi sunt per noctem totam, quasi victores. Vbi autem multo cibo obruti dormire cœperunt iacentes, Tomyris Persas vino, somnóque quasi sepultos, & impeditos adorta vnà cum Cyro ipso interfecit. At Diod. lib. 2. vbi loquitur de mulieribus Scytissis bellatricibus, tradit, Cyrum à Scytharum regina viuum captum, in crucem sublatum esse. Diodori verba sunt hæc.* Κῦρον μὲν γὰρ τὸν Περσῶν βασιλέα πλεῖστον ἰσχύσαντα τῶν καθ' αὑτὸν, καὶ στρατεύσαντα ἀξιολόγοις δυνάμεσιν εἰς τὴν Σκυθίαν, ἡ βασίλισσα τῶν Σκυθῶν ἀνεῖλε, τό τε στρατόπεδον τῶν Περσῶν κατέκοψε, καὶ τὸν Κῦρον αἰχμάλωτον γενόμενον ἀνεσταύρωσε, i. *Nam cùm Cyrus rex Persarum, qui plurimùm eiusdem ætatis regum valuit, magno exercitu Scythiæ bellum intulisset, Scytharum regina Persarum copias concîdit, & Cyrum captiuum in crucem sustulit. Ctesias autem longe aliter. sic enim ille.* Κῦρος στρατεύει ἐπὶ Δέρβικας, Ἀμοραίου βασιλεύοντος αὐτῶν, καὶ ἐξ ἐνέδρας οἱ Δέρβικ-

κας ἐνέδραις ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἱππεῖς Κύρου τρέψαντες, πίπτει καὶ αὐτὸς Κῦρος ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ Ἰνδὸς ἀνὴρ (συνεμάχοντο γὰρ τότε Ἰνδοὶ τοῖς Δερβίκαις, ἐξ ὧν καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔφερον) ἔπεσε οὖν ὁ Ἰνδὸς πεπτωκότα Κῦρον βάλλει ἀκοντίῳ ὑπὸ τὸ ἰσχίον, εἰς τὸν μηρόν. ἐξ οὗ καὶ τελευτᾷ. τότε δὲ ζῶντα ἀνελόμενοι οἱ οἰκεῖοι, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἧκον. ἀπέθανε δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ Περσῶν πολλοὶ, καὶ Δερβίκων ἴσοι. id est, Cyrus autem Derbicibus bellum infert, quorum rex erat Amoræus. Ac Derbices in insidiis elefantos collocant, qui Cyri equites in fugam vertunt. Ita cadit Cyrus ipse ex equo: quem Indus quidem equo lapsum (nam Indi cum Derbicibus belli societate iuncti erant, & eis in prælio adiutores erāt, à quibus & elefantos accipiebant) hic igitur Indus Cyrum ex equo delapsum iaculo ferit sub coxa in femore. ex quo & moritur breui pòst tempore. Tunc autem eum sublatum sui, adhuc viuū in castra reportarunt. Interierunt autem in prælio & ex Persis multi, & ex Derbicibus totidem. Sed Probus cum Herodoto & Polyæno congruit, vt mox cognoscemus.

8. & Darius Hystaspis fil.) de quo Herodotus lib. 3.

9. quorum vterque pr.) de Cyro diximus. de Dario autem, quo pacto is cum alijs sex Persis coniuratis, Otane, Intapherne, Gobrya, Megabyzo, Aspathmo, Hydarne, Smerdin quendam magum, cui Cyrus magnis & iustis de causis auriculas præciderat, qui se Smerdin Cyri filium mentiebatur, regnúmque occupauerat, eiusque fratrem Patizithen de medio sustulerat: & Magis sublatis, regnum equi hinnitu adeptus sit, narrat multis verbis Herodotus eod. libro. Libet autem mihi ex Polyæno referre, quo consilio, & commento, & quasi strategemate vsus sit Darius, vt possent coniurati Magos in tenebris à seipsis discernere, seu potius internoscere. idq; eo libentius faciam, quòd hoc nusquam alibi reperi, immò planè contrarium ab Herodoto & ab alijs tradi memini. Narrat enim Herodotus, cùm Gobryas vnus ex coniuratis, Mago, qui se Cyri filium simulabat, implicatus esset, ipseque à Mago vicissim medius teneretur, ita vt esset difficile alterum ab altero, præsertim in tenebris secernere, alterúmque altero saluo interficere: Dariū diu otiosum & inutile ferrum tenentem stetisse & hæsitasse: quod vereretur, ne Gobryam pro Mago feriret: Gobryam autem ea re animaduersa & cognita, iussisse, vt vel per vtrumque gladium adigeret: Darium Gobryæ voce audita, gladium strinxisse, & forte fortuna Magum Gobrya incolumi interemisse. Ctesias verò lib. I. valde discrepans ab Herodoto, ita scribit. Ἐντεῦθεν οἱ ἑπτὰ τῶν Περσῶν ἐπίσημοι συνίστανται ἀλλήλοις κατὰ τοῦ μάγου, Ὀνόφας, Ἰδέρνης, Νορονδαβάτης, Μαρδόνιος, Βαρίσσης, Ἀταφέρνης, καὶ Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου. τούτων ἀλλήλοις πίστεις δόντων, προσλαμβάνεται καὶ ὁ Ἀρτασύρας· εἶτα καὶ ὁ Βαγαβάτης, ὃς τὰς κλεῖς πάσας τῶν βασιλείων εἶχε. καὶ εἰσελθόντες διὰ τοῦ Βαγαβάτου οἱ ἑπτὰ εἰς τὰ βασίλεια, εὑρίσκουσι τὸν μάγον παλλακῇ Βαβυλωνίᾳ συγκαθεύδοντα. ὡς δὲ εἶδεν, ἀνεπήδησε. καὶ μηδὲν εὑρὼν τῶν πολεμικῶν ὀργάνων, (πάντα γὰρ ὁ Βαγαβάτης λάθρα ὑπεξήγαγε) δίφρον χρυσοῦν συντρίψας, καὶ λαβὼν τὸν πόδα, ἐμάχετο. καὶ τέλος κατακεντηθεὶς ὑπὸ τῶν ἑπτὰ, ἀπέθανε, βασιλεύσας μῆνας ἑπτά. id est, Hinc septem ex Persis nobiles, consenserunt & coiuerunt inter se aduersus Magum, Onophas, Idernes, Norondabates, Mardonius, Barisses, Ataphernes, & Darius Hystaspis filius. Cùm hi inter se fidem dedissent, asciscitur & Artasyras primùm: deinde & Bagabates, qui claueis omneis ædium regiarum habebat. Atque ingressi in ædeis

regias

regias opera Bagabatæ septem Persæ, reperiunt Magum cum Babylonia concubina dormientem. Ille autem, vt vidit, exsiliit: & nullis armis inuentis (omnia enim Bagabates subtraxerat) sella aurea contrita, & perfracta, eiúsque pede in manus sumto, pugnabat. Ad extremum confossus à septem Persis, interiit, cùm menses septem regnasset. Quæ maior varietas ac diuersitas fingi potest? Redeamus igitur ad Polyænum. Sic igitur ille lib. 7. strategem. Δαρεῖος μέλλων τοῖς μάγοις νύκτωρ ἐπιτίθεσθαι μετὰ τῶν ἑπτὰ Περσῶν, ἵνα ἐν σκότῳ δύναιντο γνωρίζειν ἀλλήλους, συνεβούλευσε παρόδεσμον, ὃ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν ἀποσφίγγει τὴν τιάραν, αὐτοὺς εἰς μέτωπον περιαγαγεῖν, ἵνα σημεῖον εἴη ἅμμα τῆς τιάρας καὶ μίτρας, ἁπτομένοις τοῦ μετώπου. i. Darius cum septem Persis in magos noctu impressionem facturus, vt in tenebris possent inter se internoscere, suasit vt tiaræ vinculum, quod ab occipitio tiaram constringit, & continet, in frontem circumductum retorquerent, vt hoc tiaræ & mitræ vinculum frontem tangentibus signum esset, quo Persæ à Magis internoscerentur. Subiiciã eadẽ opera & alia duo huius Darij strategemata, eodẽ libro ab eodẽ exposita. Δαρεῖος πρῶτος φόρους ἔταξε τοῖς ἔθνεσιν. ὅπως δὲ μὴ χαλεπήνειαν, οὐκ αὐτὸς ἔταξεν, ἀλλὰ τοῖς σατράπαις τάξαι προσέταξε. τῶν δὲ ἐπιταξάντων μεγάλους φόρους, αὐτὸς προσέγραψε τοὺς ἡμίσεις, χαριζόμενος τοῖς ὑπηκόοις. οἱ δὲ ἄσμενοι τοὺς ἡμίσεις τελεῖν ὑπέσχοντο, ὡς ἤδη μεγάλην εὐεργεσίαν παρὰ βασιλέως λαβόντες. i. Darius primus tributa gentibus descripsit. Verùm, vt ne grauiter ferrent, non ipse constituit, sed satrapis, vt describerent atque imponerent, mandauit. Cùm autem illi magna & grauia tributa constituissent, ipse populis, quibus præerat, gratificans, dimidium eorum, quæ à satrapis præstituta erant, iniunxit. Illi autem libenter se dimidium pensitaturos promiserunt, vt magno iam à rege beneficio accepto. Quod refertur & à Plutarcho apophth. regum & ducum. Addam & tertium de Zopyro, qui sese miserabilem in modum mutilauit, ac truncauit, vt facilius persuaderet Babyloniis, se Darij esse inimicum, quasi tali contumelia ab illo affectus, & sic mulcatus: Babyloniique re credita sua omnia ei crederent, & committerent. Sic igitur ille eod. lib. Δαρεῖος πολιορκῶν Βαβυλῶνα χρόνῳ μακρῷ τὴν πόλιν ἑλεῖν οὐχ οἷός τε ἦν. Ζώπυρος Δαρείου σατράπης, ἀκρωτηριάσας τὸ πρόσωπον ἧκεν αὐτόμολος, ὡς ταῦτα δὴ ὑπὸ Δαρείου παθών. Βαβυλώνιοι πιστεύουσι τῇ ὄψει τῆς συμφορᾶς, καὶ τῷ Ζωπύρῳ τὴν πόλιν ἐπιτρέπουσιν. ὁ δὲ νύκτωρ ἀνοίγει τὰς πύλας. καὶ Δαρεῖος κρατήσας Βαβυλῶνος, ἐκεῖνο δὴ τὸ λαμπρὸν ἐφθέγξατο, ἀλλ' οὐδὲ κ΄. Βαβυλῶνας ἔχειν ἐβουλόμην ἄν, ἐφ' ᾧ τε ὁρᾷν τοιαῦτα παθόντα Ζώπυρον. i. Darius Babylonem obsidens, & oppugnans, longo tempore in ea re consumto, vrbem capere non poterat. Zopyrus Darij satrapes, naribus & auriculis sibi præcisis, & ore fœdum in modum mutilato, ac deformato, venit Babylonem transfuga, quasi hæc à Dario perpessus. Babylonij graui incommodo, quod vident ipsi, fidem habent, & Zopyro vrbem committunt. Ille autem noctu portas aperit. & Darius Babylone potitus, vocem illam præclaram misit, At ne viginti quidem Babylonas habere vellem, vt Zopyrum talibus malis affectum viderem. Refert etiam hoc Plutarch. apophth. regum & ducum. sed pro viginti, Plutarchus ponit centum.

10. virtute) ingenio, diligentia, studio, arte, consilio, fortitudine. hæc enim omnia virtutis nomine significantur. Alia autem est virtus militum, alia impe-

ratorum: quemadmodum alia virtus hominis, alia mutæ animantis: alia viri, alia fœminæ. Est etiam sua arboris, & plantæ virtus. est & propria dictionis virtus: singularum denique rerum singulæ sunt virtutes. virtus enim nihil aliud est, quàm perfectus cuiusque rei habitus. Quoniam igitur aliud est opus ac munus militis, aliud imperatoris: alius est & vtriusque habitus. alia igitur & virtus. verbi gratia, virtus imperatoris est, scientia rei militaris, seu potius ducẽdi exercitus, quæ multas parteis huic generi subiectas continet, laborem in negotiis, fortitudinem in periculis, industriam in agendo, celeritatem in conficiendo, cõsilium in prouidendo: prætere a innocentiam, temperantiam, clementiam, facilitatẽ, humanitatem, animi magnitudinem, auctoritatem: ad quas optandum est vt accedat felicitas. Militis verò virtus, est fides erga imperatorem, & parendi imperio constans voluntas, & pugnandi alacritas, ac strenuitas. Non est enim militis prouidere, aut deliberare, aut considerare, sed imperatori parêre, & fidem habere, ac præstare, &, cùm imperator iubet, pugnare: cùm vetat, pugnandi finem facere, & quiescere: & non nisi imperatoris iussu, prælium inire. Cuius rei luculentum apud Plutarchum exstat argumentum ac testimonium in Marcello non longè ab extremo. ὧν ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' οἱ μὲν ἄνωθεν τυῤῥηνοί, τεσσαράκοντα δὲ φρεγελλανοὶ πεῖραν ἀρετῆς καὶ πίστεως Μαρκέλλῳ δεδωκότες. i. ex quibus Romanus nullus erat, sed alij Tyrrheni, alij Fregellani illi quadraginta, qui suæ virtutis ac fidei specimen Marcello ediderant. Sic autem Plutarchum restituit P. Faber, Tolosanus, vir in primis doctus, & acutus, libellorum in regia magister, lib. I. Semestrium. Nam in libris vulgatis legitur, πεῖραν δόξης καὶ πίστεως δεδωκότες, planè mendosè, atque adeò ineptè. quod interpretes non viderunt.

11. apud Massagetas) hac de re satis multa suprà dicta sunt.

12. Darius senectute diem obiit &c.) Herod. lib. 7. princip. narrat, Darium cogitantem Ægyptiis & Atheniensibus vno tempore bellum inferre, Xerxe, qui primus erat liberorum ex Atossa Cyri filia susceptorum, rege declarato, & Artobazane filio omnium natu maximo, ex priore vxore nato, præterito, atque excluso, diem vitæ supremum obiisse, cùm regnasset annos sex & triginta. Ctesias verò libro I. tradit, annos triginta & vnum duntaxat, regnasse: dies autem triginta ægrotasse.

13. Xerxes) de quo & suprà in Themistocle dictum est: & statim infrà pauca præterea dicentur.

14. duo Artaxerxes) quorum alter Macrochir, id est, Longimanus dictus, quòd manum dexteram læua haberet longiorem: alter Mnemon, id est, Memor, cognomento appellatus est. Mendosè autem legitur in omnibus libris, Macrochir quoque. hoc enim significat harum vitarum scriptor, treis esse reges eiusdem generis, nempe Xerxem vnum, Darij primi, & Atossæ Cyri filiæ filium: duos Artaxerxes, quorum alter Macrochir, alter Mnemon dictus est. Artaxerxes autem cognomento Macrochir, Xerxis filius erat: alter verò, qui Mnemon dictus est, Darij posterioris, qui nothus dictus est, & Parysatidis filius, Cyri minoris frater. Parysatis porrò Artaxerxis Longimani soror, Xerxis filia fuit. Atque hæc fere ex Plutarcho & Diodoro. Nam Ctesias longè diuersa tradit, quæ prudens prætereo.

15. Xerxi maximè) Xerxi positum pro Xerxis. Est autem hæc sententia, Xerxis factorum, hoc maximè est illustre, &c. Hac de re dictum quidem est in Themistocle. Sed hæc ex Polyæno libet iis, quæ iam dicta sunt, adiicere. Sic igitur ille lib. 7. strategem. Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύων, πολλὰ ἔθνη συνήγαγε, λογοποιοὺς διασκεδάσας, ὡς οἱ κορυφαῖοι τῶν Ἑλλήνων ὡμολογήκασι προδώσειν τῆς Ἑλλάδος. δόξαντες οὖν οὐκ ἐς μάχην, ἀλλ' ἐς ὠφέλειαν φανερὰν καλεῖσθαι, προθυμότερον ἠθροίζοντο. πολλοὶ δὲ τῶν βαρβάρων, καὶ αὐτεπάγγελτοι συνεμάχουν. i. Xerxes Græciæ bellum inferens, multas nationes contraxit, & conciliauit, rumorum opificibus dispersis ac dißipatis, qui dicerent, Græcorum principes sibi promisisse, se Græciam prodituros. Cùm putarent igitur se non ad prælium, sed ad vtilitatem manifestam vocari, alacrius cõuenerunt: multi verò barbari etiam vltrò sese obtulerunt, & Xerxi belli adiutores fuerunt. Idem eodem libro. Ξέρξης ἐν Θερμοπύλαις, πολλῶν βαρβάρων πεσόντων, ἀποκρύψαι θέλων τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, προσέταξε τοῖς οἰκείοις αὐτῶν διὰ νυκτὸς τοὺς αὐτοῖς προσήκοντας γῇ κατορύξαι. i. Xerxes in Thermopylis cùm multi barbari cecidissent, vt mortuorum multitudinem occultaret, iußit, eorum, qui interierãt, propinquos noctu suos familiareis & cognatos humare. Libet hic ex Ctesia præter ea, quæ ad Themistoclem diximus, de Xerxis expeditione exercitus in Græciam, præsertim quòd ab illis valde discrepent, hæc ascribere. Sic igitur Ctesias. Ξέρξης δὲ πάλιν στράτευμα πέμπει κατὰ Πλαταιέων, μυριάδας κε΄. ἡγούμενον αὐτοῖς Μαρδόνιον ἐπιστήσας. Θηβαῖοι δ' ἦσαν οἱ κατὰ Πλαταιέων τὸν Ξέρξην κινοῦντες. Ἀντιστρατεύει δὲ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος, τριακοσίους μὲν ἔχων Σπαρτιάτας, χιλίους δὲ τῶν περιοίκων, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων πόλεων χιλιάδας ἕξ. καὶ νικᾶται κατὰ κράτος ἡ Περσικὴ στρατιά, καὶ φεύγει τραυματισθεὶς καὶ Μαρδόνιος. οὗτος ὁ Μαρδόνιος πέμπεται συλῆσαι τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν παρὰ Ξέρξου, κἀκεῖ, φασί, θνήσκει, χαλάζης ἐπιπεσούσης παχείας. ἐφ' ᾧ λίαν Ξέρξης ἐλυπήθη. Ξέρξης δὲ ἐπ' αὐτὰς Ἀθήνας ἐλαύνει. καὶ Ἀθηναῖοι πληρώσαντες ἑκατὸν δέκα τριήρεις, φεύγουσιν εἰς Σαλαμῖνα. καὶ Ξέρξης τὴν πόλιν κενὴν αἱρεῖ, καὶ ἐμπίπρησι, πλὴν τῆς ἀκροπόλεως. ἐν αὐτῇ γὰρ ἔτι τινὲς ὑπολειφθέντες ἐμάχοντο. τέλος κἀκείνων νυκτὶ φυγόντων, κἀκείνην ἐνέπρησε. ὁ δὲ Ξέρξης αὐτόθεν ἐλθὼν ἐπὶ στενότατον τῆς Ἀττικῆς, ὃ Ἡράκλειον καλεῖται, ἐχώννυε χῶμα ἐπὶ Σαλαμῖνα, πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοούμενος. βουλῇ δὲ Θεμιστοκλέους Ἀθηναίου, καὶ Ἀριστείδου, τοξόται μὲν ἀπὸ Κρήτης προσκαλοῦνται, καὶ παραγίνονται. εἶτα ναυμαχία Περσῶν καὶ Ἑλλήνων γίνεται, Περσῶν μὲν ναῦς ἐχόντων ὑπὲρ τὰς χιλίας, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Ὀνόφα, Ἑλλήνων δὲ ἑπτακοσίας. καὶ νικῶσιν Ἕλληνες, καὶ διαφθείρονται Περσικαὶ πεντακόσιαι νῆες, καὶ φεύγει Ξέρξης βουλῇ πάλιν καὶ τέχνῃ Ἀριστείδου καὶ Θεμιστοκλέους. ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἁπάσαις μάχαις, ἀπώλοντο Περσῶν ιβ΄. μυριάδες. id est, Xerxes autem rursus exercitum mittit in Platæenseis, qui ex ducentis quinquaginta hominum millibus constabat, Mardonio duce eis præposito. Thebani porrò erant ij, qui Xerxem in Platæenseis concitabant. It Persis obuiam Pausanias Lacedæmonius, cùm secum haberet Lacedæmonios trecentos: ex finitimis, & qui circùm Spartam incolebant, mille: ex aliis ciuitatibus sex hominum millia. Vincitur tandẽ vi & virtute Persicus exercitus, & Mardonius saucius fugit è prælio. Hic Mardonius à Xerxe mittitur ad diripiendum templum Delphicum: & illic, vt aiunt, moritur, cùm densæ grandinis casu cum suis cõtusus esset. Ex cuius obitu summo dolore Xerxes affectus est. Xerxes autem aduersus Athenas ipsas exercitum ducit: atque Athenienses decem

& centum triremibus instructis atque ornatis fugiunt Salaminem: & Xerxes vrbem vacuam & inanem repertam capit, & incendit, arce excepta. In ea enim præterea nonnulli relicti pugnabãt. Ad extremum verò cùm etiam illi fugissent, arcem quoque Persæ incendio deleuerunt. Xerxes autem cùm inde ad locum Atticæ angustissimũ venisset, quod Heracléum appellatur: aggerẽ iecit ad Salaminem pedibus ad eam transire cogitans. Consilio autem Themistoclis Atheniensis, & Aristidis sagittarij è Creta subsidio aduocantur: & veniunt. Deinde Persarũ & Græcorum prœlium nauale committitur, cùm Persæ naueis haberent mille, & suprà, quibus præerat Onophas: Græci septingentas. Ac discedunt Græci ex hoc prœlio superiores, pereúntque Persicæ naues quingentæ: fugítque Xerxes iterum consilio, & arte Themistoclis & Aristidis: in reliquis autẽ pugnis omnibus Persarum interierunt sexcenta millia.

16. At Macrochir) Artaxerxes Longimanus Hic, vt refert Plutarch. apophth. regum & ducum, dicere solebat, esse magis regium addere, quàm detrahere, seu demere.

17. virtute belli) virtute bellica.

18. manu fortior) in Datame, princip. quòd & manu fortis, & bello strenuus. & infrà ead. pag. Nam & manu fortis, & belli peritus, &c.

19. Mnemon autem) hunc Artaxerxem Plutarchus tradit Arsicam prius fuisse appellatum.

20. nam cùm matris suæ sc.) mater enim Parysatis, mulier immanis & immitis, Statiram eius vxorem veneno necauit. Quo pacto autem venenum pararit, docet Ctesias, his verbis. Μαχαιρίου τὸ ἓν μέρος ἐπαλείφεται τῷ φαρμάκῳ. τὸ δὲ κατοὶ ὐ μετεῖχε. τούτῳ τέμνεται ὀρνίθιον μικρὸν, μέγεθος ὅσον ᾠὸν, (ῥυνδάκην Πέρσαι τὸ ὀρνίθιον καλοῦσι) τέμνεται δὲ δίχα· καὶ τὸ μὲν καθαρεῦον τοῦ ἰοῦ ἥμισυ αὐτὴ λαβοῦσα Παρύσατις ἐσθίει· τὸ δὲ προσομιλῆσαν τῷ φαρμάκῳ, ὀρέγει Στατείρᾳ. ἡ δὲ, ἐπεὶ ἐσθίουσαν τὴν ἐπιδοῦσαν ἑώρα τὸ ἥμισυ, οὐδὲν συνιδεῖν δυνηθεῖσα, καὶ αὐτὴ συνεσθίει. ὀργὴ διὰ ταῦτα τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν μητέρα, καὶ σύλληψις Γίγγος, ἣ ᾠκείωτο Παρυσάτιδι, καὶ κρίσις ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἀθώωσις μὲν παρὰ τῶν κριτῶν, καταδίκη δὲ παρὰ βασιλέως, καὶ αἰκισμὸς Γίγγης, καὶ ἀναίρεσις. καὶ ὀργὴ διὰ τοῦτο Παρυσάτιδος πρὸς τὸν υἱὸν, κἀκείνου πρὸς τὴν μητέρα. id est, cultelli pars vna veneno contingitur, atque vngitur: reliqua pars à veneno fuit intacta. hoc cultello auicula quædam oui magnitudine secatur (rhyndacam Persæ nominant) & in duas parteis secatur. Ac partem quidem dimidiam, eam, quæ à veneno pura erat, Parysatis sibi sumit, & comest: eam autem, quæ veneno contacta fuerat, Statiræ porrigit. Illa autem vbi vidit, Parysatidem, quæ alteram partem sibi postea dederat, comesse partem suam, quòd non satis animaduertere potuisset, quid ab illa actum esset: etiam ipsa suam partem cum illa comest. Irascitur matri ob hanc causam rex, & Gingen comprehendi iubet, quæ Parysatidis ancilla, valdéque ei familiaris erat. vocatur in iudicium Ginge: & à iudicibus, vt innocens, miniméq; ei culpæ affinis, absoluitur, sed à rege damnatur: & pessimè mulcatur, ac necatur. Hinc mater Parysatis filio suscenset, & ille matri.

21. tantum indulsit dolori &c.) Gingin quãdam, seu, vt Ctesias appellat, Gingen Parysatidis ancillam eiq; maximè fidam & caram, cuius opera & ministe-

rio in eo facinore illa fuerat vsa, veneficij conuictam & damnatam, extremo supplicio affecit Artaxerxes: matrem verò neque dicto, neque facto læsit, sed eam Babylonem sua voluntate proficisci volentem, dimisit, hoc locutus, se, quandiu illa viueret, Babylonem non visurum. hæc ex Plutarcho.

22. eum) dolorem. Nam dolor quidem Xerxi suadebat, vt de matre pœnas sumeret, quæ vxorem ei caram necasset, sed pietas eum reuocauit: & plus valuit, quàm dolor.

23. duo eod. nomine) duo Artaxerxes, Macrochir, & Mnemon.

24. morbo naturæ deb. redd.) morbo mortui sunt. Recte debitum. Nam, vt ait Flaccus, Debemus morti nos, nostráque. Sic fere Cic. pro Cluentio. Auditus de eo, quem odisse non potestis: qui & naturæ, & legibus satisfecit: quem leges exsulio, natura morte multauit.

25. Tertius) Xerxes.

26. ab Artabano) qui non tulit impune. nam consilio insidiarum cum Mithridate eunucho regis cubiculario, & cõsanguineo suo communicato, ab eóq; in regis cubiculum noctu receptus atque introductus, Xerxem interemit: quo facto, confestim cæde filiorum, qui tres erãt numero, Darius, Artaxerxes, Hystaspes, cædem regis patris cumulare instituit. Aberat autem tum Hystaspes, & Bactrorum satrapes erat. réliqui duo erant in ædibus regiis. Capit igitur hoc consilium Artabanus, vt Artaxerxem adeat, eíque dicat, à Dario eius fratre patrem esse interfectum: itáque facit: suadétque eadem opera, vt regnum occupet, neque id culpa sua, hoc est ignauia, à fratre sibi præripi sinat, neque, cùm regnare ipse poßit cædem paternam vltus, se alteri seruire patiatur. promittit denique se patris satellites, quorum opera vtitur, ei daturum. Credit Artaxerxes, & satellitibus patris assumtis, fratrem imprudentem, & nihil tale suspicantem adortus trucidat. Artabanus videns, conatum suum bene procedere, filiis suis sibi adiunctis, dicit tempus esse regni occupandi, & hoc locutus, Artaxerxem gladio ferit. Ille autẽ vulneratus, sed leuiter, & loco minime ad mortem opportuno, Artabanum referit, & eodem ictu exanimat. Ita Artaxerxes mortem paternam vltus, & insidiatore sublato, regnum Persarum obtinet. Hæc fere ex Diodoro lib. XI. vt nos quidem conuertimus. Græca verba ex Diodoro petat, qui volet. Commemorat hanc Xerxis cædẽ, & Aristot. lib. 5. de reip. optimè administrãdæ ratione, cap. 10. his verbis, ὁμοίως δὲ καὶ διὰ φόβον. ἓν γὰρ τοῦτο τῶν αἰτίων ἦν, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς πολιτείας καὶ τὰς μοναρχίας, οἷον Ξέρξην Ἀρταπάνης (al. Ἀρτάβανος) φοβούμενος τὴν διαβολὴν τὴν περὶ Δαρεῖον, ὅτι ἐκρέμασεν, οὐ κελεύσαντος Ξέρξου, οἰόμενος συγγνώσεσθαι, ὡς ἀμνημονοῦντα διὰ τὸ δειπνεῖν. i. Similiter autem & propter metum, in monarchos inuadere solent. vna enim quædam hæc erat ex iis causa, quæ, vt aliis reip. administrãdæ formis, ita & singularibus potentiis, id est, monarchiis, mutationem, & interitionem afferunt: exempli gratia, Artapanes, (al. Artabanus) Xerxem adortus interemit, criminationem, quæ ad Darium pertinebat, extimescens, quòd eum in crucem agere à Xerxe iussus, ei non paruisset, existimans fore, vt ille sibi ignosceret, tamquam oblito, propterea quòd cenabat. Ctesias autem hæc aliter narrat. Sic enim ille. Ἀρτάπανος δὲ μέγα παρὰ Ξέρξῃ δυνάμενος μετ᾽ Ἀσπαμίτρου τοῦ ἡμιάῤῥενος· καὶ αὐτοῦ

rauit, & regnauit annos quattuor & viginti. De eodem sic Ælianus lib. 4. var. hist. καὶ ὁ Ἀμύντας δὲ ὁ μακεδὼν ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, καὶ ἀποβαλὼν τὴν ἀρχὴν, γνώμην μὲν εἶχεν, ὡς καὶ ἀπολείψων τὴν χώραν πλέως. ἀγαπᾶν γὰρ εἰ δυνηθείη διασῶσαι αὐτὸν γοῦν μόνον. ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις ἦν, ἐπαινεῖ τις πρὸς αὐτὸν τὴν Ἐλλοπίδου πρὸς Διονύσιον φωνὴν, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς· καὶ μικρὸν χωρίον καταλαβὼν, καὶ ἀθροίσας ὀλίγους στρατιώτας, ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχήν. i. & Amyntas Macedo à finitimis barbaris superatus, & imperio spoliatus, res suas desperabat, & ita animatus erat quasi Macedoniam pro derelicto habiturus. Satis enim habebat, si se solum seruare posset. Cùm in ea cogitatione versaretur, dixit ei quidam id, quod ab Ellopida Dionysio superiori dictum est, pulchrum esse sepulturæ locum tyrannidem. Ita paruo castello occupato, & paucis militibus contractis & collectis, imperium amissum recuperauit.

28. Alexander Magnus) de Alexandro Magno legendus Plutarchus in Alexandro: Arrianus de rebus gestis Alexandri; Diod. Siculus lib. 17.

29. Babylone morbo cons.) M. Tullius lib. I. de Diuinatione. Est profectò quiddam etiam in barbaris gentib. præsentiens, atque diuinans, si quidem ad mortem proficiscens Calanus Indus cùm ascenderet in rogum ardentem: O præclarum discessum (inquit) è vita, cùm, vt Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. cúmque Alexander eum rogaret, si quid vellet, vt diceret: Optimè, inquit: propediem te videbo. quod ita contigit. nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. De genere mortis Alexandri difficile dictu est, & magna est inter historicos veteres dissensio, & controuersia: sed tamē hæc habetur omnium verißima sententia, Alexādrum febre ex immoderato vini potu, & comissatione apud Medum, contracta, Babylone interiisse. Miror itaque, Plinium quosdam alios auctores secutum, hæc scripsisse lib. 30. cap. vlt. in extr. vngulas tantùm mularum repertas, neque aliam vllam materiam, quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ, cùm id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Vixit annos triginta duos, & menses octo. regnauit annos duodecim, & menses octo. Dicitur autem fuisse pulcherrimus, laboris amantißimus, maximéq; industrius, & ad agendum promtißimus: animo fortißimus, & laudis auidißimus, & ad periculum adeundum paratißimus, & pietatis in deos immortaleis diligentißimus: voluptatum corporis continentißimus, ad ea, quæ obscura essent, peruidenda, & perspicienda oculatißimus, ad coniecturam de rebus incertis & occultis, ex certis atque apertis faciendam felicißimus: instruendi, & ordinandi, & armandi exercitus scientißimus: in excitandis ad fortiter pugnandum, & spe optima confirmandis militibus acerrimus: ad occultandum metum in periculis fidentißimus. Itaque quarum rerum incertus euentus erat, eas optima spe fretus aggrediebatur, & suscipiebat: & in consiliis hostium, antequàm ea, quæ illi struerent, terrorem suis inicerent, odorandis, ac præripiendis sagacißimus: in pactis conuentis seruandis fidißimus: aduersus hostium fallacias tectißimus & cautißimus, pecuniarum ad voluptates suas parcißimus, ad beneficētiam verò profusißimus. Hæc fere ex Arriano lib. 7. nostro arbitratu in Latinum sermonem conuersa. Polyænus

lyænus lib.4.strateg.multa Alexandri strategemata ponit. ex quibus hoc referemus. Ἀλέξανδρος πολέμου προσιόντος τοῖς στρατηγοῖς ξυρεῖν τὰ τῶν Μακεδόνων γένεια, ἵνα μὴ παρέχοιεν πρόχειρον λαβὴν τοῖς ἐναντίοις. i. Alexander belli tempore mandabat ducibus, vt Macedonum barbas tonderi iuberent, vt ne aduersariis ansas, quibus facile capi possent, præberent. Idem eod. lib. Ἀλέξανδρος Τύρῳ πολιορκίᾳ προσβαλών, ἐπ' Ἀραβίας ἐστάλη. Τύριοι τῆς παρουσίας αὐτοῦ καταφρονήσαντες, τῶν τειχῶν προελθόντες, τοῖς Μακεδόσι προσπεσόντες ἐκράτουν τῇ μάχῃ. Παρμενίων Ἀλέξανδρον ἀνακαλεῖται. ὁ δὲ διὰ τάχους ἐπανελθών, Μακεδόνας τοὺς ἐγκλίναντας ἰδών, τοῖς ἡττωμένοις ἐπεβοήθησεν. ἐς δὲ τὴν πόλιν κενὴν ἀνδρῶν ὁρμήσας, κατὰ κράτος αἱρεῖ τὴν Τύρον. Τύριοι τὴν πόλιν ἁλοῦσαν ἰδόντες, αὐτίκα σφᾶς αὐτούς, καὶ τὰ ὅπλα τοῖς Μακεδόσι προσήνεγκαν. i. Alexander cùm Tyrum vallo, & aggere, & fossa, & parte exercitus, cui præfecerat Parmenionem, circunsedisset, in Arabiam proficiscebatur. Tyrij contemta Parmenionis præsentia, & Alexãdri absentia, ex muris progressi, & Macedonas adorti, sæpe & multis locis vincebant. Parmenio Alexandrum ex itinere reuocat. Ille celeriter reuersus, iis Macedonibus, qui cesserant, visis, auxilium iis, qui vincebantur, ferẽdum esse non existimauit: sed in vrbem præsidio, & viris nudam impetu facto, Tyrum vi & virtute capit. Tyrij vrbem captã videntes, continuò seipsos, & arma Macedonibus proiecerunt. Idem ibid. Ἀλέξανδρος τὴν ἄνυδρον ὁδεύων, αὐτός τε ὑπὸ δίψους ἐπόνει, καὶ οἱ Μακεδόνες. οἱ κατάσκοποι τῆς χώρας ἐν κοίλῃ πέτρᾳ μικρὸν ὕδατος εὑρόντες, τοῦτο βαλόντες ἐπὶ κράνος, Ἀλεξάνδρῳ κομίζουσιν. ὁ δὲ τῇ στρατιᾷ δείξας, ὡς εὐθυμεῖν χρὴ φανέντος ὕδατος, αὐτὸς μὴ πιὼν ἐξέχεε τὸ κράνος πάντων ὁρώντων. οἱ Μακεδόνες ἀλαλάξαντες ἐκέλευον αὐτὸν ἡγεῖσθαι τῆς ὁδοῦ, πρὸς τὸ δίψος εὐρώστως ἀντέχοντες διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἐγκράτειαν. i. Alexander per loca arida & siticulosa iter faciẽs, & ipse siti magnopere laborabat, & Macedones. regionis speculatores cùm in cauitate rupis paullum aquæ reperissent, hanc in galeam coniecerunt, & ad Alexandrum afferunt. Ille autem cùm exercitui ostendisset, bono animo esse oportere aqua cõspecta: ipse ex galea aquam effudit in conspectu omnium Macedonum, siti non sedata. Macedones magno clamore sublato, iubebant eum pergere, & ducem se viæ præbere, aduersus sitim fortiter obdurantes propter regis continentiam. Qui plura de Alexandro cognoscere volet, legat Plutarchũ in Alexãdro, & eius orationes de virtute, aut fortuna Alexandri, & eum, quem commemorauimus, Arrianum, & Ælianum lib.3. de varia historia, ibi. καλὰ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου, &c. Nam satis est mihi nunc locum quasi digito lectori indicasse.

30. Ægis) Ægæ Macedoniæ oppidum. Plin. lib.4. cap.10. Diod. lib.16. τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συρρεόντων, καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμων συντελουμένων ἐν Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας, &c. i. Tandem verò cùm multi ad conuentum illum celebrem conuenirent, cúmque nuptiæ Cleopatræ filiæ, quam ex Olympiade susceperat, & Alexãdri Epirotarum regis, ludíque fierent Ægis vrbe Macedoniæ, &c. Nam paullo antè hanc historiam ex Diodoro retulimus.

31. Vnus Epirotes Pyrrhus, qui &c.) de quo M. Tullius lib.1. de off. Cùm enim rex Pyrrhus populo Ro. bellum vltrò intulisset, cúmque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente: perfuga ab eo vẽnit in castra Fabricij, &c. Sed plura de eodem Plutarchus in Pyrrho. Hic (vt refert Polyænus lib.6. strateg.) iis,

qui bellum gerebant, ſuadebat, vt ante bellum hoſteis perducerent & perpellerent quò vellent, metu, cupiditate ampliorum pecuniarum, & auaritia, voluptate, commiſeratione, iuſto, legitimo, vtili, facultate rei efficiendæ. verba Polyæni ſunt hæc. Πύρρος συνεβούλευε πρὸ τοῦ πολέμου πείθειν τοὺς πολεμίους φόβῳ, πλεονεξίᾳ, ἡδονῇ, οἴκτῳ, δικαίῳ, νομίμῳ, συμφέροντι, δυνατῷ. Pyrrhi quidem (inquit M. Tullius lib. I de offic.) de captiuis redimendis præclara ſententia eſt. Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis: Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes Ferro, nō auro vitā cernamus vtriq; &c. Noti enim ſunt verſus Enniani, qui me admonent, vt illos proferam, quibus idem Ennius ſententiam illam Appij Cæci perſecutus eſt, quam dixit in ſenatu, cùm ſententia ſenatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho Sunt enim in libris vulgatis mendoſi, itá que à me reſtituti, Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant Antehac, dementes, ſeſe flexere viai? mentes dementes autem venuſtè dictum, quod genus, nuptiæ innuptæ, ſepultura inſepulta: & apud Græcos, γάμοι ἄγαμοι, &c. Quò viai, autem ſic dictum, vt huc viciniæ, apud Terentium: eò loci, apud ſcriptorem noſtrum, in Datame.

32. lapide ictus interiit] à muliere quadam Argiua, quæ cùm, vt ceteræ mulieres, deſpiceret è feneſtra conflictum, & animaduertiſſet filium ſuum cum Pyrrho eſſe congreſſum, metu exanimata, lapidem, vt vult Nepos, vel, vt alij, teſtam in caput Pyrrhi, omnibus corporis viribus deiecit: & eo ictu interemit. Quod retulit Polyænus lib. 8. ſtrategem. quo in libro enumerat fortia quarundam mulierum facta: his verbis. Πύρρος ἠπειρώτης ἐνέβαλεν εἰς Ἄργος καλέσαντος αὐτὸν Ἀριστέως (al. Ἀριστέου) ἀργείου. οἱ μὲν ἀργεῖοι συνέδραμον ἐς τὴν ἀγορὰν μετὰ τῶν ὅπλων. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν προκαταλαβόμεναι τὰ στέγη, τοὺς ἠπειρώτας ἄνωθεν βάλλουσαι ἀναχωρῆσαι βιάζονται, ὥστε καὶ Πύρρος ὁ δεινότατος τῶν στρατηγῶν αὐτὸς ἔπεσεν, ἐμπεσούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κεραμίδος. αἱ δὲ ἀργολίδες μέγιστον κλέος ἐν τοῖς ἕλλησιν ἤραντο Πύρρου τοῦ πολεμικωτάτου μηδὲ ὑπ᾽ ἀνδρῶν, ἀλλὰ ὑπὸ γυναικῶν ἀργολίδων πεσόντος. i. Pyrrhus Epirota Argos cum exercitu inuaſit, ab Ariſtia Argiuo vocatus. Argiui in forum cum armis concurrerunt. vxores eorum, & feminæ præoccupatis tectis, Epirotas ſupernè lapidibus petentes retrocedere cogunt. Itaque Pyrrhus quoque ipſe imperatorum ſollertiſſimus, atque acerrimus cécidit, teſta in caput eius magno impetu deiecta. Mulieres autem Argolicæ magnā laudem apud Græcos retulerunt, quòd Pyrrhus vir bellicoſiſſimus non à viris, ſed à mulieribus Argolicis interfectus eſſet. Aſcribam & illud de eiuſdem in Lacedæmonem exercitus expeditione, propterea quòd in ea mulierum virtus ferè æquè, vt virorum, eius conſilia peruertit, impetúmque diſcuſſit. Sic igitur Polyænus eod lib. Πύρρος ὁ ἠπειρώτης ἐστράτευσεν ἐπὶ Λακεδαίμονα. μάχης ἰσχυρᾶς περὶ τῆς πόλεως γινομένης ἀναχωρήσαντες οἱ λάκωνες ἐβουλεύσαντο παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἐς Κρήτην ὑπεκθέσθαι, αὐτοὶ δὲ κινδυνεύειν μέχρι νίκης, ἢ θανάτου. Ἀρχιδαμὶς (al. Ἀρχιδαμία) βασιλέως θυγάτηρ ἀντεῖπε τῇ γνώμῃ. καὶ λόγον ἔφη ταῖς λακαίναις μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν μετ᾽ αὐτῶν. καὶ δὴ αὐταῖς διετέμνοντο τὰ ἔργα τοῦ πολέμου, ἐτάφρευον, ὤρυττον, ὅπλα προσέφερον, δίαιτα ἔθηγον, τοὺς τετραυματισμένους ἐθεράπευον. ὥστε καὶ οἱ λάκωνες ἀπτολεμώτεροι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐγένοντο, τὴν ἀνδρείαν τῶν γυναικῶν ὁρῶντες, καὶ τὸν Πύρρον ἀπεκρούσαντο. i. Pyrrhus Epirota bellum intu-

lit Lacedæmoni. prœlio autem acri ante vrbem commisso, cùm se in vrbem recepissent Lacones, consilium ceperunt vxores & liberos apud Cretam deponere, ipsi verò periculum adire vsque ad victoriam, aut mortem. Archidamis (al. Archidamia) regis filia huic sententiæ restitit, & pulcrum esse dixit Lacænis, aut cum viris mori, aut cum eis viuere. Et ita opera, muneráque bellica inter se partiebantur: fossas ducebant, fodiebant, arma afferebant, hastas acuebant, saucios curabant. Itaque Lacones ad pugnam alacriores & paratiores facti sunt, mulierum fortitudinem cernentes: & Pyrrhum repulerunt.

33. *Vnus item Sicul. Dionys. pr.) De quo iam in Dione dictum est: dicetur tamē hîc quoque quod oportebit.*

34. *manu fortis) suprà non longè, namque illo Persarum nemo fuit manu fortior: & item alibi.*

35. *non facile reperitur) Nam cùm tyranno, quicquid libeat, liceat: libido autem voluptatum in omnibus ferè hominibus sit insita natura: difficile est aliquem exsistere, qui libidinem non expleat, cùm id se impune facere posse videt. Itaque cùm Alexandrum Magnum, cùm Scipionem Africanum, & consimileis viros audimus, aut legimus tali temperantia fuisse, obstupescimus.*

36. *minimè libidinosus) M. Tull. lib. V. Tusc. Atqui de hoc homine (Dionysio superiore) à bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam, eúmque in rebus gerendis, virum acrem & industrium: eundem tamen maleficum natura, & iniustum.*

37. *nullius rei denique cup.) Itaque solebat dicere, tyrannum non equo insidētem, sed pedibus tractum, tyrannidem relinquere debere. Et cùm aliquando rebus suis diffidere cœpisset, approbauit & arripuit illud à quodam dictum, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς, id est, pulcher ad sepulturam locus tyrannis. Et ad extremum tyrannidem suam ita stabiliuit, vt adamante vinctam esse diceret.*

38. *ob eámque rem crudelis) erat ob eandem rationem suspiciosus, vt testatur Plutarchus in Dione.* οὕτω γὰρ ἦν ἄπιστος, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ὕποπτος καὶ προβεβλημένος διὰ φόβον ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος, ὥστε μηδὲ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας ἀφαιρεῖν κουρικαῖς μαχαίραις, ἀλλὰ τῶν πλαστῶν τις ἐπιφοιτῶν ἄνθρακι τὴν κόμην περιέκαιεν. εἰσῄει δὲ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δωμάτιον οὔτ᾽ ἀδελφὸς, οὔθ᾽ υἱὸς, ὡς ἔτυχεν ἠμφιεσμένος, ἀλλ᾽ ἔδει πρὶν εἰσελθεῖν, ἀποδυόντα τὴν ἑαυτοῦ στολὴν ἕκαστον, ἑτέραν ἀναλαβεῖν, ὀφθέντα γυμνὸν ὑπὸ τῶν φυλαττόντων. ἐπεὶ δὲ Λεπτίνης ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ ποτε χωρίου φύσιν ἐξηγούμενος, λαβὼν λόγχην παρά τινος τῶν δορυφόρων, ὑπέγραψε τὸν τόπον, ἐκείνῳ μὲν ἰσχυρῶς ἐχαλέπηνε, τὸν δὲ δόντα τὴν λόγχην ἀπέκτεινεν. *i. Vsqueadeò autem omnibus hominibus diffidebat, & in omneis suspiciosus, & tectus erat propter metum, superior Dionysius, vt ne capillum quidem tonsoriis cultellis sibi præcidi pateretur, sed figulus quidam ad eum ventitans carbone comam ei adureret. Ingrediebatur autem eius cubiculum ad eum cōueniendum neque frater, neque filius, vt forte erat vestitus, sed vnumquemque necesse erat, antequàm intraret, amictu suo posito, nudum à custodibus conspectum, alium sumere. Quoniam autem Leptines eius frater castelli cuiusdā naturam aliquando ei exponens, sumta ab aliquo ex stipatoribus lancea, locum descripserat: illi quidem grauiter succensuit, stipatorem verò, qui lanceam tradi-*

derat, interfici iußit. M. Tullius eodem, quem modò commemorauimus libro, Qui cùm esset bonis parētibus, atque honesto loco natus (etsi id quidem alius alio modo tradit) abundarétque & æqualium familiaritatibus, & consuetudine propinquorum, haberétque etiam more Græciæ quosdam adolescenteis amore coniunctos: credebat eorum nemini: sed iis, quos ex familiis locupletium seruos delegerat, quibus nomen seruitutis ipse detraxerat, & quibusdam cōuenis & ferè barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter iniustam dominatus cupiditatem, in carcerem quodammodo ipse se incluserat. Quinetiam ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido, ancillaríque artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam & capillum patris: & tamen ab iis ipsis cùm iam essent adultæ, ferrum remouit: instituítque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Cúmque duas vxores haberet, Aristomachen, ciuem suam: Doridem autem Locrensem: sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur & perscrutaretur antè. & cùm fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiúsque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum, cùm foreis cubiculi clauserat, detorquebat. Idémq; cùm in communibus suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat. Atque is cùm pila ludere vellet (studiosè enim id factitabat) tunicámque poneret: adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cùm quidam familiaris iocans dixisset, Huic quidem certè vitam tuam committis, arrisissetque adolescens: vtrumque iußit interfici: alterum, quia viam demonstrasset interficiendi sui: alterum, quia id dictum risu approbauisset. Eodem pertinent & quæ à Polyæno lib. V. strategematum posita sunt: quæ me non pigebit adscribere. Ea autem quattuor sunt numero: quorum hoc est primum ordine. Διονύσιος βουλόμενος μαθεῖν ἃ περὶ αὐτοῦ φρονοῖεν καὶ λέγοιεν οἱ ἀρχόμενοι, τὰς μουσουργοὺς καὶ τὰς ἑταίρας ἐκέλευσεν ἀπογράψασθαι. οἱ μὲν δὴ πολλοῦ τέλους ἐπιβολὴν ἐσόμενον ὑπώπτευσαν. ὁ δὲ τέλος μὲν οὐκ ἐπέβαλεν, ἑκάστην δὲ τῶν ἑταιρῶν αἰκιζόμενος βασανίζων τινὰ παρὰ τῶν ἐραστῶν συνόντων ἀκούσειαν περὶ τῆς τυραννίδος. οὕτω τοὺς βλασφημοῦντας μαθών, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐδίωξε. *id est, Dionysius cùm cognoscere vellet qualia de se ciues imperio suo subiecti & sentirent, & dicerent, mulierum tibicinarum & fidicinarum, & meretricū numerū iußit recenseri, ac describi. Illi igitur magni vectigalis onus sibi impositū iri putauerunt. At ille nullum vectigal imposuit, sed ab vnaquaque meretrice quæstione habita exquisiuit quæ ab amatoribus suis, qui cum eis rem haberent, de imperio suo audissent. Hoc pacto iis, qui de se male loquerentur, cognitis, alios interemit, alio exterminauit.* Secundum. Διονύσιος τὰ ὅπλα τῶν πολιτῶν παρελόμενος, ἡνίκα τοῦ πρὸς τοὺς πολεμίους κινδύνου καιρὸς ἦν, προάγειν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως ρ̄ στάδια κελεύσας, τότε ἀπεδίδου τὰ ὅπλα. μετὰ τὴν μάχην δὲ πρὶν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν πόλιν καὶ τὰς πύλας ἀνοῖξαι, πάλιν αὐτοὺς ἐκέλευσεν ἀποτίθεσθαι τὰς πανοπλίας. *i. Dionysius armis ciuibus suis detractis, cùm periculi aduersus hosteis adeundi tempus erat, iubebat eos cētum stadia, id est circiter XII. millia, ab vrbe produci. tum arma eis reddebat. Post pugnam autem prius quàm in vrbem redirent, & vrbis portæ aperirentur, rursus eos arma ponere iubebat.* Tertium. Διονύσιος βουλόμενος εἰδέναι τίνες εἶεν οἱ πρὸς τὴν τυραννίδα ἀμετρίως ἔχοντες, κατέπλευσεν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐς τὸ κρυ-

πλὸν νεωρίοις, ὡς ἀποθανὼν ὑπὸ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν. οἱ μὲν οὖν δυσμενῶς ἔχοντες συνθέοντες μετὰ χαρᾶς, ἀλλήλοις τὸ πρᾶγμα διηγοῦντο. ὁ δὲ συναρπάσας τοὺς ἐφησθέντας ἀπέκτεινε. i. Dionysius cùm scire vellet qui aduersus tyrannidem suam essent male animati, ex Italia nauigans abdidit se in nauale quoddam Syracusanum, tãquam à suis militibus interemtus. Qui igitur inimicam mentem in eius tyrannidem gerebant, concurrebant, & lætitia elati rem inter se narrabant. Ille autem eos, qui ipsius interitu se lætitia affectos esse ostẽderant, correptos interemit. Quartum. Διονύσιος ἀρρωστίαν προσποιησάμενος λόγον διέδωκεν ὡς ἐσχάτως εἴη διὰ κινδύνου. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ πρὸς τὴν φήμην ἐπήρθησαν, αὐτὸς μετὰ τῶν δορυφόρων ἐπεξελθὼν ἅπασιν ἐφάνη· καὶ τοὺς ἐφησθέντας ἀπαχθῆναι προσέταξε. i. Dionysius simulauit se ægrotare, & sermonem, rumorémque dissipauit se morbo periculoso esse implicitum. Vbi autem multi Syracusani ad hanc famam erecti, lætitiam maximam præ se tulerunt, ipse cum satellitibus & stipatoribus in eos inuadens hostilem in morem ab omnibus conspectus est: & qui lætitiam ex suo periculo præ se tulerant, abripi imperauit.

39. eius) imperij. Nam hoc totum, quem eius insidiat. putabat, hoc valet, quem imperio insidiari putaret.

40. virtute) virtute belli, consilio, vigilantia, industria, astutia, & similib. vt suprà. cùm alioqui scribæ cuiusdam, & priuati hominis, vnius de multis esset filius, vt ait Diod. lib. 13. cuius verba mox referemus. quamquam id quidem alius alio modo tradit, vt scribit M. Tullius: quem locum suprà protulimus. Sed qua arte tyrannidem sibi hic Dionysius compararit, licet ex Diodoro cognoscere lib. 13. Atque operæ quidem pretium faciat, qui totum illum librum legat: sed pauca quædam ex eo carpemus, quæ interea lectorem non nimis auidum explere possint. Sic igitur ille. ἀπορουμένων δὲ πάντων, παρελθὼν Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, τῶν μὲν στρατηγῶν κατηγόρησεν, ὡς προδιδόντων τὰ πράγματα τοῖς Καρχηδονίοις· τὰ δὲ πλήθη παρώξυνε πρὸς τὴν αὐτῶν τιμωρίαν, παρακαλῶν μὴ περιμεῖναι τὸν κατὰ τοὺς νόμους κλῆρον, ἀλλ' ἐκ χειρὸς εὐθέως ἐπιθεῖναι τὴν δίκην, &c. sequitur mox. ὁ γὰρ δῆμος καὶ πάλαι μισῶν τοὺς στρατηγοὺς διὰ τὸ δοκεῖν προΐεσθαι τὸν πόλεμον, τότε διὰ τῶν λόγων παροξυνθείς, παραυτίκα τοὺς μὲν ἔλυσε τῆς ἀρχῆς, ἑτέρους δὲ εἵλετο στρατηγούς, ἐν οἷς καὶ Διονύσιον, ὃς ἐν ταῖς πρὸς Καρχηδονίους μάχαις ἀνδρείᾳ δόξας διενηνοχέναι, περίβλεπτος ἦν ἐν τοῖς Συρακοσίοις. διὸ καὶ μετεωρισθεὶς ταῖς ἐλπίσι πᾶν ἐμηχανᾶτο πρὸς τὸ γενέσθαι τῆς πατρίδος τύραννος. μετὰ γὰρ τὴν παράληψιν τῆς ἀρχῆς, οὔτε συνήδρευεν ἅμα τοῖς στρατηγοῖς, οὔθ' ὅλως συνῄει. τοῦτο δὲ πράττων διεδίδου λόγον, ὡς διαπεμπομένων αὐτῶν πρὸς τοὺς πολεμίους. οὕτω γὰρ μάλιστα ἤλπιζεν ἐκείνων μὲν περιαιρεθήσεσθαι τὴν ἐξουσίαν, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ περιστήσειν τὴν στρατηγίαν. τοῦτο δὲ αὐτοῦ πράττοντος οἱ μὲν χαριέστατοι τῶν πολιτῶν ὑπώπτευον τὸ γινόμενον, καὶ κατὰ πάσας τὰς συνόδους ἐβλασφήμουν αὐτόν. ὁ δὲ δημοτικὸς ὄχλος ἀγνοῶν τὴν ἐπιβολὴν, ἐπῄνει, καὶ μόλις ἔφασκε τὴν πόλιν προστάτην εὑρηκέναι βέβαιον. i. Omnibus autem hæsitantibus, & consilij inopia laborantibus, surrexit ad dicendum Dionysius, Hermocratis fil. & duces belli quidem accusauit, vt summas res Karthaginiensib. prodentes: multitudinem verò ad pœnas de iis sumendas incitauit atque inflammauit, hortans eam, ne legum sortem exspectaret, sed eos è vestigio, & cõtinuò supplicio afficeret, &c. Sequitur, Populus enim, qui cùm antea belli duces oderat, quia videbantur bellum ducere, & tueri, tum verò illo tempore maximè

verbis Dionysii in eos incensus ac concitatus fuit: statim illis quidem abrogauit imperium, alios verò in eorum locum substituit: in his & Dionysium, qui cùm in prœliis aduersus Karthaginiẽseis commissis, fortitudine præstitisse visus esset, ferebatur omnium ciuium oculis in ciuitate Syracusana. Quapropter spe erectus, atque elatus, omnem rationem excogitauit, qua patriæ tyrannus fieri posset. Nam posteaquàm belli imperium adeptus est: neque cum collegis consultantibus communicabat, neque omnino cum eis congrediebatur. Atque hæc cùm ageret, hunc sermonem peruulgabat, se ab eis in consilium non adhiberi, quòd ad hosteis litteras & nuntios mitterent. hoc enim pacto sperabat maximè se illis quidem potestatem detracturum, sibi verò soli imperium quæsiturum. Eo autem hæc agente, ciuibus acutioribus, & elegantioribus factum eius suspectum erat, eúmque illi in omnibus cœtibus, aut circulis vituperabant, & maledictis insequebantur: sed turba popularis, & multitudo imperita, cogitata & conata eius ignorans, laudabat, & ciuitatem vix tandem firmum, & certum patronum ac defensorem reperisse dicebat. Idem paucis pòst versibus. ἐκ δὲ τῆς Γέλας ἐνεχθέντων γραμμάτων, ὅπως ἀποσταλῶσι στρατιῶται πλείους, ἔλαβεν ὁ Διονύσιος οἰκείαν ἔφοδον ἰδίας προαιρέσεως. ἀποσταλεὶς γὰρ μετὰ στρατιωτῶν, πεζῶν μὲν δισχιλίων, ἱππέων δὲ τετρακοσίων, ἦλθε συντόμως εἰς τὴν πόλιν τῶν Γελῴων, ἣν τότε παρεφύλαττε Δέξιππος ὁ Λακεδαιμόνιος, κατασταθεὶς ὑπὸ Συρακουσίων. ὁ δ' οὖν Διονύσιος καταλαβὼν τοὺς εὐπορωτάτους στασιάζοντας πρὸς τὸν δῆμον, καὶ κατηγορήσας αὐτῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατακρίνας, αὐτοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τὰς δὲ οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσεν, &c. i. Allatis autem Gela Syracusas litteris, vt plures milites eò mitterentur, nactus est Dionysius aditum ad consilium à se susceptum, accommodatum. Missus enim cum militum peditum duobus millibus, equitibus quadringentis, celeriter in vrbem Gelorum venit, quam tum Dexippus Lacedæmonius custodiebat, à Syracusanis ei custodiæ præpositus. Dionysius igitur cùm offendisset ciuitatis locupletissimos à plebe dissidenteis, & discordanteis, eósque in contione compellasset atque accusasset, & damnasset: ipsos quidem necauit, bona verò eorum publicauit, &c. Idem infrà non admodum longè. τέλος δὲ τῶν πολλῶν, ὡς ἔθος εἰώθασιν, ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥεπόντων, ὁ Διονύσιος ἀπεδείχθη στρατηγὸς αὐτοκράτωρ· ἐπεὶ οὖν αὐτῷ τὰ πράγματα κατὰ νοῦν ἐχώρησε, ψήφισμα ἔγραψε τοὺς μισθοὺς διπλασίους εἶναι. πάντας γὰρ ἔφησε τούτου γενομένου, προθυμοτέρους ἔσεσθαι πρὸς τὸν ἀγῶνα· καὶ περὶ τῶν χρημάτων παρεκάλει μηδὲν ἀγωνιᾶν. ἔσεσθαι γὰρ αὐτῶν τὸν πόρον ῥᾴδιον. i. Cùm autem multitudo (vt assolet) ad deteriora propendêret, Dionysius imperator solus summa cum potestate declaratus est. Posteaquàm igitur ei ex animi sententia res processerunt, decretum huiusmodi fecit, placere vt stipendia essent duplicia. Dicebat enim, milites omneis hoc facto futuros ad pugnam alacriores. De pecunia porrò hortabatur ne quid laborarent. earum enim facultatem, facilem fore atque expeditam. Idem aliquot pòst versibus. μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν ἐκκλησίαν τοὺς ἀντιπράξαντας αὐτῷ τῶν δυνατωτάτων ὄντας, Δαφναῖον καὶ Δήμαρχον ἀνεῖλε. Διονύσιος μὲν οὖν ἐκ γραμματέως, καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτου, τῆς μεγίστης πόλεως τῶν Ἑλληνίδων ἐγένετο τύραννος. i. Postea autem contione aduocata, eos, qui sibi obstiterant, viros potentissimos, Daphnæum & Demarchum, interemit. Dionysius igitur ex scriba, & homine priuato, eóque infimi ordinis, ciuitatis omnium Græciæ ciuitatũ ma-

ximæ tyrannus factus est. Cum his congruunt quæ scribit Aristoteles lib.5.cap.5. polit. ἐγίγνοντο δὲ τυραννίδες πρότερον μᾶλλον ἢ νῦν, καὶ διὰ τὸ μεγάλας ἀρχὰς ἐγχειρίζεσθαί τισιν, ὥσπερ ἐν Μιλήτῳ ἐκ τῆς πρυτανείας. πολλῶν γὰρ ἦν καὶ μεγάλων κύριος ὁ πρύτανις. ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ μεγάλας εἶναι τότε τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἰκεῖν τὸν δῆμον, ἄσχολον ὄντα πρὸς τοῖς ἔργοις, οἱ προστάται τοῦ δήμου ὅτε πολεμικοὶ γένοιντο, τυραννίδι ἐπετίθεντο. πάντες δὲ τοῦτο ἔδρων, ὑπὸ τοῦ δήμου πιστευθέντες. ἡ δὲ πίστις ἦν ἡ ἀπέχθεια ἡ πρὸς τοὺς πλουσίους. οἷον Ἀθήνησί τε Πεισίστρατος στασιάσας πρὸς τοὺς Πεδιακούς· καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις, τῶν εὐπόρων τὰ κτήνη ἀποσφάξας, λαβὼν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπινέμοντα· καὶ Διονύσιος κατηγορῶν Δαφναίου καὶ τῶν πλουσίων, ἠξιώθη τῆς τυραννίδος, διὰ τὴν ἔχθραν πιστευθεὶς ὡς δημοτικὸς ὤν, id est, Exsistebant autem tyrannides antea magis, quàm nunc: & quia magna imperia certis hominibus mandabantur, ac tradebantur, vt Mileti tyrãnis ex prytanéa facta est. multorum enim & magnarum rerum penes prytanin potestas erat: & præterea quia vrbes tunc non erant magnæ, sed populus in agris commorabatur, in operibus rusticis occupatus. iccirco cùm populo præfecti essent viri militares & bellicosi, tyrannidem occupabant. Omnes autem hoc faciebãt, quòd se populus eis crediderat, & commiserat. Fidem porrò vt eis haberet populus, faciebant inimicitiæ, quas illi cum diuitibus gerebant: vt Pisistrato Athenis, orta dissensione inter eum & Pediacos, populus sese credidit: & Megaris Theageni, cùm is locupletium pecora & armenta ad fluuium pascentia deprehendisset, ac iugulasset: & Dionysius Syracusis cùm Daphnæum, & ceteros locupletes accusaret, dignus tyrannide habitus est, propter inimicitias cum illis susceptas, fidem apud populum consecutus, quasi popularis esset. Antequam autem de huius Dionysij artibus, quibus ad tyrannidem peruenit, dicẽdi finem faciam, libet mihi quod in quibusdam Græcorum commentariis, qui non sunt editi, quorum mihi Romæ à M. Antonio Mureto, & Fuluio Vrsino, viris doctiß. facta copia est, legi, vt à polito lectore in eam gratiam, huc ascribere. Τιμάσιος (al. Τίμαιος) ἐν τῇ ἕκτῃ ἱστορίᾳ, γυναῖκά τινα τὸ γένος ἱμεραίαν, ἰδεῖν ὄναρ, ἀνιοῦσαν αὐτὴν εἰς τὸν οὐρανὸν πρός τινος ἄγεσθαι θεασομένην τὰς τῶν θεῶν οἰκήσεις. ἔνθα ἰδεῖν καὶ τὸν Δία καθεζόμενον ἐπὶ θρόνου, ὑφ' ᾧ ἐδέδετο πυρρός τις ἄνθρωπος καὶ μέγας δεσμοῖς καὶ κλοιῷ. ἐρέσθαι οὖν τὸν περιάγοντα ὅστις εἴη· αὐτὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἀλάστωρ ἐστὶ Σικελίας καὶ Ἰταλίας· καὶ εἴπερ ἀφεθῇ, τὰς χώρας φθερεῖ. ἀναστᾶσαν δὲ, χρόνοις ὕστερον ὑπαντῆσαι τῷ Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ μετὰ τῶν δορυφόρων. ἰδοῦσαν δὲ ἀνακράξαι, ὡς οὗτος εἴη ὁ τότε ἀλάστωρ δειχθείς, καὶ λεχθείς· καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσαν, πεσοῦσαν εἰς τοὔδαφος ἐκλυθῆναι· μετὰ δὲ τρίμηνον οὐκ ἔτι ὀφθῆναι τὴν γυναῖκα ὑπὸ τοῦ Διονυσίου διαφθαρεῖσαν λάθρα. i. Timesius (al. Timæus) lib. 6. historiarum, narrat, mulierem quãdã natione Himeræam hoc vidisse in somnis: visam sibi esse in cælum ascendere, & à quodam duci, vt deorum domicilia spectaret. ibi etiam Iouem vidisse in solio sedentem: sub cuius pedibus rufus quidam, & magnus homo catena compedibusq; vinctus erat: quæsiuisse igitur ab eo, à quo ducebatur, quisnam esset ille: eum respondisse, illũ esse Siciliæ & Italiæ vastatorem, quòd si vinculis solutus sit, regiones illas perditurum. illam autem cùm è somno experrecta surrexisset, aliquanto pòst tempore, Dionysio tyranno hastatis stipato obuiam factam esse: eóque viso exclamasse, hunc ipsum esse vastatorem, qui sibi tum demonstratus esset: & eodem temporis puncto, quo hæc diceret, pronam in ter-

ratorum: quemadmodum alia virtus hominis, alia mutæ animantis: alia viri, alia fœminæ. Est etiam sua arboris, & plantæ virtus. est & propria dictionis virtus: singularum denique rerum singulæ sunt virtutes. virtus enim nihil aliud est, quàm perfectus cuiusque rei habitus. Quoniam igitur aliud est opus ac munus militis, aliud imperatoris: alius est & vtriusque habitus. alia igitur & virtus. verbi gratia, virtus imperatoris est, scientia rei militaris, seu potius ducēdi exercitus, quæ multas parteis huic generi subiectas continet, laborem in negotiis, fortitudinem in periculis, industriam in agendo, celeritatem in conficiendo, cōsilium in prouidendo: præterea innocentiam, temperantiam, clementiam, facilitatē, humanitatem, animi magnitudinem, auctoritatem: ad quas optandum est vt accedat felicitas. Militis verò virtus, est fides erga imperatorem, & parendi imperio constans voluntas, & pugnandi alacritas, ac strenuitas. Non est enim militis prouidere, aut deliberare, aut considerare, sed imperatori parêre, & fidem habere, ac præstare, &, cùm imperator iubet, pugnare: cùm vetat, pugnandi finem facere, & quiescere: & non nisi imperatoris iussu, prælium inire. Cuius rei luculentum apud Plutarchum exstat argumentum ac testimonium in Marcello non longè ab extremo. ὧν ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτοῖς τυῤῥηνοὶ, οἱ τεσσαράκοντα δὲ φρεγελλανοὶ πεῖραν ἀρετῆς καὶ πίστεως Μαρκέλλῳ δεδωκότες. *i. ex quibus Romanus nullus erat, sed alij Tyrrheni, alij Fregellani illi quadraginta, qui suæ virtutis ac fidei specimen Marcello ediderant. Sic autem Plutarchum restituit P. Faber, Tolosanus, vir in primis doctus, & acutus, libellorum in regia magister, lib. I. Semestrium. Nam in libris vulgatis legitur,* πεῖραν ἀρχῆς καὶ πίστεως δεδωκότες, *planè mendosè, atque adeò ineptè. quod interpretes non viderunt.*

11. *apud Massagetas, hac de re satis multa suprà dicta sunt.*

12. *Darius senectute diem obiit s.) Herod. lib. 7. princip. narrat, Darium cogitantem Ægyptiis & Atheniensibus vno tempore bellum inferre, Xerxe, qui primus erat liberorum ex Atossa Cyri filia susceptorum, rege declarato, & Artobazane filio omnium natu maximo, ex priore vxore nato, præterito, atque excluso, diem vitæ supremum obiisse, cùm regnasset annos sex & triginta. Ctesias verò libro L. tradit, annos triginta & vnum duntaxat, regnasse: dies autem triginta ægrotasse.*

13. *Xerxes) de quo & suprà in Themistocle dictum est: & statim infrà pauca præterea dicentur.*

14. *duo Artaxerxes) quorum alter Macrochir, id est, Longimanus dictus, quòd manum dexteram læua haberet longiorem: alter Mnemon, id est, Memor, cognomento appellatus est. Mendosè autem legitur in omnibus libris, Macrochir quoque. hoc enim significat harum vitarum scriptor, treis esse reges eiusdem generis, nempe Xerxem vnum, Darij primi, & Atossæ Cyri filiæ filium: duos Artaxerxes, quorum alter Macrochir, alter Mnemon dictus est. Artaxerxes autem cognomento Macrochir, Xerxis filius erat: alter verò, qui Mnemon dictus est, Darij posterioris, qui nothus dictus est, & Parysatidis filius, Cyri minoris frater. Parysatis porrò Artaxerxis Longimani soror, Xerxis filia fuit. Atque hæc fere ex Plutarcho & Diodoro. Nam Ctesias longè diuersa tradit, quæ prudens prætereo.*

15. Xerxi maximè) Xerxi positum pro Xerxis. Est autem hæc sententia, Xerxis factorum, hoc maximè est illustre, &c. Hac de re dictum quidem est in Themistocle. Sed hæc ex Polyæno libet iis, quæ iam dicta sunt, adiicere. Sic igitur ille lib. 7. strategem. Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύων, πολλὰ ἔθνη συνήγαγε, λογοποιοὺς διασκεδάσας, ὡς οἱ κορυφαῖοι τῶν Ἑλλήνων ὡμολογήκασι προδώσειν τὴν Ἑλλάδα. δόξαντες οὖν οὐκ ἐς μάχην, ἀλλ' ἐς ὠφέλειαν φανερὰν καλεῖσθαι, προθυμότεροι ἠθροίζοντο. πολλοὶ δὲ τῶν βαρβάρων, καὶ αὐτεπάγγελτοι συνεμάχησαν. i. Xerxes Graciæ bellum inferens, multas nationes contraxit, & conciliauit, rumorum opificibus dispersis ac dißipatis, qui dicerent, Græcorum principes sibi promisisse, se Græciam prodituros. Cùm putarent igitur se non ad prælium, sed ad vtilitatem manifestam vocari, alacrius cõuenerunt: multi verò barbari etiam vltrò sese obtulerunt, & Xerxi belli adiutores fuerunt. Idem eodem libro. Ξέρξης ἐν Θερμοπύλαις, πολλῶν βαρβάρων πεσόντων, ἀποκρυπτόμενος τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, προσέταξε τοῖς οἰκείοις αὐτῶν διὰ νυκτὸς τοὺς αὐτοῖς προσήκοντας γῇ καταθάψαι. i. Xerxes in Thermopylis cùm multi barbari cecidissent, vt mortuorum multitudinem occultaret, iussit, eorum, qui interierãt, propinquos noctu suos familiareis & cognatos humare. Libet hic ex Ctesia præter ea, quæ ad Themistoclem diximus, de Xerxis expeditione exercitus in Græciam, præsertim quòd ab illis valde discrepent, hæc ascribere. Sic igitur Ctesias. Ξέρξης δὲ πάλιν στράτευμα πέμπει κατὰ Πλαταιέων, μυριάδας κε. ἡγούμενον αὐτοῖς Μαρδόνιον ἐπιστήσας. Θηβαῖοι δὲ ἦσαν οἱ κατὰ Πλαταιέων τὸν Ξέρξην κινοῦντες. Ἀντιστρατεύει δὲ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος, τριακοσίους μὲν ἔχων Σπαρτιάτας, χιλίους δὲ τῶν περιοίκων, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων πόλεων χιλιάδας ἕξ. καὶ νικᾶται κατὰ κράτος ἡ περσικὴ στρατιά, καὶ φεύγει τραυματισθεὶς καὶ Μαρδόνιος. ἔπειτα ὁ Μαρδόνιος πέμπεται συλῆσαι τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν παρὰ Ξέρξου. κἀκεῖ, φασί, θνήσκει, χαλάζης ἐπιπεσούσης παχείας. ἐφ' ᾧ λίαν Ξέρξης ἐλυπήθη. Ξέρξης δὲ ἐπ' αὐτὰς Ἀθήνας ἐλαύνει. καὶ Ἀθηναῖοι πληρώσαντες ἑκατὸν δέκα τριήρεις, φεύγουσιν εἰς Σαλαμῖνα. καὶ Ξέρξης τὴν πόλιν κενὴν αἱρεῖ, καὶ ἐμπιπρᾷ, πλὴν τῆς ἀκροπόλεως. ἐν αὐτῇ γὰρ ἔτι ὀλίγοι ὑπολειφθέντες ἐμάχοντο. τέλος κἀκείνων νυκτὶ φυγόντων, κἀκείνην συνέφλεξαν. ὁ δὲ Ξέρξης αὐτόθεν ἐλθὼν ἐπὶ στόματι τῆς Ἀττικῆς, ὃ Ἡράκλειον καλεῖται, ἐχώννυε χῶμα ἐπὶ Σαλαμῖνα, πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοούμενος. βουλῇ δὲ Θεμιστοκλέους Ἀθηναίου, καὶ Ἀριστείδου, τοξόται μὲν ἀπὸ Κρήτης προσκαλοῦνται, καὶ παραγίνονται. εἶτα ναυμαχία Περσῶν καὶ Ἑλλήνων γίνεται, Περσῶν μὲν ναῦς ἐχόντων ὑπὲρ τὰς χιλίας, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Ὀνόφα, Ἑλλήνων δὲ ἑπτακοσίας. καὶ νικῶσιν Ἕλληνες, καὶ διαφθείρονται περσικαὶ πεντακόσιαι νῆες. καὶ φεύγει Ξέρξης βουλῇ πάλιν καὶ τέχνῃ Ἀριστείδου καὶ Θεμιστοκλέους. ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἁπάσαις μάχαις, ἀπέθανον Περσῶν ιβ. μυριάδες. id est, Xerxes autem rursus exercitum mittit in Platæenseis, qui ex ducentis quinquaginta hominum millibus constabat, Mardonio duce eis præposito. Thebani porrò erant ij, qui Xerxem in Platæenseis concitabant. It Persis obuiam Pausanias Lacedæmonius, cùm secum haberet Lacedæmonios trecentos: ex finitimis, & qui circùm Spartam incolebant, mille: ex aliis ciuitatibus sex hominum millia. Vincitur tandẽ vi & virtute Persicus exercitus, & Mardonius saucius fugit è prælio. Hic Mardonius à Xerxe mittitur ad diripiendum templum Delphicum: & illic, vt aiunt, moritur, cùm densæ grandinis casu cum suis cõtusus esset. Ex cuius obitu summo dolore Xerxes affectus est. Xerxes autem aduersus Athenas ipsas exercitum ducit: atque Athenienses decem

& centum triremibus instructis atque ornatis fugiunt Salaminem: & Xerxes vrbem vacuam & inanem repertam capit, & incendit, arce excepta. In ea enim præterea nonnulli relicti pugnabāt. Ad extremum verò cùm etiam illi fugissent, arcem quoque Persæ incendio deleuerunt. Xerxes autem cùm inde ad locum Atticæ angustissimū venisset, quod Heracléum appellatur: aggerē iecit ad Salaminem pedibus ad eam transire cogitans. Consilio autem Themistoclis Atheniensis, & Aristidis sagittarij è Creta subsidio aduocantur: & veniunt. Deinde Persarū & Græcorum prælium nauale committitur, cùm Persæ naueis haberent mille, & suprà, quibus præerat Onophas: Græci septingentas. Ac discedunt Græci ex hoc prælio superiores, pereúntque Persicæ naues quingentæ: fugítque Xerxes iterum. consilio, & arte Themistoclis & Aristidis: in reliquis autē pugnis omnibus Persarum interierunt sexcenta millia.

16. At Macrochir) Artaxerxes Longimanus Hic, *vt refert* Plutarch. *apophth. regum & ducum, dicere solebat, esse magis regium addere, quàm detrahere, seu demere.*

17. *virtute belli) virtute bellica.*

18. *manu fortior) in Datame, princip. quòd & manu fortis, & bello strenuus. & infrà ead. pag. Nam & manu fortis, & belli peritus, &c.*

19. Mnemon autem) *hunc Artaxerxem Plutarchus tradit Arsicam prius fuisse appellatum.*

20. *nam cùm matris suæ &c.) mater enim Parysatis, mulier immanis & immitis, Statiram eius vxorem veneno necauit. Quo pacto autem venenum pararit, docet Ctesias, his verbis.* Μαχαιρίου τὸ ἓν μέρος ἐπαλείφεται τῷ φαρμάκῳ. τὸ δὲ λοιπὸν ἀμιγές. τούτῳ τέμνεται ὀρνίθιον μικρὸν, μέγεθος ὅσον ᾠοῦ, (ῥυνδάκην Πέρσαι τὸ ὀρνίθιον καλοῦσι) τέμνεται δὲ δίχα· καὶ τὸ μὲν καθαρεῦον τοῦ ἰοῦ ἥμισυ αὐτὴ λαβοῦσα Παρύσατις ἐσθίει· τὸ δὲ προσομιλῆσαν τῷ φαρμάκῳ, ὀρέγει Στατείρᾳ. ἡ δὲ, ἐπεὶ ἐσθίουσαν τὴν ἐπιδοῦσαν ἑώρα τὸ ἥμισυ, οὐδὲν συνιδεῖν δυνηθεῖσα, καὶ αὐτὴ συνεσθίει. ὀργὴ διὰ ταῦτα τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν μητέρα, καὶ σύλληψις Γίγγεως, ἣ ᾠκείωτο Παρυσάτιδι, καὶ κρίσις ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἀθώωσις μὲν παρὰ τῶν κριτῶν, καταδίκη δὲ παρὰ βασιλέως, καὶ αἰκισμὸς Γίγγης, καὶ ἀναίρεσις. καὶ ὀργὴ διὰ τοῦτο Παρυσάτιδος πρὸς τὸν υἱὸν, κἀκείνου πρὸς τὴν μητέρα. *id est, cultelli pars vna veneno contingitur, atque vngitur: reliqua pars à veneno fuit intacta. hoc cultello anicula quædam oui magnitudine secatur (rhyndacam Persæ nominant) & in duas parteis secatur. Ac partem quidem dimidiam, eam, quæ à veneno pura erat, Parysatis sibi sumit, & comest: eam autem, quæ veneno contacta fuerat, Statiræ porrigit. Illa autem vbi vidit, Parysatidem, quæ alteram partem sibi postea dederat, comesse partem suam, quòd non satis animaduertere potuisset, quid ab illa actum esset: etiam ipsa suam partem cum illa comest. Irascitur matri ob hanc causam rex, & Gingen comprehendi iubet, quæ Parysatidis ancilla, valdéque ei familiaris erat. vocatur in iudicium Ginge: & à iudicibus, vt innocens, miniméq; ei culpæ affinis, absoluitur, sed à rege damnatur: & pessimè mulcatur, ac necatur. Hinc mater Parysatis filio suscenset, & ille matri.*

21. *tantum indulsit dolori &c.) Gingin quādam, seu, vt* Ctesias *appellat, Gingen Parysatidis ancillam eiq; maximè fidam & caram, cuius opera & ministe-*

rio in eo facinore illa fuerat vsa, veneficij conuictam & damnatam, extremo supplicio affecit Artaxerxes: matrem verò neque dicto, neque facto læsit, sed eam Babylonem sua voluntate proficisci volentem, dimisit, hoc locutus, se, quandiu illa viueret, Babylonem non visurum. hæc ex Plutarcho.

22. eum) dolorem. Nam dolor quidem Xerxi suadebat, vt de matre pœnas sumeret, quæ vxorem ei caram necasset, sed pietas eum reuocauit: & plus valuit, quàm dolor.

23. duo eod. nomine) duo Artaxerxes, Macrochir, & Mnemon.

24. morbo naturæ deb. redd.) morbo mortui sunt. Rectè debitum. Nam, vt ait Flaccus, Debemus morti nos, nostráque. Sic fere Cic. pro Cluentio. Auditus de eo, quem odisse non potestis: qui & naturæ, & legibus satisfecit: quem leges exsulio, natura morte multauit.

25. Tertius) Xerxes.

26. ab Artabano) qui non tulit impune. nam consilio insidiarum cum Mithridate eunucho regis cubiculario, & cõsanguineo suo communicato, ab eóq; in regis cubiculum noctu receptus atque introductus, Xerxem interemit: quo facto, confestim cæde filiorum, qui tres erãt numero, Darius, Artaxerxes, Hystaspes, cædem regis patris cumulare instituit. Aberat autem tum Hystaspes, & Bactrorum satrapes erat. réliqui duo erant in ædibus regiis. Capit igitur hoc consilium Artabanus, vt Artaxerxem adeat, eíque dicat, à Dario eius fratre patrem esse interfectum: itáque facit: suadétque eadem opera, vt regnum occupet, neque id culpa sua, hoc est ignauia, à fratre sibi præripi sinat, neque, cùm regnare ipse possit cædem paternam vltus, se alteri seruire patiatur. promittit denique se patris satellites, quorum opera vtitur, ei daturum. Credit Artaxerxes, & satellitibus patris assumtis, fratrem imprudentem, & nihil tale suspicantem adortus trucidat. Artabanus videns, conatum suum bene procedere, filiis suis sibi adiunctis, dicit tempus esse regni occupandi, & hoc locutus, Artaxerxem gladio ferit. Ille autẽ vulneratus, sed leuiter, & loco minime ad mortem opportuno, Artabanum referit, & eodem ictu exanimat. Ita Artaxerxes mortem paternam vltus, & insidiatore sublato, regnum Persarum obtinet. Hæc fere ex Diodoro lib. XI. vt nos quidem conuertimus. Græca verba ex Diodoro petat, qui volet. Commemorat hanc Xerxis cædẽ, & Aristot. lib. 5. de reip. optimè administrãdæ ratione, cap. 10. his verbis, ὁμοίως δὲ καὶ διὰ φόβον. ἓν γὰρ τοῦτο τῶν αἰτίων ἦν, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς πολιτείας καὶ τὰς μοναρχίας, οἷον Ξέρξην Ἀρταπάνης (al. Ἀρτάβανος) φοβούμενος τὴν διαβολὴν τὴν περὶ Δαρεῖον, ὅτι ἐκρέμασεν, οὐ κελεύσαντος Ξέρξου, οἰόμενος συγγνώσεσθαι, ὡς ἀμνημονοῦντα διὰ τὸ δειπνεῖν. i. Similiter autem & propter metum, in monarchos inuadere solent. vna enim quædam hæc erat ex iis causa, quæ, vt aliis reip. administrãdæ formis, ita & singularibus potentiis, id est, monarchiis, mutationem, & interitionem afferunt: exempli gratia, Artapanes, (al. Artabanus) Xerxem adortus interemit, criminationem, quæ ad Darium pertinebat, extimescens, quòd eum in crucem agere à Xerxe iussus, ei non paruisset, existimans fore, vt ille sibi ignosceret, tamquam oblito, propterea quòd cenabat. Ctesias autem hæc aliter narrat. Sic enim ille. Ἀρτάπανος δὲ μέγα παρὰ Ξέρξῃ δυνάμενος μετ' Ἀσπαμίτρου τοῦ ἡμερ[illegible] καὶ αὐτοῦ

μέγα δυναμένου, βουλεύονται ἀνελεῖν Ξέρξην. καὶ ἀναιροῦσι. καὶ πείθουσι Ἀρταξέρξην τὸν υἱὸν ὡς Δαρειαῖος αὐτὸν ὁ ἕτερος παῖς ἀνεῖλε. καὶ παραγίνεται Δαρειαῖος ἀγόμενος ὑπὸ Ἀρταπάνου εἰς τὴν οἰκίαν Ἀρταξέρξου, πολλὰ βοῶν καὶ ἀπαρνούμενος ὡς οὐκ εἴη φονεὺς τοῦ πατρός, καὶ ἀποθνήσκει. καὶ βασιλεύει Ἀρταξέρξης σπουδῇ Ἀρταπάνου. καὶ ἐπιβουλεύεται πάλιν ὑπ' αὐτοῦ. καὶ λαμβάνει κοινωνὸν τῆς βουλῆς Ἀρτάπανος Μεγάβυζον, ἤδη λελυπημένον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ Ἀμυτῇ, διὰ τὴν μοιχείας ὑπόληψιν, καὶ ὅρκοις ἀλλήλους ἀσφαλίζονται. ἀλλὰ μηνύει πάντα Μεγάβυζος, καὶ ἀναιρεῖται Ἀρτάπανος ᾧ τρόπῳ ἔμελλεν ἀναιρεῖν Ἀρταξέρξην. καὶ γίνεται πάντα δῆλα τὰ εἰργασμένα ἐπὶ Ξέρξῃ καὶ Δαρειαίῳ, καὶ ἀπόλλυται πικρῷ καὶ κακίστῳ θανάτῳ Ἀσπαμίτρης, ὃς ἦν μεταίτιος ἐπὶ τοῖς φόνοις Ξέρξου καὶ Δαρειαίου. i. *Artapanus autem qui apud Xerxem multum poterat, cum Aſpamitra eunucho, qui ipſe quoq; multum apud eundem valebat, conſilium ineunt de Xerxe interimendo: & interimunt. Quo facto perſuadent Artaxerxi eius filio, Dariæum alterum Xerxis filiũ patri Xerxi necem intuliſſe. Et adducitur ab Artapano Dariæus in regis ædeis, clarè vociferans, & negans patrem eſſe à ſe interfectum: & moritur. Atque ita regnat Artaxerxes ſtudio & opera Artapani. Qui rurſus inſidiatur Artaxerxi, adiuncto ſibi huius conſilij ſocio atque adiutore Megabyzo, vxori ſuæ iam offenſum, & dolore affectum, quòd eam adulteram eſſe ſuſpicabatur. Ita iureiurando mutuo ſocietatem firmant. Sed omnia indicat Megabyzus: & interficitur Artapanus quo modo Artaxerxem interfecturus erat: & omnia, quæ in Xerxem, & Dariæum facta erant, aperiuntur: & vnà necatur cum ſummo & acerbiſſimo cruciatu Aſpamitres, qui Artapano necis Xerxis & Dariæi adiutor fuerat.*

27. *Philippus Amyntæ fil.) qui Thebis cũ Epaminõda apud Pãmenẽ Thebanũ, cùm ille ab Alexandro fratre obſes Pelopidæ: vel, vt alij volunt, Illyriis, datus eſſet, educatus eſt, & à communi magiſtro Lyſide Pythagoréo inſtitutus. Hic regnum Macedonum adeptus, magnas ille quidem res geſſit, ſed plureis & maiores auro, & conſilio, quàm ferro, & lacertis. Quod ad aurum attinet, Diffidit vrbiũ Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos Reges muneribus, inquit Flaccus, oda 16. lib. 3. & Plutarchus in Æmilio,* ἐῤῥέθη γοῦν ὅτι τὰς πόλεις αἱρεῖ τῶν Ἑλλήνων οὐ Φίλιππος, ἀλλὰ τὸ Φιλίππου χρυσίον. *i. Dictus eſt enim non Philippus, ſed aurum Philippi, vrbeis Græcorum capere. De conſilio, & oratione, teſtis eſt locuples Polyænus lib. 4. ſtrateg. Sic enim ille.* Φίλιππος οὐκ ἐλάττω δι' ὁμιλίας, ἢ διὰ μάχης κατειργάζετο. καὶ νὴ Δία μεῖζον ἐφρόνει, ἐφ' οἷς διὰ τῶν λόγων ἐκράτει (al. ἐκτᾶτο) ἢ διὰ τῶν ὅπλων. τῶν μὲν γὰρ κοινωνεῖν αὐτοῦ τοὺς στρατιώτας· τῶν δὲ αὐτοῦ μόνου μετεῖναι. *i. Philippus nõ pauciora congreſſu & oratione, quàm prœlio & conflictu conficiebat. Et profectò maiores ſpiritus ſumebat ob ea, quæ verbis quærebat, (al. vincebat) quàm quæ armis. Horum enim milites ſocios ſe habere dicebat: illa verò eſſe propriè ſua. Huic Philippi ſententiæ conſentanea eſt illa Lacedæmoniorum conſuetudo, ſeu lex potius in ſacrificiis, quæ fiebant ob rem benè geſtam: quam commemorat Plutarchus in Marcello his verbis.* ἄξιον δὲ καὶ τὸ λακωνικὸν ἀποθεωρῆσαι νομοθέτημα, ὑπεναντίως ῥωμαϊκῷ τεταγμένον περὶ τὰς θυσίας. θύει γὰρ ἐν Σπάρτῃ τῶν ἀποστρατηγούντων ὁ μὲν δι' ἀπάτης, ἢ πειθοῦς, ὃ ἐβούλετο, διαπραξάμενος, βοῦν· ὁ δὲ διὰ μάχης, ἀλεκτρυόνα. καίπερ γὰρ ὄντες πολεμικώτατοι, μείζονα καὶ μᾶλλον ἀνθρώπῳ πρέπουσαν ἡγοῦνται τὴν διὰ λόγου καὶ συνέσεως πρᾶξιν, ἢ τὴν μετὰ βίας καὶ ἀνδρείας. *i. Operæ pretium eſt autem conſiderare,*

scriptorem legum Laconicum contrariè, quàm Romanum, sacrificia constituisse. Spartæ enim eorum, qui imperandi munere defuncti sunt, is, qui dolo, aut persuasione, quod volebat, perfecit, bouē: qui verò certamine, gallū immolat. Quāuis enim sint bellicosissimi, maiorem tamen, & magis homini consentaneam ac decoram esse existimant actionem oratione & intelligentia, quàm vi & virtute belli administratam. Sed libet mihi aliud Philippi strategema ex Polyæno ascribere, ex quo quiuis intelligat, eum in re militari non minus à consilio & intelligentia, quàm à viribus & armis præsidium petiuisse. Sic ille eod. lib. Φίλιππος ἐπὶ τ᾽ ἀμφισσέων ἐστράτευεν. ἀθηναῖοι καὶ Θηβαῖοι τὰ στενὰ προκατελάβοντο· καὶ ἦν ἡ δίοδος ἀμήχανος. ἐξαπατᾷ τοὺς πολεμίους Φίλιππος, ἐπιστολὴν πεπλασμένην Ἀντιπάτρῳ πέμψας ἐς Μακεδονίαν, ὡς τὴν μὲν στρατείαν τὴν ἐπ᾽ ἀμφισσεῖς ἀναβάλλοιτο, σπεύδοι δὲ ἐς Θρᾴκην, πυνθανόμενος τοὺς ἐκεῖ νεωτερίζειν. πρόεισιν ὁ γραμματοφόρος διὰ τῶν στενῶν. οἱ στρατηγοὶ Χάρης καὶ Πρόξενος αἱροῦσιν αὐτὸν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντες πιστεύουσι τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τὴν φυλακὴν τῶν στενῶν ἀπολείπουσι. Φίλιππος δὲ λαβόμενος ἐρημίας, ἀφυλάκτως διεβίβασεν, καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀναστρέψαντας ἐνίκησε, καὶ τῆς Ἀμφίσσης ἐκράτησε. *i. Philippus Amphissæ bellum inferebat. Athenienses & Thebani angustias præoccuparant: & transitus expediri non poterat. hosteis decipit Philippus, missa ad Antipatrum in Macedoniam epistola, in qua simulabat se expeditionem exercitus, quem aduersus Amphissenseis ornauerat, in alium tempus distulisse: in Thraciā properare, quòd audisset, Thraces res nouas moliri. Tabellarius per angustias iter facit. Imperatores Chares & Proxenus eum intercipiunt, & litteris lectis, credunt quæ scripta erant esse vera, & angustiarum custodiam omittunt. Philippus solitudinem nactus, angustias nullis custodibus obsessas traiecit: & imperatores, qui dolo cognito reuerterant, superauit, & Amphissa potitus est. In Philippum multis iam prœliis victorem, & multis rebus secundis cumulatum atque inflatum, & Asiæ bellum inferre cogitantem, Pausanias quidam Macedo, contumeliæ ab Attalo acceptæ dolore commotus, quod apud Philippum iniuriam sibi illatam, eámq; cum dedecore & infamia coniunctam questus, ius ab eo non impetrasset, in eum ipsum iracundiam conuertit, eúmque in theatrum quoddam celeberrimum ingredientem ferro interemit. quam cædem, eiúsque causam multis verbis exponit Diod. sub extr. lib. 16. ex quo tamē pauca illa sumta nostro arbitratu Latine reddidimus. Tangit Aristoteles lib. 5. polit. cap. 10. Cuius tam bellicosi, támque callidi, & vigilantis regis exitus documento debet esse regibus, vt iustitiam colant: quod non in eo solum positum est, ne ipsi in suos iniusti sint, sed etiam in hoc, vt iniuriam ab iis, quibus infertur, propulsent. De Amynta autem Philippi patre, hoc tantum ex Diodoro ascribam, lib. 14.* κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀμύντας ὁ Φιλίππου πατὴρ, Ἰλλυριῶν ἐμβαλόντων εἰς Μακεδονίαν, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς πόλεως. ἀπογνοὺς δὲ τὴν ἀρχὴν, Ὀλυνθίοις μὲν τὴν σύνεγγυς χώραν ἐδωρήσατο. αὐτὸς δὲ τότε μὲν ἀπέβαλε τὴν βασιλείαν, μετ᾽ ὀλίγον δὲ χρόνον ὑπὸ Θετταλῶν καταχθεὶς ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιτέσσαρα. *i. In Macedonia autem Amynta Philippi pater, ab Illyriis, qui in Macedoniam inuaserant, ex vrbe eiectus est, Regno autem Macedoniæ desperato, Olynthiis regionem finitimam donauit. Ipse tum quidem regno spoliatus est, sed breui pòst tempore à Thessalis in Macedoniam reductus, imperium suum recupe-*

rauit, & regnauit annos quattuor & viginti. De eodem sic Ælianus lib. 4. var. hist. καὶ ὁ Ἀμύντας δὲ ὁ μακεδὼν ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, καὶ ἀποβαλὼν τὴν ἀρχὴν, γνώμην μὲν εἶχεν, ὡς καὶ ἀπολεῖψαι τὴν χώραν πλέως. ἠγάπα γὰρ εἰ δυνηθείη διασῶσαι αὐτὸν γοῦν μόνον. ἐπὶ δ᾽ ἐν τούτοις ὤν, ἐφατί τις πρὸς αὐτὸν τὴν Ἐλλοπίδου πρὸς Διονύσιον φωνὴν, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς· καὶ μικρὸν χωρίον καταλαβὼν, καὶ ἀθροίσας ὀλίγους στρατιώτας, ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχήν. i. & Amyntas Macedo à finitimis barbaris superatus, & imperio spoliatus, res suas desperabat, & ita animatus erat quasi Macedoniam pro derelicto habiturus. Satis enim habebat, si se solum seruare posset. Cùm in ea cogitatione versaretur, dixit ei quidam id, quod ab Ellopida Dionysio superiori dictum est, pulchrum esse sepulturæ locum tyrannidem. Ita paruo castello occupato, & paucis militibus contractis & collectis, imperium amissum recuperauit.

28. Alexander Magnus) de Alexandro Magno legendus Plutarchus in Alexandro: Arrianus de rebus gestis Alexandri: Diod. Siculus lib. 17.

29. Babylone morbo consf.) M. Tullius lib. I. de Diuinatione. Est profectò quiddam etiam in barbaris gentib. præsentiens, atque diuinans, si quidem ad mortem proficiscens Calanus Indus cùm ascenderet in rogum ardentem: O præclarum discessum (inquit) è vita, cùm, vt Herculi cóntigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. cúmque Alexander eum rogaret, si quid vellet, vt diceret: Optimè, inquit: propediem te videbo. quod ita contigit. nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. De genere mortis Alexandri difficile dictu est, & magna est inter historicos veteres dissensio, & controuersia: sed tamē hæc habetur omnium verissima sententia, Alexādrum febre ex immoderato vini potu, & comissatione apud Medum, contracta, Babylone interiisse. Miror itaque, Plinium quosdam alios auctores secutum, hæc scripsisse lib. 30. cap. vlt. in extr. vngulas tantùm mularum repertas, neque aliam vllam materiam, quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ, cùm id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Vixit annos triginta duos, & menses octo. regnauit annos duodecim, & menses octo. Dicitur autem fuisse pulcherrimus, laboris amantissimus, maximéq; industrius, & ad agendum promtissimus: animo fortissimus, & laudis auidissimus, & ad periculum adeundum paratissimus, & pietatis in deos immortaleis diligentissimus: voluptatum corporis continentissimus, ad ea, quæ obscura essent, peruidenda, & perspicienda oculatissimus, ad coniecturam de rebus incertis & occultis, ex certis atque apertis faciendam felicissimus: instruendi, & ordinandi, & armandi exercitus scientissimus: in excitandis ad fortiter pugnandum, & spe optima confirmandis militibus acerrimus: ad occultandum metum in periculis fidentissimus. Itaque quarum rerum incertus euentus erat, eas optima spe fretus aggrediebatur, & suscipiebat: & in consiliis hostium, antequàm ea, quæ illi struerent, terrorem suis iniicerent, odorandis, ac præripiendis sagacissimus: in pactis conuentis seruandis fidissimus: aduersus hostium fallacias tectissimus & cautissimus, pecuniarum ad voluptates suas parcissimus, ad beneficētiam verò profusissimus. Hæc fere ex Arriano lib. 7. nostro arbitratu in Latinum sermonem conuersa. Polyænus

lyænus lib.4.strateg.multa Alexandri strategemata ponit. ex quibus hoc referemus. Ἀλέξανδρος πολεμῶν προσέταξε τοῖς στρατηγοῖς ξυρεῖν τὰ τῶν Μακεδόνων γένεια, ἵνα μὴ παρέχοιεν πρόχειρον λαβὴν τοῖς ἐναντίοις. *i. Alexander belli tempore mandabat ducibus, vt Macedonum barbas tonderi iuberent, vt ne aduersariis ansas, quibus facile capi possent, præberent. Idem eod. lib.* Ἀλέξανδρος Τύρῳ πολιορκίαν περιβαλὼν, εἰς Ἀραβίας ἐστέλλετο. Τύριοι τῆς παρουσίας αὐτοῦ καταφρονήσαντες, τῶν τειχῶν προελθόντες, τοῖς Μακεδόσι προσπεσόντες ἐκράτουν πολλάκις. Παρμενίων Ἀλέξανδρον ἀνακαλεῖται. ὁ δὲ διὰ τάχους ἐπανελθὼν, Μακεδόνων τοὺς ἐκκλίναντας ἰδὼν, τοῖς ἐπικουρίας ἐκ ἐβοήθησεν. ἐς δὲ τὴν πόλιν κενὴν ἀνδρῶν ὁρμήσας, κατὰ κράτος αἱρεῖ τὴν Τύρον. Τύριοι τὴν πόλιν ἁλοῦσαν ἰδόντες, αὐτίκα σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ ὅπλα τοῖς Μακεδόσι προσήκαντο. *i. Alexander cùm Tyrum vallo, & aggere, & fossa, & parte exercitus, cui præfecerat Parmenionem, circunsedisset, in Arabiam proficiscebatur. Tyrij contemta Parmenionis præsentia, & Alexãdri absentia, ex muris progressi, & Macedonas adorti, sæpe & multis locis vincebant. Parmenio Alexandrum ex itinere reuocat. Ille celeriter reuersus, iis Macedonibus, qui cesserant, visis, auxilium iis, qui vincebantur, ferẽdum esse non existimauit: sed in vrbem præsidio, & viris nudam impetu facto, Tyrum vi & virtute capit. Tyrij vrbem captã videntes, continuò seipsos, & arma Macedonibus proiecerunt. Idem ibid.* Ἀλέξανδρος τὴν ἄνυδρον ὁδεύων, αὐτός τε ὑπὸ δίψους ἐπόνει, καὶ οἱ Μακεδόνες. οἱ κατάσκοποι τῆς χώρας ἐν κοίλῃ πέτρᾳ μικρὸν ὕδατος εὑρόντες, τοῦτο βαλόντες ἐπὶ κράνος, Ἀλεξάνδρῳ κομίζουσιν. ὁ δὲ τῇ στρατιᾷ δείξας, ὡς εὐθυμεῖν χρὴ φανέντος ὕδατος, αὐτὸς μὴ πιὼν ἐξέχεε τὸ κράνος πάντων ὁρώντων. οἱ Μακεδόνες ἀλαλάξαντες ἐκέλευον αὐτὸν ἡγεῖσθαι τῆς ὁδοῦ, πρὸς τὸ δίψος ἐρρωμένως ἀντέχοντες διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἐγκράτειαν. *i. Alexander per loca arida & siticulosa iter faciẽs, & ipse siti magnopere laborabat, & Macedones. regionis speculatores cùm in cauitate rupis paullum aquæ reperissent, hanc in galeam coniecerunt, & ad Alexandrum afferunt. Ille autem cùm exercitui ostendisset, bono animo esse oportere aqua cõspecta: ipse ex galea aquam effudit in conspectu omnium Macedonum, siti non sedata. Macedones magno clamore sublato, iubebant eum pergere, & ducem se viæ præbere, aduersus sitim fortiter obdurantes. propter regis continentiam. Qui plura de Alexandro cognoscere volet, legat Plutarchũ in Alexãdro, & eius orationes de virtute, aut fortuna Alexandri, & eum, quem commemorauimus, Arrianum, & Ælianum lib.3 de varia historia, ibi.* κατὰ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου, *&c. Nam satis est mihi nunc locum quasi digito lectori indicasse.*

30. *Ægis) Ægæ Macedoniæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 10. Diod. lib. 16.* τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συρρεόντων, καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμων συντελουμένων ἐν Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας, *&c. i. Tandem verò cùm multi ad conuentum illum celebrem conuenirent, cúmque nuptiæ Cleopatræ filiæ, quam ex Olympiade susceperat, & Alexãdri Epirotarum regis, ludíque fierent Ægis vrbe Macedoniæ, &c. Nam paullo antè hanc historiam ex Diodoro retulimus.*

31. *Vnus Epirotes Pyrrhus, qui &c.) de quo M. Tullius lib. 3. de off. Cùm enim rex Pyrrhus populo Ro. bellum vltrò intulisset, cúmque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente: perfuga ab eo venit in castra Fabricij, &c. Sed plura de eodem Plutarchus in Pyrrho. Hic (vt refert Polyænus lib. 6. strateg.) iis,*

qui bellum gerebant, suadebat, vt ante bellum hosteis perducerent & perpellerent quò vellent, metu, cupiditate ampliorum pecuniarum, & auaritia, voluptate, commiseratione, iusto, legitimo, vtili, facultate rei efficiendæ. verba Polyæni sunt hæc. Πύρρος συνεβούλευε πρὸ τοῦ πολέμου πείθειν τοὺς πολεμίους φόβῳ, πλεονεξίᾳ, ἡδονῇ, οἴκτῳ, δικαίῳ, νομίμῳ, συμφέροντι, δυνατῷ. Pyrrhi quidem (inquit M. Tullius lib. 1. de offic.) de captiuis redimendis præclara sententia est. Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis: Nec cauponantes bellum, sed belligerantes Ferro, nō auro vitā cernamus vtriq;, &c. Noti enim sunt versus Enniani, qui me admonent, vt illos proferam, quibus idem Ennius sententiam illam Appij Cæci persecutus est, quam dixit in senatu, cùm sententia senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. Sunt enim in libris vulgatis mendosi, itá que à me restituti, Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant Antehac, dementes, sese flexere viai? mentes dementes autem venustè dictum, quod genus, nuptiæ innuptæ, sepultura insepulta: & apud Græcos, γάμοι ἄγαμοι, &c. Quò viai, autem sic dictum, vt huc viciniæ, apud Terentium: eò loci, apud scriptorem nostrum, in Datame.

32. lapide ictus interiit) à muliere quadam Argiua, quæ cùm, vt ceteræ mulieres, despiceret è fenestra conflictum, & animaduertisset filium suum cum Pyrrho esse congressum, metu exanimata, lapidem, vt vult Nepos, vel, vt alij, testam in caput Pyrrhi, omnibus corporis viribus deiecit: & eo ictu interemit. Quod retulit Polyænus lib. 8. strategem. quo in libro enumerat fortia quarundam mulierum facta: his verbis. Πύρρος ἠπειρώτης ἐνέβαλεν εἰς Ἄργος καλέσαντος αὐτὸν Ἀριστίου (al. Ἀρεστίου) ἀργείου. οἱ μὲν ἀργεῖοι συνέδραμον εἰς τὴν ἀγορὰν μετὰ τῶν ὅπλων. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν προκαταλαβόμεναι τὰ στέγη, τοὺς ἠπειρώτας ἄνωθεν βάλλουσαι ἀναχωρῆσαι βιάζονται, ὥστε καὶ Πύρρος ὁ δεινότατος τῶν στρατηγῶν αὐτὸς ἔπεσεν, ἐμπεσούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κεραμίδος. αἱ δὲ ἀργολίδες μέγιστον κλέος ἐν τοῖς ἕλλησιν ἤραντο Πύρρου τοῦ πολεμικωτάτου μηδὲ ὑπ᾽ ἀνδρῶν, ἀλλὰ ὑπὸ γυναικῶν ἀργολίδων πεσόντος. i. Pyrrhus Epirota Argos cum exercitu inuasit, ab Aristia Argiuo vocatus. Argiui in forum cum armis concurrerunt. vxores eorum, & feminæ præoccupatis tectis, Epirotas supernè lapidibus petentes retrocedere cogunt. Itaque Pyrrhus quoque ipse imperatorum sollertissimus, atque acerrimus cecidit, testa in caput eius magno impetu deiecta. Mulieres autem Argolicæ magnā laudem apud Græcos retulerunt, quòd Pyrrhus vir bellicosissimus non à viris, sed à mulieribus Argolicis interfectus esset. Ascribam & illud de eiusdem in Lacedæmonem exercitus expeditione, propterea quòd in ea mulierum virtus ferè æquè, vt virorum, eius consilia peruertit, impetúmque discussit. Sic igitur Polyænus eod lib. Πύρρος ὁ ἠπειρώτης ἐστράτευσεν ἐπὶ Λακεδαίμονα. μάχης ἰσχυρᾶς περὶ τῆς πόλεως γινομένης ἀναχωρήσαντες οἱ λάκωνες ἐβουλεύσαντο παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας εἰς Κρήτην ὑπεκθέσθαι, αὐτοὶ δὲ κινδυνεύειν μέχρι νίκης, ἢ θανάτου. Ἀρχιδαμὶς (al. Ἀρχιδαμία) βασιλέως θυγάτηρ ἀντεῖπε τῇ γνώμῃ. καὶ καλὸν ἔφη ταῖς λακαίναις μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν μετ᾽ αὐτῶν. καὶ δὴ αὐταῖς διενείμαντο τὰ ἔργα τοῦ πολέμου, ἐτάφρευον, ὤρυττον, ὅπλα προσέφερον, δόρατα ἔθηγον, τοὺς τιτρωσκομένους ἐθεράπευον. ὥστε καὶ οἱ λάκωνες προθυμότεροι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐγένοντο, τὴν ἀνδρείαν τῶν γυναικῶν ὁρῶντες, καὶ τὸν Πύρρον ἀπεκρούσαντο. i. Pyrrhus Epirota bellum intu-

lit Lacedæmoni. prœlio autem acri ante vrbem commisso, cùm se in vrbem recepissent Lacones, consilium ceperunt vxores & liberos apud Cretam deponere, ipsi verò periculum adire vsque ad victoriam, aut mortem. Archidamis (al. Archidamia) regis filia huic sententiæ restitit, & pulcrum esse dixit Lacænis, aut cum viris mori, aut cum eis viuere. Et ita opera, munerâque bellica inter se partiebantur: fossas ducebant, fodiebant, arma afferebant, hastas acuebant, saucios curabant. Itaque Lacones ad pugnam alacriores & paratiores facti sunt, mulierum fortitudinem cernentes: & Pyrrhum repulerunt.

33. *Vnus item Sicul. Dionys. pr.)* De quo iam in Dione dictum est: dicetur tamē hîc quoque quod oportebit.

34. *manu fortis)* suprà non longè, namque illo Persarum nemo fuit manu fortior: & item alibi.

35. *non facile reperitur)* Nam cùm tyranno, quicquid libeat, liceat: libido autem voluptatum in omnibus ferè hominibus sit insita natura: difficile est aliquem exsistere, qui libidinem non expleat, cùm id se impune facere posse videt. Itaque cùm Alexandrum Magnum, cùm Scipionem Africanum, & consimileis viros audimus, aut legimus tali temperantia fuisse, obstupescimus.

36. *minimè libidinosus)* M. Tull. lib. V. Tusc. Atqui de hoc homine (Dionysio superiore) à bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam, eúmque in rebus gerendis, virum acrem & industrium: eundem tamen maleficum natura, & iniustum.

37. *nullius rei denique cup.)* Itaque solebat dicere, tyrannum non equo insidētem, sed pedibus tractum, tyrannidem relinquere debere. Et cùm aliquando rebus suis diffidere cœpisset, approbauit & arripuit illud à quodam dictum, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννὶς, id est, pulcher ad sepulturam locus tyrannis. Et ad extremum tyrannidem suam ita stabiliuit, vt adamante vinctam esse diceret.

38. *ob eámque rem crudelis)* erat ob eandem rationem suspiciosus, vt testatur Plutarchus in Dione. οὕτω γὰρ ἦν ἄπιστος, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ὕποπτος καὶ προβεβλημένος διὰ φόβον ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος, ὥστε μηδὲ τὰς κεφαλῆς τρίχας ἀφαιρεῖν κουρικαῖς μαχαίραις, ἀλλὰ τῶν πλαστῶν τις ἐπιφοιτῶν ἄνθραξι τὴν κόμην περιέκαιεν. εἰσῄει δὲ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δωμάτιον οὔτε ἀδελφὸς, οὔτε υἱὸς, ὡς ἔτυχεν ἠμφιεσμένος, ἀλλ᾽ ἔδει πρὶν εἰσελθεῖν, ἀποδύντα τὴν ἑαυτοῦ στολὴν ἕκαστον, ἑτέραν ἀναλαβεῖν, ὀφθέντα γυμνὸν ὑπὸ τῶν φυλαττόντων. ἐπεὶ δὲ Λεπτίνης ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ ποτε χωρίου φύσιν ἐξηγούμενος, λαβὼν λόγχην παρά τινος τῶν δορυφόρων, ὑπέγραψε τὸν τόπον, ἐκείνῳ μὲν ἰσχυρῶς ἐχαλέπηνε, τὸν δὲ δόντα τὴν λόγχην ἀπέκτεινεν. i. Vsqueadeò autem omnibus hominibus diffidebat, & in omneis suspiciosus, & tectus erat propter metum, superior Dionysius, vt ne capillum quidem tonsoriis cultellis sibi præcidi pateretur, sed figulus quidam ad eum ventitans carbone comam ei adureret. Ingrediebatur autem eius cubiculum ad eum cōueniendum neque frater, neque filius, vt forte erat vestitus, sed vnumquemque necesse erat, antequàm intraret, amictu suo posito, nudum à custodibus conspectum, alium sumere. Quoniam autem Leptines eius frater castelli cuiusdā naturam aliquando ei exponens, sumta ab aliquo ex stipatoribus lancea, locum descripserat: illi quidem grauiter succensuit, stipatorem verò, qui lanceam tradi-

derat, interfici iußit. M. Tullius eodem, quem modò commemorauimus libro, Qui cùm esset bonis parentibus, atque honesto loco natus (etsi id quidem alius alio modo tradit) abundarétque & æqualium familiaritatibus, & consuetudine propinquorum, haberétque etiam more Græciæ quosdam adolescenteis amore coniunctos: credebat eorum nemini: sed iis, quos ex familiis locupletium seruos delegerat, quibus nomen seruitutis ipse detraxerat, & quibusdam cónuenis & ferè barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter iniustam dominatus cupiditatem, in carcerem quodammodo ipse se incluserat. Quinetiam ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido, ancillaríque artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam & capillum patris: & tamen ab iis ipsis cùm iam essent adultæ, ferrum remouit: instituítque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Cúmque duas vxores haberet, Aristomachen, ciuem suam: Doridem autem Locrensem: sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur & perscrutaretur antè. & cùm fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiúsque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum, cùm foreis cubiculi clauserat, detorquebat. Idémq; cùm in communibus suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat. Atque is cùm pila ludere vellet (studiosè enim id factitabat) tunicámque poneret: adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cùm quidam familiaris iocans dixisset, Huic quidem certè vitam tuam committis, arrisissetque adolescens: vtrumque iußit interfici: alterum, quia viam demonstrasset interficiendi sui: alterum, quia id dictum risu approbauisset. Eodem pertinent & quæ à Polyæno lib. V. strategematum posita sunt: quæ me non pigebit adscribere. Ea autem quattuor sunt numero: quorum hoc est primum ordine. Διονύσιος βουλόμενος μαθεῖν τίνα περὶ αὐτοῦ φρονοῦσι καὶ λέγουσιν οἱ ἀρχόμενοι, τὰς μουσουργοὺς καὶ τὰς ἑταίρας ἐκέλευσεν ἀπογράψασθαι. οἱ μὲν δὴ πολλοὶ τέλους ἐπιβολὴν ὑπώπτευον γενήσεσθαι. ὁ δὲ τέλος μὲν οὐκ ἐπέβαλεν, ἑκάστην δὲ τῶν ἑταιρῶν ἀνέκρινε βασανίζων τίνα παρὰ τῶν ἐραστῶν συνόντων ἀκούσειαν περὶ τῆς τυραννίδος. οὕτω τοὺς βλασφημοῦντας μαθὼν, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐδίωξε. *id est, Dionysius cùm cognoscere vellet qualia de se ciues imperio suo subiecti & sentirent, & dicerent, mulierum tibicinarum & fidicinarum, & meretricũ numerũ iußit recenseri, ac describi. Illi igitur magni vectigalis onus sibi impositũ iri putauerunt. At ille nullum vectigal imposuit, sed ab vnaquaque meretrice quæstione habita exquisiuit quæ ab amatoribus suis, qui cum eis rem haberent, de imperio suo audissent. Hoc pacto iis, qui de se male loquerentur, cognitis, alios interemit, alio exterminauit. Secundum.* Διονύσιος τὰ ὅπλα τῶν πολιτῶν παρελόμενος, ὁπότε πρὸς τοὺς πολεμίους κινδύνου καιρὸς ἦν, προάγων αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως ρ̄ σταδίων κελεύσας, τότε ἀπεδίδου τὰ ὅπλα. μετὰ τὴν μάχην δὲ πρὶν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν πόλιν καὶ τὰς πύλας ἀνοῖξαι, πάλιν αὐτοὺς ἐκέλευσεν ἀποτίθεσθαι τὰς πανοπλίας. *i. Dionysius armis ciuibus suis detractis, cùm periculi aduersus hosteis adeundi tempus erat, iubebat eos cẽtum stadia, id est circiter XII. millia, ab vrbe produci. tum arma eis reddebat. Post pugnam autem prius quàm in vrbem redirent, & vrbis portæ aperirentur, rursus eos arma ponere iubebat. Tertium.* Διονύσιος βουλόμενος εἰδέναι τίνες εἶεν οἱ πρὸς τὴν τυραννίδα ἀλλοτρίως ἔχοντες, κατέπλευσεν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐς τὸ κρυ-

πλὸν νεώσοικον, ὡς ἀποθανὼν ὑπὸ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν. οἱ μὲν οὖν δυσμενῶς ἔχοντες συνελθόντες μετὰ χαρᾶς, ἀλλήλοις τὸ πρᾶγμα διηγοῦντο. ὁ δὲ συναρπάσας τοὺς ἐφηδομένους ἀπέκτεινε. i. Dionysius cùm scire vellet qui aduersus tyrannidem suam essent male animati, ex Italia nauigans abdidit se in nauale quoddam Syracusanum, tãquam à suis militibus interemtus. Qui igitur inimicam mentem in eius tyrannidem gerebant, concurrebant, & lætitia elati rem inter se narrabant. Ille autem eos, qui ipsius interitu se lætitia affectos esse ostẽderant, correptos interemit. Quartum. Διονύσιος ἀρρωστεῖν προσποιούμενος λόγον διέδωκεν ὡς ἐσχάτως εἴη διακείμενος. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ πρὸς τὴν φήμην ὑπερήσθησαν, αὐτὸς μετὰ τῶν δορυφόρων ἐπεξελθὼν ἅπασιν ἐφάνη· καὶ τοὺς ἐφηδομένους ἀπαχθῆναι προσέταξε. i. Dionysius simulauit se ægrotare, & sermonem, rumorémque dissipauit se morbo periculoso esse implicitum. Vbi autem multi Syracusani ad hanc famam erecti, lætitiam maximam præ se tulerunt, ipse cum satellitibus & stipatoribus in eos inuadens hostilem in morem ab omnibus conspectus est: & qui lætitiam ex suo periculo præ se tulerant, abripi imperauit.

39. eius) imperij. Nam hoc totum, quem eius insidiat. putabat, hoc valet, quem imperio insidiari putaret.

40. virtute) virtute belli, consilio, vigilantia, industria, astutia, & similib. vt suprà. cùm alioqui scribæ cuiusdam, & priuati hominis, vnius de multis esset filius, vt ait Diod. lib. 13. cuius verba mox referemus. quamquam id quidem alius alio modo tradit, vt scribit M. Tullius: quem locum suprà protulimus. Sed qua arte tyrannidem sibi hic Dionysius compararit, licet ex Diodoro cognoscere lib. 13. Atque operæ quidem pretium faciat, qui totum illum librum legat: sed pauca quædam ex eo carpemus, quæ interea lectorem non nimis auidum explere possint. Sic igitur ille. ἀπορουμένων δὲ πάντων, παρελθὼν Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, τῶν μὲν στρατηγῶν κατηγόρησεν, ὡς προδιδόντων τὰ πράγματα τοῖς Καρχηδονίοις· τὰ δὲ πλήθη παρώξυνε πρὸς τὴν αὐτῶν τιμωρίαν, παρακαλῶν μὴ περιμεῖναι τὸν κατὰ τοὺς νόμους κλῆρον, ἀλλ' ἐκ χειρὸς εὐθέως ἐπιθεῖναι τὴν δίκην, &c. sequitur mox. ὁ γὰρ δῆμος καὶ πάλαι μισῶν τοὺς στρατηγοὺς διὰ τὸ δοκεῖν προστατεῖσθαι τοῦ πολέμου, τότε διὰ τῶν λόγων παροξυνθεὶς, παραυτίκα τοὺς μὲν ἔλυσε τῆς ἀρχῆς, ἑτέρους δὲ εἵλετο στρατηγοὺς, ἐν οἷς καὶ Διονύσιον, ὃς ἐν ταῖς πρὸς Καρχηδονίους μάχαις ἀνδρείας δόξας διενηνοχέναι, περίβλεπτος ἦν ἐν τοῖς Συρακουσίοις, διὸ καὶ μετεωρισθεὶς ταῖς ἐλπίσι πᾶν ἐμηχανήσατο πρὸς τὸ γενέσθαι τῆς πατρίδος τύραννος. μετὰ γὰρ τὴν παράληψιν τῆς ἀρχῆς, οὔτε συνεδρεύειν ἅμα τοῖς στρατηγοῖς, οὔθ' ὅλως συνῄει. τοῦτο δὲ πράττων διεδίδου λόγον, ὡς διαπεμπομένων αὐτῶν πρὸς τοὺς πολεμίους. οὕτω γὰρ μάλιστα ἤλπιζεν ἐκείνους μὲν περιαιρεθήσεσθαι τὴν ἐξουσίαν, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ περιστήσειν τὴν στρατηγίαν. τοῦτο δὲ αὐτοῦ πράττοντος οἱ μὲν χαριέστατοι τῶν πολιτῶν ὑπώπτευον τὸ γινόμενον, καὶ κατὰ πάσας τὰς συνόδους ἐβλασφήμουν αὐτόν. ὁ δὲ δημοτικὸς ὄχλος ἀγνοῶν τὴν ἐπιβουλὴν, ἐπῄνει, καὶ μόλις ἔφασκε τὴν πόλιν προστάτην εὑρηκέναι βέβαιον. i. Omnibus autem hæsitantibus, & consilij inopia laborantibus, surrexit ad dicendum Dionysius, Hermocratis fil. & duces belli quidem accusauit, vt summas res Karthaginiensib. prodentes: multitudinem verò ad pœnas de iis sumendas incitauit atque inflammauit, hortans eam, ne legum sortem exspectaret, sed eos è vestigio, & cõtinuò supplicio afficeret, &c. Sequitur, Populus enim, qui cùm antea belli duces oderat, quia videbantur bellum ducere, & tueri, tum verò illo tempore maximè

verbis Dionysii in eos incensus ac concitatus fuit: statim illis quidem abrogauit imperium, alios verò in eorum locum substituit: in his & Dionysium, qui cùm in prœliis aduersus Karthaginiẽseis commisßus, fortitudine præstitisse visus esset, ferebatur omnium ciuium oculis in ciuitate Syracusana. Quapropter spe erectus, atque elatus, omnem rationem excogitauit, qua patriæ tyrannus fieri posset. Nam posteaquàm belli imperium adeptus est: neque cum collegis consultantibus communicabat, neque omnino cum eis congrediebatur. Atque hæc cùm ageret, hunc sermonem peruulgabat, se ab eis in consilium non adhiberi, quòd ad hosteis litteras & nuntios mitterent. hoc enim pacto sperabat maximè se illis quidem potestatem detracturum, sibi verò soli imperium quæsiturum. Eo autem hæc agente, ciuibus acutioribus, & elegantioribus factum eius suspectum erat, eúmque illi in omnibus cœtibus, aut circulis vituperabant, & maledictis insequebantur: sed turba popularis, & multitudo imperita, cogitata & conata eius ignorans, laudabat, & ciuitatem vix tandem firmum, & certum patronum ac defensorem reperisse dicebat. Idem paucis pòst versibus. ἐκ δὲ τῆς Γέλας ἀνενεχθέντων γραμμάτων, ὅπως ἀποστείλωσι στρατιώτας πλείους, ἔλαβεν ὁ Διονύσιος οἰκείαν ἔφοδον ἰδίας προαιρέσεως. ἀποσταλεὶς γὰρ μετὰ στρατιωτῶν, πεζῶν μὲν δισχιλίων, ἱππέων δὲ τετρακοσίων, ἦλθε συντόμως εἰς τὴν πόλιν τῶν Γελῴων, ἣν τότε παρεφύλαττε Δέξιππος ὁ Λακεδαιμόνιος, κατασταθεὶς ὑπὸ Συρακοσίων. ὁ δ' οὖν Διονύσιος καταλαβὼν τοὺς εὐπορωτάτους στασιάζοντας πρὸς τὸν δῆμον, καὶ κατηγορήσας αὐτῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατακρίνας, αὐτοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τὰς δὲ οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσεν, &c. i. Allatis autem Gela Syracusas litteris, vt plures milites eò mitterentur, nactus est Dionysius aditum ad consilium à se susceptum, accommodatum. Missus enim cum militum peditum duobus millibus, equitibus quadringentis, celeriter in vrbem Gelorum venit, quam tum Dexippus Lacedæmonius custodiebat, à Syracusanis ei custodiæ præpositus. Dionysius igitur cùm offendisset ciuitatis locupletisßimos à plebe dissidenteis, & discordanteis, eósque in contione compellasset atque accusasset, & damnasset: ipsos quidem necauit, bona verò eorum publicauit, &c. Idem infrà non admodum longè. ταχὺ δὲ τῶν πολλῶν, ὡς ἔθος εἰώθασι, ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥεπόντων, ὁ Διονύσιος ἀπεδείχθη στρατηγὸς αὐτοκράτωρ. ἐπεὶ οὖν αὐτῷ τὰ πράγματα κατὰ νοῦν ἠκολούθει, ψήφισμα ἔγραψε τοὺς μισθοὺς διπλασίους εἶναι. πάντας γὰρ ἔφησε τούτου γενομένου, προθυμοτέρους ἔσεσθαι πρὸς τοὺς ἀγῶνας· καὶ περὶ τῶν χρημάτων παρεκάλει μηδὲν ἀγωνιᾷν. ἔσεσθαι γὰρ αὐτῶν τὸν πόρον ῥᾴδιον. i. Cùm autem multitudo (vt assolet) ad deteriora propendêret, Dionysius imperator solus summa cum potestate declaratus est. Posteaquàm igitur ei ex animi sententia res processerunt, decretum huiusmodi fecit, placere vt stipendia essent duplicia. Dicebat enim, milites omneis hoc facto futuros ad pugnam alacriores. De pecunia porrò hortabatur ne quid laborarent. earum enim facultatem, facilem fore atque expeditam. Idem aliquot pòst versibus. μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν ἐκκλησίαν τοὺς ἀντιπράξαντας αὐτῷ τῶν δυνατωτάτων ὄντας, Δαφναῖον καὶ Δήμαρχον ἀνεῖλε. Διονύσιος μὲν οὖν ἐκ γραμματέως, καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτου, τῆς μεγίστης πόλεως τῶν Ἑλληνίδων ἐγένετο τύραννος. i. Postea autem contione aduocata, eos, qui sibi obstiterant, viros potentisßimos, Daphnæum & Demarchum, interemit. Dionysius igitur ex scriba, & homine priuato, eóque infimi ordinis, ciuitatis omnium Græciæ ciuitatũ ma-

ximæ tyrannus factus est. Cum his congruunt quæ scribit Aristoteles lib. 5. cap. 5. polit. ἐγίγνοντο δὲ τυραννίδες πρότερον μᾶλλον ἢ νῦν, καὶ διὰ τὸ μεγάλας ἀρχὰς ἐγχειρίζεσθαί τισιν, ὥσπερ ἐν Μιλήτῳ ἐκ τῆς πρυτανείας. πολλῶν γὰρ ἦν καὶ μεγάλων κύριος ὁ πρύτανις. ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ μεγάλας εἶναι τότε τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἰκεῖν τὸν δῆμον, ἄσχολον ὄντα πρὸς τοῖς ἔργοις, οἱ προστάται τοῦ δήμου ὅτε πολεμικοὶ γένοιντο, τυραννίδι ἐπετίθεντο. πάντες δὲ τοῦτο ἔδρων, ὑπὸ τοῦ δήμου πιστευθέντες. ἡ δὲ πίστις ἦν ἡ ἀπέχθεια ἡ πρὸς τοὺς πλουσίους. οἷον Ἀθήνησί τε Πεισίστρατος στασιάσας πρὸς τοὺς Πεδιακοὺς· καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις, τῶν εὐπόρων τὰ κτήνη ἀποσφάξας, λαβὼν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπινέμοντα· καὶ Διονύσιος κατηγορῶν Δαφναίου καὶ τῶν πλουσίων, ἠξιώθη τῆς τυραννίδος, διὰ τὴν ἔχθραν πιστευθεὶς ὡς δημοτικὸς ὤν, *id est, Exsistebant autem tyrannides antea magis, quàm nunc: & quia magna imperia certis hominibus mandabantur, ac tradebantur, vt Mileti tyrãnis ex prytanéa facta est. multorum enim & magnarum rerum penes prytanin potestas erat: & præterea quia vrbes tunc non erant magnæ, sed populus in agris commorabatur, in operibus rusticis occupatus. iccirco cùm populo præfecti essent viri militares & bellicosi, tyrannidem occupabant.* Omnes autem hoc faciebãt, *quòd se populus eis crediderat, & commiserat. Fidem porrò vt eis haberet populus, faciebant inimicitiæ, quas illi cum diuitibus gerebant: vt Pisistrato Athenis, orta dissensione inter eum & Pediacos, populus sese credidit: & Megaris Theageni, cùm is locupletium pecora & armenta ad fluuium pascentia deprehendisset, ac iugulasset: & Dionysius Syracusis cùm Daphnæum, & ceteros locupleteis accusaret, dignus tyrannide habitus est, propter inimicitias cum illis susceptas, fidem apud populum consecutus, quasi popularis esset.* Antequàm autem de huius Dionysij artibus, quibus ad tyrannidem peruenit, dicẽdi finem faciam, libet mihi quod in quibusdam Græcorum commentariis, qui non sunt editi, quorum mihi Romæ à M. Antonio Mureto, & Fuluio Vrsino, viris doctiss. facta copia est, legi, vt à polito lectore in eam gratiam, huc ascribere. Τιμάσιος (al. Τίμαιος) ἐν τῇ ἕκτῃ ἱστοριῶν, γυναῖκά τινα τὸ γένος ἱμεραίαν, ἰδεῖν ὄναρ, ἀνιοῦσαν αὐτὴν εἰς τὸν οὐρανὸν πρός τινος ἄγεσθαι θεασομένην τὰς τῶν θεῶν οἰκήσεις. ἔνθα ἰδεῖν καὶ τὸν Δία καθεζόμενον ἐπὶ θρόνου, ὑφ' ᾧ ἐδέδετο πυῤῥός τις ἄνθρωπος καὶ μέγας ἁλύσει τε κλοιῷ. ἐρέσθαι οὖν τὸν προσάγοντα ὅστις εἴη· αὐτὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἀλάστωρ ἐστὶ Σικελίας καὶ Ἰταλίας· καὶ εἴπερ ἀφεθῇ, τὰς χώρας φθερεῖν. ἀναστᾶσαν δὲ, χρόνοις ὕστερον ὑπαντῆσαι τῷ Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ μετὰ τῶν δορυφόρων. ἰδοῦσαν δὲ ἀνακράξαι, ὡς οὗτος εἴη ὁ τότε ἀλάστωρ δειχθεὶς, καὶ λεχθεὶς· καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσαν, πεσεῖν εἰς τοὔδαφος ἐκλυθεῖσαν· μετὰ δὲ τρίμηνον οὐκ ἔτι ὀφθῆναι τὴν γυναῖκα, ὑπὸ τοῦ Διονυσίου διαφθαρεῖσαν λάθρα. *i. Timesius (al. Timæus) lib. 6. historiarum, narrat, mulierem quãdã natione Himeræam hoc vidisse in somnis: visam sibi esse in cælum ascendere, & à quodam duci, vt deorum domicilia spectaret. ibi etiam Iouem vidisse in solio sedentem: sub cuius pedibus rufus quidam, & magnus homo catena compedibúsq; vinctus erat: quæsiuisse igitur ab eo, à quo ducebatur, quísnam esset ille: eum respondisse, illũ esse Siciliæ & Italiæ vastatorem, quòd si vinculis solutus sit, regiones illas perditurum. illam autem cùm è somno experrecta surrexisset, aliquanto pòst tempore, Dionysio tyranno hastatis stipato obuiam factam esse: eóque viso exclamasse, hunc ipsum esse vastatorem, qui sibi tum demonstratus esset: & eodem temporis puncto, quo hæc diceret, pronam in ter-*

ram toto corpore debilitatam atque exanimatam cecidisse: tribus autem mensibus exactis, mulierem non amplius esse visam, à Dionysio clam interemtam. Non dissimulabo tamen, hoc somnium etiam à Valerio Maximo referri lib. 7. cap. 7. his verbis. Intra priuatum autem habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente, Himeraea quaedam non obscuri generis faemina, inter quietem opinione sua caelum conscendit: atque ibidem deorum omnium lustratis sedibus, animaduertit praeualentem virum flaui coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis vinctum, Iouis solio, pedibúsque subiectum: interrogatóque iuuene, quo considerandi caeli duce fuerat vsa, quisnam esset: audiit illũ, Siciliae, atque Italiae dirum esse fatum. quod somnium postero die sermone vulgauit. Postquàm deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati, capitibúsque insontium, infesta fortuna caelesti custodia liberatum, velut fulmen aliquod, otio ac tranquillitati iniecit: Himeraeorum moenia inter effusam ad officium, & ad spectaculũ eius turbam, intrãtem vt aspexit, hunc esse, quem in quiete viderat, vociferata est. Id cognitum tyranno, curam tollendae mulieris dedit.

41. magna retinuit fel.) Hoc est vnum de multis argumentis, quibus vtebãtur quidam philosophi, ad tollendam atque euertẽdam prouidentiam diuinam, pios viros omnia dura experiri: impiis hominibus omnia laeta, ac secunda euenire: quem locum tractans M. Tullius lib. 3. de Nat. deor. Dionysius (inquit) cùm fanum Locris expilauisset, nauigabat Syracusas: isque cùm secundissimè cursum teneret: Videtis ne (inquit) amici, quàm bona à diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur? &c. Idémque Aesculapij Epidaurij barbam, &c. Sequitur. Idem victoriolas aureas, & pateras, coronásque, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat: eáque se accipere, non auferre dicebat. esse enim stultitiam, à quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle sumere. Eundem ferunt, haec, quae dixi, sublata de fanis in forum protulisse, & per praeconem vendidisse: exactáque pecunia, edixisse, vt, quód quisque à sacris haberet, id ante diem certam in suum quidque fanum referret. Ita ad impietatem in deos, in homines adiunxit iniuriam. Quem locum ea maximè causa protuli, vt cum Polyaeno, qui hoc refert inter strategem. lib. V. conferat lector eruditus. Sic Polyaenus. Διονύσιος ἐν σπάνει χρημάτων ᾔτει παρὰ τῶν πολιτῶν εἰσφοράς. τῶν δὲ πολλάκις δεδωκέναι φασκόντων, βιάζεσθαι μὲν οὐκ ἔγνω, διαλιπὼν δὲ ὀλίγον, ἐκέλευσε τοὺς ἄρχοντας, ὅσα ἦν ἀναθήματα ἐν Ἀσκληπιοῦ (πολλὰ δὲ ἦν ἀργύρου καὶ χρυσίου) ταῦτα ἔξω τοῦ ἱεροῦ κομίσαντας, ὡς βέβηλα, προεκηρύττετο ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. οἱ συρακούσιοι μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐπρίαντο. ὥστε ἠθροίσθη χρημάτων πλῆθος. ὧν κρατήσας Διονύσιος, προσέταξε κηρύττειν, εἴ τις τῶν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἀναθημάτων ἠγόρασεν, αὐτίκα εἰς τὸ ἱερὸν κομίζειν, καὶ ἀποδιδόναι τῷ θεῷ, ἢ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. οἱ μὲν ἀπέδωκαν τῷ θεῷ· Διονύσιος δὲ εἶχε τὰ χρήματα. i. Dionysius pecuniis egens à ciuibus tributa flagitabat. cùm illi, se saepe iam contulisse dicerent: vim adhibendam esse non existimauit: breui autem interposito tempore, iussit magistratus, quaecumque essent in aede Aesculapij dona ei deo consecrata, (multa autem erant argentea & aurea) haec extra templum exportata, vt profana, in foro voci praeconis subiicere. Syracusani magno studio emerunt. ita magna pecuniae vis coaceruata est. cuius compos factus Dionysius, iussit à praecone praedicari,

cari, si quis aliquod ex donariis Æsculapio consecratis emerit, vt continuò in templum referat, & deo reddat: qui secus faxit, pœnam capitis luat. Illi igitur res illas deo reddiderunt: Dionysius verò pecunias habebat.

42. maiórque annis sexag. natu dec.) sic restitui, sola coniectura ductus, vulgata lectione damnata, vt Latinis auribus inaudita: quæ talis est, maiórque annos sexaginta natus. Non est enim Latinis vsitatum hoc loquendi genus, maior annos sexaginta natus. Nam vel hoc modo loquuntur, maior natu annis sexaginta: vel annos sexaginta natus, & plus eo, seu & eo amplius: vel plus sexaginta annos, seu annis natus. M. Tullius Acad. quæst. aliquot annis minor natu. Sed quod ad rem attinet, non videtur ab instituto nostro alienũ, quo genere mortis interierit hic Dionysius, exponere. Plin. lib. 7. cap. 54. gaudio vitæ supremum diem obiisse tradit. sic enim ille. Gaudio obiere, præter Chilonẽ, de quo diximus, Sophocles, & Dionysius Siciliæ tyrannus, vterque accepto tragicæ victoriæ nuntio. Diod. lib. 15. paullo aliter. scribit enim, Dionysium accepto huius victoriæ nũtio, lætitia elatum, liberalius epulatum esse, & sese vino largius cum amicis inuitasse: hinc natam esse cruditatem: ita morbo implicitum, tandem exstinctum esse. Verba Diodori sunt hæc. ἐν αὐτοῖς δὲ περὶ τῆς ἀποκειμένης ἱστορίας διηγήσατο τάς τε αἰτίας τῆς τελευτῆς, καὶ τὰ συμβάντα τούτῳ τῷ δυνάστῃ περὶ τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς. Διονυσίου τοίνυν διδάξαντος Ἀθήνῃσι Ληναίοις τραγῳδίαν, καὶ νικήσαντος, τῶν ἐν τῷ χορῷ τις ᾄδων, ὑπολαβὼν τιμηθήσεσθαι λαμπρῶς, ἐὰν πρῶτος ἀπαγγείλῃ τὴν νίκην, διέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον. καταλαβὼν δ᾽ ἐκεῖ ναῦν ἐκπλέουσαν εἰς Σικελίαν, καὶ μετεμβὰς εἰς ταύτην, οὐρίοις ἐχρήσατο πνεύμασι, καὶ καταπλεύσας εἰς Συρακούσας συντόμως, ἀπήγγειλε τῷ τυράννῳ τὴν νίκην. ὁ δὲ Διονύσιος τοῦτον μὲν ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ περιχαρὴς ἐγένετο, καὶ τοῖς θεοῖς εὐαγγέλια θύσας, πότους, καὶ μεγάλας εὐωχίας ἐπετέλεσεν· ἑστιῶν δὲ λαμπρῶς τοὺς φίλους, καὶ κατὰ τοὺς πότους φιλοτιμότερον τῇ μέθῃ δοὺς ἑαυτὸν, εἰς ἀρρωστίαν σφοδροτέραν ἐνέπεσε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐμφορηθέντων ὑγρῶν. i. Nõ videtur autem à proposita historia alienũ & causas mortis Dionysij exponere, & quæ huic tyranno, seu dynastæ de exitu vitæ euenerũt, explicare. Cùm igitur Dionysius tragœdiam Athenis Lenæis (torculariũ diebus festis) docuisset, & vicisset: quidam ex iis, qui in choro cantabat, sperans se amplo aliquo præmio ornatum iri, si primus victoriam tyranno nuntiasset, Corinthum traiectus est. Illic autem nauem, quæ in Siciliam contendebat, nactus, & in eam ingressus, & secundis ventis vsus, celeriter Syracusas aduectus est, & primus omnium victoriæ nũtium ad tyrannũ pertulit. Ac Dionysius quidẽ hunc quidem præmio affecit: ipse autem lætitia elatus, & hostiis ob lætum nuntium acceptum immolatis, sacrificióque magnifico diis facto, compotationes magnas, conuiuiáque opipara celebrauit. Cùm autem amicos suos magnificis epulis accepisset, & in compotatione cupidius atque ambitiosius sese ebrietati dedisset, in grauem morbum incidit, propter liquorum, quibus sese referserat atque onerarat, immoderatam copiam. Tyrannidẽ autem duodequadraginta annos eum obtinuisse testatur Diodorus Siculus eodem loco. δυναστεύσας (inquit ille) ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ, & M. Tull. lib. 3. de Natura deor. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimæ, & beatissimæ ciuitatis. Idem ibidem aliquot pòst versibus. Hunc igitur nec Olympius Iupiter percussit, nec Æsculapius misero,

diuturnóque morbo intabescentem interemit: atque in suo lectulo mortuus cum tympanidiis in rogum illatus est: eámque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi iustam & legitimam, hereditatis loco, filio tradidit. Nequis autem dicat, illa Ciceronis, vbi dicit, Dionysium per scelus potestatem tyrannicam esse nactum, cum his Nepotis, in quibus ait, eum virtute tyrannidem peperisse, pugnare: repetendum est memoria, quod antè diximus, per virtutem hîc significari virtutem belli, quæ constat consilio, vigilantia, arte, diligentia, fortitudine militari, & similibus: quæ virtutes nihil vetat quominus cum scelere coniunctæ sint, & in sceleratis hominibus reperiantur.

43. florente regno) quod se adamante vinctum relinquere dicebat, vt sæpe iam ex Diodoro retulimus.

44. tribus vxoribus) immo duabus tantùm, vt suprà in Dione, & hîc ibidem paullo antè.

45. ex amicis Alex.) ἐξ ἑταίρων.

46. In his Antigonus, & huius fil.) de Antigono, & Demetrio, & ceteris eodem ordine, quo Cornelius, dicemus. Itaque de Antigono primo loco.

47. Ex his Antigonus) de Antigono in Eumene quidem dicta sunt nonnulla: quæ autem ad hanc pugnam, in qua Antigonus cécidit, attinent, multis verbis à Plutarcho exponuntur in Demetrio, ex quibus illa mihi relatu dignißima videntur: Antigonũ, qui vir ferox, & superbus, & elatus, & spei plenus, & loquax, & asper erat natura, quíque perlato ad eum de coitione Ptolemæi, Cassandri, Seleuci, & Lysimachi, & aliorum, nuntio, dixisset, se eorum societatem, tãquam auium quarundam, quas Attici spermologos appellant à seminibus legendis, vno lapide & sonitu disturbaturum: paullo ante pugnam visum esse taciturnum, humilem, timidum, cogitabũdum, tristem, & demissum: & cùm ex castris in aciem prodiret, phalange iam disposita atque instructa, in os pronum toto corpore cecidisse: deinde cùm surrexisset, sublatis in cælum manibus à diis precatum esse, vt sibi vel victoriam, vel mortem sensus expertem ante cladem darent. Signis autem collatis, & manibus consertis: Demetrium Antigoni filium, robur totius exercitus secum habentem, cùm Antiocho Seleuci filio oppositus esset, cúmque cum eo congressus ita strenuè pugnasset, vt hosteis in fugam verterit: successu pugnæ elatum, ac prouectum, & hosteis persecutum, victoriam corrupisse. longius enim progressum, non potuisse ab elefantis interclusum in aciem reuerti, & patri laboranti subuenire. Itaque patrem equitatu nudum, & ab omni ferè alio subsidio desertum, multitudine hostium circumfusum ac circumuentum, telorúmque multitudine obrutum occubuisse, annos octoginta natum: Demetrium autem cum quinque millibus peditũ, & quatuor equitũ fugisse. Hac de re & Pausanias in Atticis, non vno loco. Lubet autem huius Antigoni vnum atque alterum strategema, præter ea, quæ in Eumene posuimus, hoc loco ex Polyæno lib. 4. referre. Ἀντίγονος Πίθωνα στρατηγὸν Μηδίας πυθόμενος ξενολογεῖν, καὶ χρήματα συλλέγειν, ἀποστῆναι βεβουλευμένον, ἀπιστεῖν τοῖς ἀγγέλλουσι προσεποιήσατο, φάσκων, οὐκ ἂν ἐγὼ πιστεύσαιμι ταῦτα Πίθωνα φρονεῖν, ᾧ πεντακισχιλίους μακεδόνας ὁπλίτας, καὶ θρᾷκας χιλίους, φύλακας τῆς στρατιᾶς πέμψαι παρεσκεύασα. ταῦτα Πίθων ἀκούσας πιστεύει τῇ φιλανθρωπίᾳ καὶ διὰ τάχους ἧκε λη-

ψόμενος τὴν ἐπικουρίαν. Ἀντίγονος δὲ εἰς τὸ κοινὸν τῶν μακεδόνων εἰσαγαγὼν Πίθωνα, καὶ ἑλὼν, ψηφισάμενος ἀπέκτεινεν. i. Antigonus cùm audisset, Pithonem Mediæ satrapen milites colligere & conducere, & pecunias cogere, quòd deficere decreuerat: simulauit, se iis, qui hoc nuntiabant, fidem nnn habere, cùm ita diceret, numquam adducar, vt credam Pithonem hæc agere: cui quinque millia Macedonum peditum grauioris armaturæ, & mille Thraces, vt sint eius satrapiæ custodes, paraui, & mittere constitui. Pitho quæ audierat, verborum humanitate captus, credidit esse vera, & venit celeriter, vt auxilia illa ab Antigono acciperet. Antigonus autem Pithonem in conuentum Macedonum adductum, & damnatum, supplicio affecit, & interemit. Idem eodem libro. Ἀντίγονος τὰς Ἀθήνας βουλόμενος λαβεῖν, εἰρήνην ἐποιήσατο πρὸ τοῦ φθινοπώρου καιροῦ. ἀθηναῖοι τὸν σῖτον καταστείραντες, ὀλίγον ἐφύλαξαν τὸν ἀπαρκέσοντα μέχρι τῆς τῶν καρπῶν ἀκμῆς. ἐπεὶ δὲ ἤκμαζον οἱ καρποὶ, Ἀντίγονος μετὰ τοῦ στρατεύματος εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐνέβαλεν· οἱ δὲ τοῦ σίτου τὸν μὲν κατηναλωκότες, τὸν δὲ κωλυόμενοι θερίζειν, Ἀντίγονον εἴσω τοῦ ἄστεος ἐξεδέξαντο, καὶ ὑπήκουσαν ἅπασιν αὐτοῦ τοῖς προστάγμασιν. i. Antigonus cùm Athenas capere vellet, pacem cum Atheniensibus pactus est auctunno. Athenienses sato tritico paullum seruarunt, quantum satis futurum esset vsque ad tempus fructuum percipiendorum maturum. Vbi autem fruges & fructus maturuerunt, Antigonus cum exercitu in Atticam inuasit. Illi autem, qui triticum aliud consumsissent, aliud metere prohiberentur, Antigonum in oppidū receperunt, & omnibus eius mandatis obtemperarūt. Habebatur autem hic Antigonus, Philippi filius nothus.

48. Pari leto) non seruat temporum ordinem Probus. Nam post Demetrij mortem Lysimachus cum Seleuco conflixit.

49. Lysimachus) libet huius duo strategemata à Polyæno lib. 4. relata, ad hunc locum ascribere. Λυσίμαχος Αὐταριατῶν τὰς ἀποσκευὰς ἀπολεσάντων ἐν τῇ πρὸς Δημήτριον μάχῃ περὶ Λάμψακα, φοβηθεὶς μή τι νεωτερίσωσιν οἱ βάρβαροι, πάντα, ὅσα εἶχον, ἀπολέσαντες· προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω τοῦ χάρακος, ὡς ἐπὶ σιτομετρίαν, σύνθημα δοὺς ἀπέκτεινεν ἅπαντας. ἦσαν δὲ ἀνδρῶν πέντε χιλιάδες. i. Lysimachus cùm Autariatæ impedimenta sua amisissent in prælio aduersus Demetrium commisso ad Lampsacum, veritus nequid noui molirentur barbari, quòd omnia, quæ habebant, amiserant: productos eos extra vallum, tamquam ad dimetiendum eis frumentum, signo dato omneis interfecit. erant autem quinque hominum millia. Ascribam & hoc ex eodem lib. Λυσίμαχος Ἀμφιπόλεως κρατήσας, Ἀνδραγάθου προδόντος, πολλὰ καὶ μεγάλα χαρισάμενος αὐτῷ, μείζονα δὲ ὑποσχόμενος, ἐὰν εἰς τὴν Ἀσίαν αὐτῷ συναποδημήσῃ· ἐπειδὴ πρὸς ταῖς Θρᾳκίαις πύλαις ἐγένετο, οὐ μόνον πάντα, ὅσα ἐτύγχανεν αὐτῷ χαρισάμενος ἀφείλετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν βασανίσας ἀπέκτεινε. i. Lysimachus Amphipoli potitus, Andragathi proditione, cùm ei multa & magna largitus esset, maioráq; promisisset, si in Asiam secum proficisceretur: posteaquàm ad Thracias portas peruēnit, non modò ea omnia, quæ ei donarat, ademit, sed & eum excruciatū necauit.

50. filiam suam) Stratonicen ex Phylla. alteram enim vxorem habebat, Deidamiam.

51. captus bello) Atqui non fuit bello captus, sed cùm à militib. suis desertus esset, posita veste regia, & diademate abiecto, ne in Pyrrhi potestatem perueni-

ret, ad quem Macedones se contulerant, aufugit primùm ad portas Amani: deinde cùm sibi manus afferre cogitasset, à suis prohibitus, vltro se Seleuco genero dedidit. M. Tull. lib. 2. de off. Quid? Macedones nónne Demetrium reliquerunt, vniuersique se ad Pyrrhum contulerunt?

52. in custodia socer) Tradit Plutarchus in Demetrio, Seleucum humanum se ac liberalem in Demetrium præbuisse. eum enim in Cherronesum Syriacam misisse: & vt acres ei custodes apposuit, ita famulorum & ministrorum iustum numerum dedisse quibus quotidie ad res necessarias vteretur: pecuniæ præterea vim satis magnam attribuisse in victum, cultumque vitæ, ita vt facultatem haberet opiparè & splendide viuendi: postremò ambulationes, & porticus, & hortos amœnos, & saltus densos, in quibus venari posset, concessisse. ita Demetrium corpus exercentem, & apparatu regio vtentem, æquo animo fortunam initio tulisse, & beatè biennium vixisse. ad extremum verò cùm inertiæ, otióque sese dedisset, neque corporis exercitationibus solitus vteretur, immoderatásque, & opiparas epulas nihilo secius adhiberet, largiter denique vesceretur, & potaret: ex nimia copia, & cruditate in morbum incidisse, & ita exstinctum esse. Hic Demetrius autem, (quod pœne præterieram) Poliorcetes dictus est, id est, quasi vrbium oppugnator quod sollers, & acutus, & ingeniosus esset ad machinas vrbib. oppugnandis accommodatas, excogitãdas. Cùm multa autem Polyænus huius Demetrij strategemata lib. 4. referat, vnum ex iis huc ascribam. Δημήτριος μέλλων ἐπὶ τὴν Εὐρώπην πλεῖν, καὶ βουλόμενος λαθεῖν ὅποι ἀποβαίνειν μέλλοι, τῶν κυβερνητῶν ἑκάστῳ βιβλίον ἔδωκεν ἐσφραγισμένον, προστάξας, εἰ μὲν ὁμοῦ πλέοιεν, ἐᾶν μένειν τὰς σφραγῖδας· εἰ δὲ διασπασθεῖεν, ἀνοίξαντας τὰ γραμματεῖα, ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν εἰς τὸν γεγραμμένον τόπον. i. Demetrius in Europam nauigaturus: cùm sciri nollet quò classem appulsurus esset: vnicuique gubernatori libellum dedit obsignatum, hoc eis mandato, vt, si simul nauigarent, libellos ne resignarent: sin vi tempestatis distraherentur, libellis resignatis, eum locum nauigando peterent, qui in libello præscriptus esset.

53. Seleucus) de Seleuco satis multa dicta sunt in Eumene. Hîc vnum eius strategema tantùm referam, quod posuit Polyænus lib. 4. strategem. Σέλευκος Ἀντιγόνῳ παρετάσσετο. ἦν ἴση τῆς μάχης ἡ κρίσις. ἐπεὶ δὲ νὺξ προσῄει, ἔδοξεν ἀμφοῖν εἰς τὴν ὑστεραίαν ὑπερβάλλεσθαι. οἱ μὲν Ἀντιγόνου στρατοπεδεύουσιν ἀφοπλισάμενοι. Σέλευκος δὲ προσέταξε τοῖς αὑτοῦ στρατιώταις ἐν ὅπλοις δειπνῆσαι καὶ κοιμηθῆναι, τὸ σχῆμα τῆς τάξεως φυλάττοντας. ὄρθρος ἦν βαθύς. οἱ μὲν Σελευκεῖοι προσῆλθον ὡπλισμένοι, καὶ συντεταγμένοι. οἱ δὲ Ἀντιγόνειοι καταληφθέντες ἄοπλοι καὶ ἀσύντακτοι ταχέως τοῖς πολεμίοις τὸ νίκος ἔδωκαν. id est, Seleucus aduersus Antigonum aciem instruxerat. æquale prœlij erat iudicium. Posteaquàm autem nox aduenit, visum est vtrique in diem posterum certamen differre. Antigoni milites armis positis castra metantur. Seleucus autem edixit militibus suis, vt in armis & cibum caperent & dormirent, seruata instructi exercitus figura. Crepusculum erat matutinum. Seleucéi milites armati, & ordinati hosteis adorti sunt: Antigonéi inermes & inordinati oppressi citò hostibus victoria concessa manus dederunt.

54. à Ptolemæo Ceranno) hic fuit primi Ptolemæi, Lagi filij, filius, Ptolemæi Philadelphi frater, Ceraunus dictus, quòd in bello quasi fulminaret. Commemorat

eum Polybius lib. 2. his verbis. καιροὶ δὲ καθ' οὓς Πτολεμαῖος, ὁ Λάγου, καὶ Λυσίμαχος, ἔτι δὲ καὶ Σέλευκος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς μετήλλαξαν τὸν βίον, &c. i. Tempora autem, quibus Ptolemaeus Lagi fil. & Lysimachus, praeterea verò Seleucus, & Ptolemaeus Ceraunus vitã cũ morte commutarunt, &c. Sic autẽ Lucret. lib. 3. Scipiades belli fulmen. quod Virgil. lib. VI. expreßit, & geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, cladem Lybiae? Notauimus in cõmentar. Lucret. Ex eodem genere est illud eiusdem lib. 4. Georg. Caesar dũ magnus ad altum Fulminat Euphratem Sic Clearchus ille Heracliae tyrannus, vnum ex filiis Ceraunum appellauit, vt testatur Plutarch. oratione 2. de virtute, seu fort. Alexandri. Pausanias autem in Atticis de hoc Ptolemaeo sic scribit: Πτολεμαῖος δὲ ἀδελφὸς μὲν Λυσάνδρας, καὶ παρὰ Λυσιμάχου, (παρ' αὐτὸν πεφευγὼς, ἄλλως δὲ τολμῆσαι πρόχειρος, καὶ δι' αὐτὸ Κεραυνὸς καλούμενος.) οὗτος ὁ Πτολεμαῖος, ὡς ὁ Σελεύκου στρατὸς ἐγεγόνει κατὰ Λυσιμαχίαν, μαθὼν, προσιὼν Σέλευκον κτείνει. διαρπάσαι δὲ ἐπιτρέψας τὰ χρήματα τοῖς βασιλεῦσιν, ἐβασίλευσε Μακεδονίας, ἐς ὃ Γαλάταις πρῶτος, ὧν ἴσμεν, βασιλέων ἀντιταξάμενος τολμήσας, ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν βαρβάρων. i. Ptolemaeus autem Lysandrae frater, cùm à Lysimacho, (ad quẽ cõfugerat, alioqui ad audendum promtus, & ob id Ceraunus. i. fulmen cognomento dictus:) hic igitur Ptolemaeus vbi à Lysimacho audiuit, Seleuci exercitum in Lysimachiam peruenisse, ad Seleucum continuò venit, eúmque adortus interfecit. Cùm autem eius pecunias regibus diripiendas tradidisset, Macedoniae regnũ obtinuit, donec primus regum, quos scimus, ausus acie instructa cum Gallis confligere, à barbaris interemtus est.

55. quem) Ptolemaeum Ceraunum.

56. ille) Seleucus.

57. patre) Ptolemaeo Lagi filio.

58. Alexandria) Audio, quosdam admonere, in libris veteribus scriptũ esse, Alexandréa: quod idem valet. Sic Horat. oda 14. lib. 4. nam tibi quo die Portus Alexandréa supplex, Et vacuam patefecit aulam, &c. ad quem locum vide annotata.

59. Ipse autem Ptolemaeus) pater, Lagi filius: non Ptolemaeus Ceraunus, quippe qui à Gallis interfectus est. Sed Ptolemaei facta mentio admonet me, vt somnium illud Alexandri omnium sermone, scriptísque celebratum referam: quod etiam apud M. Tull. lib. 2. de diuinatione exstat, his verbis. Qui (Alexander, cùm Ptolemaeus familiaris eius, in praelio telo venenato ictus esset: cóque vulnere summo cum dolore moreretur: Alexander ei assidens somno est consopitus. Tũ secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, & simul dicere, quo illa loco nasceretur: (neque is longè aberat ab eo loco) eius autem esse vim tantam, vt Ptolemaeum facilè sanaret. Cùm Alexander experrectus narrasset amicis somnium, emisisse qui illam radiculam quaererent. qua inuenta & Ptolemaeus sanatus dicitur, & multi milites, qui erant eodem genere teli vulnerati. Ascribam & Diodori Siculi hoc de somnio verba lib. 17. quae talia sunt. τοιαύτῃ δὲ ἀπωλείᾳ τῶν τρωθέντων ἀπολλυμένων, ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐχ οὕτως ὁ βασιλεὺς ἐλυπήθη. ἐπὶ δὲ Πτολεμαίῳ τῷ ὕστερον μὲν βασιλεύσαντι, τότε δὲ ἀγαπωμένῳ, μεγάλως ἠχθέσθη. ἴδιον γάρ τι καὶ παράδοξον συνέβη γενέσθαι περὶ τὸν Πτολεμαῖον, ὅ τινες εἰς θεῶν

περιώδυνον αἰτίαν. ἀγαπώμενος γὰρ ὑπὸ ἁπάντων διά τε τὴν ἀρετὴν, καὶ ὑπερβολὴν εἰς πάντας εὐεργεσίας, οἰκείας τῆς φιλανθρώπου βοηθείας ἔτυχεν. ὁ γὰρ βασιλεὺς εἶδεν ὄψιν κατὰ τὸν ὕπνον, καθ' ἣν ἔδοξεν ὁρᾶν δράκοντα βοτάνην ἐν τῷ στόματι κρατοῦντα, καὶ δεῖξαι ταύτης τὴν φύσιν, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ φύεται. ἐγερθεὶς οὖν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ τὴν βοτάνην ἀναζητήσας, καὶ τρίψας, τό, τε σῶμα τοῦ Πτολεμαίου κατέπλασε, καὶ πιεῖν δοὺς, ὑγιῆ κατέστησε. γνωσθείσης δὲ τῆς εὐχρηστίας, καὶ οἱ λοιποὶ τυχόντες τῆς ὁμοίας θεραπείας διεσώθησαν. i. Cùm autem qui hoc genere teli vulnerati erant, interirẽt: aliorum quidem casum non tam grauiter ferebat Alexander: sed Ptolemæi vicem, qui posterius rex fuit, tũ autẽ ei valde carus erat, magnopere dolebat. Propriũ enim, & inopinatum quiddam Ptolemæo accidit, quod nonnulli ad deorum prouidentiam referebant. Nam cùm ab omnibus diligeretur cùm ob virtutem, tum ob maxima in omneis beneficia, auxilium consecutus est humano viro dignum. Rex enim secũdum quietem videre visus est draconem, qui herbam in ore teneret, & huius vim ac naturam, & locum, in quo nascebatur, ostenderet. Alexander igitur experrectus cùm herbam exquisiſſet, & repertam triuiſſet: partim corpori Ptolemæi emplastrum ex ea confectum admouit, partim potionem temperauit, eámq; bibendam Ptolemæo dedit: quo facto hominem sanauit. Sed quæritur quænam herba, seu radix illa fuerit. Quidam aristolochiam fuiſſe putant. sed falluntur. Nam aristolochia ad eam rem maximè valet, vnde nomẽ reperit, hoc est ad partus mulierum. aristolochia enim hinc dicta est, quòd sit ἀρίστη λοχίαις, vel ἀρίστη λεχώσαις. i. optima parturientibus, vt docet Plin. lib. 25. cap. 9. Neque quemquam mouere debet, quòd M. Tullius lib. primo de Diuinatione dicit, eam valere ad morsus serpentum. nihil enim obstat, quin vna & eadem herba pluribus malis remedio eſſe poſſit. Itaque aristolochia, quæ valet maximè ad eam rem, à qua nomen reperit, valet etiam ad serpentum morsus, & ad capitis dolores, & ad somnum conciliandum, vt testatur Theophrastus. quod & Canterus lib. 14. nouarum lectionum obseruauit. At ea seu radix, seu herba, quæ Ptolemæum sanauit, & seruauit, ad telorum ictus valuit: neque aristolochiam eandem vim habuiſſe vlli auctores prodiderunt. Non igitur aristolochia fuit ea herba, quam Alexander reperit. Quod autem ad illum locum Ciceronis, qui est lib. primo de Diuinat. attinet, rectè iudicauit P. Victorius eſſe corruptum. Sic est autem legendum, vt nos edendum curauimus abhinc triennium, quid aristolochia ad morsus serpentum poſſit, quæ nomen ab inuenta re reperit, rem ipsam inuẽtor ex somnio, video, quod satis est: cur poſſit, nescio. vbi vulgò legitur, quæ nomen ab inuentore reperit. Atque hæc lectio non immeritò P. Victorium offendit, lib. V. cap. V. variar. lect. eóque nomine immeritò ab aliis reprehenditur. Emendationẽ autem nostram, rectam eſſe, & hanc eſſe veram & germanam scripturam nemo nisi vel improbiſſimus, vel tardiſſimus, vel in quo sit vtrumque, negaturus est. Aristolochia (inquit) quæ nomen reperit, id est, consecuta est ab inuenta re, id est ab eo quòd sit optima parturientibus: inuentor autem herbæ rem ipsam reperit ex somno: id est fuit admonitus in quiete herbam quandam illa figura ad partus leuandos eſſe vtilem. Non admodum diſſimili ratione nuper Err. Memmius, vir clariſſ. domi suæ mihi ostendit locum apud Cornelium Tacitum lib. 2. annal. à se

emendatum, ibi, Interea pulcherrimum augurium, octo aquilæ, petere siluas, & intrare visæ. Imperatorem aduertere: exclamat, irent: sequerentur Romanas aueis, propria legionum numina, &c. Ille igitur nulla litterarum mutatione facta, sed diuiso duntaxat vocabulo, quod vnum erat factum ex duobus, sic emendauit. Interea pulcherr. aug. octo aq. pet. silu. & intrare visæ, imperato rem aduertere: exclamat, irent, &c. imperato rem aduertere autem, id est, cùm imperatum à Cæsare esset, vel cùm Cæsar imperasset, vt rem milites animaduerterent, exclamat, &c. Redeo ad M. Tullium. Atque, vt aliud ex alio incidit, lectorem hîc admonebo, locum illum apud eundem lib. 2. de Nat. deor. nō longè à princip. in nostra editione esse corruptum, in vulgatis emendatum: quod non tam mea, quàm operarum, & eorum, qui impreßioni præerant, culpa contigit. Nam cùm adnotassem ad oram illius loci, aër, qui maximè frigidus, &c. immo humidus, ex Aristotele: illi eiecta vera voce, frigidus, humidus subsliterunt. Sed præstat totum illum locum ascribere. Ipse verò aër, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. Sic habent omnes aliæ editiones, & rectè. nam ex sententia Stoicorum, quam hîc explicat Cicero, aër frigidißimus est: quod testatur Diog. Laërtius in Zenone Citieo. Εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ τὸ θερμὸν, τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ὑγρὸν, τὸν δὲ ἀέρα τὸ ψυχρὸν, τὴν δὲ γῆν τὸ ξηρὸν, id est, esse autem ait ignem quidem, id quod calidum est, seu calorem: aquam humorem, aëra frigus, terram siccitatem. Legendum igitur apud M. Tullium, vt vulgò, qui natura est maxime frigidus. Eodem libro nō ita multis antè versibus, vbi vulgò legitur, Omneis igitur parteis mundi tangā, quæ maximo calore fultæ, &c. legendum ex codicib. manuscr. Omnes igitur partes mundi (tangam autem maximas) maximo calore fultæ sustinentur. Vnum etiam locū addam ex lib. 2. de diuinatione, antequam ad meas parteis reuertar: qui, mihi corruptus videtur, vt vulgò legitur. Sic autem legitur, De ipso Roscio, potest illud quidē esse falsum, vt circumligatus fuerit angui: sed vt in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Selonio præsertim, vbi ad focum angues nundinari solent. hoc nundinari, me suboffendit. pro eo autē nidulari reponendū puto.

60. Cùm viuus filio regn.) Rarum exemplum, temporibus illis. nam & pater filium, & filius patrem, & frater fratrem regnandi caussa interimebat. Itaq; Plutarchus in Demetrio, ad illum locum, vbi Antigonus Demetrium filium venatu redeuntem, cum venabulo & iaculis ad se recipit, eique os ad osculandum præbet: cùm Antigonus legatis quibusdam, qui tum fortè aderant, & iam dimißi, reuocati ab eo fuerant, mandasset, vt suis ciuibus renuntiarent, sibi cum filio tam bene conuenire, vt eum non metueret armatum: acclamat, οὕτως ἄρα πάντῃ δυσκοινώνητον ἡ ἀρχὴ, καὶ μεστὸν ἀπιστίας καὶ δυσνοίας, ὥστε ἀγάλλεσθαι τὸν μέγιστον τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων, καὶ πρεσβύτατον, ὅτι μὴ φοβεῖται τὸν υἱὸν, ἀλλὰ προσίεται λόγχην ἔχοντα τοῦ σώματος πλησίον. sequitur paucis pòst versibus, τὸ μὲν γὰρ ἀδελφοὺς ἀναιρεῖν, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι τὰ αἰτήματα λαμβάνουσιν, οὕτω συνεχωρεῖτο κοινόν τι νομιζόμενον αἴτημα, καὶ βασιλικὸν, ὑπὲρ βασιλείας. i. Ita scilicet omni ex parte imperium consortem, & socium grauatè patitur, & diffidentiæ ac maleuolentiæ plenum est: adeò vt Alexandri successorum maximus, atque antiquißimus gloriaretur filium suum à se non timeri, sed cum lancea ad corpus recipi, atque admitti, &c. sequitur paucis interpositis:

Nam quemadmodum geometræ petunt, vt quædam sibi concedantur, eáque sumunt: ita concedebatur, tanquam commune quoddam postulatum iudicio hominum, & regium, regni causa fratres de medio tollere.

61.[1] omn. in Afr. natos præstitisse) verbum, præstitisse, iunxit hîc cum accusandi casu: aliàs quamuis rarius, cum dandi iungere solet, ut & M. Tullius: idque sæpius. Idem Cornelius in vita Pomponij Attici, cùm in eam se ciuitatem contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrináq; præstaret omneis, &c. Idem in Hannibale, non est infitiandum, Hannibalem tanto præstitisse ceteros imperatores prudentia, quanto, &c.

HAMILCAR.

HAmilcar[1] Hannibalis filius, cognomine Barcas, Karthaginiensis, [2] primo Punico bello, sed temporibus extremis, [3] admodum adolescentulus in Sicilia praeesse cœpit exercitui. Cùm ante eius aduentum & mari & terra malè res gererentur Karthaginiensium, ipse vbi affuit, numquam hosti cessit, [4] neque locum nocendi dedit: sæpéque è contrario hostem occasione data lacessiuit, sempérque superior discessit. quo facto cùm pæne omnia in Sicilia Pœni amisissent, [5] ille Erycem sic defendit, vt bellum eo loco gestum non videretur. Interim[6] Karthaginienses classe[7] apud insulas Aegates[8] à C. Lutatio consule Romanorum superati, statuerunt belli finem facere, [9] eámque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris.[10] Ille etsi flagrabat bellandi cupiditate, tamen[11] paci seruiendum putauit. quòd patriam[12] exhaustam sumtibus, diutius[13] calamitatem belli ferre non posse intelligebat: sed ita, vt statim[14] mente agitaret, si paullùm modò res essent [15] refectæ, [16] bellum renouare, Romanósque[17] armis persequi, [18] donec aut virtute vicissent, aut victi[19] manum dedissent. Hoc consilio pacem conciliauit: in qua[20] tanta fuit ferocia, vt, cùm Catulus negaret se[21] bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerant, armis relictis, Sicilia decederent: succumbente patria ipse periturum se potius dixerit,

quàm

quàm[22] cum tanto flagitio[23] domum rediret. non enim suæ esse virtutis, arma à patria accepta aduersus hosteis, aduersariis tradere. Huius[24] pertinaciæ cessit Catulus. At ille, vt Karthaginem venit, multo aliter, ac sperabat, remp. se habentem cognouit. namq;[25] diuturnitate externi mali tantum exarsit[26] intestinũ bellum, vt numquam pari in periculo fuerit Karthago,[27] nisi cùm deleta est. Primò[28] mercenarij milites, qui aduersus Rom.[29] fuerant, desciuerunt: quorum numerus erat viginti millium. hi totam[30] abalienarunt Africam, ipsam Karthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeò sunt Pœni perterriti,[31] vt auxilia etiã à Rom. petiuerint, eáque impetrarint. Sed[32] extremò, cùm propè iam ad desperationem peruenissent,[33] Hamilcarem imperatorem fecerunt.[34] Is non solùm hosteis à muris Karthaginis remouit, cùm amplius centum millia facta essent armatorum,[35] sed etiam eò compulit, vt locorum angustiis clausi, plures fame, quàm ferro, interirent. omnia oppida[36] alienata, in his[37] Vticam, atque[38] Hipponem,[39] valentissima totius Africæ,[40] restituit patriæ. neque eo fuit contentus, sed etiam fineis imperij[41] propagauit. tota Africa[42] tantum otium reddidit, vt nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse. Rebus his ex sententia peractis, fidenti animo atque[43] infesto Romanis, quo facilius[44] causam bellandi reperiret,[45] effecit, vt imperator cùm exercitu Hispaniam mitteretur,[46] eóque secum duxit filium Hannibalem[47] annorum nouem. Erat præterea cum eo adolescens illustris, & formosus, Hasdrubal, quem nonnulli diligi[48] turpius, quàm par erat, ab Hamilcare, loquebantur.[49] non enim maledici tanto viro deesse poterant. quo factum est, vt à[50] præfecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse.[51] Huic ille filiam

suam in matrimonium dedit, quòd moribus eorum[52] *non poterat interdici socero gener. De hoc ideò mentionem fecimus, quòd Hamilcare*[53] *occiso*[54] *ille exercitui præfuit,*[55] *résque magnas gessit:*[56] *& princeps*[57] *largitione vetustos peruertit mores Karthaginiensium:*[58] *eiusdémq; post mortem*[59] *Hannibal ab exercitu accepit imperium. At Hamilcar posteaquàm mare transiit, in Hispaniámque venit,*[60] *magnas res secunda gessit fortuna maximas, bellicosissimásque genteis subegit: equis, armis, viris, pecunia totam locupletauit Africam. Hic cùm*[61] *in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno pòst, quàm in Hispaniam venerat,*[62] *in prœlio pugnans aduersus*[63] *Vectones*[64] *occisus est.*[65] *Huius perpetuum odium erga Romanos maximè*[66] *concitasse videtur secundum bellum Punicum.*[67] *namque Hannibal, filius eius, assiduis patris obtestationibus eò est perductus, vt interire, quàm non*[68] *Romanos experiri, mallet.*

HAMILCAR.

Barcas) Polyb. lib. I. ἡγεμόνα δὲ καὶ γνώμῃ, καὶ τόλμῃ βέλτιον, ἄριστον Ἀμίλκαν τῶν τότε γεγονέναι, τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον, πατέρα δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβου, τοῦ μετὰ ταῦτα πολεμήσαντος ῥωμαίοις. i. *Dux autem & consilio, & audacia omnium, qui tunc viuebant, optimus fuisse ponendus est* Hamilcar, *cognomine* Barcas, Hannibalis *natura pater, qui postea cum* Romanis *bellum gessit.*

2. *primo Punico bello) Tria enim bella Punica numerantur. Hoc autem primo bello Punico venit in hostium potestatem viuus M'. Atilius Regulus, duce illorum Xantippo Lacedæmonio, imperatore autē patre Hannibalis Hamilcare: &, quòd captiuos reddi negauerat in senatu esse vtile, cùm Romam à Karthaginiensibus iuratus missus esset, vt, nisi redditi essent Pœnis captiui quidam nobiles, rediret ipse Karthaginem: resectis palpebris illigatus in machina vigiliis & inedia necatus est.*

3. *admodum adolescentulus) id est peradolescentulus, vt loquitur in* Eumene, *de ipso* Eumene.

4. *neque locum noc.) id est neq; hostibus facultatem, aut occasionem nocendi dedit. Admonet me hic locus, vt impertiā lectori vnius loci apud* C. Cæsarem, *lib.* V. *de bello Gallico emendationē, non longe ab extr. qui sic vulgò legitur. Longius*

persequi veritus, quòd syluæ, paludésque intercedebant, neque etiam paruulo detrimento illum locum relinqui videbat: omnibus suis incolumib. eodem die ad Ciceronem peruenit. legendum censeo, neque etiam paruulo detrimento vllum locum relinqui volebat, &c. Sic idem loquitur lib. VI. ne minimo quidem casui locum relinqui debuisse.

5. *Ille Erycem sic defendit) immo oppugnauit, siue obsedit. nam tenebant Romani à L. Iunio Bruto paullo antè captum, vt testatur Polyb. lib. I. cuius verba sunt hæc.* ὁ δὲ Ἰούνιος ἀνακομισθεὶς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐκ τῆς ναυαγίας, καὶ περιπαθὴς ὤν, ἐγίνετο πρὸς τῷ καινοτομῆσαί τι, καὶ πρᾶξαι τῶν δεόντων, σπουδάζων ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγενημένην περιπέτειαν. διὸ καὶ βραχείας αὐτῷ παραπεσούσης ἀφορμῆς καταλαμβάνει πραξικοπήσας τὸν Ἔρυκα, καὶ γίνεται τοῦ τε τῆς Ἀφροδίτης ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως ἐγκρατής. *i. Iunius autem in castra ex naufragio reuersus, sollicitus atque anxius, totus in eo fuit, vt aliquid noui moliretur, & facinus aliquod præclarum, & vtile reip. faceret, studens aduersum casum prælio secundo reparare, & iacturam tantā sarcire. Itaque paruis facultatibus fretus, consiliis occultis, atque insidiosis, & custodibus corruptis Erycem occupat: & Veneris templo, vrbéque potitur. sequitur deinceps.* ὁ δὲ Ἔρυξ, ἔστι μὲν ὄρος παρὰ θάλατταν τῆς Σικελίας ἐν τῇ παρὰ τὴν Ἰταλίαν ἀνειμένῃ πλευρᾷ μεταξὺ Δρεπάνου καὶ Πανόρμου. μᾶλλον δ᾽ ὀχυρὸν καὶ συνάπτον πρὸς τὰ Δρέπανον. μεγέθει δὲ παρὰ πολὺ διαφέρον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν πλὴν τῆς Αἴτνης. τούτου δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς κορυφῆς οὔσης ἐπιπέδου, κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερόν, ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ, καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. ἡ δὲ πόλις ὑπ᾽ αὐτὴν τὴν κορυφὴν τέτακται πάνυ μακρὰν ἔχουσα καὶ προσάντη πανταχόθεν ἀνάβασιν. *i. Eryx autem, Siciliæ mons est mari impendens quà Italiam spectat, inter Drepanum & Panormum. munitior porrò est quà Drepanum attingit, & verò Drepano, quàm Panormo coniunctior: magnitudine autem omnibus Siciliæ montibus, Ætna excepta, antecellens. Iam verò cùm sit hic mons æquabilis & planus in vertice, situm est in ea planitie Veneris templum: quod sine controuersia est omnium, quæ sunt in Sicilia, templorum, & diuitiis, & ceteris rebus eximiis clarissimum, atque ornatissimum. Vrbs autem sub ipso vertice locata est, longum admodum atque arduum omni ex parte ascensum habens. Erycinū montē, & Erycinam Venerem commemorat & M. Tullius lib. 2. accus. non admodū longè à principio. Romani autem Erycem tenebāt & custodiebant, præsidio imposito, vt testatur idem Polybius eod. lib. deinceps post locum modò à nobis citatum,* ἐπί τε κορυφὴν ἐπιστήσας φυλακήν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐπὶ Δρεπάνου πρόσβασιν, ἐτήρει φιλοτίμως ἀμφοτέρους τοὺς τόπους. *i. & in vertice montis præsidio collocato, itémq; in aditu Drepani, diligēter & studiosè vtrumque locum tenebat Iunius consul. Sequitur aliquot pòst versibus.* ὁ γὰρ Ἀμίλκας τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἔρυκα τηρούντων ἐπί τε τῆς κορυφῆς. καὶ παρὰ τὴν ῥίζαν, καθάπερ εἴπομεν, κατελάβετο τὴν πόλιν τῶν Ἐρυκίνων, ἥτις ἦν μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς, καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπεδευσάντων. ἐξ οὗ συνέβαινε παραβόλως μὲν ὑπομένειν, καὶ διακινδυνεύειν πολιορκουμένους τοὺς τὴν κορυφὴν κατέχοντας τῶν Ῥωμαίων. ἀπίστως δὲ τοὺς Καρχηδονίους ἀντέχειν, τῶν τε πολεμίων πανταχόθεν προσκειμένων, καὶ τῶν χορηγιῶν οὐ ῥᾳδίως αὐτοῖς παρακομιζομένων, ὡς ἂν τῆς θαλάττης καθ᾽ ἕνα τόπον, καὶ μίαν πρόσοδον ἀντεχομένης, *&c. i. Hamilcar enim Ro-*

manis Erycem non solùm in vertice, verùm etiam ad radicem montis tenentibus, quemadmodum diximus, Hamilcar vrbem Erycenorum cepit: quæ sita erat inter montis verticem, & Romanorum castra, ad radicem montis locata: ex quo eueniebat, vt Romani ij, qui montis verticem tenebant, non sine ancipiti discrimine obsidionem sustinerent, magnóque in periculo versarentur: & rursus Karthaginienses diffidenter resisterent, partim quòd hostes instarent: partim quòd res ad victum necessariæ non facilè ad eos supportarentur, tanquam mare ab vno loco, vnáque aditu à Rom. contra illos teneretur.

6. Karthaginienses) duce Annone. Polyb. eod. lib. ὁ δὲ Λυτάτιος συνεὶς τὴν παρουσίαν τὴν περὶ τὸν Ἄννωνα, καὶ συλλογισάμενος τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν, ἀναλαβὼν ἀπὸ τοῦ πεζοῦ στρατεύματος τοὺς ἀρίστους ἄνδρας, ἔπλευσε πρὸς τὴν Αἴγουσαν νῆσον τὴν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου κειμένην. κἀνταῦθα παρακαλέσας κατὰ τὸ πρέπον τῷ καιρῷ τὰς δυνάμεις διεσάφει τοῖς κυβερνήταις, ὡς ἐσομένης εἰς τὴν αὔριον ναυμαχίας. i. *Lutatius autem cognito Annonis aduentu, & considerato eorum consilio, delectis ex pedestri exercitu viris omniū fortißimis, ad Ægusam insulam nauigauit, ante Lilybæum sitā. Et hîc prout tempus postulabat, copiis suis aduocatis, gubernatores certiores faciebat, die crastino pugnam naualem futuram.*

7. *apud insulas Ægateis*) Αἴγουσαν appellat Polybius. commemorat Plinius *lib.* 3. *cap.* 8. *vbi ab aliis Æthusam, ab aliis Ægusam scriptam esse tradit. Æthusam appellat lib.* 2. *cap.* LXXXIX. Pomponius Mela *lib.* 2. *cap.* 7. Cariciæ & Ægates Romana clade memorabiles. *vbi legendum fortasse est,* Karthaginiensi clade, *vel* Romana victoria. Stephanus, Αἴγουσα νῆσος Λιβύης, &c. Lucius Annæus Florus, *seu* Seneca, *Epitoma rerum Rom. ex T. Liuio, lib.* 2. *de primo bello Punico, Lutatio Catulo consule tandem bello finis impositus apud insulas, quibus nomen Ægates: nec maior aliàs in mari pugna: quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis grauis hostium classis, & in ea quasi tota Karthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis promta, leuis, expedita, & quodam genere castrensis ad similitudinem pugnæ equestris, sic ramis, quasi habenis, agebatur: & vel in hos, vel in illos mobilia rostra speciem viuentium ferebant. Itaque momento temporis laceratæ hostium rates, totum inter Siciliam, Sardiniámque pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, vt de ex[illegible]dendis hostium mœnibus non quæreretur. Superuacaneum visum est in arcem, murósque sæuire, cùm iam in mari esset deleta Karthago.* T. Liuius 22. Annal. *loquens de clade Cannensi.* Nulla profectò alia gens tanta mole cladis nō obruta esset. Comparem cladem ad Ægateis insulas Karthaginiensium prœlio nauali acceptam, qua fracti, Sicilia, ac Sardinia cessere: hinc vectigaleis, ac stipendiarios fieri se passi sunt? aut pugnā aduersam in Africa, cui postea ipse Hannibal succubuit? nulla ex parte comparandæ sunt. *Has insulas quidam significari putant, illo versu lib.* I. Æn. Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus aras, Dorsum immane mari summo.

8. à C. Lutatio cons.) Polybius hanc pugnam sic describit atque exponit eod. lib. συνιδὼν δὲ (Λυτάτιος) τὰς τῶν πολεμίων ναῦς ἱστιοδρομούσας, ἀνήγετο μετὰ σπουδῆς. τῶν δὲ πληρωμάτων εὐχερῶς ἀναφερόντων τὸν κλύδωνα ταῖς εἰρεσίαις, ταχέως ἐπὶ μίαν ἐκ-

πίνων ναῦν, ἀντίπρῳροι κατήεσαν τοῖς πολεμίοις τὸν στόλον. οἱ δὲ καρχηδόνιοι κατιδόντες τὸν διάπλουν αὐτῶν προκατέχοντας τοὺς ῥωμαίους, καθελόμενοι τοὺς ἱστούς, καὶ παρακαλέσαντες κατὰ ναῦν σφᾶς αὐτούς, συνέβαλλον τοῖς ὑπεναντίοις. τῆς δὲ ἑκατέρων παρασκευῆς τὴν ἐναντίαν ἐχούσης διάθεσιν τῇ περὶ τὰ Δρέπανα γενομένῃ ναυμαχίᾳ, καὶ τὸ τέλος ἑκατέρων τῆς μάχης εἰκότως ἐναντίον ἀπέβη. ῥωμαῖοι μὲν γὰρ τήν τε ναυπηγίαν μετειλήφεσαν, καὶ τὰ βάρη πάντα χωρὶς τῶν πρὸς τὴν ναυμαχίαν ἐπιτηδείων ἐξετέθειντο, τὰ δὲ πληρώματα συγκεκροτημένα διαφέρουσαν αὐτοῖς τὴν χρείαν παρείχετο. τούς τε ἐπιβάτας κατ' ἐκλογὴν ἄνδρας ἀπαραχωρήτους ἐκ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων εἶχον. περὶ δὲ τοὺς καρχηδονίους τἀναντία τούτων ὑπῆρχεν. αἱ μὲν γὰρ νῆες γέμουσαι, δυσχρήστως διέκειντο πρὸς τὸν κίνδυνον. τὰ δὲ πληρώματα τελέως ἦν ἀνάσκητα, καὶ πρὸς τὸν καιρὸν ἐμβεβλημένα. τὰ δὲ ἐπιβατικὰ νεοσύλλογα, καὶ πρωτόπειρα πάσης κακοπαθείας, καὶ παντὸς δεινοῦ. διὰ γὰρ τὸ μηδέποτ' ἂν ἔτι τοὺς ῥωμαίους ἐλπίσαι τῆς θαλάττης ἀντιποιήσασθαι, καταφρονήσαντες ὠλιγώρουν τῶν ναυτικῶν δυνάμεων. τοιγαροῦν ἅμα τῷ συμβαλεῖν κατὰ πολλὰ μέρη τῆς μάχης ἐλαττούμενοι ταχέως ἐνικήθησαν, καὶ πεντήκοντα μὲν αὐτῶν ναῦς κατέδυσαν, ἑβδομήκοντα δὲ ἑάλωσαν αὔτανδροι. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἐπαράμενον τοὺς ἱστούς, καὶ κατουρώσαν αὖθις ἀπεχώρει πρὸς τὴν ἱερὰν νῆσον. i. *Conspicatus autē hostium naueis Lutatius velis paßis currenteis, altum petebat & ipse contrà properè. Quoniam porrò naues Romanorum expeditæ, validísque ac peritis remigibus ornatæ atque instructæ, fluctum facilè ferre poterant: celeriter nauibus ordine explicatis, classem dispositam atque instructam obuersis in hosteis proris collocauit. Karthaginienses autem cùm vidissent nauigationem suam ab hostibus occupantibus cohiberi, atque impediri, demißis velis, & inter se per quamque nauem cohortati, cum hostibus conflixerunt. Quia autem vtrorumque naualis apparatus contrarium in modum instructus erat, atque in prælio nauali Drepanensi fuerat: nemini mirum videri debet, si vtriusque pugnæ contrarius euentus fuit. Nam Romani nauium aptè fabricandarum rationem comprehenderant, & naueis suas, exceptis rebus ad pugnam naualem vtilibus ac necessariis, omnibus oneribus releuarant. Tum instrumenta nautica accurata, & remiges ad remigandum eruditi atque exercitati, longè dißimilem ac faciliorem eis vsum præbebant: & milites ex vniuerso pedestri exercitu delectos, viros acreis, nemini que cedenteis, in nauibus habebāt. Karthaginiensibus autem omnia contraria suppetebant. Nam primùm naues oneratæ ad periculum erant ineptæ, atque impeditæ: deinde remiges erant inexercitati, & subitò in naueis impositi: postremò milites modò collecti fuerant, & nunc primùm incipiebant omnium rerum asperarum atque incommodarum periculum facere. Propterea autem quòd sperauerant, Romanos numquam posthac amplius rem maritimam sibi vendicaturos, contemta eorum inscientia, claßis apparatum neglexerant. Itaque simul vt concurrerunt, cùm multis in pugnæ partibus inferiores essent, citò superati sunt. Et quinquaginta quidem eorum naues mersæ fuerunt, septuaginta verò vnà cum viris captæ: reliquæ autem velis factis ventum secundum nactæ in sacram insulam reuerterunt.*

9. *eámque rem arbitrio permis.* Polybius ibid. οἱ δὲ καρχηδόνιοι προσπεσούσης αὐτοῖς ἀπροσδοκήτως τῆς ἥττης, ταῖς μὲν ὁρμαῖς, καὶ ταῖς φιλοτιμίαις ἀκμὴν ἕτοιμοι πολεμεῖν ἦσαν, τοῖς δὲ λογισμοῖς ἐξηπόρουν. οὔτε γὰρ χορηγεῖν ἔτι ταῖς ἐν Σικελίᾳ δυνάμεσιν οἷοί τ' ἦ-

κρατούντων τῆς θαλάττης τῶν ὑπεναντίων· ἀπογνόντες δὲ ταύτης, καὶ προδόντες τρόπον τινὰ γενόμενοι, ποίαις χερσὶν, ἢ ποίοις ἡγεμόσι πολεμήσειαν, οὐκ εἶχον. διόπερ ὀξέως διαπεμψάμενοι πρὸς τὸν Βάρκαν, ἐπέτρεψαν ἐκείνῳ περὶ τῶν ὅλων. i. Karthaginienses autem hac clade insperatò accepta, quamuis animorum impetu excitati, & studio laudis inflammati, etiam tunc bellum facere cupiebant: tamen cùm rationem belli gerendi inibant, inopia consilij laborabant. Nam neque copiis, quæ in Sicilia erant, sumtus suppeditare amplius poterant, aduersariis in mari dominantibus: neque si has desererent, & quodammodo proderent, qualibus nauibus, aut qualibus ducibus bellum administrarent, habebãt. Quocirca missis primo quoque tempore ad Barcam litteris & nuntiis, eius arbitrio summam rem permiserunt.

10. Ille etsi flagrabat belli cupid.) Polyb. ibid. ὁ δὲ καὶ λίαν ἐποίησεν ἔργον ἡγεμόνος ἀγαθοῦ, καὶ φρονίμου. μέχρι μὲν γὰρ ἐν τοῖς κατὰ λόγον ἦν τις ἐλπὶς ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, οὐδὲν τῶν παραβόλων, οὐδὲ τῶν δεινῶν δοκούντων εἶναι παρέλιπεν. ἀλλὰ πάσας τὰς τοῦ νικᾶν, ἐν τῷ πολεμεῖν ἐλπίδας, εἰ καί τις ἄλλος ἡγεμόνων, ἐξήλεγξεν. ἐπειδὴ δὲ μετέπεσε τὰ πράγματα, καὶ τῶν κατὰ λόγον οὐδὲν ἔτι κατελείπετο τῶν πρὸς τὸ σώζειν τοὺς ὑποταττομένους, πάνυ νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς εἴξας τοῖς παροῦσι, περὶ σπονδῶν καὶ διαλύσεων ἐξαπέστελλε πρεσβευτάς. τὸ γὰρ αὐτοῦ νομιστέον εἶναι ἡγεμόνος τὸ δύνασθαι βλέπειν τόν τε τοῦ νικᾶν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τοῦ λείπεσθαι καιρόν. i. Ille autem valde boni, & prudentis ducis munere functus est. Nam quoad spes in rebus propositis ac præsentibus sita esse probabiliter videbatur, nihil, quod ad audaciam proiectum, aut durũ videretur, prætermisit, sed omneis vincendi spes, siquis alius imperator, in bello collocatas habuit. Vbi autem res Karthaginiensium in pessimum locum redactæ sunt, nihilque quod ad salutem eorũ, qui subiecti erant Karthaginiensium imperio, probabili ratione reliquum esse videbatur, valde consideratè & peritè cedens temporibus, legatos de fœdere percutiendo, & bello componendo misit. Eiusdem enim ducis esse existimandum est posse & vincendi & succumbendi tempus cernere.

11. paci seruiendum put.) quibus condicionibus pax facta sit, exponit Polyb. eod. lib. his verbis. τοῦ δὲ Λυτατίου προθύμως δεξαμένου τὰ παρακαλούμενα διὰ τὸ συνειδέναι τοῖς σφετέροις πράγμασι τετρυχωμένοις, καὶ κάμνουσιν ἤδη τῷ πολέμῳ, συνέβη τέλος ἐπιθεῖναι τῇ διαφορᾷ, τοιούτων τινῶν συνθηκῶν διαγραφεισῶν, ἐπὶ τοῖσδε φιλίαν εἶναι καρχηδονίοις, καὶ ῥωμαίοις, ἐὰν καὶ τῷ δήμῳ τῶν ῥωμαίων συνδοκῇ, ἐκχωρεῖν Σικελίας ἁπάσης καρχηδονίους, καὶ μὴ πολεμεῖν Ἱέρωνι, μηδὲ ἐπιφέρειν ὅπλα συρακοσίοις, μηδὲ τῶν συρακοσίων συμμάχοις· ἀποδοῦναι καρχηδονίους ῥωμαίοις χωρὶς λύτρων ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους. ἀργυρίου κατενεγκεῖν καρχηδονίους ῥωμαίοις ἐν ἔτεσιν εἴκοσι δισχίλια καὶ διακόσια τάλαντα Εὐβοϊκά. τούτων δ᾽ ἐπανενεχθέντων εἰς τὴν Ῥώμην, οὐ προσεδέξατο τὰς συνθήκας ὁ δῆμος, ἀλλ᾽ ἐξαπέστελλεν ἄνδρας δέκα τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν πραγμάτων· οἳ καὶ παραγενόμενοι, τῶν μὲν ὅλων οὐδὲν ἔτι μετέθηκαν, βραχέα δὲ προσεπέθηκαν τοῖς καρχηδονίοις. τόν τε γὰρ χρόνον τῶν φόρων ἐποίησαν μείονα, χίλιά τε τάλαντα προσέθηκαν, τῶν τε νήσων ἐκχωρεῖν καρχηδονίους προσέταξαν, ὅσαι μεταξὺ τῆς Ἰταλίας κεῖνται, καὶ τῆς Σικελίας. ὁ μὲν οὖν ῥωμαίοις καὶ καρχηδονίοις συστὰς περὶ Σικελίας πόλεμος ἐπὶ τοιούτοις, καὶ τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος. i. Cùm autem Lutatius libenter & cupidè accepisset quæ rogabatur vltrò, propterea quòd sciebat ipse, res suas esse bello attritas, & defessas: accidit, vt cõtrouersiæ communi finis imponeretur, talibus quibusdam pactionibus scriptis:

His condicionibus amicitiam intercedere inter Karthaginienſeis & Romanos, ſi modò populo Rom. probentur, vt Karthaginienſes tota Sicilia cedant, neque aduerſus Hieronem bellum gerant, neque Syracuſanis, eorúmue ſociis bellum inferant: Karthaginienſes Romanis ſine pretio redemtionis omneis captiuos reddant: Karthaginienſes Romanis duo millia talentorum Euboicorum, & ducenta per annos XX. penſitent. His Romam relatis, condiciones populus Romanus non probauit, ſed miſit decemuiros, qui his de rebus viderent. Hi cùm adueniſſent, de ſumma re nihil mutarunt, ſed pauca præterea Karthaginienſibus impoſuerunt. Nam & tempus tributorum penſitandorum contraxerunt, & mille talentis additis, etiam ſtatuerunt, vt Karthaginienſes ex omnibus inſulis, quæ inter Italiam & Siciliam ſitæ ſunt, cederent. Bellum igitur de Sicilia inter Romanos & Karthaginienſeis conflatum, talibus condicionibus talem exitum habuit. Dictum eſt autem, ſeruire paci, vt ſeruire laudi, gloriæ, vtilitati, dignitati, famæ, & ſimil.

12. *exhauſtam ſumtib) ſic loquitur M. Tullius non ſemel, exempli gratia lib. 6. epiſt. ad Att. epiſt. I. illo imperante exhauſtam eſſe ſumtibus & iacturis prouinciam, &c.*

13. *calamitatem belli) id eſt, calamitatem, quam bellum importare ſolet. aliter dictum eſt à Terentio in Eunucho, fundi noſtri calamitas.*

14. *mente agitaret) animo agitaret, cogitaret.*

15. *refectæ) recreatæ, reparatæ, reſtitutæ. tralatio eſt.*

16. *bellum renouare) ἀναμαχέσασθαι. ſic & ſuprà locutus eſt Cornelius. Hac de re autem mox dicemus.*

17. *armis perſequi) id eſt, vt alibi loquitur, bello perſequi.*

18. *donec aut virtute viciſſent) ſic reſtitui coniectura ductus, cùm vulgò legeretur, donec aut certè viciſſent, planè mendosè. Nam ſi, certè, affirmationem ſignificat, non eſt hîc ei voci locus: ſin pro ſaltem ponitur, poſteriore loco ſemper à ſcriptoribus poni ſolet, vt lib. I. Tuſc. quæſt. mortem optare incipiant, vel certè timere deſinant. Idē epiſt. ad Attic. lib. 16. quãuis ſuaſor & impulſor profectionis meæ non fueris, approbator certè fuiſti. Vincere virtute porrò dictum vſitatè, & eleganter, vt vincere eloquentia, ingenio, conſilio, auctoritate, dolo, numero, &c. Per virtutem autem, bellicam virtutem intellige, vt ſæpe aliàs. Sic Ennius, Quorum virtuti belli fortuna pepercit, Eorumdem me libertati parcere certum eſt.*

19. *manum dediſſ.) Etiam hoc loquendi genus vſitatum bonis Latini ſermonis auctoribus, Plauto, Lucretio, Ciceroni, Cæſari. notauimus in commentariis Lucretianis ad illum locum lib. 2. & ſi tibi vera videtur, Dede manus: aut ſi falſa eſt, accingere contrà. Sed, ne mētiar, dicunt illi manus dare potius, ſeu dedere, quàm manum dare. Quare malim hîc legi, manus dediſſent. Eſt autem manus dare, fateri ſe victum eſſe. Siquis tamen lectionem receptam tueri velit, licebit ei ſententiam ſuam Græcorum auctoritate confirmare, qui meo iudicio pro eodem dicunt, ἀνατείνειν τὴν χεῖρα. Quamquam hoc eſt Laconicum, vt à Lycurgo dictum, teſte Plutarcho in Lycurgo, & Laconicis. Sic ille in Lycurgo. καὶ τὸ περὶ τῶν ἀθλημάτων, ὧν ταῦτα μόνα μὴ κωλύσαντες ἀγωνίζεσθαι τοὺς πολίτας, ἐν οἷς χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται. i. & illud*

Lycurgi, est acutum, & sententiosum, qui ea sola certamina non vetabat, in quibus manus non datur seu porrigitur. Idem Lacon. apophth. μόνα δὲ ταῦτα τῶν ἀθλημάτων εἴασεν αὐτὸς τοῖς πολίταις ἀγωνίζεσθαι, ὅπου ἡ χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται· ἐπύθετό τις τὴν αἰτίαν· ὁ δὲ, ὅπως, εἶπε, μηδεὶς αὐτῶν ἐν τῷ πονεῖν ἀπαυδᾶν ἐθίζηται. i. Cùm autem hæc sola certamina ciuibus Lycurgus exercere permitteret, in quibus manus nō porrigitur: quæsiuit quidam ex eo rationem. ille autem, ne quis, inquit, eorum inter laborandum defatigari assuescat. Omnino malim legi, manus dedissent: atque ita edi iussissem, nisi doctus quidam, idémque amicus meus, dissuasisset.

20. *tanta fuit ferocia)* Hamilcar scilicet: id est, vt dicunt Græci, τοσοῦτον φρόνημα ἔσχεν, οὕτω μέγα ἐφρόνει. tam fuit ferox, taleis ac tantos spiritus gessit, tantum animi habuit. Ferox enim significat elatum, animosum, superbum, non, vt vulgus putat, ferum, aut agrestem, aut inhumanum, aut crudelem. Cicero contra Rullum, Campana ferocia. Idem in Catone Maiore, ferocia iuuenum. Horat. lib. I. oda XXXV. & Latium ferox. Sallust. de bello Catilin. in extr. de Catilina, paullulum adhuc etiam spirans, ferociámque, quam habuerat viuus, in vultu retinens. Itaque nuper risi quēdam, suo, & sui similiū iudicio magnum librorum Græcorū interpretem, qui ἀγριαίνεσθαι vertit apud scriptorem quendam Græcum, ferociores esse: qua interpretatione nihil insulsius, aut ἀγριώτερον dici potest. Verùm hac de voce plura dicta sunt in commentariis Horatianis.

21. *bellum compositurum)* sic sæpe aliàs locutus est Cornelius, & item alij.

22. *cum tanto flagitio)* cum tanta turpitudine, cum tanto dedecore. flagitium est enim quicquid dedecus affert, & cum probro coniunctum est, vt arma abiicere, fugere in prælio, locum non tenere, & simil. quod notauimus alibi.

23. *domum rediret)* cur non dixit, quàm cum tanto flagitio domum rediturum? licebat & illo modo loqui. sed hoc maluit scilicet, quia licet vtroque, vt notat Priscianus. Sed quod ad rem attinet, nusquam hac de re quicquam legi. apud Polybium certè nullum verbum, quod meminerim.

24. *pertinaciæ)* propriè. pertinax enim à voce, tenax, & particula per, dictus est, quia valde teneat. Quamquam Nonius docet, pertinaciam semper esse rerum malarum: peruicaciam, interdum bonarum: quod vt probet, citat testem Accium in Myrmidonib. cuius sunt hi versus:

Tu pertinaciam esse Archiloche hanc prædicas:
Ego peruicaciam aio, & à me vti volo.
Nam peruicacem dico me esse, & vincere
Perfacilè patior: pertinacem nil moror.
Hæc forteis sequitur: illam indocti poßident.
Tu addis quod vitio est, demis quod laudi datur.

Legendum autem in tertio versu, dico me esse, non, vt vulgò legitur, dicis me esse.

25. *diuturnitate externi belli)* Polybius eod. lib. μετὰ δὲ τὰς διαλύσεις ταύτας, ἴδιόν τι, καὶ παραπλήσιον ἀμφοτέροις συνέβη παθεῖν. ἐξεδέξατο γὰρ πόλεμος ἐμφύλιος ῥωμαίους μὲν ὁ πρὸς τοὺς φαλίσκους καλουμένους, &c. καρχηδονίους δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν οὐ μικρὸς, οὐδὲ καταφρονητέος ὁ πρὸς τοὺς ξένους, καὶ τοὺς νομάδας, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις ἀποστάντας λίβυας, ἐν ᾧ πολλοὺς, καὶ μεγάλους ὑπομείναντες φόβους, τέλος οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς χώρας ἐκινδύνευσαν,

διηγωνίσαντο, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. *i. bello autem hoc composito, & hac transactione facta, proprium quoddam & consimile vtrisque incommodum accidit. excepit enim bellum domesticum & ciuile, Romanos quidem id, quod aduersus Faliscos gestum est, &c. Karthaginienseis verò id, quod aduersus peregrinos, & Numidas, eósque, qui vnà cum his defecerant, Afros: in quo multis & magnis terroribus perculsi, ad extremum in discrimen venerunt non solùm agri Karthaginiensis, verùm etiam salutis, & soli patrij. Huius autem belli principes, atque auctores fuerunt Spendius, genere Campanus, fortuna seruus: & Matho, genere Afer, & Autaricus Gallus. Sed operæ pretium est, vnde hoc bellum domesticum natum sit, ex Polybio cognoscere, vt, quando nos Galli his infelicibus temporibus, (talia enim sunt) salutem nostram tot exemplis domesticis docti negligimus, saltem posteris nostris ex alienorum commemoratione consulamus. Narrat igitur Polybius lib. I. Karthaginienseis primùm in eo peccasse, quòd tantam, & ex tam dissimilibus ac varijs gentibus conflatam externorum militum multitudinem conducere solerent. Quamuis enim eò rectè facere videri possent, (inquit ille) quòd non facilè tam multiplex, & varia multitudo conspirare aduersus imperatorem, aut Karthaginienseis poterat, & facilius suis ducibus parebat: tamen eò peccare reperiebantur, quòd, si forte in castris seditio oriretur, non facilè poterat imperator militum animos verbis mulcere, vtpote qui efficere non posset, vt ab omnibus intelligeretur, cùm alij essent Hispani, alij Galli, alij Ligures, alij Baleares, nonnulli etiam Græci. Alterum fuit eorum peccatum, quòd tantam multitudinẽ in vnũ locũ conuenire bello finito passi sint, neq; certas exercitus parteis, ac nationes separatis ac diuersis temporibus domũ dimiserint: cui rei prouiderat Gesco, si eius consilium sequi voluissent Karthaginienses. Nam quòd verebatur, ne, si tanta multitudo simul, & vno tempore in Africam ex Sicilia transportaretur, res nouas moliretur: præsertim cui magna, & multorum mẽsium stipendia deberentur: neque facilis, aut expedita, propter inopiam ærarij, futura esset solutio: prudentissimè operam dederat, vt alij domum essent antè dimissi, quàm alij in Africam peruenissent. Sed Karthaginienses partim negligentia, partim ærarij, quod bello diuturno exhaustum erat, inopia coacti, non solùm copias illas paullatim non dimiserunt, sed vniuersas in vrbem venire, vt eis simul stipẽdia persoluerentur, iusserunt. Vbi cùm aliquandiu commoratæ essent, dum omnes conueniunt: cúmque noctu & interdiu plurima maleficia à militibus admitterentur, maximæque iniuriæ quotidie ciuitati inferrẽtur, quas persequi ciues non auderent, licentiam, & petulantiam militarẽ pertimescentes: cognouerunt tandem, iudicium sibi, prudentiámque in recipiendis in vrbem militibus defuisse, ducésque rogarunt, vt eos milites, qui in vrbe erant, Siccam ex vrbe educerent, donec reliqua multitudo ex Sicilia conueniret: quod quamuis illi diligenter fecissent, aliquantúmque pecuniæ, quam interea dum reliqua multitudo aberat, militibus præsentibus dinumerárent, vt æquiore animo moram ferrent, à populo accepissent: releuati tamen Karthaginienses malo præsenti ad breue tempus fuerunt, non in perpetuum liberati. Tertium populi peccatum fuit, quòd, cùm milites impedimenta sua, & res carissimas Karthagine relinquere vellent, quasi sti-*

mm

pendiorum integrorum accipiẽdorum gratia eò reuersuri, hoc ille vetuit, sperans, se facilius militum onere defuncturum, si nihil ab eis in vrbe relictum esset, quod eos ad reditum inuitaret. in quo vehementer errauit. Nam debebat potius res eorum carißimas apud se retinere, vt essent populo, si tempora ita ferrent, vt re vera tulerunt, illorum continentiæ, & abstinentiæ, & officij obsides. Itaque cùm in vrbem Siccam omnes conuenissent: stipendia, & munera (donatiua appellãt alij, in his Cornelius Tacitus) quæ olim duces, vt eos ad fortiter pugnandum excitarent (vt fit) polliciti erant, arroganter & ferociter postulabant, multóque etiam maiora exspectabant, atque adeò flagitabant: quos cùm sua spes fefellisset, Hannóque ad eos missus, non modò stipendia integra, & congiaria non attulisset, sed multa etiam de ærarij angustiis miserabiliter, & queribundè locutus esset, ab eisque, vt de stipendiis promissis aliquid remitterent, & condonarent, petiuissẽt: tum strepitus ingens, & seditio horribilis coorta est, omnésque milites correptis armis, Hannone contemto, ceterísque ducibus pro nihilo habitis, Karthaginem versus infestis animis, signisque contenderunt. Cetera longum sit referre. Sed hæc sunt huius intestini belli, quod Karthaginem propè funditus deleuit, initia. Ex quibus intelligere licet, quod & alij tradiderunt, & ego alibi attigi, quàm sit periculosum cùm omni reip. administrandæ formæ, tum maximè singulari potentiæ, vt huic regno, vti præsidio, & exercitu externo. Nam præter illud ingens & extremum omnium malorum, bellum domesticum, atque intestinum, quod ex diuturno bello externo, conductitiis copiis administrato, nascitur: primum ingens pecuniæ vis in milites externos insumitur, quam illi bello finito secum è nostra Gallia, exhausto fisco, exhaustis priuatorum loculis exportant. deinde non possunt simili animi alacritate conductitij milites pro regni incolumitate, Galliæque salute decertare, atque ciues. Præterea non sine periculo eis creditur. Accidere enim potest, vt maiore pecunia ab aduersariis ostentata ac promissa, sese repente ad illos conferant, victoriámque illis adiudicent. Præterea siquod flagitium militare admittant, vt credibile est, non facilè in eos animaduerti potest. Tum verò regnũ Gallicum fit quodammodo nationibus illis, quarum præsidio, & subsidio rex vti cogitur, vectigale & stipendiarium, seu potius tributarium. Præterea alienantur à principe ciuium animi, cùm videt, maiorem fidem haberi alienigenis, quàm sibi: se spoliari, atque exhauriri, suáq; diripi: illos ornari, ac locupletari. Præterea non contenti illi interdum suis stipendiis, vrbeis & agros Galliæ diripiunt, atque expilant. Postremò, cùm accidere posit, vt bellum repente nobis ab hoste externo, & finitimo inferatur, hoc est, non sit antè indictum, neque denuntiatum, & ita præter spem, opinionémque nostram, & nobis imparatis, hostes in fineis regni irrumpant, illorum autem, quos conducere solemus, quorúmque ope nitimur, & confidimus, aduentum, auxiliúmque exspectare longum sit: ciues in arte militari non exercitati, neque armis assuefacti iniuriam externam repellere nequibunt. Ita poterit in summum discrimen respublica peruenire, vt pote & à subsidio externo nuda, atque vacua: & domestico præsidio non satis instructa. Hæc ferè ad verbum expressa sunt ex Cl. Seisselli, viri sapientißimi, & reip. administrandæ peritißimi, qui multos annos Regi Lodouico XII. in consilio affuit, libro, qui Mo-

narchia Franciæ inscribitur: Quæ vtinam qui hodie in consilio regibus nostris adsunt, diligenter cogitarent, & considerarent. Quamquam his temporibus longè grauiora & horribiliora nos vrgent mala, partim ex priuatis nobilium & principum inter se inimicitiis, partim ex dissidio religionis orta: quæ faxit Deus optimus, maximus, vt, si non in toto orbe terrarum, at certè in nostra Gallia, sit simplex, & vna, eáque antiqua, & καθολικὴ, & nobis à D. Petro, ceterísque Christi apostolis per manus tradita. Hoc si nobis contingeret: tot, ac tantis malis intestinis non laboraremus. Itaque cùm ad hanc vitã typographus peruenisset, & quo die hoc scribebã, qui dies erat sub initiũ mensis septembris, anno CIↃ.IↃ.LXVIII. eo die audiebam, & cõstans ferè erat fama, regem nostrũ Christianiss. Karolum IX. superioribus legibus de publico duarum religionum cultu permittendo, quas tẽporibus coactus scripserat, antiquatis, & sublatis, aliam prope diem sancturum: per quam nemini, qui imperio suo subiectus sit, liceat aliam religionem profiteri, aut colere, quàm quæ sit à suis maioribus & superioribus Galliæ regibus culta, & seruata. Omnino videbatur plerisque absurdum, (loquor vt historicus, non vt theologus, homo theologiæ ignarus) homines sub vno rege viuenteis, & magistratus atque honores sibi à rege mandatos in sua patria obtinenteis, aliam religionem, quàm quæ à rege colitur, & probatur, profiteri. Nonnulli tamen dicebant, regem hoc non facturum, temporibúsque, quod sapientes solent, cessurum. Verum tamen, cùm, vt præclarè ab illo diuino vate, eodémq; rege scriptum est, cor regis in manu dei sit: credibile est, regem nihil nisi sapienter, & ex vtilitate, ac salute reip. edicturum, atque acturum.

26. *intestinum bellum)* sic M. Tullius pro domo sua, & item alibi: vt lib. XI. epist. ad familiareis, epistola XXIIII. qui (D. Brutus) vtinam iam adesset. Intestinum vrbis malum, quod est non mediocre, minus timeremus.

27. *nisi cùm deleta est)* Secutus sum exempla multo omnium antiquissima, quæ sic habent. Nam alia habent, deserta est: non tamen omnino malè. deserta est enim valet, vastata, & cultoribus orbata est, ἠρημώθη. Polybius, quod suprà retulimus. τέλος δὲ (inquit) οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς χώρας ἐκινδύνευσαν, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. i. ad extremum autem in discrimen venerunt, non solùm regionis, & finium, sed etiam soli patrii. Suprà autem proximè omnes libri habent, vt numquam pari periculo fuerit, quo modo edendum curaui, sine præpositione, in. Licebat tamen eam adhibere, hoc modo, vt numquam pari in peric. f.

28. *mercenarii)* conductitii milites: Hispani, Nomades, Afri, Ligures, Galli, Græci, &c.

29. *fuerant)* quidam legi volunt, iuerant.

30. *abalienauerunt)* à Karthagine.

31. *vt auxil. etiam à Rom. &c.)* Hac de re nullum apud Polybium verbum: nisi forte illud ipsum est, quod narrat ille non longè ab extr. lib. I. de Hierone, & Romanis. Sed præstat eius verba ascribere. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι περικλειόμενοι πανταχόθεν, ἠναγκάζοντο καταφεύγειν ἐπὶ τὰς συμμαχίδας πόλεις. ὁ τῆς δὲ Ἱέρων ἀεὶ μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν εἰς πᾶν τὸ παρακαλούμενον ὑπ' αὐτῶν·

τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐφιλοτιμεῖτο πεπεισμένος συμφέρειν ἑαυτῷ καὶ πρὸς τὴν ἐν Σικελίᾳ δυναστείαν, καὶ πρὸς τὴν ῥωμαίων φιλίαν, τὸ σώζεσθαι τοὺς καρχηδονίους, ἵνα μὴ παντάπασιν ἐξῇ τὸ προτεθὲν αὐτοῖς συντελεῖσθαι τοῖς ἰσχύουσι, πάνυ φρονίμως καὶ νουνεχῶς λογιζόμενος. οὐδέποτε γὰρ χρὴ τὰ τοιαῦτα παρορᾶν, οὐδὲ τηλικαύτην οὐδενὶ συγκατασκευάζειν δυναστείαν, πρὸς ἣν οὐδὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων ἐξέσται δικαίων ἀμφισβητεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ῥωμαῖοι τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια, προθυμίας οὐδὲν ἀπέλειπον. ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ ἐγένοντό τινες ἀμφισβητήσεις ἐξ ἀμφοῖν, διὰ τοιαύτας αἰτίας, &c. Μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευσάμενοι, καὶ κομισάμενοι διὰ λόγου πάντας, ἐπὶ τοσοῦτον εὐδοκίμησαν, ὥστε παραχρῆμα τοῖς καρχηδονίοις ἀντιδωρήσασθαι τοὺς ὑπολειπομένους παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτους ἐκ τοῦ περὶ Σικελίας πολέμου. ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ καιροῦ πρὸς ἕκαστα τῶν παρακαλουμένων ἑτοίμως καὶ φιλανθρώπως ὑπήκουον. i. Karthaginienses autem cùm ab hostib. vndique circumuenirentur, ad socias ciuitates confugere necessè habebant. In quibus Hiero cùm semper antea in eo bello, quod instabat, studiosè id, quod ab eis rogabatur, fecerat: tum illo tempore magna contentione eos adiuuabat, persuasum habens è re sua esse & ad imperium Siculum retinendum, & ad Romanorum amicitiam conseruandam, Karthaginienses saluos esse, vt ne prorsus liceret iis, qui plus valerent, quicquid sibi propofuissent, sine puluere ad exitum perducere: valde prudenter & sapienter hæc reputans. Numquam enim talia negligenda sunt, neque cuiusquam principatum vsqueadeò crescere sinendum est, vt cum eo ne de rebus quidem, quæ sunt certi iuris, ambigere liceat. Præterea verò Romani in pactionibus mutuò factis summa fide manētes, nihil studij in Karthaginienseis prætermittebant. Principiò enim quædam inter vtrosque controuersia orta fuerat, talibus quibusdam ex causis, &c. Postea verò missis Karthaginē legatis, & mercatoribus illis, quos in vincula Karthaginienses coniecerant, sola oratione recuperatis, illam Karthaginiensium erga se liberalitatem ita acceptam habuerunt, vt continuò eos, qui ex bello Siculo reliqui erāt apud se, captiuos, eis redonarint, & ab hoc tempore in singulis rebus, quas Karthaginienses ab ipsis petebant, paratos se atque humanos ad eos adiuuandos præbuerint.

32. *extrem*)id est, ad extremum.

33. *Hamilcarem imperatorem fec.*)cùm in Gescone, quem initiò huic bello præfecerant, parum præsidij esse cognouissent: nec plus in Hannone.

34. *Is non solùm hosteis &c.*) Polyb. lib. I. διόπερ οἱ καρχηδόνιοι θεωροῦντες αὐτὸν κακῶς χειρίζοντα τὰς πράξεις, Ἀμίλκαν τὸν ἐπικαλούμενον Βάρκαν αὖθις προεστήσαντο, καὶ τοῦτον ἐξέπεμπον εἰς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον στρατηγόν, δόντες ἑβδομήκοντα ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἐπισυνηγμένους τῶν μισθοφόρων, καὶ τοὺς ηὐτομοληκότας ἀπὸ τῶν πολεμίων, ἅμα δὲ τούτοις πολιτικοὺς ἱππεῖς καὶ πεζούς, ὥστε τοὺς σύμπαντας εἰς μυρίους ὑπάρχειν. ὃς κατὰ τὴν πρώτην εὐθέως ἔξοδον καταπληξάμενος τῷ παραδόξῳ τῆς ἐπιβολῆς, ἥττησε μὲν τὰς ψυχὰς τῶν ὑπεναντίων, ἔλυσε δὲ τῆς Ἰτύκης πολιορκίαν, ἐφάνη δ' ἄξιος τῶν προγεγονότων ἔργων, καὶ τῆς παρὰ τοῦ πλήθους προσδοκίας, &c. i. Quapropter Karthaginienses cùm viderent Hannonem malè res administrare, Hamilcarem cognomine Barcam rursus rebus gerendis præfecerunt: eúmque vt ei bello, quod imminebat, imperator præesset, miserūt datis septuaginta elefantis, & mercenariis iis, qui posterius collecti sunt, & iis, qui ab hostibus transfugerant, & præterea equitibus & peditibus belli-

cosis, ita vt vniuersi decem hominum millia explerent: qui prima statim eruptione facta perterritis inopinato incursu atque impetu hostibus, eorum quidem animos debilitauit, Vticam verò obsidione liberauit. superiorib. denique rebus gestis, & multitudinis de eo opinione atque exspectatione dignus repertus est, &c.

35. *sed etiã eò compulit) longũ esset, quot in hoc bello prælia commissa sint, quot excursiones factæ, quot strategemata, quot vtrinque clades acceptæ, referre. Sed quæ ad hunc locũ, & huius belli summam pertinent, ea ex Polybio cõmemorabo. Sic igitur ille eod. lib.* τέλος δὲ ἐπισυγκλείσας αὐτοὺς ἐν τόποις ἀφυέσι μὲν πρὸς τὴν ἐκείνων χρείαν, εὐφυέσι δὲ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, εἰς τοιαύτην ἤγαγε περίστασιν. ὥστε μήτε διακινδυνεύειν τολμῶντας, μήτε ἀποδρᾶναι δυναμένους διὰ τὸ τάφρῳ καὶ χάρακι περιειλῆφθαι πανταχόθεν, τέλος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συναγχομένους ἐσθίειν ἀλλήλων σώματα ἀναγκασθῆναι, τοῦ δαιμονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος, τῆς πρὸς τοὺς πέλας ἀσεβείας καὶ παρανομίας. πρὸς μὲν γὰρ τὸν κίνδυνον οὐκ ἐτόλμων ἐξιέναι, προδήλου καὶ τῆς ἥττης τοῖς μαχομένοις, καὶ τῆς τιμωρίας τοῖς ἁλισκομένοις οὔσης. περὶ δὲ διαλύσεως οὐδ᾽ ὑπόθεσιν ποιεῖσθαι μνήμην, συνειδότες σφίσι τὰ πεπραγμένα, προσανέχοντες δ᾽ ἀεὶ ἐκ τοῦ Τύνητος βοηθείας διὰ τὰς τῶν ἡγουμένων ἐπαγγελίας, πᾶν ὑπέμενον ποιεῖν κατὰ σφῶν αὐτῶν, *&c. i. Tandem verò castris contra hostes locatis cùm nihil tale suspicarentur, in locis ad illorum quidem vsum incommodis, atque ineptis natura: ad copias verò suas commodis atque opportunis, illos in eas redegit angustias, vt, cùm neque periculum adire auderent, neque effugere possent, propterea quòd fossa & vallo vndique clausi, & septi erant: ad extremum quòd fame suffocabantur, alter alterius corpora comesse cogerentur, diis immortalibus pœnas de iis sumentibus, iniustitia & impietate, quam in suos vsurparant, dignas. Adire autem periculum non audebant, cùm & clades pugnantibus, & pœna captis ante oculos esset posita. De compositione autem ne mentionem quidem facere eis veniebat in mentem, tam atrocium scelerum sibi conscijs. Porrò autem cùm à Tunete subsidium semper toleranter exspectarent ducum promissis confisi, nihil erat, quod non ipsi aduersus se facere auderent.*

36. *alienata) quidam libri habent, abalienata.*

37. *Vticam.) quam Vticam Latini dicunt, Græci conuersis vocalibus* Ἰτύκην *appellant, id est Itucam. Stephanus.* Ἰτύκη πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος, *&c. i. Vtica Afrorum vrbs, sua ciuitas, Tyriorum colonia, &c.*

38. *Hipponem,) Stephan.* ἱππών, Λιβύης πόλις. *i. Hippo vrbs Africæ.*

39. *valentissima) legendum fortasse est, opulentissima. verùm tamen nihil muto. Valentissima autem interpretor, validissima, seu potentissima.*

40. *restituit patriæ) Vno prælio sex hostium millibus interfectis, duobus captis, aliis in fugam versis: altero decem millibus cæsis, quattuor captis, decem fugatis: tertio omnibus fere copiis ad internicionem cæsis ac deletis, reliquis ad deditionem compulsis.*

41. *propagauit) sic legendum: & ita habent exempla Argentoratensia, & Coloniensia, & Basil. Veneta & Florentina verò prorogauit, mendosè.*

42. *tantum otium, tantam quietem, pacem, ac tranquillitatem. Sic suprà in Timoleonte, tantum otium toti, seu totæ insulæ conciliauit.*

43. *atque infesto Romanis)* Polyb.lib.3. ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὀργῆς. i. *in iracundia perseuerabat, aduersus Romanos scilicet.* Idem eod.lib. δυσμένειαν Ἀμίλκου. i. *infestũ Hamilcaris in Romanos animum.*

44. *causam)* πρόφασιν, αἰτίαν. *His enim vocabulis vtitur Polybius pro re eadem.*

45. *effecit, vt imp.)* Polyb.eod.lib. Ἀμίλκας γὰρ προσλαβὼν τοῖς ἰδίοις θυμοῖς τὴν ἐπὶ τούτοις ὀργὴν τῶν πολιτῶν, ὡς θᾶττον τῆς πάντων δόξης τοὺς ἀποστάντας τῶν μισθοφόρων καταπολεμήσας ἐβεβαίωσε τῇ πατρίδι τὴν ἀσφάλειαν. εὐθέως ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα, σπουδάζων ταύτῃ χρήσασθαι παρασκευῇ πρὸς τὸν κατὰ ῥωμαίων πόλεμον. i. *Hamilcar enim cùm ad eius in Romanos odium, ciuium iracundia accessisset: vbi citius omnium opinione mercenariis, qui defecerant, expugnatis ac superatis, patriam in tuto collocauit: continuò animum ad res Hispanienseis appulit, studens vti hoc ad bellum aduersus Romanos gerendum apparatu.*

46. *eóque secum duxit fil)* Idem lib.2.princip. ὁ δὲ ἀναλαβὼν τὰ στρατόπεδα, καὶ τὸν υἱὸν Ἀννίβαν, ὄντα τότε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐτῶν ἐννέα, καὶ διαβὰς κατὰ τὰς Ἡρακλέους στήλας, ἀνεκτᾶτο τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα τοῖς καρχηδονίοις. διατρίψας δὲ ἐν τοῖς τόποις τούτοις ἔτη σχεδὸν ἐννέα, καὶ πολλοὺς μὲν πολέμῳ, πολλοὺς δὲ πειθοῖ ποιήσας Ἴβηρας ὑπηκόους καρχηδονίοις, κατέστρεψε τὸν βίον ἀξίως τῶν προγεγενημένων πράξεων. πρὸς γὰρ τοὺς ἀνδρωδεστάτους, καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας παραταττόμενος, καὶ χρώμενος τολμηρῶς καὶ παραβόλως ἑαυτῷ κατὰ τὸν τοῦ κινδύνου καιρόν, ἐρρωμένως τὸν βίον μετήλλαξεν. i. *Hamilcar autem acceptis copiis, & adiuncto sibi Hannibale filio, qui tum nouem annos natus erat: & traiectus fretum Gaditanum, columnásque Herculis, res Hispanienseis Karthaginiensibus recuperauit. In his autem locis annos fere nouem commoratus, & multis quidem bello, multis autem oratione, & persuadendo Hispaniæ populis sub Karthaginiensium ditionem, imperiúmque subiunctis, supremum vitæ diem ex dignitate rerum antè actarum obiit. Nam aduersus fortißimos & potentißimos populos acie instructa dimicans, & se in discrimen audacter & profusè offerẽs, nec sibi parcens in ipso periculi tempore, fortiter vitam cum morte commutauit.*

47. *annorum nouem)* hac de re plura dicemus in Hannibale.

48. *turpius)* libidinosius, obscænius. Sic Liuius 21. annal. *Medius Hasdrubal inter patrem & filium octo ferme annos imperium obtinuit: flore ætatis, vti ferunt, primò Hamilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem animi ascitus: & quia gener erat, factionis Barchinæ opibus, quæ apud milites, plebémque plus quàm modicæ erant, haud sanè voluntate principum in imperio positus.*

49. *non enim maledici, &c)* attende, magnis viris maledicos deeſſe non posse: vt nõ defuerunt Themistocli, Epaminondæ, Timoleonti, Demostheni, Pompeio, Cæsari, Ciceroni, &c.

50. *præfecto morum)* erant igitur præfecti, seu magistri morum apud Karthaginienseis, vt & apud Romanos: qui dicebantur & Censores. Cicero in Cluentiana, *Tu es præfectus moribus, &c.*

51. *Huic ille filiam suam,* Polyb.eod.lib. τοιούτους γὰρ ἐχθροὺς παρεσκεύασε ῥωμαίοις Ἀσδρούβαν τὸν τῆς θυγατρὸς ἄνδρα, καὶ τὸν αὑτοῦ κατὰ φύσιν υἱὸν Ἀννίβαν. i. *Taleis enim inimicos parauit Romanis Hamilcar, Hasdrubalem filiæ suæ virum, & suum natura filium Hannibalem.*

52. *non poterat interdici)* vtroque modo loquuntur Latini: *interdicitur Ciceroni aqua & ignis, & interdicitur Ciceroni aqua & igni.*

53. *occiso) in prælio,* vt suprà ex Polybio retulimus, & infrà dicet ipse Cornelius.

54. *ille exercitui præfuit)* Polyb lib. 2. τὴν δὲ στρατηγίαν οἱ Καρχηδόνιοι παρέδοσαν Ἀσδρούβᾳ τῷ ἐκείνου κηδεστῇ, καὶ τριηράρχῳ. i. Imperium autem Karthaginienses Hasdrubali illius genero, & trierarcho tradiderunt. & Appianus Ιβηρ. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοῖς κέρδεσιν ἤδη τοῖς ἐξ Ἰβηρίας ἀρεσκόμενοι, στρατιὰν ἄλλην ἔπεμπον ἐς Ἰβηρίαν, καὶ στρατηγὸν ἁπάντων ἀπέφηναν Ἀσδρούβαν τὸν τοῦ Βάρκα κηδεστὴν ὄντα ἐν Ἰβηρίᾳ. i. Karthaginienses autem prædarum ex Iberia factarum dulcedine capti, alias copias in Hispaniam miserunt, vniuersóque exercitui Hasdrubalem Barcæ generum, qui in Hispania erat, præfecerunt.

55. *résque magnas gessit)* Polyb. lib. 2. Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, (ἐν γὰρ τούτοις ἀπελίπομεν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν) νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς χειρίζων τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, ἔν τε τοῖς ὅλοις μεγάλην ἐποιεῖτο προκοπήν, τήν τε παρὰ μὲν τισὶ καινὴν Καρχηδόνα, παρὰ δὲ τισὶ καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατασκευάσας, οὐ μικρά, μεγάλα δὲ συνεβάλετο Καρχηδονίοις εἰς πραγμάτων λόγον, καὶ μάλιστα διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, πρὸς τὰ κατὰ τῆς Ἰβηρίας πράγματα, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τὴν Λιβύην. i. Hasdrubal autem iisdem temporibus, (in his enim res Hispanienseis intermisimus) prudenter & vtiliter imperium suum administrans, cùm in summis rebus magnos progressus faciebat, tum Karthagine noua, vt à nonnullis appellatur, vel vt ab aliis, noua vrbe, seu Neapoli condita: non parua, immò magna, Karthaginiensibus adiumenta attulit ad res gerendas, propter loci opportunitatem maximè, tum ad res Hispanienseis, tum ad Africanas.

56. *& princeps)* id est, & primus. sic sæpe loquuntur boni scriptores, Lucretius, Cæsar, M. Tullius, Horatius. notauimus in commentariis Lucretianis, & Horatian.

57. *largitione vetustos &c.)* Liuius lib. 21. Annal. paullo aliter, Is plura consilio, quàm vi, gerens, auspiciis regulorum magis, conciliandisque per amicitiam principum nouis gentibus, quàm bello, aut armis, rem Karthaginiensium auxit.

58. *eiusdémque post mortem)* Quoniam de genere mortis Hasdrubalis silet Probus, de ea ex Polybio cognoscamus. Sic igitur ille lib. 2. Ἀσδρούβας δ᾽ ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς (ἀπὸ γὰρ τούτων παρεξέβημεν τῆς ἐξηγήσεως) ἔτη χειρίσας ὀκτὼ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἐπιβουλευθεὶς δολοφονηθεὶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλύμασι νυκτὸς ὑπό τινος Κελτοῦ τὸ γένος, ἰδίων ἕνεκα ἀδικημάτων, οὐ μικράς, ἀλλὰ μεγάλην ποιήσας ἐπίδοσιν τοῖς Καρχηδονίων πράγμασιν οὐχ οὕτω διὰ τῶν πολεμικῶν ἔργων, ὡς διὰ τῆς πρὸς τοὺς δυνάστας ὁμιλίας. i. Hasdrubal autem Karthaginiensium imperator, (hinc enim degressa est nostra narratio) annos octo rebus Hispaniensibus tractatis atque administratis, diem supremum obiit, in deuersorio suo noctu à quodam natione Gallo priuatarum iniuriarum causa dolo interfectus, rebus Karthaginiensium non parum, sed plurimum amplificatis ac propagatis, non tam factis bellicis & militaribus, quàm verbis & colloquiis, quæ cum principibus habuit. Et ex Appiano, qui magis totam rem aperit. Sic autem ille Ιβηρ. Ἀσδρούβας δὲ ἐπὶ τοῖσδε Ἰβηρίας τὴν ὑπὸ Καρχ-

χηδονίοις, καθιστάμενοι, ἀνὴρ δοῦλος, οὗ τὸν δεσπότην ὠμῶς διεφθάρκει, λαθὼν ἐν κυνηγεσίοις ἀναιρεῖ. καὶ τόνδε μὲν Ἀννίβας ἐξελέγξας δεινῶς αἰκισάμενος διέφθειρεν, &c. i. Hasdrubalem autem, Hispania ea, quæ sub Karthaginiensium ditionem subiuncta erat, his condicionibus constituta, seruus homo, cuius dominum crudeliter ille interfecerat, venantem clam interficit. Atque hunc quidem Hannibal conuictum fœdè verberatum, & malè mulcatum interemit, &c. Ad quos accedat & T. Liuius lib. 21. Annal. Ceterùm nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus enim eum quidam palàm ob iram interfecti ab eo domini obtruncauit: comprehensúsque à circunstantibus, haud alio, quàm si euasisset, vultu, tormentis quoque cùm laceraretur, eo fuit habitu oris, vt superante lætitia dolores, ridentis etiam speciem præbuerit.

59. Hannibal ab exercitu, &c.) Appianus deinceps post illa verba, quæ modò retulimus. ἡ στρατιὰ δὲ τὸν Ἀννίβαν, καίπερ ὄντα κομιδῆ νέον, δ' ἀρέσκοντα δ' ἰσχυρῶς, στρατηγὸν ἀπέδειξεν αὐτοῖς, καὶ ἡ Καρχηδονίων βουλὴ συνέθετο. i. Exercitus autem occiso Hasdrubale, Hannibalem, quamuis peradolescentulum, valde tamen gratum atque acceptum, imperatorem declarauit, idque Karthaginiensis senatus comprobauit. Sed hac de re suo loco dicemus in Hannibale.

60. magnas res secunda gessit fort.) proinde quasi dicat, magnas res gessit virtute duce, comite fortuna. Hæc enim duo debent inesse in præstanti, & omnibus suis partibus perfecto imperatore.

61. in Italiam bellum inferre) al. Italiæ bellum inferre: quo modo loquuntur potius alij boni scriptores.

61. in prælio) suprà hoc idem ex Polybio cognouimus, quamquam populos illos non nominat.

63. Vectones) Hispaniæ populos. Plin. lib. 3. cap. 3. Appianus Ἰβηρ. nomine generis Ἴβηρας appellat. Sic enim ille. καὶ τῆς τάξεως διαλυθείσης, οἱ μὲν Ἴβηρες αὐτοῖς ἐπιδραμόντες, αὐτόν τε τὸν Βάρκαν, καὶ πολὺ πλῆθος ἀμυνομένων ἐπ' αὐτῷ, διέφθειραν. i. ordine perturbato & dissoluto, Hispani in eos impetu facto, & Barcam ipsum, & magnam multitudinem eius seruandi causa pugnantium occiderunt.

64. occisus est) Non esse hunc Hamilcarem illum, qui in bello Karthaginiensi, cùm Syracusas oppugnaret, & se iamiam vrbe potiturũ ex quodã somnio, & vaticinio speraret, à Syracusanis, multis suorum amissis, captus, & ab illis pessimè mulcatus, & contumeliosè necatus interiit, quamuis lector non omnino in hac historia peregrinus, per se intelligat, tamen vel memorem monere visum est. Somnium autem illud exstat apud M. Tull. lib. 1. de diuinatione, & apud Diodorum lib. 20.

65. Huius perpetuum erga Rom.) Hæc idem disertè tradit Polyb. lib. 3. erga Romanos autem, pro aduersus, seu contra Romanos, obseruandum loquendi genus est: quo genere suprà vsus est Nepos, vt admonuimus. sic & in Hannibale infrà.

66. concitasse) conflauisse, commouisse, &, vt loquitur Liuius, conciuisse.

67. Namque Hannibal filius eius) hac de re mox in Hannibale. De patris autem Hamilcaris in Rom. implacabili odio non vno loco exponit Polybius lib. 3.

68. Romanos experiri) Romanos periclitari, id est periculum facere virtutis & potentiæ Romanorum: cum Romanis de imperio certare. M. Tullius lib. 2. de Di-

uinatione

minatione vtrumque verbum coniunctim posuit, periclitari, & experiri, ibi, quadringenta, septuaginta quinque millia annorum in periclitādis, experiundisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse, &c.

HANNIBAL.

Hannibal Hamilcaris filius, Karthaginiensis.[1] Si verum est, quod nemo dubitat, vt populus Rom. omneis genteis virtute superarit: nō est infitiandū, Hannibalem tāto[2] præstitisse ceteros imperatores prudentia, quāto Populus R.[3] antecedat fortitudine cunctas nationes. nam quotiescumque[4] cum eo congressus est in Italia, semper[5] discessit superior.[6] quòd nisi domi ciuium suorum inuidia debilitatus esset,[7] Romanos videtur superare potuisse. sed[8] multorum obtrectatio deuicit vnius virtutem. Hic autem[9] velut hereditate relictum odium paternum[10] erga Romanos sic confirmauit, vt prius animam, quàm id[11] deposuerit: qui quidem cùm patria pulsus esset, &[12] alienarum opum indigeret, numquam destiterit animo bellare cum Romanis. nam vt omittam[13] Philippum, quem absens hostem reddidit Romanis: omnium his temporibus potentissimus rex[14] Antiochus fuit.[15] hunc tanta cupiditate incendit bellandi, vt[16] vsque à rubro mari arma conatus sit inferre Italiæ. ad quem cùm legati venissent Romani,[17] qui de eius voluntate explorarent, darént que operam consiliis clandestinis,[18] vt Hannibalem in suspicionem regi adducerent, tamquam ab ipsis corruptum, alia, atque antea, sentire: neque id frustra fecissent, ídque Hannibal comperisset, séque ab interioribus consiliis segregari vidisset:[19] tempore dato[20] adiit regem, eíque cùm multa de fide sua, & odio in Romanos commemorasset, hoc adiunxit:[21] pater, inquit, meus Hamilcar puerulo, vt pote non amplius nouem annos nato, in Hispaniam imperator

fecítque, vt eà elefantus [51] ornatus ire posset, quà antea vnus homo inermis vix poterat repere. hàc copias traduxit, in Italiámque [52] peruênit. [53] Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione consule, eúmque pepulerat. [54] cum hoc eodem de Clastidio apud Padum [55] decernit: [56] saucium inde ac fugatum dimittit. tertiò idem Scipio cum collega [57] Ti. Longo ad Trebiam aduersus eum venit. cum his [58] manum conseruit: [59] vtrumque profligauit. Inde [60] per Ligures [61] Apenninum transit, petens Etruriam. hoc itinere [62] adeò graui morbo afficitur oculorum, vt postea numquam dextro æquè bene vsus sit. qua valetudine cùm etiam premeretur, lecticáque ferretur, C. Flaminium consulem [63] apud Trasimenum cum exercitu [64] insidiis circumuentum occîdit. neque multo pòst [65] C. Centenium, [66] prætorem, [67] cum delecta manu [68] saltus occupantem. Hinc in Apuliam peruênit. [69] Ibi obuiam ei venerunt duo consules, [70] C. Terentius Varro, & L. Paullus Aemilius. [71] Vtriusque exercitus vno prœlio fugauit: [72] L. Paullum consulem occîdit, & aliquot præterea consulareis. In his [73] Cn. Seruilium Geminum, qui anno superiore fuerat consul. [74] Hac pugna pugnata, [75] Romam profectus est nullo resistente. [76] in propinquis vrbis montibus moratus est. cùm aliquot ibi dies castra habuisset, & reuerteretur Capuam: [77] Qu. Fabius Maximus, dictator Rom, in agro Falerno ei se obiecit. Hinc [78] clausus locorum angustiis, noctu sine vllo detrimento exercitus [79] se expediuit. Fabio [80] callidißimo imperatori [81] verba dedit. namque [82] obducta nocte sarmenta in cornibus iumentorum deligata incendit, eiúsque generis multitudinem magnam [83] dispalatam immisit. [84] quo repentino obiectu viso tantum terrorem iniecit exercitui Romanorum, vt egredi extra vallumnem

sit ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus[85] M. Minucium Rufum, magistrum equitum,[86] pari ac dictatorem imperio,[87] dolo perductum in prœlium,[88] fugauit. T. Sempronium Graccum[89] iterum consulem in Lucanis absens[90] in insidias inductum sustulit.[91] M. Claudium Marcellum, quinquies consulem, apud Venusiam pari modo interfecit. Longum est enumerare prœlia. Quare hoc vnum satis erit dictum, ex quo intelligi possit quantus ille fuerit.[92] Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie restitit, nemo aduersus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit. Hic inuictus patriam defensum[93] reuocatus, bellum gessit aduersus P. Scipionis[94] filium,[95] quem ipse primùm apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertiò apud Trebiam fugauerat. Cum hoc[96] exhaustis iam patriæ facultatibus cupiuit[97] in præsentiarum[98] bellum componere, quo valentior postea[99] congrederetur.[100] In colloquium conuênit,[101] condiciones non conuenerunt. Post id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem conflixit. pulsus (incredibile dictu) biduo & duabus noctibus[102] Adrumetum peruênit: quod abest à Zama circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidæ, qui simul cum eo ex acie excesserant, insidiati sunt ei: quos non solùm effûgit,[103] sed etiam ipsos oppressit. Adrumeti reliquos ex fuga collegit.[104] nouis delectibus paucis diebus multos contraxit. Cùm in apparando acerrimè esset occupatus, Karthaginienses[105] bellum cum Romanis composuerunt. Ille[106] nihilo secius exercitui postea præfuit,[107] résque in Africa gessit: itémque Mago frater eius, vsque ad P. Sulpicium, C. Aurelium consules.[108] His enim magistratibus legati Karthaginienses Romam venerunt, qui senatui, populóque Rom. gratias agerent, quòd[109] cum

his pacem fecissent, ob eámque rem corona aurea eos donarent: simúlque peterent,[110] vt obsides eorum Fregellis essent, captiuíque redderentur. His ex senatusconsulto responsum est, munus eorum gratum, acceptúmque esse: obsides quo loco rogarent, futuros: captiuos non remissuros, quòd Hannibalem, cuius opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, & nunc cum imperio apud exercitum haberent, itémque fratrem eius Magonem. Hoc responso Karthaginienses cognito, Hannibalem domum, Magonémque reuocarunt. Hic, vt rediit,[111] prætor factus est, pòst quàm rex fuerat, anno secundo & vicesimo. Vt enim Romæ consules, sic Karthagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal præbuit, ac fuerat in bello.[112] namque effecit, ex nouis vectigalibus non solùm vt esset pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur, sed etiam[113] superesset, quæ in ærario poneretur. Deinde anno post præturam,[114] M. Claudio, L. Furio Coss. Romani legati Karthaginem venerunt. Hos Hannibal sui[115] exposcendi gratia missos ratus, prius quàm his senatus daretur,[116] nauem conscendit clàm, atque in Syriam[117] ad Antiochum profûgit. Hac re palàm facta Pœni naueis duas, quæ eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt. bona eius publicarunt, domum[118] à fundamentis disiecerunt, ipsum exsulem iudicarunt. At Hannibal anno tertio, pòst quàm domum profugerat,[119] L. Cornelio, Q. Minucio Coss. cum quinque nauibus[120] Africam accessit in finibus Cyrenæorum, si forte Karthaginienseis ad bellum, Antiochi spe, fiduciáque, inducere posset: cui iam persuaserat, vt cum exercitibus in Italiam proficisceretur. Huc[121] Magonem fratrem exciuit. Id vbi Pœni resciuerunt,

gem armauit, & excitauit aduersus Romanos. *Quem cùm videret domesticis rebus*[137] *minus esse robustum, conciliabat ceteros reges, adiungebátque bellicosas nationes. Dißidebat ab eo* Pergamenus *rex*[138] *Eumenes,* Romanis *amicißimus, bellúmque inter eos gerebatur & mari & terra: quo magis cupiebat, eum* Hannibal *opprimi. sed*[139] *vtrobique Eumenes plus valebat propter* Romanorum *societatem: quem si remouisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Classe paucis diebus erant decertaturi. superabatur nauium multitudine.* [140] *dolo erat pugnandum, cùm par non esset armis.* [141] *imperauit quamplurimas venenatas serpenteis viuas colligi, eásque in vasa fictilia coniici.* Harum *cùm*[142] *confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat nauale prœlium, claßiarios conuocat, hisq; præcipit, omnes vt in vnam Eumenis regis concurrant nauem, à ceteris*[143] *tantùm satis habeant se defendere. id facilè*[144] *illos serpentium multitudine consecuturos.* Rex *autem qua naue veheretur vt scirent, se facturum: quem si aut cepissent, aut interfecissent,*[145] *magno his pollicetur id præmio fore. Tali cohortatione militum facta, claßis ab vtrisque in prœlium deducitur.*[146] *quarum acie constituta, priusquàm signum pugnæ daretur,* Hannibal,[147] *vt palàm faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha*[148] *cum caducéo mittit: qui vbi ad naueis aduersariorum peruênit, epistolam ostendens, se regem professus est quærere. statim ad Eumenem deductus est,*[149] *quod nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius* [150] *ducis naue declarata*[151] *suis, eodem, vnde ierat, se recepit. At Eumenes*[152] *soluta epistola nihil in ea reperit, nisi quod* [153] *ad irridendum eum pertineret. cuius & si causam mira-*

batur,[154] neque reperiebatur, tamen prœlium statim committere non dubitauit. Horum in concursu Bithyni Hannibalis præcepto vniuersi nauem Eumenis adoriuntur: quorum vim cùm rex sustinere non posset,[155] fuga salutem petiit: quam consecutus non esset, nisi intra sua præsidia se recepisset: quæ in proximo litore erant collocata. Reliquæ Pergamenæ naues cùm aduersarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus suprà mentionem fecimus, coniici cœpta sunt: quæ iacta initiò[156] risum pugnantibus excitarunt, neque quare id fieret, poterat intelligi. postquàm autem naueis completas conspexerunt serpentibus, noua re perterriti, cùm, quid potissimùm vitarent, non viderent,[157] puppeis auerterunt, seque ad sua castra nautica retulerunt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superauit, neque tum solùm, sed sæpe aliâs pedestribus copiis pari prudentia pepulit aduersarios. Quæ dum in Asia geruntur,[158] accidit casu, vt legati Prusiæ Romæ apud L. Quintium[159] Flamininum[160] consulem cenarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his vnus diceret, eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flamininus[161] senatui detulit. Patres conscripti, qui Hannibale viuo numquam se sine insidiis futuros existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his[162] Flamininum, qui à rege peterent, ne inimicißimum suum secum haberet, sibíq; vt dederet.[163] His Prusias negare ausus non est:[164] illud recusauit, ne id à se fieri postularent, quòd aduersus ius hospitij esset: ipsi, si possent, comprehenderent: locũ, vbi esset, facilè inuenturos. Hannibal enim vno loco se tenebat in castello, quod ei ab rege datum erat muneri: idque sic ædificarat,[165] vt in omnibus partibus ædificij exitus haberet, semper verens, ne vsu eueniret,

quod

quod áccidit. Huc cùm legati Romanorum venissent, ac multitudine domū eius circumdedissent, puer ab ianua prospiciens Hannibali dixit, plureis præter consuetudinem armatos apparere. qui imperauit ei, vt omneis foreis ædificij circumiret, ac properè sibi renuntiaret, num eodem modo vndique obsideretur. puer cùm celeriter, quid esset, renuntiasset,[166] omnéisque exitus occupatos ostendisset: sensit id non fortuitò factum, sed se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam: quam ne alieno arbitrio[167] dimitteret, memor pristinarum[168] virtutum,[169] venenum, quod semper secum habere consueuerat, sumsit. Sic vir fortißimus, multis, variísque perfunctus laboribus, anno[170] acquieuit septuagesimo. Quibus consulibus interierit,[171] non cónuenit. namque[172] Atticus[173] M. Claudio Marcello, & Q. Fabio Labeone Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit. At Polybius[174] L. Aemilio Paulo, & Cn. Bębio Tamphilo. Sulpicius autem[175] P. Cornelio Cethego, & L. M. Bæbio Tamphilo. Atque hic tantus vir, tantísque bellis districtus,[176] nonnihil temporis tribuit litteris. namque aliquot eius libri sunt Græco sermone confecti: in his ad Rhodios[177] de Cn. Manlij Vulsonis in Asia rebus gestis.[178] Huius bella gesta multi memoriæ prodiderunt: sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt, simúlque vixerunt, quamdiu fortuna passa est,[179] Philænius, &[180] Sosilus Lacedæmonius. atque hoc Sosilo Hannibal litterarum Græcarum vsus est doctore. Sed nos tempus est huius libri facere finem, &[181] Romanorum explicare imperatores, quo facilius collatis vtrorumque factis, qui viri præferendi sint, poßit iudicari.

Si verum est, quod n. d. vt p.) mirum loquendi genus. Cur non ita dixit potius? Si verum est, quod nemo dubitat, populum Romanum omneis genteis virtute superasse, non est infitiandum &c. verùm tamen nihil est mutandum. Sic enim veteres interdum loquebantur.

2. præstitisse ceteros) superasse ceteros imperatores. obseruandum etiam hoc est, quod iunxit hoc verbum cum accusandi casu, quod M. Tullius cum dãdi casu potius iungere solet. Sic idem Nepos in vita Attici. Namque versibus qui honore ceteros populi præstiterunt, exposuit. Notauimus & suprà aliud exemplũ. Sed quod ad rem attinet, negat hoc Lucianus, negat & Plutarchus. quin Hannibal ipse Alexãdrum Magnum omnibus imperatoribus anteponebat, Pyrrhum secundum numerabat: se tertium. Sed præstat T. Liuij verba ex lib. 35. Annal. hac de re ascribere. Claudius secutus Græcos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione (ad Eumenem & Antiochum) tradit: eúmque Ephesi collocutum cũ Hannibale: & sermonem etiam vnum refert, quo quærenti Africano, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondisse, Alexandrum Macedonum regem, quòd parua manu innumerabileis exercitus fudisset, quódque vltimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. quærenti deinde, quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse. castra enim metari primum docuisse: ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse: artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, vt Italicæ gentes, regis externi, quàm populi Rom. tamdiu principis, in ea terra imperium esse mallent. exsequenti, quem tertium duceret, haud dubiè semetipsum dixisse. Tum risum obortum Scipioni, & eum subiecisse, Quid nam tu diceres, si me vicisses? Tum, me verò, inquit, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omneis alios imperatores esse. Et perplexum Punico astu responsum, & assentationis genus, Scipionem mouisse, quòd è grege se imperatorum velut inæstimabilem, secreuisset. Sic Appianus Συριακ. λέγεται δ' ἐν ταῖσδε ταῖς ἐφέσῳ πρεσβείαις ἐν τῷ γυμνασίῳ λεχθῆναί ποτε πρὸς ἀλλήλους Σκιπίωνα καὶ Ἀννίβαν περὶ στρατηγίας, πολλῶν ἐφεστώτων, καὶ τοῦ Σκιπίωνος ἐρομένου, τίς δοκοίη οἱ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι, τὸν Ἀννίβαν εἰπεῖν, ὁ μακεδὼν Ἀλέξανδρος. Σκιπίωνα δὲ ἡσυχάσαι μὲν ἐπὶ τῷδε, ἐξαιρούμενον ἄρα Ἀλεξάνδρῳ, ἐπανέρεσθαι δὲ τίς εἴη δεύτερος μετ' Ἀλέξανδρον; καὶ τὸν φάναι, Πύῤῥος ὁ ἠπειρώτης, τὴν ἀρετὴν ἄρα τὴν στρατηγικὴν ἐν τόλμῃ τιθέμενος. οὐ γὰρ ἔστιν εὑρεῖν μεγαλοτολμοτέρους τῶνδε τῶν βασιλέων. δακνόμενον δὲ ἤδη τὸν Σκιπίωνα, ὅμως ἔτι ἐπανέρεσθαι, τίνι διδοίη τὰ τρίτα, πάνυ προσδοκῶντα ἕξειν τὰ τρίτα. τὸν δὲ, ἐμαυτῷ, φάναι. νέος γὰρ ὢν Ἰβηρίας τε ἐκράτησα, καὶ στρατῷ τὰ ἄλπεια ὄρη μετὰ Ἡρακλέα πρῶτος ὑπερῆλθον, ἔς τε τὴν Ἰταλίαν, ὑμῶν οὐδενός πω θαρροῦντος, ἐμβαλὼν, τετρακόσια ἀνέστησα ἄστη, καὶ περὶ τῆς πόλεως τὸν ἀγῶνα πολλάκις ὑμῖν ἀνέστησα, οὔτε μοι χρημάτων, οὔτε στρατιᾶς ἐπιπεμπομένης ἐκ Καρχηδόνος. ὡς δὲ αὐτὸν ὁ Σκιπίων εἶδεν ἀπομηκύνοντα τὴν σεμνολογίαν, ἐπιγελάσας, ποῦ δὲ ἑαυτὸν ἔταττες, ὦ Ἀννίβα, μὴ νενικημένος ὑπ' ἐμοῦ; τὸν δέ φασιν αἰσθανόμενον ἤδη τῆς ζηλοτυπίας, εἰπεῖν, ὅτι ἔγωγε ἔταξα ἂν ἐμαυτὸν πρὸ Ἀλεξάνδρου. οὕτω μὲν ὁ Ἀννίβας ἐπέμεινέ τι τῇ σεμνολογίᾳ, καὶ τὸν Σκιπίωνα λαθὼν ἐκερτόμησεν, ὡς καθελόντα τὸν ἀμείνονα Ἀλεξάνδρου. i. Aiunt autem Scipionem & Hannibalem, intereadum vnà

versantur, quodam die in gymnasio multis præsentibus de arte imperatoria & sciẽtia rei militaris inter se iocò esse collocutos: & cùm Scipio ex Hannibale quæsiuisset, quis ei videretur optimus imperator fuisse: Hannibalem respondisse, Alexander Macedo. Scipionem ad hoc sanè quieuisse, Alexandro scilicet assurgentẽ, ac cedentem: quæsiuisse autẽ postea, quis esset ab Alexandro secundus: illum autem respondisse, Pyrrhus Epirota: virtutem imperatoriam in audacia, fiduciáque ponentẽ. fieri enim nõ potest, inquit, vt his regibus vlli ad res magnas suscipiẽdas fidentiores reperiãtur. Scipionem autem quamuis iam pungeretur secunda illa responsione, tamen tertiò quæsiuisse, cui tertias daret. sibi enim sperabat, atque adeò confidebat tertias datum iri. illum autem respondisse, mihi ipsi. Nam cùm etiamtum iuuenis essem, Iberia potitus sum, & cum exercitu primus post Herculem Graium Alpeis transgressus sum: & cùm in Italiam inuasissem, nemine vestrûm mihi obuiam venire audente, vrbeis quadringẽtas euerti, & ad vrbem sæpe vos ad pugnam lacessiui, cùm mihi neque pecunia, neque supplementum exercitus Karthagine mitteretur. Posteaquàm autem eum Scipio vidit sermonem iactantiæ & ferociæ plenum longius producere, dixit ridens: at si à me victus non esses, Hannibal, quem tandem tibi locum tribueres? Illum autem aiunt sentientem iam Scipionem æmulationis & obtrectationis dolore commoueri, dixisse: ego verò me Alexandro Magno anteponerem. Sic igitur Hannibal in sermonis iactantia perseuerauit, atque hoc pacto obscurè Scipioni palpatus est, quasi Alexandro meliori victori. Idem Liuius lib. 21. Hannibalis ingenium, morésque pulcrè, & luculentè describit, his verbis, Numquam ingenium idem ad res diuersissimas, parendum, atque imperandum, habilius fuit. Itaque haud facilè discerneres, vtrùm imperatori, an exercitui carior esset: neque Hasdrubal alium quemquam præferre malle, vbi quid fortiter ac strenuè agendum esset: neque milites alio duce plus confidere, aut audere. plurimum audaciæ ad pericula capessẽnda, plurimum cõsilij inter ipsa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat: caloris ac frigoris patientia par: cibi, potionísque desiderio naturali, non voluptate modus finitus: vigiliarum, somníque nec die, nec nocte discriminata tempora. id, quod gerendis rebus superesset, quieti datum. ea neque molli strato, neque silentio arcessita. multi sæpe militari sagulo opertum, humi iacentem inter custodias, stationésque militum conspexerunt. vestitus nihil inter æqualeis excellens, arma atque equi conspiciebantur. equitum, peditúmque idem longè primus erat: princeps prælium inibat: vltimus prælio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quàm Punica: nihil veri, nihil sancti: nullúsque deûm metus, nullum iusiurandum, nulla religio.

3. antecedat) exempla Argentoratensia omnium antiquissima, habent antecedebat: itémque Coloniensia, & Basiliensia: alia, antecedat: quæ secutus sum.

4. cum eo) populo Romano.

5. discessit superior) vicit. sic loquitur suprà in Hamilcare, princ. sempérque superior discessit. Sic & M. Tullius non semel. Hic locus me admonet, vt locum apud Valerium Maximum lib. I. cap. 7. quod est de somniis, in quo mendosè legi-

tur, victoriam habiturum, pro victricem abituram, lectori indicem. Totum autem *caput proponam, aut certè eius partem maximam, tum vt facilius queat lector verba* Valerij *cum* T. Liuij *verbis, quibus eandem rem narrat, comparare, tum quòd in eodem capite alter præterea locus est vnius vocis adiectione contaminatus.* Sic igitur Valerius. *Illud etiam somnium magnæ admirationis, & clari exitus, quod eadem nocte duo consules* P. Decius Mus, & T. Manlius Torquatus *Latino bello & graui, & periculoso, non procul à Vesuuij montis radicibus positis castris, viderunt. Vtrique enim quidam per quietis speciem prædixit, ex altera acie imperatorem, ex altera exercitum* Diis manibus, *matrique* Terræ *debere. Vtrius autem dux copias hostium aggrederetur, supérque eas seipsum deuouisset, victoriam habiturum, &c.* Nunc Liuium audiamus lib. VIII. Annal. *non admodum longè à principio. Ibi in quiete vtrique consuli eadem dicitur visa species viri maioris, quàm pro humano habitu, augustiorisque, dicentis:* Ex *vna acie imperatorem, ex altera exercitum* Diis Manibus, *matrique* Terræ *deberi. Vtrius exercitus imperator legiones hostium, supérque eas se deuouisset, eius populi, partísque victoriam fore.* Ex his Liuij *verbis, perspicuum est, verbum, aggrederetur, apud* Valerium, *esse inculcatum, ideóque delendum: quod vidit iuuenis eruditus* Cl. Puteanus. *confirmatúrque hæc emendatio testimonio codicis manuscripti ex bibliotheca* D. Victoris, *In quo hoc verbum non reperitur.* Restant *illa apud* Valerium, *quæ mihi ansam huius annotationis præbuerunt, victoriam habiturum: quæ nō dubitabam, quin essent item corrupta.* Quis enim Latinorum *sic vmquam locutus est? victoriam habiturum.* Atque ego quidem *sic ea emendanda esse existimabam, Vtrius autem dux copias hostium, supérque eas seipsum deuouisset: eius victoriam futuram. sic enim ferè* Liuius *loquitur. & eo, quē modò commemoraui, loco, & præterea eodem libro aliquot pagellis pòst, ibi, vt facilè conuenerit inter* Romanos, Latinósque, *qui eius pugnæ memoriam posteris tradiderunt, vtrius partis* T. Manlius *dux fuisset, eius futuram haud dubiè fuisse victoriam.* Cl. Puteanus *verò, prolato* Valerii *codice manuscripto, vincebat, esse legendum, victricem abituram, id est eam aciem, seu partem, superiorem discessuram.* Sic enim *loquuntur Latini: discessit, seu abiit superior: discessit, seu abiit victor: ipséque adeò* Valerius lib. I. cap. 8. *eo loco, quo loco de* Valerio Poplicola *loquitur. Vno plus* Etrusci *cadent:* Romanus *exercitus victor abibit.*

Atque, *vt aliud ex alio incidit, eadem opera lectorem admonebo, apud eundem* Valerium *paucis pòst versibus, vbi legitur vulgò, seruum suum verberibus multatum, aut mulctatum, legendum esse, verberibus mulcatum: quemadmodum apud* Corn. Tacitum lib. I. Errieus Memmius V. C. *vbi vulgò legitur, prostratos verberibus mulctant, sexageni singulos, vt numerum centurionum adæquarent. tum conuulsos, laniatósque, & partim exanimos ante vallum, aut in amnem* Rhenum *proiiciunt, &c. legendum vidit, verberibus mulcant.* Ex quo ego quoque *apud* T. Liuium *eodem lib. quem paullo antè commemoraui, vbi narrat* Liuius Alexandri Epiri *regis interitum,* Ibi *fœda laceratio corporis facta. Namque præciso medio partem* Consentiam *misére, pars ipsis retenta ad ludibrium: quæ cùm iaculis, saxísque procul incesseretur, mulier vna vltra hu-*

manarum irarum fidem ſæuienti turbæ immiſſa, vt parumper ſuſtinerent preca-ta, flens ait, virum ſibi, liberóſque captos apud hoſteis eſſe: ſperare corpore regio vtcumque mulctato, ſe ſuos redemturam. Is finis lacerationi, &c. Legendum igitur cenſeo, *corpore regio vtcumque mulcato, &c.* Et eodem libro tribus ferè pagellis pòſt, vbi vulgati libri habent, *Hæc conſilia cùm apud cupidos rerum nouarum valuiſſent: ex iuuentute quidam Lucanorum pretio áſciti, clari magis inter populareis, quàm honeſti, inter ſe mulctati ipſi virgis cùm corpora nuda intuliſſent in ciuium cœtum: vociferati ſunt, ſe, quod caſtra Romana ingredi auſi eſſent, à Coss. virgis cæſos, ac propè ſecuri percuſſos eſſe, &c.* Legendum, *mulcati ipſi virgis, &c.* Mulcare autem valet, verberare, lacerare, mutilare. quod verbũ auctoribus Gul. Pelliſſerio, & Err. Memmio, libris Latinis atque adeò linguæ Latinæ reſtituendum eſt. nam in omnibus libris deprauatum eſt, vt & iam aliàs admonuimus, & in commentariis Plautinis pluribus verbis oſtendemus.

6. *Quòd niſi domi ciuium ſ. inuid. d.)* Nam ciuium inuidiam ſibi conciliauit Hannibal remp. benè adminiſtrando: partim iudicibus, qui antea perpetui erant, eóque dominabantur, factu annuis: partim ærario publico, & vectigalibus populi Karthaginienſis, quæ & negligentia dilabebantur, & (vt fere fit) prædæ, quæſtuíque principibus quibuſdam ciuitatis, & magiſtratibus erant, ad certam rationem reuocatis, vt tradit Liuius lib. 33. Annal, de qua re plura infrà.

7. *Romanos videtur ſup. pot.)* Itaque vſque eò ſollicíti fuerũt, quoad eũ viuere audierũt: neq; vmquã cõquieuerũt, donec eũ de medio ſublatũ eſſe cognouerũt.

8. *ſed mult. obtr.)* bella antitheſis: in qua multos vni, obtrectationem virtuti opponit Nepos.

9. *velut hereditate relictum od. pat.)* Quantum Hamilcaris in Romanos odiũ fuerit, ex iis, quæ in Hamilcare à Nepote expoſita ſunt, ſatis appáret.

10. *erga Romanos)* aduerſus Romanos, vt ſæpe alibi.

11. *depoſuerit)* Deponere odium, & inimicitias, vſitatum aliis bonis ſcriptoribus loquendi genus. M. Tull. poſt reditum ad Quirites, in extr. *Odium vel precibus mitigari poteſt, vel temporib. reip. communíque vtilitate deponi, vel, &c.* deponere animam, rarius. ſed dixit tamen Propertius, bonus Latinitatis auctor.

12. *alienar. opũ indig.)* ſic ſuprà locutus eſt in Timoleõte in extr. cùm de regib. loquitur. *quẽ ille à patre expulſum Alexãdréa, alienarũ opũ indigẽtẽ, receperat.*

13. *Philippum)* Demetrij fil. Perſei patrem, Macedonum regem, hoc nomine ſecundum. Hac de re autem ſic T. Liuius lib. 33. Annal. in extr. *Romani legati cùm in ſenatu expoſuiſſent, compertum patribus Rom. eſſe & Philippum regem antè ab Hannibale maximè accenſum, bellum populo Rom. feciſſe: & nunc litteras, nuntióſque ab eo ad Antiochum regem profectos: haud quieturum antequàm bellum toto orbe terrarum conciſſet: nec ei impune debere eſſe, ſi ſatisfacere Karthaginienſes populo Rom. vellent: nihil eorum ſua voluntate, & publico conſilio factum eſſe Karthaginienſes reſponderunt: quicquid æquum cenſuiſſent Romani, facturos eſſe.*

14. *Antiochus)* qui primùm Hierax à rapacitate, deinde Magnus dictus eſt.

15. *Hunc tanta cupiditate inc.)* de Hannibalis fuga ad Antiochum, déque An-

tiochi cum illo de bello Romanis inferendo colloquiis, & communicatis consiliis scripserunt Polybius, T. Liuius, & Appianus. Sic T. Liuius lib. 33. Annal. sub extr. Tum verò isti, quos pauerat per aliquot annos publicus peculatus, velut bonis erepti, non furto eorum manibus extorto, infensi & irati Romanos in Hannibalem, & ipsos causam odij quærentes, instigabant. Itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate sua esse ducebat, subscribere odiis, accusationibúsque Hannibalis, & factionibus Karthaginiensium inserere publicā auctoritatem: nec satis habere bello vicisse Hannibalem, nisi veluti accusatores calumniam in eum iurarent, ac nomen deferrent: tandem peruicerūt, vt legati Karthaginem mitterentur: qui apud senatum eorum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire. Legati tres missi, C. Seruilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo: qui cùm venissent, ex consilio inimicorum Hannibalis, quærentibus causam aduentus, dici iusserunt, venisse se ad controuersias, quæ cum Masanissa rege Numidarum Karthaginiensibus essent, dirimendas. Id creditum vulgò. Hannibalem vnum se peti à Romanis non fallebat: & ita pacem Karthaginiensibus datam esse, vt inexpiabile bellum aduersus se vnum maneret. Itaque cedere tempori ac fortunæ statuit. & præparatis iam omnibus ad fugam, obuersatus eo die in foro auertendæ suspicionis causa, primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignaris consilij est egressus. Cùm equi quo in loco locati fuerant, præstò fuissent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani transgressus, postero die manè inter Adrumetum & Tapsum ad suā turrim peruēnit. Ibi eum parata, instructáque remigio excepit nauis. Ita Africa Hannibal excessit, sæpius patriæ, quàm suos euētus miseratus, &c. Idem lib. 34. Hannibal patria profugus peruenerat ad Antiochum, sicut antè dictum est, & erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, nisi quòd volutanti diu consilia de Romano bello, nemo aptior super tali re particeps sermonis esse poterat. Sententia eius vna atque eadem semper erat, vt in Italia bellum gereretur. Italiā & commeatus, & militem præbituram externo hosti. si nihil ibi moueatur, liceátque populo Rom. viribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere: neque regem, neque gentem vllam parem Romanis esse, &c. Appianus Συριακῷ. λόγου καὶ δόξης ἐμπεσούσης ὅτι Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἀποθάνοι, κατὰ σπουδὴν ὁ Ἀντίοχος ἠπείγετο, ὡς Αἴγυπτον ἔρημον ἁρπασόμενος. καὶ αὐτῷ κατὰ Ἔφεσον Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος ξυμβάλλει φυγὼν τὴν πατρίδα, δι' ἐχθρῶν διαβολάς, οἳ Ῥωμαίοις αὐτὸν ἔφασαν εἶναι δύσερίν τι, καὶ φιλοπόλεμον, καὶ οὔποτε εἰρηνεύειν δυνάμενον. τότε δὲ ἦν τοῦτο, ὅτε Καρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ὑπήκουον ἔνσπονδοι. Ἀννίβαν μὲν δὴ διώνυμον ἐπὶ στρατηγίαις ὄντα ὁ Ἀντίοχος ὑπεδέχετο λαμπρῶς, καὶ εἶχεν ἀμφ' αὑτόν. i. Cùm sermo peruulgatus, & opinio accepta esset, Ptolemæum Philopatorem mortuum esse, Antiochus properè abiit, tamquam Ægyptum rectore, qui ei præesset, & præsidio nudam ac vacuam correpturus. & cum eo Hannibal Ephesi congreditur, patria profugus inimicorum calumniis: qui eum dicebant in contentione semel aduersus Rom. suscepta perseuerantem & peruicacem, & belli gerendi cupidū esse, neq; pacem colere posse. Tum autem id accidit, quo tempore Karthaginienses Romanis parebant fœderibus interpositis alligati. Hannibalem igitur rei militaris, & imperandi scientia clarum Antiochus honorificè,

ac magnificè accepit, & apud se retinuit, atque in comitibus suis habuit. Polyb. *lib.3. eandem rem tangit, vt mox referemus.*

16. *vsque à* Rubro *mari) mare* Rubrum *ab* Erythra *quodam potius esse dictũ, quàm à tali colore, credibilius est. quamquam de re tam controuersa non est pronuntiare meum.* Plinius *lib.VI. cap 23. in extr. Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras: quod* Rubrum *dixere nostri,* Graeci Erythraeum *à rege* Erythra, *aut, vt alij, solis repercussu talem reddi colorem existimantes: aut, vt alij, ab arena, terráque: alij tali aquae ipsius natura.* Mela *lib.3.* Rubrum *mare* Graeci, *siue quia eius coloris est, siue quia ibi* Erythras *regnauit,* Ἐρυθρὰν θάλασσαν *appellant, &c.* Sed *hac de re lege* ἐκ τῶν τοῦ Ἀγαθαρχίδου περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐκλογαῖς.

17. *qui de eius voluntate expl)* Polyb. *lib.3.* καθ' οὓς γὰρ καιροὺς καταπολεμηθεὶς Ἀννίβας ὑπὸ Ῥωμαίων, τέλος ἐκ τῆς πατρίδος ἐξεχώρησε, καὶ παρ' Ἀντιόχῳ διέτριβε, τότε Ῥωμαῖοι συνορῶντες ἤδη τὴν Αἰτωλῶν ἐπιβολήν, ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίοχον, βουλόμενοι μὴ λανθάνειν σφᾶς τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν. *i. Quibus enim temporibus bello superatus* Hannibal *à* Romanis *tandem è patria cessit, & apud* Antiochum *commorabatur: tunc* Romani *cognito iam* Aetolorum *conatu, legatos ad* Antiochum *miserunt, cùm vellent regis consilium sibi non ignotum esse. Sed cur non dixit, qui eius voluntatem explorarent?*

18. *vt* Hannibalem *in susp.) id est, vt* Hannibalem *regi suspectum redderent. Hanc historiam sic refert* Polybius *loco suprà commemorato.* οἱ δὲ πρέσβεις ὁρῶντες τὸν Ἀντίοχον προσέχοντα τοῖς Αἰτωλοῖς, καὶ πρόθυμον ὄντα πολεμεῖν Ῥωμαίοις, ἐθεράπευον τὸν Ἀννίβαν, σπουδάζοντες εἰς ὑποψίαν ἐμβαλεῖν πρὸς Ἀντίοχον. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. *i.* Legati *autem cùm viderent,* Antiochum *aureis, atque animum* Aetolis *attendere, & in animo habere* Romanis *bellum inferre,* Hannibalem *obseruabant, & colebant, studentes eum in suspicionem* Antiocho *adducere: quod & cóntigit.*

19. *tempore dato) id est, occasione oblata. Hac de re sic* Polyb. *eod. lib. deinceps.* προβαίνοντος γὰρ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ βασιλέως ὑπόπτως ἔχοντος ἀεὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀννίβαν, ἐγένετό τις καιρὸς ὡς ἐπὶ λόγον ἀχθῆναι τὴν ὑποικουρουμένην ἐν αὐτοῖς ὑποψίαν. ἐν ᾧ καὶ πλείους ἀπολογισμοὺς ποιησάμενος Ἀννίβας, τέλος ἐπὶ τὸ τοιοῦτο κατήντησε δυσχρηστούμενος τοῖς λόγοις, *&c. i. Progressu autem temporis, cùm regi suspectus esset* Hannibal, *& in dies magis ac magis haec suspicio cresceret, venit tandem* Hannibali *tempus opportunum earum suspicionum, quae erant occultae, intimísque in sensibus recon ditae, expromendarum atque oratione explicandarum. In qua cùm pluribus defensionibus vsus esset, ad extremum magnopere laborans, atque aestuans, in hunc sermonem euasit, &c.*

20. *adiit regem) licebat dicere & geminata praepositione, adiit ad regem: quo modò suprà alibi loquitur.*

21. *Pater (inquit) meus.* Hamilcar) Polyb. *ibid. deinceps.* ἔφη γάρ, καθ' ὃν καιρὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν εἰς Ἰβηρίαν ἔξοδον μέλλοι στρατεύεσθαι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἔτη μὲν ἔχειν ἐννέα, θύοντος δ' αὐτοῦ τῷ Διὶ, παρεστάναι παρὰ τὸν βωμόν. ἐπεὶ δὲ καλλιερήσας κατασπεῖσαι τοῖς θεοῖς, καὶ ποιῆσαι τὰ νομιζόμενα, τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς περὶ τὴν θυσίαν ἀποστῆναι κελεύσας μικρόν, αὐτὸν δὲ προσκαλεσάμενος, ἐρέσθαι φιλοφρόνως, εἰ βούλεται συνεξορμᾶν ἐπὶ τὴν στρα-

τείαν. ἀσμένως δὲ κατανεύσαντος αὐτοῦ, καὶ τι προσαξιώσαντος παιδικῶς, λαβόμενον τῆς δεξιᾶς προσαγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν βωμόν, καὶ κελεύειν ἁψάμενον τῶν ἱερῶν ὀμνύναι μηδέποτε ῥωμαίοις εὐνοήσειν. ταῦτα οὖν εἰδότα σαφῶς ἠξίου τὸν Ἀντίοχον ἕως μὲν ἄν τι δυσχερὲς βουλεύηται κατὰ ῥωμαίων, θαρρεῖν καὶ πιστεύειν αὐτὸν συνεργὸν ἕξειν νομίζοντα γνησιώτατον. ἐπὰν δὲ διαλύσεις ἢ φιλίαν συντίθηται πρὸς αὐτούς, τότε μὴ προσδεῖσθαι διαβολῆς, ἀλλ' ἀπιστεῖν, καὶ φυλάττεσθαι. πᾶν γάρ τι πρᾶξαι κατ' αὐτῶν, ὃ δυνατὸς ἂν εἴη. i. Dixit enim Hannibal quo tempore pater suus in Iberiam exercitum ducturus erat, se natum fuisse annos circiter nouem. Illo autem sacrificante, se aræ astitisse. Posteaquàm verò litauisset, & diis immortalibus libauisset, ceteráque ex instituto & more patrio peregisset, alijs, qui aram circumstabant, paullum summotis, se propius accedere iussum, comiter & beniuolè ab illo rogatum esse, vellét ne vnà cum eo in castra proficisci. cui cùm Hannibal respondisset, se valde velle, atque etiam pueriliter à patre contendisset, vt sibi ire liceret: se à patre prehensa dextera ad aram admotum esse: iussum deinde esse, vt sacra tangens iuraret, numquam se Romanis amicum futurum. Ab Antiocho igitur postulabat, vt, cùm hæc certò sciret, quandiu aliquid mali aduersus Romanos meditaretur, tantisper bono animo esset, & crederet se ipsi adiutorem verissimum ac certissimum futurum. vbi verò bellum componere, aut amicitiam cum eis pacisci vellet, ne putaret sibi sycophantis, qui se apud eum falsò criminarētur, opus esse, sed diffideret, & sibi caueret. se enim omnia, quæ posset, aduersus eum esse facturum. T. Liuius lib. 35. Annal. Hannibal non adhibitus est in consilium propter colloquia cum Villio suspectus regi, & in nullo postea honore habitus. Primò eam contumeliam tacitus tulit: deinde melius esse ratus & percunctari causam repentinæ alienationis, & purgare se tempore apto: (al. dato, al. capto) quæsita simpliciter iracūdiæ causa, auditáq;: Pater Hamilcar (inquit) Antioche, paruum admodum me, cùm sacrificaret, altaribus admotum iuriurando adegit, numquam amicum fore populi Rom. sub hoc sacramento sex & triginta annos militaui: hoc me in pace patria mea expulit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu spem meam destitueris, vbicumque vireis, vbi arma esse sciam, inueniam toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hosteis. Itaque, si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi ex me quærant. Odi Romanos, odióque sum Romanis. id me verum dicere pater Hamilcar, & dij testes sunt. Proinde cùm de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Hannibalem habeto. Si qua res te ad pacem compellet, in id consilium, alium, cum quo deliberes, quærito. Commemorat & Appianus hoc Hannibalis iusiurandum duobus locis, semel Ἀννιβαϊκῇ, non longè à principio. λεγόμενος δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπὶ βωμῶν ἔτι παῖς ὢν ὁρκωθῆναι, ῥωμαίοις ἐπιβουλεύσειν ὅτε τι ἐλείψῃ. ἐπινόει παρὰ τὰς σπονδὰς τὸν Ἴβηρα διαβῆναι. i. Cùm autem diceretur à patre ad iusiurandum adactus esse etiam puer cùm esset, numquam se Romanis perniciem machinari destiturum, fluuium Iberum contra fœdera transire cogitabat. Iterum Ἰβηρικῇ. ἐλέγετο δὲ καὶ παῖς ὢν ἔτι ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὁρκωθῆναι ἐπὶ ἐμπύρων ἄσπειστος ἐχθρὸς ἔσεσθαι ῥωμαίοις, ὅτε ἐς πολιτείαν παρέλθοι. διὸ δὴ τότε ἐπινόει μεγάλοις καὶ χρονίοις πράγμασι τὴν πατρίδα περιβαλεῖν, καὶ καταστήσας ἐς ἀγῶνας καὶ φόβους τὰ ἑαυτοῦ, καὶ τὰ τῶν φίλων ἐν ἀδεεῖ θέσθαι. i. Dicebatur autem

Hannibal

Hannibal, cùm adhuc puer esset, ad iusiurandum adactus esse inter sacrificandum se hostem implacabilem Romanis fore, vbi ad remp. accessisset. Icciro patria magnis & diuturnis negotiis implicata, & in occupationes, atque timores coniecta, res suas, & amicorum in tuto collocare cogitabat.

22. *dum conficiebatur*) interea dum conficiebatur. non dicit, cùm conficiebatur, sed dum conficiebatur.

23. *in castra proficisci*) στρατεύεσθαι, militatum ire.

24. *Id cùm libenter accepissem*) Iuuabit hæc verba Nepotis cum verbis Polybij, quæ paullo antè posui, comparare. Ne Liuiana quidem admodum ab eiusdem verbis reperiuntur discrepare.

25. *ne dubitaret ducere*) ne cunctaretur ducere: vel, ne vereretur ducere: omnem ducendi moram præcideret. Tale ferè est illud in Agesilao, quare venire ne dubitaret: vbi tamen vulgò legitur non dubitaret.

26. *tenentem*) aras tenebant qui sacrificabant, & qui sanctè iurabant. Cic. pro Flacco. Ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo: per epistolam quæ volet, iuratus probabit? Virgil. æn. 4. Talibus orantem dictis, arásque tenentem. Idē lib. 12. Tango **aras**: medios igneis, & numina testor.

27. *siquid amicè de Rom. cogit.*) si Romanis consules, seu consulere voles. εἰ Ῥωμαίοις φίλα φρονεῖς

28. *te ipsum frustraberis*) M. Tullius Academ. 4. aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cùm alios, tum etiam me ipsum velim?

29. *principem*) i. primum, vt sæpe alibi. sed ne longè exempla petantur, in Hamilc. Et princeps largitione vetustos peruertit mores Karthaginiensium.

30. *cuius*) Hamilcaris. Occisus est autem à Vectonibus in prœlio, vt suprà dictum est.

31. *Hasdrubale*) Hamilcaris genero, de quo suprà.

32. *suffecto*) substituto, subrogato.

33. *omni*) vniuerso.

34. *interfecto*) à quodam Gallo, vel Galli seruo, vt suprà diximus.

35. *summam imperij ad eum detulit*) hac de re sic Polyb. lib. 3. ἀφικομένης δὲ τῆς ἀγγελίας ἐκ τῶν στρατοπέδων, ὅτι συμβαίνει τὰς δυνάμεις ὁμοθυμαδὸν ᾑρῆσθαι στρατηγὸν Ἀννίβαν, παραυτίκα συναθροίσαντες τὸν δῆμον, μιᾷ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. i. Cùm autem nuntius ex castris Karthaginem perlatus esset, Hannibalem vno totius exercitus ore, & communi omnium militum consensu imperatorem esse declaratum: continuò populus conuocatus sine vlla sententiarum varietate exercitus iudicium ac voluntatem comprobauit, ac ratam fecit. Detulit autem ad eum summam imperij, id est, imperatorem summo cum imperio eum creauit: vel summam imperij ei mandauit. Sic loquitur in Eumene, ibi, rerúmque summa ad Antipatrum defertur.

36. *Id Karthaginem delatum*) id est, ea res Karthaginem perlata, seu nūtiata.

37. *minor quinque & viginti annis n.*) vel sic legendum, vel minus viginti quinque annos natus. Nam vulgata scriptura, minor viginti quinque annos natus, ferri non potest. Cl. Puteanus vocem, natus, delendam putabat. ego malui de-

tracta littera s. ex natus, facere, natu. Sic enim loquitur de regib. pag. 397. maiórque annis sexaginta natu decessit, florente regno.

38. *omneis genteis Hisp.)* Polyb. lib. 3. τέλος δὲ σύμπαλιν ἐπιδιαβάντες οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ὄντας πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. ἂν ἐτρέψαντο. οὐδεὶς ἔτι τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ ῥᾳδίως πρὸς αὐτοὺς ἀντοφθαλμεῖν ἐτόλμα, πλὴν Ζακανθαίων. i. *Ad extremum autem Karthaginienses duce Hannibale in hosteis conuersi, & fluuio traiecto, plus quàm quadraginta hominum millia in fugam verterunt: quibus superatis, nullus iam eum hostis intra Iberum fl. rectis oculis facilè audebat intueri, præter Saguntinos.* T. Liuius lib. 21. Annal. *Hannibal agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit, vastatísque agris intra paucos dies* Carpetanos *quoque in deditionem accepit. & iam omnia trans* Iberum, *præter* Saguntinos, Karthaginiensium *erant. Cum* Saguntinis *bellum nondum erat. ceterùm iam belli causa certaminà cum finitimis serebantur, maximè* Turdetanis.

39. Saguntum *fœd. ciuit.)* Itaque miserunt Romani legatos ad Hannibalem, *qui ei nuntiarent, vt ab* Saguntinis *sociis populi* Rom. *abstineret, quique* Karthaginem *in* Africam *traiicerent: ac sociorum populi* Romani *querimonias deferrent.* Sagunti *situm talem fuisse scribit* Polyb. lib. 3. ἡ δὲ πόλις αὕτη κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ πρὸς θάλατταν καθήκοντι πρόποδι τῆς ὀρεινῆς τῆς συναπτούσης τὰ πέρατα τῆς Ἰβηρίας, καὶ Κελτιβηρίας. ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. νέμονται δὲ χώραν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, πάμφορον, καὶ διαφέρουσαν ἀρετῇ πάσης τῆς Ἰβηρίας. i. *Sita autem est hæc vrbs ad radices montanæ regionis eius, quæ fineis* Iberiæ *&* Celtiberiæ *contingit: distátque à mari septem circiter stadia. quam qui incolunt, agris fruuntur omni rerum copia atque vbertate circumfluentibus, & toti* Iberiæ *virtute præstantibus.* T. Liuius lib. 21. Annal. *Ciuitas ea longè opulentissima vltra* Iberum *fuit, sita passus mille ferme à mari. Oriundi à* Zacyntho *insula dicuntur, &c.* Ex quibus Liuij *verbis possit aliquis defendere,* Ζακυνθίους, *id est,* Zacynthios *dici etiam* Saguntinos: *vide suprà in* Dione, *annot. ad illud,* Zacynthios *adolescenteis, numero* 131.

40. *vi expugnauit) octauo postquàm eam circumsedere cœpit, mense. qua de re sic* Polyb. eod. lib. τούτοις δὲ χρώμενος τοῖς λογισμοῖς, ἐνεργῶς προσέκειτο τῇ πολιορκίᾳ, ποτὲ μὲν ὑπόδειγμα τῷ πλήθει ποιῶν αὑτὸν, καὶ γινόμενος αὐτουργὸς τῆς ἐν τοῖς ἔργοις ταλαιπωρίας, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ παρακαλῶν τὰ πλήθη, καὶ παραβόλως διδοὺς αὑτὸν εἰς τοὺς κινδύνους, πᾶσαν δὲ κακοπάθειαν καὶ μέριμναν ὑπομένων· τέλος δ᾽ ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. i. *Taleis autem rationes cùm secum iniret, summo studio in obsidionem* Saguntini *incumbebat, nunc se ipse multitudini exemplum proponens, & laborem ipse in operibus militaribus obeundis suscipiens, ac perferens: nunc militum animos cohortans atque excitans, & profusè atque audaciter se in discrimen offerens: omnem denique ærumnam, & curam animo & corpore sustinens. Ad extremum autem octauo mense vrbem vi & virtute cepit. Sed & quam rationem oppugnationis adhibuerit* Hannibal, *& quo modo, quámque diu eam sustinuerint* Saguntini, *multis verbis exponit* T. Liuius *lib. 21. quæ, aliò properans, prætereo. Referam tantùm quibus condicionibus vrbem sibi dedi* Hannibal *voluerit, & quo modo capta sit. Sunt autem* Alurci *verba. Vrbem vobis, quam ex magna iam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit: agros relinquit, lo-*

cum assignaturus, in quo nouum oppidum ædificetis: aurum, argentum omne publicum, priuatúmque ad se iubet deferri: coniugum, vestráque corpora, ac liberorum vestrorum seruat inuiolata, si inermes cum binis vestimentis velitis Sagunto exire. Hæc victor hostis imperat. hæc, quamquam sint grauia, atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, cùm omnium potestas ei à vobis facta sit, aliquid ex his rebus remissurum. Sed hæc patienda censeo potius, quàm trucidari corpora vestra: rapi, trahíque ante ora vestra coniuges ac liberos belli iure sinatis. Ad hæc audienda cùm circumfusa paullatim multitudine permissum senatui esset populi concilium: repente primores secessione facta, prius quàm responsum daretur, argentum, aurúmque omne ex publico, priuatóque in forum collatum in ignem ad id raptim factum coniicientes, eodem plerique semetipsos præcipitauerunt. Cùm ex eo pauor ac trepidatio totam vrbem peruasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur: turris diu quassata prociderat, pérque ruinam eius cohors Pœnorum impetu facto cùm signum imperatori dedisset nudatam stationibus, custodiisque solitis hostium esse vrbem: non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal, totis viribus aggressus, vrbem momento cepit: signo dato vt omnes puberes interficerentur. quod imperium crudele, ceterùm propè necessarium cognitum in ipso euentu est, &c. Sequitur aliquot versib. pòst. Octauo mense, quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere: inde Karthaginem nouam in hiberna Hannibalem concessisse: quinto deinde mense, quàm à Karthagine profectus sit, in Italiam peruenisse.

41. *treis exerc. max. comp*) Tradit Polyb. lib. 3. equites mille ducentos, peditum decem & septem millia, octingentos quinquaginta relictos esse in Africa, vt essent Karthagini, & Africæ præsidio: Hasdrubali in Hispania manere iusso traditas quinqueremeis quinquaginta, quadriremeis duas, triremeis quinque, equitum duo millia & quingentos, elefantos viginti & vnum, peditum vndecim millia, octingentos quinquaginta: ipsum in Italiam duxisse quinquaginta peditū millia, equitum ad nouem millia: quibus consentanea sunt, quæ à T. Liuio memoriæ prodita sunt lib. 21. sic enim ille. Tredecim millia, octingentos quinquaginta pedites cetratos misit in Africam, & funditores baleareis octingentos septuaginta: equites mistos ex multis gentibus mille ducentos. has copias partim Karthagini præsidio esse, partim distribui per Africam iubet. simul conquisitoribus in ciuitates missis, quattuor millia conscripta delectæ iuuentutis, præsidium eosdem & obsides duci Karthaginem iubet. neque Hispaniam negligendam ratus, atq; ideò haud minus, quòd haud ignarus erat circuitam ab Romanis eam legatis ad sollicitandos principum animos: Hasdrubali fratri, viro impigro eam prouinciam destinat: firmátque eam Africis maximè præsidiis, peditum Afrorum vndecim millib. octingentis quinquaginta: Ligurib. trecentis: Balearibus quingentis. ad hæc peditum auxilia additi equites Libyphœnices, mistum Punicum Afris genus trecenti: & Numidæ, Maurique accolæ Oceani ad mille octingentos, & parua Ilergetum manus ex Hispania ducenti equites, &, ne quod terrestris deesset auxilij genus, elefanti quatuordecim. classis præterea data ad tuendam maritimam oram, quia qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi

poterat: quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque. sed aptæ, instructæque remigio triginta, & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. Appianus *paullo aliter, vt mox ostendemus. sed ille non excipit eos milites, quos partim* Hannoni *tradidit, partim domum dimisit, quòd eos cognouisset itineris difficultate, & longinquitate deterritos, minus esse ad illam militiam idoneos.*

42. *Ex his vnum)* Sic *fere* Polybius, & Liuius, *vt proximè ostendimus.*

43. *saltum Pyrenæum)* Polyb. eod. lib. ἦγε διὰ τῶν πυρηναίων λεγομένων ὀρῶν. i. *ducebat exercitum per monteis, qui* Pyrenæi *appellantur.* T. Liuius *lib.* 21. Postquàm *per* Pyrenæum *saltum traduci exercitus cœptus est, &c.* Appian. Αννιβαϊκῇ. ἐπιλεξάμενος δὲ κελτιβήρων τε καὶ λιβύων, καὶ ἑτέρων ἐθνῶν ὅτι πλείστους, καὶ τὰ ἐν Ἰβηρίᾳ παραδοὺς Ἀσδρούβᾳ τῷ ἀδελφῷ, τὰ πυρηναῖα ὄρη διέβαινεν ἐς τὴν Κελτικὴν τὴν νῦν λεγομένην Γαλατίαν, ἄγων πεζοὺς ἐννακισμυρίους, καὶ ἱππέας ἐς δισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, καὶ ἐλέφαντας ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. γαλατῶν δὲ τοὺς μὲν ὠνούμενος, τοὺς δὲ πείθων, τοὺς δὲ βιαζόμενος διώδευε τὴν χώραν. i. *Delectis autẽ ex* Celtiberis, & Afris, & *aliis gentibus quàm plurimis, & rebus* Iberiæ Hasdrubali *fratri traditis, & mandatis, monteis* Pyrenæos *superabat, & in* Celticam *transibat quæ nunc* Gallia *dicitur, ducens peditum nonaginta millia, & equitum ad duodecim millia, elefantos triginta septem: ex* Gallis *autem alios emens, alios oratione flectens, alios cogens, regionem illam peragrabat.*

44. *cum omnib. incolis conflixit)* hoc Polyb. lib 3. & T. Liuius 21. *multis verbis docent: quæ longum sit referre.*

45. *quæ* Italiam *à* Gallia*)* Polyb. lib. 3. οὕτω γὰρ ὑποπέπτωκε τοῖς προειρημένοις ὄρεσιν, ὥστε συνθεωρουμένων ἀμφοῖν, ἀκροπόλεως φαίνεσθαι διάθεσιν ἔχειν τὰς Ἄλπεις τῆς ὅλης Ἰταλίας. i. *Ita enim subiecta erat* Italia *montibus illis, quos suprà commemoraui, vt, cùm* Italia & Alpes *vnà spectarentur, viderentur ad totam* Italiam *arcis rationem, & similitudinem obtinere.* T. Liuius *lib.* 21. *Per omnia niue oppleta cùm signis prima luce motis segniter agmen incederet, pigritiáque & desperatio in omnium vultu emineret: prægressus signa* Hannibal, *in promuntorio quodam, vnde longè & latè prospectus erat, consistere iussis militibus,* Italiam *ostentat, subiectósque* Alpinis *montibus circumpadanos campos: mœniáque eos tum transcendere non* Italiæ *modò, sed etiam vrbis* Romæ*: cetera plana ac procliuia fore, &c.* M. Tull. *de prouinciis conf.* Alpibus Italiam *munierat antè natura non sine aliquo diuino numine. Nam, si ille aditus* Gallorum *immanitati, multitudinique patuisset, numquam hæc vrbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset: quæ iam licet considant. nihil est enim vltra illam altitudinem montium vsque ad* Oceanum, *quod* Italiæ *pertimescendum sit.* Herodianus *lib.* 2. καὶ τὰ στενὰ τῶν Ἄλπεων προκαταλαβεῖν (μέγιστα ἐκεῖνα ὄρη, καὶ οἷα οὐκ ἄλλα ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ, ἐν τείχους σχήματι περίκειται, καὶ προβέβληται Ἰταλίας. καὶ τοῦτο μετὰ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας, παρασχούσης τῆς φύσεως Ἰταλιώταις ἔρυμα ἄρρηκτόν τι, καὶ ἐφ' ᾧ αὐτῶν προβεβλῆσθαι, ἀπὸ τῆς ἀρκτῴας θαλάσσης ἐπὶ τὴν πρὸς τὴν μεσημβρίαν βλέπουσαν διῆκον,) & c. i. *Cùm amici* Iuliano *suaderent, vt* Alpium *angustias occuparet (maximi sunt illi montes, & quales nõ alij sunt in regionibus nostris,* Italiæ*que circumdati muri speciem præbent, &*

eam ab iniuria externa tegunt: quasi præter aliam felicitatem Italis natura munimentum validum, atque irruptum suppeditarit, quod vt eos tutari ac tegere poßit, à mari septentrionali, ad id mare, quod meridiem spectat, pertinet,) &c.

46. *præter Herculem Gr.)* Diodorus Siculus lib. 4. ὁ δὲ Ἡρακλῆς τὴν ἐκ τῆς Κελτικῆς πορείαν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ποιούμενος, καὶ διεξιὼν τὴν ὀρεινὴν τὴν κατὰ τὰς Ἄλπεις, ὡδοποίησε τὴν τραχύτητα τῆς ὁδοῦ, καὶ τὸ δύσβατον, ὥστε δύνασθαι τοῖς στρατοπέδοις, καὶ ταῖς τῶν ὑποζυγίων ἀποσκευαῖς βάσιμον εἶναι. τῶν δὲ τὴν ὀρεινὴν ταύτην κατοικούντων βαρβάρων εἰωθότων τὰ διεξιόντα τῶν στρατοπέδων περικόπτειν καὶ λῃστεύειν ἐν ταῖς δυσχωρίαις, χειρωσάμενος ἅπαντας, καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῆς παρανομίας ἀνελὼν, ἐποίησεν ἀσφαλῆ τοῖς μεταγενεστέροις τὴν ὁδοιπορίαν. i. *Hercules autem ex Gallia in Italiam iter faciens, & mõtanam regionem Alpinam transgrediens, viæ asperitatem molliit, loca patefecit, itinera muniit, ita vt exercitibus & veterinis animalibus onustis, ingressu, & superatu facilia essent. Cùm autem Alpium incolæ barbari exercitus, qui eà iter facere vellent, mutilare, & prædabundi vexare antea solerent in locorum angustiis, omnibus captis, & iniustorum facinorum ducibus sublatis, iter posteris tutum reddidit.*

47. *saltus Graius)* Plinius lib. 3. cap. 17. *Deinde Salassorum Augusta Prætoria iuxta geminas Alpium fauceis, Graias, atque Pœninas. his Pœnos, Graiis Herculem transisse memorant.* Idem eod. lib. cap. 20. *Ceteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præustis intra sinus Alpium niue membris: eiusdem & Graios fuisse, positos in transitu Graiarum Alpium incolas, præstanteisque genere Euganeos, inde tracto nomine.*

48. *Alpicos)* malim legi, Alpinos,

49. *patefecit)* Appianus Ἀννιβαϊκῷ. ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ Ἄλπεια ὄρη, καὶ μηδεμίαν μήτε δίοδον, μήτε ἄνοδον εὑρών, (ἀπόκρημνα γάρ ἐστιν ἰσχυρῶς) ἐπέβαινε κἀκινδύνευεν, ὑπὸ πλήθους κακοπαθῶν χιόνος τε πολλῆς οὔσης καὶ κρύους, τὴν μὲν ὕλην τέμνων τε καὶ κατακαίων, τὴν δὲ τέφραν σβεννὺς ὕδατι καὶ ὄξει, καὶ τὴν πέτραν ἐκ τοῦδε ψαφαρὰν γιγνομένην σφύραις σιδηραῖς θραύων, καὶ ὁδοποιῶν. ἣ καὶ νῦν ἐστιν ἐπὶ τῶν ὀρῶν ἐντριβής, καὶ καλεῖται δίοδος Ἀννίβου. i. *Cùm autem Hannibal ad Alpeis peruenisset, neque vllum vel transitum, vel ascensum reperisset: (sunt enim mirum in modum omni ex parte præruptæ, & præcipites) tamen etiam in illis vestigia infixit, præ audacia ærumnas perferens, cùm essent multa niue & glacie coopertæ: & siluam partim cædens, partim comburens, cinerem autem aqua & aceto exstinguens, & rupem, quæ ex hoc friatilis reddebatur, malleis ferreis perfringens, & viam muniens: quæ rupes etiam nunc quà itur, hominum pedibus teritur: & transitus Hannibalis appellatur.* T. Liuius eod. lib. *Inde ad rupem minuendam, per quam via vna esse poterat, milites ducti, cùm cædendum esset saxum, arboribus circa immanib. deiectis, detruncatísque, struem ingentem lignorum faciunt, eámque cùm & vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt, ardentiáq; saxa infuso aceto putrefaciunt.*

50. *effecitque vt eà elefantus)* Polyb. eod. lib. ἅμα δὲ τῷ παραγενέσθαι πρὸς τοιοῦτον τόπον, ὃν οὔτε τοῖς θηρίοις, οὔτε τοῖς ὑποζυγίοις δυνατὸν ἦν παρελθεῖν διὰ τὴν στενότητα, σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀπερρωγυίας, καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι προσφάτως ἀπερρώγει· ἐνταῦθα πάλιν ἀθυμῆσαι, καὶ διατραπῆναι συνέβη τὸ πλῆθος, &c. i. *Simulatque autem ad talem locum peruentum est, quem neque feræ (id est,*

elefanti) neque veterina animalia, seu iumenta, propter angustias præterire poterant, quòd terra vsque ad tria stadia interrupta esset, & cùm antea talis esset, tum verò illo tempore multo magis, quia recens interruptio facta erat: hîc iterum contigit, vt multitudo animum despondere t, & à suscepto itinere deterreretur Sequitur aliquot versib. pòst. καὶ μετὰ ταῦτα ἀθροίσας τὸ πλῆθος, τὸν κρημνὸν ἐξῳκοδόμει μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας. τοῖς μὲν οὖν ὑποζυγίοις, καὶ τοῖς ἵπποις ἱκανὴν ἐποίησε πάροδον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. i. *& postea multitudine à progressu reuocata, & ad rupem admota, eam purgauit, & muniuit, magnóque cum labore ac sudore peruiam reddidit.* Sic Liuius eo, quem modò protulimus loco, *Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliúntque amfractibus modicis cliuos, vt non iumenta solùm, sed elefanti etiam deduci possent.*

51. *ornatus)* Cl. Puteanus me certiorem fecit, sic esse scriptum in libris manu scriptis, idque ab illo, quem suprà significaui ac descripsi, esse indicatum, (nolim enim neque illum, neque quemquam alium suæ diligentiæ fructu, præmióq; spoliare) Sic igitur habet liber manu scriptus, vt illum testatum esse audio, multo sanè rectius, quàm, quo modo habent libri vulgati, oneratus. Omnino suboffendebat me antea hæc lectio: & quærebam vocem, quæ opponeretur voci, inermis. Nam vsus est hic Probus antithesi, vt elefantus opponatur vni homini: elefantus ornatus homini inermi, ire ei, quod est, repere. Ornatus igitur aptissimè inermo, seu inermi opponitur. ornatum enim intelligimus, qui sit rebus omnibus ad pugnam vtilibus instructus. Sic M. Tull. dixit in Pisonem, *instructam & ornatam exercitu & pecunia prouinciam:* sic *ornatissimum fundum* pro Quintio, *pro, rebus omnibus necessariis instructissimo.* Sic pro lege Manilia, *ornare & ædificare classeis.* sic lib. 2. accusat. *Heraclium ornatum supellectili, argento, veste, mancipiis.* iterum *ornatas prouincias* lib. 3. epist. ad Att. epist. 24. Qui locus me admonet vt locum Suetonij in omnibus, quas vidi, editionibus corruptum, à me iampridem coniectura emendatum, polito lectori impertiam atque indicem. Est autem is in C. Iulio non ita longè à princip. ibi. *Ex prætura vlteriorē sortitus Hispaniam, retinenteis creditores interuentu sponsorum remouit: ac neque more, neque iure antè quàm prouinciæ ordinarentur, profectus est.* Sic quidem legitur in omnibus libris, planè mendosè: sed legendum est, ornarentur. quod cùm mihi olim coniectura sola ducto in mentem venisset, Erricu Memmius, quem semper honoris causa nomino, nuper ostendit domi suæ in vno exemplari manu scripto, ita disertè scriptum. Atque eodem ipso tempore idem ille vir clariss. indicauit mihi apud eundem scriptorem duobus antè versib. locum alterum in eodem illo exemplari aliter scriptum, quàm vulgò in impressis legitur. sic enim vulgo legitur, *Vectium pignorib. captis, & direpta supellectile malè mulctatum, ac pro rostris in contione pæne discerptum, coniecit in carcerem.* Legendum autem est, vt scriptū est in illo libro, *Vettium pignorib. captis, & direpta supellectile malè mulcatum, ac pro rostris in contione pæne discerptum, &c.* malè mulcatum, id est verberatū, & quasi plagis debilitatum. Sed de hoc verbo nos plura in commentariis Plautinis: quos propediem, Deo approbante, edemus. Porrò autem hic Vettius, vt hoc dicam, ἐν παρόδῳ, cognomento Iudex dictus est: quod & alibi lectorem admonui.

Verùm, vt ad Cornelium redeam, & ad hunc locum, in quo versamur, ne hoc quidem silentio prætereundum est, veteres, cùm essent prœlium commissuri, & elefantos in aciem producturi, cõsueuisse eos purpureis pãnis, seu stragulis ornare: id quod testatur Plutarchus in Eumene, his verbis, καὶ (ὡς) τῶν θηρίων τοὺς πύργους αἴρω, καὶ τὰς πορφύρας εἶδον, ὅσπερ ἦν αὐτοῖς κόσμος εἰς μάχην ἀγομένοις, &c. id est, Et vbi ferarum, id est elefantorum, turreis sursum, & purpuras viderunt, quod erat eorum ornamentum, cùm ad prœlium ducebantur, &c.

57. peruẽnit) quinto mẽse à Karthagine noua: (vt quidam auctores sunt) quinto decimo die Alpibus superatis: Liuius lib. 21, neque aliter Polybius eod. lib. τέλος δὲ τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος, τὴν δὲ Ἄλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις πεντεκαίδεκα. i. Tandem toto itinere confecto à Karthagine noua quinto mense: Alpibus autem superatis diebus quindecim.

53. conflixerat apud Rhodanum) Atqui neque Polybius, neque Liuius, neque vlli alij, quod sciam, tradiderunt, P. Cornelium consulem cũ Hannibale ad Rhodanum conflixisse. Nam triduo antè quàm ad Rhodanum venisset Scipio, transierat flumen Hannibal, teste Polybio, cuius hæc verba sunt. οὐ μὴν ἀλλὰ Πόπλιος μὲν ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, ἡμέραις ὕστερον τρισὶ τῆς ἀναζυγῆς τῆς τῶν Καρχηδονίων παραγενόμενος ἐπὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν, καὶ καταλαβὼν ὡρμηκότας τοὺς ὑπεναντίους, ἐξενίσθη μὲν ὡς ἐνδέχεται μάλιστα, πεπεισμένος οὐδέποτ' ἂν αὐτοὺς τολμῆσαι τῇδε ποιήσασθαι τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν διὰ τὸ πλῆθος, &c. i. Verùm tamen cùm Publius imperator Romanus triduo pòst quàm Karthaginienses è ripa Rhodani castra mouerant, ad locum, quà Karthaginienseis flumen traiicere cogitare audierat, peruenisset, & inde discessisse cognouisset: incredibili stupore affectus est, quòd ei persuasum erat, eos numquam eà in Italiam iter facere ausuros, propter viæ difficultatem, & barbarorum eas regiones incolentium multitudinem. T. Liuius eod. lib. P. Cornelius cos. triduo ferè pòst quàm Hãnibal ab ripa Rhodani mouit, quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus. Ceterùm vbi deserta munimenta videt, ad mare ad naueis rediit, tutius, faciliúsque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursurus. De Rhodano autem & Arare, & figura delta, quam præbent, quà confluunt, lege Polybium eod. lib.

54. cum hoc eod. de Clastid.) Clastidium quidem cõmemorat T. Liuius lib. 21. & Clastidium vicum nominat. commemorat & Strabo lib. V. Sed non videtur tamen huic voci hîc locus esse. Nam primùm quid est apud Padum Clastidio decernit? (Sic enim habent omnes libri vulgati) nónne satis est dixisse, apud Padum decernit, quemadmodum suprà dixit apud Rhodanum: infrà, apud Trebiam? Putabam, si hæc vox non est aliunde inculcata, (quod mihi fit verisimile, ideóque delendam arbitror) aliquid deesse, & legendum, non longè à Clastidio. Nam T. Liuius tradit, Hannibalem statim post illam pugnam, ad Clastidium vicum, quò magnam vim frumenti Romani congesserant, partem sui exercitus misisse, quòd inopia frumenti laboraret: breuique pòst tempore nummis aureis quadringentis P. Brundisino præsidij præfecto corrupto, Hannibali Clastidium esse traditum. Et item Polyb. eod. lib. cuius verba ascribã. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀννίβας πολιορκήσας πόλιν Κλαστίδιον ἐνδόντος αὐτῷ τοῦ πεπιστευμένου παρὰ Ῥωμαίων αἱ-

ἀνδρὸς Βρεντεσινοῦ, καὶ πίστ. γενόμενος δὲ κύριος τῆς τε φρουρᾶς, καὶ τῆς τοῦ σίτου παραθέσεως, τούτῳ μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἐχρήσατο, τοὺς δὲ παραληφθέντας ἄνδρας ἀβλαβεῖς μεθ' ἑαυτοῦ προῆγε, δεῖγμα βουλόμενος ἐκφέρειν τῆς σφετέρας προαιρέσεως πρὸς τὸ μὴ δεδιότας ἀπηλπίζειν τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν τοὺς ὑπὸ τῶν καιρῶν καταλαμβανομένους. i. Iisdem autem temporibus Hannibal Clastidium oppidum sibi proditum ab eo, cui eius custodia credita à Romanis fuerat, viro Brundisino, capit. Præsidio autem, & frumento, quod in id oppidum congestum fuerat, potitus, hoc quidem ad præsentem necessitatem vsus est: viris autem, quos cepit, pepercit, sui consilij indicium in vulgus edere volens, vt ne, qui postea pro temporum inclinatione in suam potestatem venissent, metu perterriti salutem desperarẽt. Et Strabo Clastidium in hoc tractu locat. Cl. Puteanus minus longè à scriptura vulgata discedens, legendum putabat, Cum hoc eodem de Clastidio apud Padum decernit. quod parum abest quin amplectar & probem. vnus est scrupulus, quod ex Polybio & Liuio licet intelligere, Scipionem cum Hannibale de Clastidio non decertasse: nisi fortè alij historici, quàm qui hodie exstant, aliud tradiderint. Hunc igitur locum considerent eruditi.

55. decernit) dimicat, decertat. hanc pugnam, eiúsque euentum multis verbis describunt, atque exponunt Polybius & Liuius. Liuij hæc pauca verba ascribã. Iam magna ex parte anceps erat pugna, donec Numidæ, qui in cornib. erant, circumuecti paullulum, ab tergo sese ostendêre. Is pauor perculit Romanos, auxítque pauorem consulis vulnus, periculúmque intercursu tum primùm pubescentis filij propulsatum. Sequitur aliquot pòst versib Hoc primùm cum Hannibale prælium fuit: quo facile apparuit & equitatu meliorem Pœnum esse, & ob id campos patenteis, quales sunt inter Padum, Alpeísque, bello gerendo Romanis aptos nõ esse. Itaque proxima nocte, iussis militibus vasa colligere, castra ab Ticino mota, festinatúmque ad Padum est, vt ratibus, quibus iunxerat flumen, nondum resolutis, sine tumultu atque insectatione hostis, copias traiiceret. Prius Placentiam peruenêre, quàm satis sciret Hannibal ab Ticino profectos: tamen aliquot moratorum in citeriore ripa segniter ratem soluenteis cepit. Appianus Ἀννιβαϊκῇ. αὐτὸν δὲ τὸν στρατὸν λαβὼν ὁ Πόπλιος ἐς μάχην ἐξέταττε πρὸς Ἀννίβαν. καὶ γενομένης ἀκροβολίας τε καὶ ἱππομαχίας, οἱ Ῥωμαῖοι κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν Λιβύων ἔφυγον ἐς τὸ στρατόπεδον. καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης, ἐς Πλακεντίαν ἀνεχώρουν ἀσφαλῶς τετειχισμένην, τὸν Πάδον ἐπὶ γεφυρῶν περάσαντές τε καὶ τὰς γεφύρας λύσαντες. i. Acceptum autem exercitum Publius Scipio aduersus Hannibalem instruebat, & missis primùm vtrinque telis, deinde equestri pugna commissa, in Placentiam bene munitam Romani se receperunt, Padi ratibus iunctu traiecto, & pontib. solutis.

56. saucium inde, &c.) Liuius ibid. Is pauor perculit Romanos, auxítque pauorem consulis vulnus, periculúmque, &c. nam hunc locum suprà proximè protulimus. Polyb. lib. 3. Πόπλιος μὲν δὴ ἀναζεύξας προῆγε διὰ τῶν πεδίων ἐπὶ τὴν τοῦ Πάδου γέφυραν, σπεύδων φθάσαι διαβιβάσας τὰ στρατόπεδα. θεωρῶν γὰρ τοὺς μὲν τόπους ἐπιπέδους ὄντας, τοὺς δ' ὑπεναντίους ἱπποκρατοῦντας, αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον ἐκ τοῦ τραύματος, εἰς ἀσφαλὲς ἔκρινε δεῖν ἀποκαταστῆσαι τὰς δυνάμεις. i. Publius igitur castris motus, per patenteis campos exercitum, antecedens hosteis, ad Padi pontem ducebat, properans

tuis exercitum traiicere prius, quàm hostes transire conarentur. Nam cùm videret, loca esse plana & exporrecta, hosteis autem equitatu esse superiores, se verò vulnere esse tardiorem, copias in locum aliquem tutum deducendas esse indicabat. Florus Epitoma. *Ac primi quidem impetus turbo inter* Padum *&* Ticinum *valido statim fragore detonuit. tunc* Scipione *duce fusus exercitus. saucius & ipse venisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset.*

57. Ti. Longo) .i. Tiberio Longo. Sic autem legendum, non, vt vulgò, T.i. Tito Longo. sic enim Polybius nominat, itémque in Fastis Tiberius appellatur. Apud T. Liuium tamen Titus dicitur, mendosè. Sic autem habent Fasti.

BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

P. CORNELIVS L.F.L.N. SCIPIO. TI. SEMPRONIVS LONGVS.

58. *manum conseruit) conflixit. sic suprà locutus est.*

59. *vtrumque profligauit) id est, quasi ad interitum dedit. de hoc verbo in* Datame. *Sed videtur* P. Cornelius *huic prælio non interfuisse, quòd nondum satis firmus erat ex vulneribus superiore prælio acceptis: neque eum* Polybius *&* Liuius *in hoc prælio appellant. Contrà* Appianus Ἀννιβαϊκῇ. Σκιπίων δὲ αὐτοῖς ἑπόμενος καὶ παρακαλῶν, ὀλίγου μὲν ἐδέησε τρωθεὶς διαφθαρῆναι, μόλις δ' ἐς Κρεμῶνα διεσώθη φερόμενος. i. *Scipio autem eos sequens & cohortans, parum afuit, quin vulneratus interiret: vixq; Cremonam saluus deportatus est. Tantum autem terrorē ex hac clade perlatum Romā esse tradit* Liuius *lib. 21. Annal. vt iam ad vrbem* Romam *crederent infestis signis hostem venturum, nec quicquam spei, aut auxilij esset, quo à portis, mœnibúsque vim arcerent. vno consule (aiebant) ad* Ticinum *victo, altero ex* Sicilia *reuocato, duobus consulibus, duobus consularib. exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse, quæ arcesserentur? Non fuit tamen hæc* Hannibalis *victoria, ei admodum læta, vt testantur* Polyb. *&* Liuius, *propterea quòd nix & frigus, & turbulenta tempestas multos homines, plurima iumenta, & elefantos propè omneis consumsit.* Polyb. eod. lib. καὶ πάντες ἐπὶ μὲν τῇ μάχῃ περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς κατωρθωκότες. συνέβαινε γὰρ ὀλίγους μὲν τῶν Ἰβήρων καὶ Λιβύων, τοὺς δὲ πλείους ἀπολωλέναι τῶν Κελτῶν. ὑπὸ δὲ τῶν ὄμβρων, καὶ τῆς ἐπιγινομένης χιόνος οὕτω διετίθεντο δεινῶς, ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι πλὴν ἑνός, πολλοὺς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀπόλλυσθαι, καὶ τῶν ἵππων διὰ τὸ ψῦχος. i. *Et omnes ob prælij successum quidem lætitia efferebantur, tamquam re bene gesta. forte fortuna enim pauci quidem ex* Hispanis *&* Afris, *plures autem ex* Gallis *in acie interierant. sed imbribus, & niue, quæ postea deciderat, tam male affecti erant, vt omnes elefanti præter vnū, multi homines, & equi frigore perierint. Sed duo prælia commissa sunt ante quàm ad* Ligures Hannibal *perueniret, & in vtroque* Romani Sempronio *duce superati sunt. Tradit enim* Liuius *eodem libro,* Sempronium *priore prælio superatum* Romam *venisse, deinde cùm* Roma *in castra rediisset, ad* Placentiam *rursum cū* Hannibale *conflixisse. Sic enim* Liuius. *Nec* Sempronius *consul (iam enim* Roma *redierat) detrectauit certamen. atque eo die tria millia passuum inter bina castra fuere. Postero die ingentibus animis, vario euentu pugnatum est. primo*

concursu adeò res Romana superior fuit, vt non acie vincerent solùm, sed perculsos hosteis in castra persequerentur: mox castra quoque oppugnarent. Hannibal paucis propugnatoribus in vallo, portísque positis, ceteros confertos in media castra recipit, intentósque signum ad erumpendum spectare iubet. Iam nona ferme diei hora erat, cùm Romanus nequicquam fatigato milite, postquàm nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit. Quod vbi Hannibal accepit, laxatámque pugnam, & recessum à castris vidit, extemplo equitib. dextra, lęuáque emissis in hostem, ipse cum peditum robore de his castris erupit. Pugna rarò vlla magis sęua, & cum vtriusque partis pernicie clarior fuisset, si extendi à die in longum spatium quiuisset. nox accensum ingentibus animis prœlium diremit. Itaque acrior concursus fuit, quàm cædes: & sicut æquata ferme pugna erat, ita clade pari discessum est. ab vtraque parte sexcentis plus peditibus, & dimidiũ eius equitum cecidit. Sed maior Romanis, quàm pro numero, iactura fuit: quia equestris ordinis aliquot, & tribuni militum quinque, & præfecti sociorum tres sunt interfecti. Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Semprònius Lucaniam concessit.

60. per Ligures) sic habent exempla Argentor. & Basiliens. atque ita legendũ. nam Florent. & Aldina non habent præpositionem, per.

61. Apenninum) T. Liuius eod. lib. supra eum locum, quem modo protuli, Trãseũtem Apenninum adeò atrox tempestas adorta est, vt Alpium fœditatem propè superarit. vento mistus imber cùm ferretur in ipsa ora: primùm, quia aut arma omittenda erant, aut contrà enitentes vortice intorti affligebantur: constitêre. deinde cùm iam spiritum intercluderet, nec reciprocare animã sineret: auersi à vento parumper consedêre. Tum verò ingenti sono cælum strepere, & inter horrendos fragores micare ignes: capti auribus & oculis metu omnes torpere, &c.

62. adeò graui morbo) T. Liuius lib. 22 Ipse Hannibal æger oculis ex verna primùm intemperie variante labores, frigoráque, elefanto, qui vnus superfuerat, quòd altius ex aqua exstaret, vectus: vigiliis tamen, & nocturno humore, palustríque cælo grauante caput: & quia medendi nec locus, nec tempus erat, altero oculo capitur. Polyb. lib. 3. Ἀννίβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας, περιαλγὴς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπιγενομένης ὀφθαλμίας αὐτῷ, δι' ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως, οὐκ ἐπιδεχομένου τοῦ καιροῦ καταμονὴν, ἢ θεραπείαν διὰ τὸ τῆς περιστάσεως ἀδύνατον. *i. Hannibal autem vix, elefanto vectus, qui vnus superfuerat, seruatus est, idque multo labore exanclato, & magno dolore affectus ex graui oculorum morbo, vnde & altero oculo orbatus est, quòd tempus moram, aut curationem non ferret.*

63. C. Flaminium conf.) qui erat homo turbulentus, & blandus populi cõtionator, & temerarius, & rei militaris imperitus: talémque eum esse sciebat Hannibal. Polyb. lib. 3: πυνθανόμενος δὲ τὴν μὲν χώραν τὴν πρόσθεν πολλῆς γέμειν ὠφελείας, τὸν δὲ Φλαμίνιον ὀχλοκόπον μὲν καὶ δημαγωγὸν εἶναι τέλειον, πρὸς δὲ ἀληθινῶν καὶ πολεμικῶν πραγμάτων χειρισμὸν, οὐκ εὐφυῆ, πρὸς δὲ τούτοις καταπεπιστευκέναι τοῖς σφετέροις πράγμασι, συνελογίζετο, *&c. i. Cùm autem audiret Hannibal, regionem ante oculos positam omni rerum copia abundare, Flaminium verò turbulentum esse, & multi-*

tudinis assentatorem, & popularem contionatorem omnibus suis numeris absolutum, ad res veras autẽ, & bellicas administrandas natura ineptum: prætere. hominem esse confidentem, & præferocem: hanc rationem iniit, fore, vt, si eius castra præteriret, & loca vlteriora occuparet, & vastaret, ille partim gratiæ populi aucupandæ cupiditate incensus, non posset ferre agros Italiæ ferro, flammáque vastari: partim dolore affectus, expeditus adesset, per omnia loca ipsum sequens, & aliquod præclarum facinus per se, non exspectato collega, ne socium gloriæ haberet, edere gestiret. Sic Liuius lib. 22. Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fesulas inter, Arretiúmque iacent: frumenti ac pecoru, & omnium rerum copia opulenti. Consul ferox ab consulatu priore, & non modò legum, aut patrum maiestatis, sed ne deorum quidem satis metuens erat. hanc insitam ingenio eius temeritatem fortuna prospero ciuilibus, bellicisque rebus successu aluerat. Itaque satis apparebat nec deos, nec homines consulentem, ferociter omnia ac præpropere acturum: quóque pronior esset in vitia sua, agitare eum, atque irritare Pœnus parat. Sic Appianus Ἀννιβαϊκῷ. ἐν δὲ τούτῳ καὶ Φλαμίνιος ὁ τοῖς τρισμυρίοις τὴν ἐντὸς Ἰταλίας φυλάσσων, αἰσθόμενος τῆς σπουδῆς Ἀννίβου, κατέβαινεν ὀξέως, καὶ διαναπαύων τὴν στρατιάν, δέει περὶ τῆς πόλεως, καὶ ἅτε τις ὢν ἀπειροπόλεμός τι, καὶ εἰς ἀρχὴν ἀπὸ δοξοκοπίας ᾑρημένος, ἠπείγετο Ἀννίβᾳ συμπλακῆναι. i. Interea Flaminius, qui triginta hominum millibus interiorem Italiam tutabatur, intellecta Hannibalis festinatione, vrbi timens, nocte & die contendebat, & properabat, non data exercitui quiescendi potestate, homo alioqui belli imperitus, & iactatione populari ad consulatum euectus. Etiam Strabo lib. V: pugnas Hannibalis cum Flaminio commissas, & hoc iter eius impeditum, ac laboriosum commemorat, his verbis. Ὑποπίπτει δὲ καὶ ἡ πρὸς Ἀρρητίῳ γῆ Τρασουμένη, καθ᾿ ἣν αἱ ἐκ τῆς Κελτικῆς εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν ἐκβολαὶ στρατοπέδοις, αἷς περ καὶ Ἀννίβας ἐχρήσατο, δυεῖν οὐσῶν, ταύτης τε καὶ τῆς ἐπ᾿ Ἀριμίνου διὰ τῆς Ὀμβρικῆς. βελτίων μὲν οὖν ἡ ἐπ᾿ Ἀριμίνου. ταπεινοῦται γὰρ ἐνταῦθα ἱκανῶς τὰ ὄρη. φρουρουμένων δὲ τῶν παρόδων τούτων ἐπιμελῶς, ἠναγκάσθη τὴν χαλεπωτέραν ἑλέσθαι. καὶ ἐκράτησεν ὅμως, νικήσας μάχας μεγάλας Φλαμίνιον. i. Longissimè autem Romæ abest ager Pasumenus Arretio vicinus: per quem eruptiones exercituum ex Gallia in Etruriam fieri solent: quibus & Hannibal vsus est, cùm duæ sint erumpendi viæ: hæc, & ea, quæ iuxta Ariminum est. Nam hîc montes sunt tolerabiliter humiles, & depressi. Sed cùm transitus essent custodibus diligenter insessi, coactus est viam difficiliorem sumere: & tamen eam superauit, Flaminio magnis prœliis victo. De hoc & M. Tullius lib. I. de diuinatione. Quid? bello Punico secundo, nónne C. Flaminius (Sic autem legendum, non Flamininus, quo modo est in nostra editione, cuiusdam correctoris indocti culpa, qui me absente totum hunc locum inquinauit in hoc nomine) consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna eum clade reip? qui exercitu lustrato cùm Arretium versus castra mouisset, & contra Hannibalem legiones duceret: & ipse, & equus eius ante signum Iouis statoris sine causa repente concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, vt peritis videbatur, ne committeret prœlium. Idem cùm tripudio auspicaretur, pullarius diem prœlij committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quæsiuit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendũ censeret. Cùm ille quie-

ſcendum reſpondiſſet: Flaminius, Præclara verò (inquit) auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit: ſaturis nihil geretur. Itaſigna conuelli, & ſe ſequi iuſsit. quo tempore cùm ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco, nec quicquam proficeret, plures cùm acceſsiſſent: Flaminius renuntiata ſuo more neglexit. Itaque tribus horis conciſus exercitus, & ipſe interfectus eſt.

63. *apud Traſimenum)* λίμνην appellant Polybius, & Appianus. *In hac pugna autem* Liuius *lib.* 22. *Annal.* Polybium *ſecutus, quindecim millia* Romanorum *in acie cæſa eſſe tradit: decem millia ſparſa fuga per omnem* Etruriam *diuerſis itineribus* Romam *petiiſſe: ſex millia primi agminis per aduerſos hoſteis eruptione facta, ignaros omnium, quæ pòſt agerentur, ex ſaltu euaſiſſe: & cùm in tumulo quodam conſtitiſſent, clamorem modò ac ſonum armorum audienteis, quæ fortuna pugnæ eſſet, neque ſcire, neque perſpicere præ caligne potuiſſe. Inclinata ad iniqua re cùm caleſcente ſole depulſa nebula aperuiſſet diem, tum liquida iam luce monteis, compóſque patenteis fœdè Romanam aciem oſtendiſſe. Itaque ne in conſpectos procul immitteretur eques, ſublatis raptim ſignis quàm citatiſsimo poterant agmine, ſeſe abripuiſſe. poſtero die cùm ſuper cetera, extrema fames etiam inſtaret, fidem dante* Maharbale, *qui cum omnibus equeſtribus copiis nocte conſecutus erat, ſi arma tradidiſſent, abire cum ſingulis veſtimentis paſſurum: ſe ſe dedidiſſe: quam Punica religione ſeruatã fidem ab* Hannibale *eſſe, atque in vincula omneis coniectos. Hæc eſt (inquit ille) nobilis ad* Traſimenum *pugna, atque inter paucas memorata populi* Romani *cladeis.* Polybij *verba, quamuis hanc pugnam illuſtriſsimè deſcribat, atque exponat, non aſcribam, tum quòd cupiam nũc maximè breuitati operam dare, tum quòd cum Liuianis ſint admodum conſentanea. Et tamen quædam, ſi commodum erit, & ſi res poſtulabit, infrà aſcribere me non pigebit.*

64. *inſidiis circumuentum)* Polyb. *lib.* 3. *diſertè ac planè docet, inſidias fuiſſe ab* Hannibale Romanis *collocatas. Sic enim ille.* οὔσης δὲ τῆς ἡμέρας ὁμιχλώδους διαφερόντως, Ἀννίβας ἅμα τῷ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πορείας εἰς τὸν αὐλῶνα προσδέξασθαι, καὶ συνάπτειν πρὸς αὐτὸν ἤδη τὴν τῶν ὑπεναντίων πρωτοπορείαν, ἀποδοὺς τὰ συνθήματα, καὶ διαπεμψάμενος πρὸς τοὺς ἐν ταῖς ἐνέδραις, συνεπεχείρει πανταχόθεν ἅμα τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν Φλαμίνιον, παραδόξου γενομένης αὐτοῖς τῆς ἐπιφανείας, ἔτι δὲ δυσσυνόπτου τῆς κατὰ τὸν ἀέρα περιστάσεως ὑπαρχούσης, καὶ τῶν πολεμίων κατὰ πολλοὺς τόπους ἐξ ὑπερδεξίου καταφερομένων καὶ προσπιπτόντων, οὐχ οἷον παραβοηθεῖν ἐδύναντο πρός τι τῶν δεομένων οἱ ταξίαρχοι καὶ χιλίαρχοι τῶν ῥωμαίων, ἀλλ᾽ οὐδὲ συννοῆσαι τὸ γινόμενον. ἅμα γὰρ οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον, οἱ δ᾽ ἀπ᾽ οὐρᾶς, οἱ δ᾽ ἐκ πλαγίων αὐτοῖς προσέπιπτον. διὸ καὶ συνέβη τοὺς πλείστους ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πορείας σχήματι κατακοπῆναι, μὴ δυναμένους αὑτοῖς βοηθεῖν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ προδεδομένους ὑπὸ τῆς τοῦ προεστῶτος ἀκρισίας. ἔτι γὰρ διαβουλευόμενοι τί δεῖ πράττειν, ἀπώλλυντο παραδόξως. ἐν ᾧ καιρῷ καὶ τὸν Φλαμίνιον αὐτὸν δυσχρηστούμενον καὶ περικακοῦντα τοῖς ὅλοις, προσπεσόντες τινὲς τῶν Κελτῶν ἀπέκτειναν, &c. *i. Cùm autem dies eſſet valde caliginoſus, & cælum nebuloſum,* Hannibal *ſimul atque maiorem agminis partem in anguſtias eſſe receptam, & iam primos ſibi appropinquaſſe vidit, dato ſigno, & quibuſdam ad eos, qui in inſidiis erant collocati, miſsis, vno tempore vndique hoſteis inuadit.* Flaminius, *& qui circum eum erant, tribuni, & centuriones im-*

prouisa, atque inopinata rei specie perterriti, ac perturbati, & praeterea densissima caligine prospectum, atque adeò aspectum eis adimente, & hostibus ex pluribus superioribus locis vno tempore irrumpentibus, atque irruentibus, non modò succurrere, & si quid facto opus esset, facere, sed ne quid fieret quidem intelligere poterant. simul enim alij à fronte, alij à tergo, alij ex transuerso in eos impetum faciebant. Itaque euênit, vt plurimi in ipsa progressus specie conciderentur, cùm arma expedire, & sibi opitulari non possent, sed ab imperatoris inconsulta temeritate veluti proditi fuissent. Nam cùm etiamtum quid agendum esset, cõsultarent, inopinatò tamquam pecora trucidabantur. Quo in tempore & Flaminium ipsum aestuantem, & consilij inopia laborantem, & de summa re desperantem, Galli quidam impetu facto interfecerunt.

65. *C.Centenium) qui à Cn.Seruilio altero consule, audito Hãnibalis in Etruriã transitu, praemissus fuerat: de quo sic Polybius.* Γναῖος Σερουίλιος ἀκούσας εἰσβεβληκότα τὸν Ἀννίβαν εἰς Τυῤῥηνίαν, ἀντιστρατοπεδεύειν τῷ Φλαμινίῳ, ἐπεβάλετο μὲν πάσῃ στρατιᾷ αὐτοῖς συνάπτειν· ἀδυνατῶν δὲ διὰ τὸ τῆς στρατιᾶς βάρος, Γάιον Κεντήνιον κατὰ σπουδὴν, δοὺς αὐτῷ τετρακισχιλίους ἱππεῖς, προεξαπέστειλε, βουλόμενος, εἰ δέοιντο οἱ καιροί, πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας τούτους καταταχεῖν. Ἀννίβας δὲ μετὰ τὴν μάχην προσαγγελθείσης αὐτῷ τῆς τῶν ὑπεναντίων βοηθείας, ἐξαποστέλλει Μαάρβαν, ἔχοντα τοὺς λογχοφόρους, καὶ τὸ μέρος τῶν ἱππέων, οἳ καὶ συμπεσόντες τοῖς περὶ τὸν Γάιον, ἐν αὐτῇ μὲν τῇ πρώτῃ συμπλοκῇ, σχεδὸν τοὺς ἡμίσεις αὐτῶν διέφθειραν, τοὺς δὲ λοιποὺς εἴς τινα λόφον συνδιώξαντες τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ πάντας ἔλαβον ὑποχειρίους. *i. Cn. Seruilius alter consul cùm audisset Hannibalem in Etruriam ingressum, castra aduersus Flaminium locata habere, coniungere suas copias cum exercitu collegae cogitabat. Sed quia non poterat propter multitudinis molem, C. Centenium (al. Centronium) datis ei quattuor equitum millibus, properè praemisit, volens, si forte tempora postularent, antè quàm ipse adesset, hos primo quoque tempore collegae suo praestò esse. Hannibal autem audito post pugnam de aduersariorum subsidio nũtio, Maharbalem cũ militibus lanceam gerentibus, & parte equitatus ei obuiam mittit: qui vbi manus cum Centenio conseruerunt, in ipso statim primo cõflictu & concursu, dimidiam fere eorum partem conciderunt, reliquos in quẽdam collem compulsos, postridie in suam potestatem redegerunt. Appianus* Ἀννιβ. Ἀννίβας δὲ ἐπειδὴ τήν τε λίμνην εἶδε τὴν Πλειστίνην, καὶ τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ αὐτὴν, καὶ τὸν Κεντήνιον τοῖς ὀκτακισχιλίοις τὰ στενὰ προειληφότα, καὶ ἐν μέσῳ κρατοῦντα τῆς διόδου, τοὺς ἡγεμόνας τῶν ὁδῶν ἐξήταζεν, εἴ τις εἴη περίοδος· οὐδεμίαν δὲ φαμένων εἶναι τετριμμένην, ἀλλὰ ἀπόκρημνα πάντα, καὶ φαραγγώδη, δι' αὐτῶν ὅμως ἔπεμπε τοὺς ψιλοὺς νύκτωρ τὸ ὄρος περιϊέναι, καὶ Μαάρβαν μετὰ τῶν * [illegible] ἐς ὅτι δύναιτο περιελθεῖν, προσέβαλε τῷ Κεντηνίῳ κατὰ μέτωπον· καὶ συνεστώτων ἑκατέρων, πάνυ προθύμως ὁ Μαάρβας ἐκ κορυφῆς αὐτοῖς ὤφθη τε καὶ ἠλάλαξε. Ῥωμαίων δὲ εὐθὺς ἦν φυγὴ καὶ φόνος κυκλουμένων. καὶ τρισχίλιοι μὲν ἔπεσον, ὀκτακόσιοι δ' ἐλήφθησαν. οἱ δὲ λοιποὶ μόλις διέφυγον. *i. Hannibal autem postea quàm paludem Plistinam, & montem ei impendentem vidit, & Centenium octo equitũ millibus angustias occupasse, viásque & transitus obsidêre animaduertit, itinerum duces accuratè percunctatus est, essêi ne aliquis amfractus, & viarum flexus, quà montes superari possent: qui cùm respondissent, nullam esse viam pedibus hominum tritam, sed omnia esse*

prærupta & salebrosa, vallibúsque interclusa, atque interrupta: eà tamen noctu expeditos milites misit, vt montem circumirent, & vnà cum eis Maharbalem. Cùm autem ex tempore coniecisset, eos potuisse iam circumiisse, in Centenium à fronte impetum fecit, & cùm iam vtrique concurrissent, ac manus conseruissent, Maharbal valde alacriter supernè, ex montis vertice sese conspiciendum dedit, ac clamorem, quasi victor, sustulit. Romanorum porrò continuò fuga & cædes facta est, cùm vndique circumuenti essent: ac tria quidem eorum millia ceciderunt: octingenti verò capti sunt: réliqui vix salui diffugerunt. Sed T. Liuius hûc, Centronium appellat. eius verba sunt hæc lib. 22. Annal. Prius quàm satis certa consilia essent, repens alia nuntiatur clades: quattuor millia equitum cum C. Cẽtronio proprætore missa ad collegam à Seruilio cos. in Vmbria, quò post pugnam ad Trasimenum auditam auerterant iter, ab Hannibale circumuenta.

66. *prætorem)* T. Liuius proprætore, seu proprætorem fuisse scribit.

67. *cum delecta manu)* cũ quattuor equitum millibus, vt vult Polyb. & item Liuius: sed, vt Appianus, cum sex millibus.

68. *saltus)* monteis, vt sæpe alibi.

69. *Ibi obuiam ei venerunt d. cons.)* Præposterè narrantur hæc à Probo. Nam prius Q. Fabius Maximus, dictator creatus est, quàm C. Terentius Varro, & L. Paullus Æmilius, consules: priúsque dictator Hannibali se opposuit, quàm hi cõsules, vt tradunt Polybius, T. Liuius, Appianus, Florus.

70. *C. Terentius Varro, & L. Paul. Æm.)* C. Terẽtius Varro, præterquàm quòd de plebe fuit, plebíque insectatione principum, popularibúsque artibus conciliatus, & humili atque adeò sordido loco natus, vtpote lanij filius: erat præterea inconsideratus, leuis, insolens, turbulentus; rei militaris imperitus, audax, ac pæne dicam furiosus: tribúsque patriciis petentibus P. Cornelio Merenda, L. Manlio Vulsone, M. Æmilio Lepido, duobus nobilibus, iam familiaribus plebi, C. Atilio Serrano, & Q. Ælio Pæto, quorum alter pontifex, alter augur erat, vnus consul creatus erat, vt in manu eius comitia essent rogando collegæ. Tum experta nobilitas (inquit Liuius) parum fuisse virium in competitoribus eius, L. Æmiliũ Paullum, qui cum M. Lælio consul fuerat, & damnatione collegæ, & sua propè ambustus euaserat, infestum plebi, diu ac multum recusantem, ad petitionem compellit. Is proximo comitiali die, concedentibus omnibus, qui cum Varrone certauerãt, párque magis in aduersando, quàm collega datur consuli. De eo sic Polybius lib. 3. συνέβαινε δὲ πάντας εἰς τὸν Αἰμίλιον ἀποβλέπειν, καὶ πρὸς τοῦτον ἀπερείδεσθαι τὰς πλείστας ἐλπίδας, διά τε τὴν ἐκ τοῦ λοιποῦ βίου καλοκἀγαθίαν, καὶ διὰ τὸ μικροῖς πρότερον χρόνοις ἀνδρωδῶς καὶ συμφερόντως δοκεῖν κεχειρικέναι τὸν πρὸς Ἰλλυριοὺς πόλεμον, id est, Fiebat autem vt omnes in Æmilium oculos coniicerent, in eóque spes suas collocarent, tum propter reliquæ vitæ probitatem, tum quia paullo antè fortiter & vtiliter bellum aduersus Illyrios susceptum administrauerat. Appianus Annib. ὑπάτους τε αἱροῦνται ἐκ μὲν δόξης πολεμικῆς Λεύκιον Αἰμίλιον τὸν Ἰλλυριοῖς πολεμήσαντα, ἐκ δὲ δημοκοπίας Τερέντιον Οὐάρρωνα πολλὰ αὐτοῖς ἐκ τῆς συνήθους δεξιοκοπίας ὑπισχνούμενον. i. Et consules creant, alterum bellica gloria clarum, alterum leuem & popularem, qui pro vsitata sua populari iactantia, multa eis à se promittebat.

71. Vtriusque exerc.)apud Cannas Apuliæ vicum. Hanc pugnam & eius euentum multis verbis exponunt Polybius & Liuius,quæ longum sit referre: sed hæc summa est: cæsa sunt eo prælio Romanorum quadraginta quinque millia cum Paullo consule, & senatoribus LXXX. consularibus atque prætoriis, aut ædilitiis triginta.

72. Paullum consulem occîdit)libet eius morientis verba ex T.Liuio ascribere. Cn.Lentulus,tribunus milit.inquit Liuius lib.22.Annal.cùm prætervehens equo sedentem in saxo,cruore oppletum,consulem vidisset: L.Æmili, inquit, quem vnum insontem culpæ cladis hodiernæ dij respicere debent,cape hunc equum.dum tibi virium aliquid superest, comes te tollere possim, ac protegere. ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris.etiam sine hoc lacrymarum satis est, luctúsque. Ad ea consul: Tu quidem Cn.Corneli,macte virtute esto.sed caue frustra miserando exiguum tempus è manibus hostium euadendi absumas. Abi, nuntia publicè patribus,vrbem Romam muniant, ac prius quàm hostis victor adueniat, præsidiis firment: priuatímque Q. Fabio L.Æmilium præceptorum eius memorem exstitisse, & vixisse adhuc, & mori: & tu me in hac strage militum meorum patere exspirare, ne aut ex consulatu accusator collegæ exsistam, aut reus alieno crimine innocentiam meam protegam.

73. Cn.Seruilium Geminum) Sic legendum ex Polybio, T.Liuio, Appiano, Fastis, non, vt vulgò, P.Seruilium Geminum. Atqui, quod ad rem attinet, vnà cum eo occisus est & eius collega M. Atilius Regulus. Cùm autem tot viri fortißimi in hac pugna occubuerint, C.Terentius Varro saluus ex ea euasit, de quo sic Polybius lib.3. ὀλίγοι δέ τινες εἰς Οὐενουσίαν διέφυγον· ἐν οἷς ἦν καὶ Κάιος Τερέντιος, ὁ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς, ἀνὴρ αἰσχρὰν μὲν τὴν φυγὴν, ἀνωφελῆ δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὑτοῦ, τῇ πατρίδι πεποιημένος, id est, pauci autem quidam in Venusiam diffugerunt: in quibus erat & C.Terentius Varro, Romanorum consul & imperator, homo, qui animum quidem turpem & infamem: imperium verò inutile populo Rom. reddidit. De eodem sic Appian. Αννιϐ. ὁ δὲ φαυλότατός τε καὶ συμφορῶν αἴτιος, ἀρχόμενος τῆς ἥττης ἔφυγε. i. Omnium autem nequißimus, & calamitatis auctor, Terentius Varro, acie Romana inclinata, fugit. Idem paucis pòst versibus, fugam à Varrone ortam esse tradit, his verbis, καὶ ὁ Τερέντιος αὐτοῖς ἐξῆρχε τῆς φυγῆς.

74. Hac pugna pugnata) sic loquitur Cic. pro Murena. Cuius ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata.

75. Romam profectus) falsum. Hannibal enim post pugnam Cannensem, castra ex Apulia in Samnium mouit, vt tradit T.Liuius lib.23. Annaliũ in princip. & Polyb. lib.3. in extr. scribit, Hannibalem magna Græcia potitum esse. Sed præstat T.Liuii verba huc ascribere, lib.22. non longè ab extr. Hannibali victori cùm ceteri circumfusi gratularentur, suaderéntq; vt tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis, quietem & ipse sibi sumeret, & fessis daret militibus: Maharbal præfectus equitum minimè cessandum ratus: immò, vt, quid hac pugna sit actum, scias, die quinto, inquit, victor in Capitolio epulaberis. sequere cum equite, vt prius te venisse, quàm venturum sciant. Præcedant,

inquit, Hannibal, nuntij: læta res est, sed via maior, quàm vt eam statim capere animo possim. Itaque voluntatem se laudare Maharbalis ait: ad consilium pensandum, tempus opus esse. Tum Maharbal, Non omnia nimirum eidem dij dedere. Vincere scis Hannibal: victoria vti nescis. Mora eius diei satis creditur saluti fuisse vrbi atque imperio. Idem lib. 23. Hannibal castris communitis, ac præsidio modico imposito, ne omissa res videretur, in hiberna Capuam concessit. ibi maiorem partem hiemis exercitum in tectis habuit, aduersus omnia humana mala sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque insuetum. Itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidere omnia bona, ac voluptates immodicæ: & eo impensius, quo auidius, ex insolentia in eas se immerserant. Somnus enim, & vinum, & epulæ, & scorta, balneáque, & otium consuetudine in dies blandius, ita eneruauerant corpora, animósque, vt magis deinde præteritæ eos, quàm præsentes, tutarentur vires; maiúsque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quàm quòd non ex Cannensi acie protinus exercitum ad vrbem Romam duxisset. Illa enim cunctatio distulisse modò victoriam videri potuit: hic error vireis ademisse ad vincendum. Idem eodem libro non paucis paginis pòst, quo loco Hannibal ad Nolam suos hortatur. Vbi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit? Vbi qui L. Paullum ad Cannas occidit? ferrum nunc hebet? an dexteræ torpent? an quid prodigij est aliud? qui pauci plureis vincere soliti estis, nunc paucis plures vix restatis. Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua iactabatis. en nunc minor res est. hîc experiri vim, virtutémque volo. expugnate Nolam, campestrem vrbem, non flumine, non mari septam, &c. Idem lib. 26. Ceterùm Hannibal, vt nec hosteis elici amplius ad pugnã vidit, nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse: ne suos quoque commeatus intercluderent noui consules, abscedere irrito incepto, & mouere à Capua statuit castra. multa secum, quò iam inde ire pergeret, voluenti, subiit animum impetus caput ipsum belli Romam petendi. cuius rei semper cupitæ prætermissam occasionem post Cannensem pugnam & alij vulgò fremebant, & ipse non dissimulabat, &c. Idem lib. 30. Raró quemquam alium patriam exsulij causa relinquentem magis mæstum abiisse ferunt, quàm Hannibalem hostium terra excedẽtem. respexisse sæpe Italiæ litora, & deos, hominésque accusantem, se quoque, ac suum ipsius caput exsecrantem, quòd non cruentum ab Cannensi victoria militem Romam duxisset. Idem aliquot versibus post verba paullo antè commemorata. Inter hæc Hannibal ad Anienem fl. tria millia passuum ab vrbe castra admouit. ibi statiuis positis, ipse cum duobus millibus equitum ad portam Collinam vsque ad Herculis templum est progressus: atque vnde proximè poterat, mœnia, situmque vrbis obequitans contemplabatur. Et Appianus tradit, tum denique Hannibalem Romam contendisse, cùm se Capuam frumentum, & subsidium intromittere, obsidionémque soluere posse desperasset.

76. in propinquis vrbis montib.) ad Anienem fl. vbi instructis vtrinque exercitibus in eius pugnæ casum, in qua vrbs Roma victori præmium esset, imber ingens grandine mistus ita vtramque aciem turbauit, vt vix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore, quàm hostium metu. Et postero die eodem loco

loco acies instructas eadem tempestas diremit: auctor Liuius lib.26.

77. *Q. Fabius Maximus) Suprà admonuimus lectorem, Q. Fabium dictatorem esse factum post pugnam ad Trasimenum lacum commissam, ante pugnam Cannensem, & ante Paullum Æmilium, & Terẽtium Varronem consules, nempe Cn. Seruilio Gemino, & M. Atilio Regulo consulibus, ordinémque rerum gestarum à nostro auctore non esse seruatum.*

78. *dictator) immò prodictator, seu pro dictatore. Nam quia consul aberat, à quo vno dictator dici poterat: nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuntium, aut litteras mitti, nec dictatorem populus creare poterat: quod numquam ante eam diem factum erat, prodictatorẽ populus creauit Q. Fabium Maximum, & magistrum equitum M. Minucium Rufum. auctor Liuius. Polybius tamen δικτάτωρα, id est, dictatorem appellat lib.3. cuius verba ascribam.* ῥωμαῖοι δὲ δικτάτωρα μὲν κατέστησαν Κόϊντον Φάβιον, ἄνδρα καὶ φρονεῖν διαφέροντα, καὶ πεφυκότα καλῶς. ἔτι γοῦν ἐπεκαλοῦντο καὶ καθ' ἡμᾶς οἱ ταύτης τῆς οἰκίας Μάξιμοι, τοῦτο δ' ἐστὶ μέγιστοι, διὰ τὰς ἐκείνου τἀνδρὸς ἐπιτυχίας καὶ πράξεις. ὁ δὲ δικτάτωρ, ταύτην γε ἔχει τὴν διαφορὰν τῶν ὑπάτων. τῶν μὲν γὰρ ὑπάτων ἑκατέρῳ δώδεκα πελέκεις ἀκολουθοῦσι. τούτῳ δ' εἴκοσι καὶ τέτταρες. κἀκεῖνοι μὲν πολλοῖς προσδέονται συγκλήτου πρὸς τὸ συντελεῖν τὰς ἐπιβολάς. οὗτος δ' ἐστὶν αὐτοκράτωρ. οὗ κατασταθέντος, παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων, *&c. sequitur mox.* ἅμα δὲ τῷ δικτάτωρι κατέστησαν ἵππαρχον Μάρκον Μινούκιον. οὗτος τέτακται μὲν ὑπὸ τὸν αὐτοκράτορα. γίνεται δ' οἱονεὶ διάδοχος ἐν τοῖς ἐκείνου περισπασμοῖς. *i. Romam autem dictatorem crearunt Q. Fabium, virum prudentia præstantem, & amplißimo loco natum. Nam etiam nostra ætate ex ea familia orti cognomento Maximi dicebantur: id est, Megistæ, propter illius viri res fortiter & feliciter gestas. Dictator autem hoc differt à consulibus, quòd vtrumque consulem duodecim secures sequuntur: hunc autem viginti quattuor: & illis quidem frequenti senatu opus est, vt poßint ea, quæ volunt, ad exitum perducere. hic autem summo imperio potitur in bello gerendo. quo creato, continuò omnes alij magistratus Romæ dissoluuntur, præter tribunos pl. &c. verùm tamen vnà cum dictatore M. Minucium magistrum equitũ crearunt. hic dictatori quidem subiicitur: sed fit in exercitu quodammodo eius vicarius, siquando ille temporib. reip. districtus rebus interesse non poßit.*

78. *clausus locorum angustiis)* τὰ στενὰ *dicit Polybius, id est, angusta loca. Et T. Liuius, Inclusus inde videri Hannibal, & ad Casilinum obsessus, cùm Capua, & Samnium, & tantum à tergo diuitum sociorum Romanis commeatus subueheret: Pœnus contrà intra Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnáq; perhorrida situ hibernaturus esset. Appian. Annib.* ὁ δ' Ἀννίβας ὡς ᾔσθετο ληφθεὶς ἐν μέσῳ Φαβίου τε καὶ τῶν στενῶν φυλασσομένων, ἔδεισε μὲν ὡς οὔ πρότερον. (οὐ γὰρ εἶχε διέξοδον, ἀλλὰ πάντα ἦν ἀπόκρημνα καὶ δύσβατα, οὐδ' ἤλπιζε Φάβιον, ἢ τοὺς ἐπὶ τῶν στενῶν, βιάσασθαι διὰ τὴν τῶν χωρίων ὀχυρότητα.) ὧδε δὲ ἔχων ἀπορίας, *&c. i. Hannibal autem vbi sensit se medium teneri inter Fabium & angustias, quæ custodibus appositis obtinebantur, sic timuit vt numquàm aliàs antea (nullum enim habebat exitum, nullámq; effugiendi viã, sed omnia erãt prærupta, & ardua: neq; sperabat, se posse Fabio, aut iis, qui in angustiis erant collocati, vim afferre posse, propterea quòd*

loca erant natura, & sponte sua munita.) cùm igitur hac difficultate laboraret, &c.

79. se expediuit) sic Polybius. τήν τε δύναμιν διεκόμισε διὰ τῶν στενῶν μετ' ἀσφαλείας, καὶ τὴν λείαν, λελοιπότων τοὺς τόπους τῶν προφυλαττόντων τὰς δυσχωρίας. i. Et exercitum per angustias sine periculo ac detrimento traiecit, vnáque cum eo prædam, locis relictis ab iis, qui in angustiis fuerant collocati.

80. callidiss. imper.) qui cunctator dictus est, à cunctando, quia numquam vniuerso periculo summam rerum committebat, nec quantumuis ab Hannibale ad pugnam sæpe eliceretur, pugnæ copiam faciebat, sed, vt inquit Polybius, ἐφυγομάχει, id est, prœlium fugiebat.

81. verba dedit) imposuit, vt alibi loquitur: fallaciam struxit.

82. obducta nocte) nocte obscura, & nebulosa: non serena. sic dicunt Latini obductam frontem. συννεφῆ. notauimus in commentariis Horatianis.

83. dispalatam) dispersam. sic in Lysandro, dispalati in agris. Nonius, Dispalare est separare. Sisenna. tanto plures passim dispalantur. Sed quod ad hanc rem attinet, sic eam exponit Liuius lib. 22. Itaque cùm per Casilinum euadere nō posset, petendíque montes, & iugum Calliculæ superandum esset: necubi Romanus inclusum vallibus aggrederetur ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commentus, principio noctis furtim succedere ad mōteis statuit. Fallacis consilij talis apparatus fuit. Faces vndique ex agris collectæ, fascésque virgarum, atque arida sarmenta præligantur cornibus boum: quos domitos, indomitósque multos inter ceteram agrestem prædam agebat: Hasdrubalíque negotium datum, vt primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad monteis ageret: maximè si posset, super saltus ab hoste insessos. Primis tenebris silentio mota castra. boues aliquanto ante signa acti. vbi ad radices montium, viásque angustas ventum est: signum extemplo datur, vt accensis cornibus armenta in aduersos concitentur monteis. & metus ipse relucentis flammæ ex capite, calórque iam ad viuum, ad imáque cornuum veniens, velut stimulatos furore agebat boues. quo repente discursu, haud secus, quàm siluis, montibúsque accensis, omnia circum virgulta ardere: capitúmque inquietatio flammam excitans, hominum passim discurrentium speciem præbebat. Qui ad transitus saltus insidendos locati erant, vbi in summis montibus, ac super se quosdam igneis conspexerunt, circumuentos se esse rati, præsidio excessere, quà ingens emicabat flamma, velut tutissimum iter, petentes summa montium iuga. Tum in quosdam boues palanteis à suis gregib. inciderunt. & primò cùm procul cernerēt veluti flammas spirantium, miraculo attoniti constiterunt: deinde vt humana apparuit fraus, tum verò insidias rati esse, cum multo, maximóque strepitu concitant se in fugam, leuique armaturæ hostium incurrere. Polyb. lib. 3. ἀνακαλεσάμενος δὲ τὸν ἐπὶ τῶν λειτουργῶν τεταγμένον Ἀσδρούβαν, παρήγγειλε λαμπάδας δήσαντα ἐκ τῆς ξηρᾶς καὶ παντοδαπῆς ὕλης κατὰ τάχος ὡς πλείστας, καὶ τῶν ἐργατῶν βοῶν ἐκλέξαντα ἐκ πάσης τῆς λείας τοὺς ἀρίστους, εἰς δισχιλίους ἀθροῖσαι πρὸ τῆς παρεμβολῆς. γενομένου δὲ τούτου συναγαγὼν ὑπέδειξε τοῖς λειτουργοῖς ὑπερβολήν τινα μεταξὺ κειμένην τῆς αὐτοῦ στρατοπεδείας καὶ τῶν στενῶν, δι' ὧν ἔμελλε ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, πρὸς ἣν ἐκέλευε προσελαύνειν τοὺς βοῦς ἐνεργῶς, καὶ μετὰ βίας.

ὅταν δοθῇ τὸ παράγγελμα, μέχρι συνάψωσι τοῖς ἄκροις. μετὰ δὲ ταῦτα δειπνοποιησαμένοις ἀναπαύεσθαι κατὰ ὥραν παρήγγειλε πᾶσι. ἅμα δὲ τῷ λήγειν τὸ τρίτον μέρος τῆς νυκτὸς, εὐθέως ἐξῆγε τοὺς λειτουργοὺς, καὶ προσδῆσαι ἐκέλευσε πρὸς τὰ κέρατα τοῖς βουσὶ τὰς λαμπάδας. ταχὺ δὲ τούτου γενομένου διὰ τὸ πλῆθος, ἀνάψαι παρήγγειλε πάσας. καὶ τοὺς βοῦς ἐλαύνειν, καὶ προσβάλλειν πρὸς τὰς ἀκρωρείας ἐπέταξε, τοὺς δὲ λογχοφόρους κατόπιν ἐπιστήσας, τούτοις ἕως μὲν τινὸς συνεργεῖν παρεκελεύετο τοῖς ἐλαύνουσιν, &c. i. Hannibal autem euocato Hasdrubale operibus præfecto, præcepit ei, vt faces ex arida, & omnis generis materia & celerrimè, & quàm plurimas, & boues domitos ex vniuersa præda selectos quàm robustißimos, ac validißimos ad bis mille, ante castra congregaret. Quo facto saltum quendam inter sua castra, & angustias, per quas iter facturus erat, interiectum operariis & calonibus ostendit. Ad eum saltum iußit ministros dato signo, magno studio, ac summa vi boues agere, tantisper dum ad cacumina montium peruenient. postea autem significauit omnibus, vt cibo & somno corpora curarent. Tertia fere vigilia exacta, statim calones & ministros prodire, & faces cornibus boum alligare iubet. Quo maturè facto propter hominum multitudinem, eas omneis accendi imperauit: ac boues quidem vt agerent, atque ad summos montium vertices compellerent, mandauit: militibus autem expeditis, quos lonchophoros, id est lanceam gerenteis appellant Græci, à tergo locatis, hos quidem vt agitatores aliquatenus adiuuarent, hortabatur, &c. Appianus Annib. ὁ δὲ, δὴ ἔχων ἀπορίας, τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ἐς πεντακισχιλίους ὄντας κατέσφαξεν, ἵνα μὴ ἐν τῷ κινδύνῳ νεωτερίσειαν· βοῦς δὲ, ὅσας εἶχεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ (πολὺ δὲ πλῆθος ἦν) συναγαγὼν, τοῖς κέρασιν αὐτῶν δᾶδας περιέδησε. καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης, τὰς δᾶδας ἐξάψας, τὸ λοιπὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ πῦρ ἔσβεσε, καὶ σιγὴν βαθεῖαν ἔχειν παρήγγειλε. τοῖς δὲ εὐτολμοτάτοις τῶν νέων ἐκέλευσε τὰς βοῦς ἐλαύνειν μετὰ σπουδῆς ἄνω πρὸς τὰ ἀπόκρημνα, ἃ ἦν ἐν μέσῳ τοῦ τε Φαβίου, καὶ τῶν στενῶν. αἱ δ' ὑπό τε τῶν ἐλαυνόντων ἐπειγόμεναι, καὶ τοῦ πυρὸς ἐγκαίοντος αὐτὰς, ἀνεπήδων ἐπὶ τοὺς κρημνοὺς ἀφειδῶς καὶ βιαίως, εἶτα κατέπιπτον, αὖθις ἀνεπήδων. Ῥωμαῖοι δὲ οἱ ἑκατέρωθεν ὁρῶντες ἐν μὲν τῷ Ἀννίβου στρατοπέδῳ σιγὴν καὶ σκότον, ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι πῦρ πολὺ καὶ ποικίλον, οὐκ ἔχοντες, ὡς ἐν νυκτὶ, τὸ γιγνόμενον ἀκριβῶς ἐπινοῆσαι, ὁ μὲν Φάβιος εἴκαζεν εἶναι τι στρατήγημα τοῦτο Ἀννίβου, καὶ συνιέναι μὴ δυνάμενος, ἀτρέμα συνεῖχε τὴν στρατιὰν, τὴν νύκτα ὑφορώμενος· οἱ δὲ ἐν τοῖς στενοῖς, ὑπέλαβον, ἅπερ ἤθελεν ὁ Ἀννίβας, φεύγειν αὐτὸν, ὡς ἐν ἀπόροις, ἄνω διὰ τῶν κρημνῶν βιαζόμενον. καὶ μεταπηδῶσιν ἐπὶ τὴν φαντασίαν τῶν πυρῶν καταθέοντες, ὡς ἐκεῖ ληψόμενοι τὸν Ἀννίβαν κακοπαθοῦντα. ὁ δὲ ὡς εἶδε καταβαίνοντας αὐτοὺς ἐκ τῶν στενῶν, διέδραμεν ἐς αὐτὰ σὺν ταχυτῆτι ἄνευ φανοῦ μετὰ σιωπῆς, ἵνα διαλάθοι· καταλαβὼν δὲ αὐτὰ καὶ κρατυνάμενος ἐσήμηνε τῇ σάλπιγγι, καὶ τὸ στρατόπεδον ἀντεβόησεν αὐτῷ, καὶ πῦρ αἰφνίδιον ἐξῆψεν. Ῥωμαῖοι μὲν δὴ τότε ᾔσθοντο τῆς ἀπάτης. ὁ δὲ στρατὸς ὁ ἄλλος Ἀννίβου, καὶ οἱ τὰς βοῦς ἐλαύνοντες ἐπὶ τὰ στενὰ ἀδεῶς διέδραμον, καὶ αὐτοὺς συναγαγὼν ἀπῄρει ἐς τὸ πρόσω. οὕτω μὲν ἐξ ἀέλπτου τότε ὁ Ἀννίβας αὐτός τε περιῆν, καὶ τὸν στρατὸν περιέσωσε, &c. i. Cùm Hannibal tali difficultate laboraret, talique consilij inopia conflictaretur, atque æstuaret, captiuos omneis, quorũ erant ad quinque millia, interfecit, vt ne quid nouarum rerum in eo periculo molirentur. bobus autem omnibus, quos in castris habebat (erant autem quàm plurimi) in vnum contractis, eorum cornibus faces alligauit: & nocte insequẽte facibus accensis, reliquos igneis in castris exstingui iußit, & altum silentium indixit: inue-

nes autem audacissimos iussit ad loca illa superiora prærupta, atque auia, quæ inter Fabium & angustias interiecta erant, boues magna contentione agitare. Hi cùm partim ab agitatoribus illis vrgerentur, partim ab igni exurerentur, in rupeis illas inuias ac præruptas sibi non parcentes, & magno cum impetu exsiliebant: deinde corruebant: rursus exsultim exsurgebant. Romani autem, qui ex vtraque parte in castris Hannibalis silentium, & tenebras, in montibus igneis multos & varios cernebant, cùm, vt noctis tempore, quid ageretur, planè intelligere nequirent: & Fabius Hannibalis esse consilium aliquod militare astutum & callidum conijceret, neque tamen quid esset, satis intelligere posset: exercitum suum in castris & munimentis continebat, noctem, vt suspectam, extimescens. Qui autem in angustiis fuerant collocati, id, quod volebat Hannibal, existimarunt, eum, vt locis inexplicabilibus cõclusum, sursum per rupeis præcipiteis, & præruptas vi perrumpẽtem fugere: & properè angustiis illis relictis ad ignium oculis obiectorum speciem transilierunt, & concurrerunt, tanquam illic Hannibalem malis vexatũ ac perditum comprehensuri. Ille autem vt eos vidit ex angustiis discessisse, confestim ad eas cum expeditissimis & celerrimis militum sine lumine, & cum silentio, vt facilius falleret, se contulit. Iis autem occupatis, & valido præsidio stabilitis ac firmatis, tuba exercitui signum dedit: & exercitus ei contrà clamore sublato respondit, & ignis repentinus emicuit. Romani igitur tunc dolum senserunt. Reliquus autem Hannibalis exercitus, & qui boues agebant, ad angustias sine metu contenderunt: quibus contractis, inde Hannibal vltra progressus est. Ita tunc Hannibal insperatò & ipse salum euasit, & exercitum ex periculo ante oculos posito ereptum conseruauit. Frontinus lib. I. strategem. Hannibal vt iniquitatem locorum, & inopiam instante Fabio Maximo effugeret, noctu boues, quibus ad cornua fasciculos alligauerat sarmẽtorum, subiecto igne dimisit: cúmque ipso motu adolescente flamma turbaretur pecus, magna discursatione monteis, in quos actum erat, collustrauit: Romani, qui ad speculandum concurrerunt, primò prodigium opinati sunt: deinde cùm certa Fabio renuntiassent, ille insidiarum metu suos castris continuit, barbari obsistente nullo profecti sunt.

84. quo repentino obiectu) id est, qua repentina specie oculis obiecta, visa, &c.

85. M. Minucium) de quo sic Liuius. Sed non Hannibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat, quàm magistrum equitum, qui nihil aliud, quam quòd nõ imperabat, moræ, ad remp. præcipitandam habebat. ferox, rapidúsque in cõsiliis, ac linguæ immodicus, primò inter paucos, deinde propalàm in vulgus pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, afferens vicina virtutibus vitia, compellabat: premendorúmque superiorum arte, quæ pessima ars, nimis prosperis multorũ successibus creuit, sese extollebat.

86. pari ac dictatorem imperio) quod numquam antea factum erat. sed factũ est tum Minucij, turbulenti, & petulantis, & temerarij hominis opera, quia Fabij cunctationem in inuidiam & crimen Romæ adduxit, nactúsque M. Metellum tribunum plebis suffragatorem, atque adiutorem, effecit vt dictatoris & magistri equitum ius æquaretur: cuius rogationis suasor fuit C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat, & sequente consul: de quo suprà. Quam populi inui-

riam Fabius eodem animo, quo rumores, & criminationes populareis tulerat, tulit: neque cum imperii iure, artem quoque imperandi, & virtutem suam aequatam existimauit: institutum denique suum tenuit, atque in suscepto consilio permansit, ne, quod in se esset, cum Hannibale vniuersis copiis confligeret ac dimicaret. Polyb. hac de re sic lib. 3. διὸ καὶ τὸν μὲν Φάβιον ἠτιῶντο, καὶ κατεμέμφοντο πάντες, ὡς ἀτόλμως χρώμενον τοῖς καιροῖς. τὸν δὲ Μάρκον ἐπὶ τοσοῦτον ηὖξον διὰ τὸ συμβεβηκός, ὥστε τότε γενέσθαι τὸ μηδέποτε γεγονός. αὐτοκράτορα γὰρ κἀκεῖνον κατέστησαν, πεπεισμένοι ταχέως αὐτὸν πέρας ἐπιθήσειν τοῖς πράγμασι. καὶ δὴ δύο δικτάτορες ἐγεγόνεισαν ἐπὶ τὰς αὐτὰς πράξεις, ὃ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει παρὰ ῥωμαίοις. i. Quapropter Fabium omnes criminabantur, & reprehendebant, tamquam timidè occasionibus & opportunitatibus temporum oblatis vtentem. M. autem Minucium vsque adeò ornarunt atque auxerunt propter euentum, vt tum factum sit, quod numquam aliàs anteà. Nam illi quoque summi imperii ius tradiderunt, persuasum habentes eum celeriter bellum confecturum, & finem rebus impositurum. Itaque duo dictatores iisdem rebus gerendis facti sunt, quod numquam antea apud Romanos visum, aut auditum erat. Longum sit quibus sermonibus ac vocibus, Minucius Fabium apud suos criminatus sit, ex T. Liuio lib. 22. annal. referre. Sed haec pauca ex multis carpam. Stultitia est (inquit) sedendo, aut votis debellari credere posse. armari copias oportet, deducendas in aequum, vt vir cum viro congrediaris. audendo, agendóque res Romana creuit, non his sensibus, consiliisve, quae timidi cauta vocant. Idem eod. lib. aliquot pòst paginis. Accesserunt duae res ad augendam inuidiam dictatoris: vna, fraude ac dolo Hannibalis: quòd cùm à perfugis ei mōstratus ager dictatoris esset, omnibus circà solo aequatis, ab vno eo ferrum, ignémque, & vim omnem hostium abstineri iussit, vt occulti alicuius pacti ea merces videri posset: altera ipsius facto, primò forsitan dubio, quia non exspectata in eo senatus auctoritas est: ad extremum haud ambiguè in maximam laudem verso in permutandis captiuis, &c. Appian. Αννιβ. Φάβιος δ' οὐ συνεπλέκετο, καταγινώσκοντος αὐτοῦ Μινουκίου Ῥούφου, ὃς ἵππαρχος μὲν ἦν αὐτοῦ, ἔγραφε δ' ἐς Ῥώμην τοῖς φίλοις, ὡς οὐκ ἐθέλοι Φάβιος ὑπὸ δειλίας. διαδραμόντος δ' ἐς Ῥώμην ἐπὶ θυσίας τινὰς τοῦ Φαβίου, ὁ Μινούκιος ἡγούμενος τοῦ στρατοῦ συνεπλάκη τινὰ μάχην τῷ Αννίβᾳ, καὶ δόξας πλέον ἔχειν, θρασύτερον ἐς Ῥώμην ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, τὸν Φάβιον αἰτιώμενος, ὡς οὐκ ἐθέλοντα νικᾶν. καὶ ἡ βουλὴ ἐπανεληλυθότος ἐς τὸ στρατόπεδον ἤδη τοῦ Φαβίου, ἴσον ἰσχύειν αὐτῷ τὸν ἵππαρχον ἀπέφηνε. i. Sed Fabius manum non conserebat, damnāte eum Minucio Rufo, qui magister equitum erat, & ad amicos Romam scribebat, Fabium timiditate impeditum à praelio abhorrere, & cunctari. Cùm autem Fabius Romam sacrificiorum quorundam gratia curriculo venisset, Minucius, qui exercitui praeerat, cum Hannibale praelium quoddam commisit, ex quo cùm superior discedere visus esset, litteras Romam ad senatum misit ferociae & audaciae plenas, Fabium accusans, quasi vincere nolentem. Et senatus reuerso iam in castra Fabio decreuit, vt magister equitum par imperii ius Fabio haberet, &c.

87. dolo perductum) Hanc rem sic narrat T. Liuius lib. 22. Tumulus erat inter castra Minucii, Poenorúmque. eum qui occupasset, haud dubiè iniquiorem erat hosti locum facturus. eum non tam capere sine certamine volebat Hannibal,

(quamquam id operæpretiũ erat,) quàm causam certaminis cum Minucio, quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat, contrahere. Ager omnis medius, erat prima specie inutilis insidiatori, quia non modò siluestre quicquam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat: re ipsa natus tegẽdis insidiis, eo magis, quòd in nuda valle nulla talis fraus timeri poterat. & erant in amfractibus cauæ rupes, vt quædam earum ducenos armatos possent capere. In has latebras, quot quemque locum aptè insidere poterant, quinque millia conduntur peditum, equitúmque. necubi tamen aut motus alicuius temerè egressi, aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret, missis paucis prima luce ad capiendum, quem antè diximus, tumulum, auertit oculos hostium. Primo statim conspectu cõtemta paucitas: ac sibi quisque deposcere pellendos inde hosteis. ad locum capiẽdum dux ipse inter stolidissimos, ferocissimósque ad arma vocat, & vanis animis, & minis increpat hostem. Principiò leuem armaturam dimittit: deinde conferto agmine mittit equites: postremò cùm hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. & Hannibal laborantibus suis alia atque alia, crescente certamine, mittit auxilia peditum, equitúmque. iam iustam expleuerat aciem, ac totis vtrinque viribus certabatur. Prima leuis armatura Romanorum inferiore loco succedens tumulum, pulsa, detrusáque terrorem in succedentem intulit equitem, & ad signa legionum refúgit. peditum acies inter perculsos impauida sola erat, videbatúrque, si iusta, aut si recta pugna esset, haudquaquam impar futura. tantum animorum fecerat prosperè ante paucos dies res gesta. sed exorti repente insidiatores eum tumultum, terrorémque in latera vtrinque, ab tergo incursantes fecerunt, vt neque animus ad pugnam, neque ad fugam spes cuiquam superesset. Polybius autem lib. 3. ita, vt prope videatur Liuius ex eo expressisse. Ἀννίβας δὲ τὰ μὲν ἀκούων τῶν ἁλισκομένων αἰχμαλώτων, τὰ δὲ θεωρῶν ἐκ τῶν πραττομένων, ᾔδει τήν τε τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίαν, καὶ τὴν ὁρμὴν, καὶ τὴν φιλοδοξίαν τοῦ Μάρκου. διόπερ οὐ καθ' αὐτὸν, πρὸς αὐτοῦ δὲ νομίσας εἶναι τὰ συμβαίνοντα περὶ τοὺς ὑπεναντίους, ἐγίνετο περὶ τὸν Μάρκον, σπουδάζων τὴν τόλμαν ἀφελέσθαι, καὶ προκαταλαβεῖν αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. οὔσης δέ τινος ὑπεροχῆς μεταξὺ τῆς αὐτοῦ, καὶ τῆς Μάρκου στρατοπεδείας δυναμένης ἑκατέρους βλάπτειν, ἐπεβάλετο καταλαβεῖν ταύτην. σαφῶς δὲ γινώσκων ἐκ τοῦ προγεγονότος κατορθώματος, ὅτι παρέσται βοηθῶν ἐκ χειρὸς, πρὸς ταύτην τὴν ἐπιβολὴν ἐπινοεῖ τι τοιοῦτον. τῶν δὲ τόπων τῶν περὶ τὸν λόφον, ὑπαρχόντων ψιλῶν μὲν, πολλὰς δὲ καὶ παντοδαπὰς ἐχόντων περικλάσεις, καὶ κοιλότητας, ἐξέπεμψε τῆς νυκτὸς εἰς τὰς ἐπιτηδειοτάτας ὑποβολὰς, ἀνὰ διακοσίους καὶ τριακοσίους, καὶ πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς, ψιλοὺς δὲ καὶ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους. ἵνα δὲ μὴ πρωῒ κατοπτευθῶσιν ὑπὸ τῶν εἰς τὰς προνομὰς ἐκπορευομένων, ἅμα τῷ διαυγάζειν κατελάμβανε τοῖς εὐζώνοις τὸν λόφον. ὁ δὲ Μάρκος θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ νομίσας ἕρμαιον εἶναι, παραυτίκα μὲν ἐξαπέστελλε τοὺς ψιλοὺς, κελεύσας ἀγωνίζεσθαι καὶ διαμάχεσθαι περὶ τοῦ τόπου. μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς. ἑξῆς δὲ τούτοις κατόπιν αὐτὸς ἦγε συνεχῆ καὶ βαρέα τῶν ὅπλων, καθάπερ καὶ πρότερον, ἑκάστω ποιούμενος παραπλήσιον τὸν χειρισμόν. ἄρτι δὲ τῆς ἡμέρας διαφαινούσης, καὶ πάντων ταῖς τε διανοίαις καὶ τοῖς ὄμμασι περισπωμένων περὶ τοὺς ἐν τῷ γεωλόφῳ κινδυνεύοντας, ἀνύποπτος ἦν ἡ τῶν ἐνεδρευόντων ὑποβολή. τοῦ δ' Ἀννίβου συνεχῶς ἐπαποστέλλοντος τοῖς ἐν τῷ λόφῳ τοὺς βοηθήσοντας, ἑπομένου δὲ κατὰ πόδας αὐτοῦ μετὰ τῶν ἱππέων αὐτοῦ καὶ τῆς δυνάμεως, ταχέως συνέβη καὶ τοὺς

ἱππεῖς συμπεσεῖν ἀλλήλοις. οὗ γινομένου, καὶ πιεζομένων τῶν Ῥωμαίων εὐζώνων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱππέων. ἅμα μὲν οὗτοι καταφεύγοντες εἰς τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, θόρυβον ἐποίουν. ἅμα δὲ τοῦ συνθήματος ἀποδοθέντος τοῖς ἐν ταῖς ἐνέδραις, πανταχόθεν ἐπιφαινομένων, καὶ προσπεσόντων τούτων, οὐκ ἔτι περὶ τοὺς εὐζώνους μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ πᾶν τὸ στράτευμα μέγας κίνδυνος συνεκύρει τοῖς Ῥωμαίοις. i. Hannibal autem partim quòd ex captiuis audiret, partim quòd ex iis, quæ agebantur, cerneret: ducũ contentionẽ inter ipsos, & M. Minucij impetum rationis expertem, inanisque gloriæ cupiditatem nouerat. Quocirca secum, non contra se facere ratus ea, quæ aduersarius euenirent, totus erat Minucio intentus, studens eius audaciam minuere, eiúsque impetum anteuertere, & præoccupare. Tumulus erat inter eius castra, & Minucij, qui vtrique poterat damnum afferre. hunc igitur conatus est occupare. Cùm autem certo sciret ex eo, quod antè factum esset, Minucium subsidio comminus venturum: ad hunc conatum tale quiddam excogitat. Cùm loca colli circumiecta, nuda quidem essent, nullisque arboribus, aut virgultis vestita, sed tamen multos haberent amfractus, multasque rupeis concauas: misit noctu in tumulos maximè insidiis opportunos, circiter ducentos, & trecentos, & quingentos equites: milites autem leuioris armaturæ, & pedites omnino quinquies mille. Sed ne manè ab iis, qui pabulatum irent, conspicerentur, albescente cælo collem militibus expeditis occupauit. Marcus Minucius autem cernens quod fiebat, & lucrum se reperisse ratus, continuò milites leuioris armaturæ misit, iussos de loco illo certare, ac dimicare: postea verò etiam equites: deinceps à tergo ducebat ipse milites grauioris armaturæ, seruato simili atque antea instituerat, ordine. Breui pòst quàm dies esse cœpit, tempore, omnium mentibus atque oculis in eos, qui in tumulo dimicabant, intentis, suspicante insidiatores in subiectis locis delitescere nemine: Hannibale assiduè ad eos, qui in colle erant, subsidia mittente, ipsoque cum equitibus, & vniuersis copiis breuissimo interuallo interiecto, subsequente. citò contigit, vt equites inter se concurrerent, & confligerent. Quo facto, cùm milites Romani expediti à multitudine equitum aduersariorum premerentur: vno tempore, & leuis armatura Romanorum ad grauiorem suam armaturam confugiens tumultuabatur, & iis, qui in insidiis collocati erant, signo dato, illi vndique exoriebantur, & impetum in Romanos faciebant: & iam Romanorum non milites expediti solùm, sed etiam vniuersus exercitus magno in discrimine versabatur.

88. *fugauit*) Sed Fabius & Minucij fugam, & Hannibalis ferociam compressit. T. Liuius eod. lib. & loco. Tum Fabius primò clamore per Auentium audito, dein conspecta perturbata acie: Ita est, inquit: non celerius, quàm timui, deprehẽdit fortuna temeritatem. Fabio æquatus imperio, Hannibalem & virtute & fortuna superiorem videt. Sed aliud iurgandi, succensendique tempus erit: nunc signa extra vallum proferte: victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris ciuibus. Iam magna ex parte cæsis aliis, aliis circumspectantibus fugam, Fabiana se acies repente, velut cælo demissa, ad auxilium ostendit. Itaque priusquam ad coniectum teli veniret, aut manum consereret: & suos à fuga effusa, & hosteis à feroci pugna continuit. Qui solutis ordinibus vagè dissipati erant, vndique confugerunt ad integram aciem. qui plures simul terga dederant, conuersi in

hostem, voluentésque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare. ac iam propè vna acies facta erat victi atque integri exercitus, inferebántque signa in hostem, cùm Pœnus receptui cecinit, palàm ferente Hannibale, ab se Minucium, se à Fabio victum. Polyb. eod. lib. & loco. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον φάβιος θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ διαγωνιάσας μὴ σφαλῶσι τοῖς ὅλοις, ἐξῆγε τὰς δυνάμεις, καὶ κατὰ σπουδὴν ἐβοήθει τοῖς κινδυνεύουσι. ταχὺ δὲ συνεγγίσαντος αὐτοῦ πάλιν ἀναθαρρήσαντες οἱ ῥωμαῖοι, καίπερ λελυκότες ἤδη τὴν ὅλην τάξιν, αὖθις ἀθροιζόμενοι περὶ τὰς σημαίας ἀνεχώρουν, καὶ κατέφυγον ὑπὸ τὴν τούτων ἀσφάλειαν, πολλοὺς μὲν ἀπολωλεκότες τῶν εὐζώνων, ἔτι δὲ πλείους ἐκ τῶν ταγμάτων, καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. οἱ δὲ περὶ τὸν Αννίβαν καταπλαγέντες τὴν ἀκεραιότητα, καὶ σύνταξιν τῶν παραβεβοηθηκότων στρατοπέδων, ἀπέστησαν τοῦ διωγμοῦ, καὶ τῆς μάχης. τοῖς μὲν οὖν παρ' αὐτὸν γενομένοις τὸν κίνδυνον ἦν ἐναργὲς, ὅτι διὰ μὲν τὴν τοῦ Μάρκου τόλμαν ἀπόλωλε τὰ ὅλα. διὰ δὲ τὴν εὐλάβειαν τοῦ Φαβίου σέσωσται καὶ πρὸ τοῦ καὶ νῦν. τοῖς δ' ἐν τῇ Ρώμῃ τότε ἐγένετο φανερὸν ὁμολογουμένως τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπετείας, καὶ κενοδοξίας στρατηγικὴ πρόνοια, καὶ λογισμὸς ἑστὼς καὶ νουνεχής. i. Hoc autem temporis puncto Fabius cernens id, quod fiebat, & veritus, ne, qui cum Minucio erant, funditus interirent: copias suas eduxit, & properè iis, qui in discrimine versabantur, opem tulit. Cùm autem celeriter appropinquasset, Romani animo recepto, & spe redintegrata, quamuis iam tota acies turbata, & diuulsa erat, tamen rursus contracti ad signa sua se receperunt, & ad Fabiahorum militum robur ac firmamentum confugerunt, multis quidem expeditis amissis, sed multo etiam pluribus ex legionibus, iísque viris fortissimis. Hannibal autem cum suis, recentis & integri Fabiani exercitus, & copiarum instructarum & ordinatarum, quæ subsidio venerant, metu perterriti, persequi, & pugnare desierunt. Iis igitur, qui in ipso periculo interfuerunt, perspicuum fuit, Minucij quidem audacia rem summam Romanam in summum discrimen adductam esse: Fabij verò cunctatione & cautione cùm antea, tum nunc seruatam. Iis autem, qui Romæ erant, tunc sine controuersia planum factum est, quid differat à temeritate præcipiti & inconsiderata militari, & inani gloria prouidẽtia, ac ratio stabilis & considerata imperatoria.

89. iterum consulem) ἀνθύπατον appellat Appianus Annib. vt mox planiùs ostẽdemus: id est proconsulem, seu pro consule.

90. in insidias inductum) Sic omnes quidem habent libri: sed malim legi, inlectum. verùm tamen nihil mutare ausus sum. Sed quod ad rem attinet, narrat Liuius lib. 25. Annal. Flauium quendam Lucanum, caput eius Lucanorum partis, quæ cum Romanis stabat, cùm pars ad Hannibalem defecisset, mutata repẽte voluntate, non satis habuisse, transire ipsum ad Pœnos, neque trahere Lucanos ad defectionem, sed imperatoris, eiusdémque hospitis proditi capite ac sanguine fœdus cum hostibus sanxisse: ad Magonem, qui in Brutiis erat, clam in colloquium venisse: fidéque ab eo accepta, si ei Romanum imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, Pœnum deduxisse in locum quendam insidiosum: ei pollicitum esse eodem cum paucis Gracchum adducturũ: Magonem ibi pedites, equitésque armare, & eas latebras capere, vbi ingentem numerum occuleret, iussisse: loco satis inspecto atque vndique explorato, diem compositam gerendæ rei esse: Flauium ad Sempronium Gracchum venisse: ei dixisse,

xisse, se rem magnam inchoasse, ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esset: omnium populorum prætorib. qui ad Pœnum in illo communi Italiæ motu descissent, persuasisse, vt redirent in amicitiam Romanorum, quando res quoque Romana, quæ prope exitum clade Cānensi venisset, in dies melior, atque auctior fieret, Hānibalis vis senesceret, ac propè ad nihilum venisset: veteri delicto haud implacabileis fore Romanos: nullam vnquam gentem magis exorabilem, promtioremque veniæ dandæ fuisse. quoties rebellioni etiam maiorum suorum ignotum? hæc ab se esse dicta. ceterùm ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos, præsentisque contingere dextram. id pignus fidei secum ferre. Locum se consiliis edixisse à conspectu amotum, haud procul à castris Romanis. ibi paucis verbis transigi rem posse, vt omne nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit. Gracchum fraudē & sermoni, & rei abesse ratum, ac similitudine veri captum, cum lictoribus ac turma equitum è castris profectū, duce hospite in insidias præcipitatum. hosteis subitò exortos, &, ne dubia proditio esset, Flauium his se adiunxisse: tela vndique in Gracchum, atq; equites cōiecta esse. Gracchum ex equo desiluisse: idem ceteros facere iussisse, hortatúmque esse, vt, quod vnum reliquum fortuna fecisset, id honestarent virtute. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. qui eam victimam præ se ad inferos misisset, eum decus eximium, egregiúmque solatium suæ morti inuenturum. Inter hæc dicta paludamento circum læuum brachium intorto (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hosteis impetum fecisse. Gracchum iam nudatum præsidio viuum capere Pœnos nisos esse: ceterùm illum, Lucano hospite inter hosteis viso, adeò infestum confertos inuasisse, vt parci ei sine multorum pernicie non posset: exanimem eum à Magone extemplo ad Hannibalem missum esse, ponique cum captis simul fascib. ante tribunal imperatoris iussum esse. Sic Appianus eod. lib. Λευκανὸς δέ τις ἐκ τῶν ἐν Ῥωμαίοις ἐμμενόντων Φλάουιος, φίλος ὢν καὶ ξένος Γράκχου, προδιδοὺς αὐτὸν ἔπεισεν ἔς τι χωρίον ἐλθόντα συνθέσθαι Λευκανῶν τοῖς στρατηγοῖς, ὡς μετανοοῦσι, καὶ δοῦναι, καὶ λαβεῖν πίστεις. ὁ δὲ οὐδὲν ὑποπτεύσας εἵπετο μετὰ ἱππέων τριάκοντα. Νομάδων δὲ πολλῶν αὐτὸν ἐξ ἐνέδρας κυκλωσαμένων, ὁ μὲν Φλάουιος ἐξίππευσεν ἐς ἐκείνους· ὁ δὲ Γράκχος συνεὶς τῆς προδοσίας καθήλατο μετὰ τῶν ἱππέων· καὶ πολλὰ, καὶ γενναῖα δρῶν κατεκόπη μετὰ πάντων, πλὴν τριῶν, οὓς μόνους εἷλεν ὁ Ἀννίβας, πολλὴν ποιησάμενος σπουδὴν λαβεῖν ζῶντα Ῥωμαίων τὸν ἀνθύπατον. αἰσχρῶς δὲ αὐτὸν ἐνεδρευθέντα, ἀγάμενος ὅμως τῆς τελευταίας ἀρετῆς, ἔθαψε, καὶ τὰ ὀστᾶ ἐς Ῥωμαίους ἔπεμψεν. i. Lucanus autem quidam ex eorum, qui etiam in amicitia Romanorum manebant, nomine Flauius, amicus & hospes Gracchi, ei prodito persuasit, vt in locum quendam profectus, cum Lucanorum ducibus pacisceretur, tamquam sententiam in melius vertentibus, daretque fidem, atque acciperet. Ille autem eum secutus est cum equitibus triginta. Quo à multis Numidis ex insidioso loco exortis, circumuento, Flauius properè equum ad illos incitauit. Gracchus autem proditione cognita desiliit ex equo, vnà cum equitibus, multisque ac præclaris facinoribus editis, cum omnibus concisus est, tribus exceptis, quos solos Hannibal cepit, cum magnopere studuisset Romanorum proconsulem, seu pro cōsule viuum capere. Eum autem turpiter insidiis exceptum, admiratus tamen ob singularem virtutem, quam in extremo discrimine præbuerat, atque ostenderat,

ſepeliit, & oſſa ad Romanos mittenda curauit.

91. *M. Claudium Marcellum)* T. Liuius lib. 27. Annal. *Tumulus erat ſilueſtris inter Punica & Romana caſtra, ab neutris primò occupatus: quia Romani, qualis pars eius, quæ vergeret in hoſtium caſtra, eſſet, ignorabant. Hannibal inſidiis, quàm caſtris eum aptiorem crediderat. Itaq; nocte ad id miſſas aliquot Numidarum turmas medio in ſaltu condiderat. quorum interdiu nemo ab ſtatione mouebatur, ne aut arma, aut ipſi procul conſpicerentur. Fremebant vulgò in caſtris Romanis, occupandum eum tumulum eſſe, & caſtello firmandum, ne, ſi occupatus ab Hannibale foret, velut in ceruicibus haberent hoſtem. Mouit ea res Marcellum: & collegæ, Quin imus, inquit, ipſi cum paucis equitibus exploratum? ſubiecta res oculis certiùs dabit conſilium. Adſentiente Criſpino, cum equitibus ducentis & viginti, ex quibus XL. Fregellani, ceteri Etruſci erant, proficiſcuntur. Secuti M. Marcellus conſulis fil. & A. Manlius tribuni militum, & L. Arennius, & M. Aulius, & ceteri.* Sequitur aliquot pòſt verſibus. *Exiguum campi ante caſtra erat: inde in collem aperta vndique, & conſpecta ferebat via. Numidis ſpeculator nequaquam in ſpem tantæ rei poſitus, ſed ſi quos vagos pabuli, aut lignorum cauſa longius à caſtris progreſſos poſſent excipere. ſignum dat, vt pariter ab ſuis quiſque latebris exorirentur. Non antè apparuere quibus obuiis ab ipſo iugo conſurgendum erat, quàm circumiere qui ab tergo intercluderent viam. Tum vndique omnes exorti, & clamore ſublato impetum fecere. Cùm ea in valle conſules eſſent, vt neque euadere in iugum poſſent ab hoſte occupatum, neque receptum ab tergo circumuenti haberēt: extrahi tamen diutius certamen potuiſſet, ni cœpta ab Etruſcis fuga pauorem ceteris inieciſſet. Non tamen omiſére pugnam deſerti ab Etruſcis Fregellani, donec integri conſules hortando, ipſique ex parte pugnando rem ſuſtinebant. Sed poſtquam vulneratos ambos conſules, Marcellum etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum videre: tum & ipſi (pauci enim ſupererant) cum Criſpino conſule duobus iaculis icto, & Marcello adoleſcente ſaucio & ipſo, aufugerunt, &c.* Sic fere Plutarchus in Marcello, ἦν δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος, ἐπιεικῶς μὲν εὐερκής, ὕλης δὲ παντοδαπῆς ἀνάπλεως. εἶχε δὲ καὶ σκοπὰς περικλινεῖς ἐπ' ἀμφότερα, καὶ ναμάτων ὑπεφαίνοντο πηγαὶ καταρρέοντων. ἐθαύμαζον οὖν Ῥωμαῖοι Ἀννίβαν, ὅτι πρῶτος ἐλθὼν εὐφυᾶ τόπον, οὕτως οὐ κατέσχεν, ἀλλ' ἀπέλιπε τοῖς πολεμίοις. τὸ δὲ ἄρα καλὸν μὲν τοῦ στρατοπεδεῦσαι τὸ χωρίον ἐς αὐτό, πολὺ δὲ κρεῖττον ἐνεδρεῦσαι. καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῷ χρῆσθαι βουλόμενος, ἐνέπλησε τὴν ὕλην, καὶ τὰς κοιλάδας ἀκοντιστῶν τε πολλῶν, καὶ λογχοφόρων, πεπεισμένος ἐπάξεσθαι δι' εὐφυΐαν αὐτὸ τὸ χωρίον τοὺς Ῥωμαίους· οὐδὲ ἀπεψεύσθη τῆς ἐλπίδος. ἔδοξεν οὖν τὸν Μάρκελλον μετ' ὀλίγων ἱππέων ἐπελάσαντα κατασκέψασθαι, &c. ſequitur paucis pòſt verſib. ἄγει οὖν τόν τε συνάρχοντα Κρισπῖνον παραλαβών, καὶ τὸν υἱὸν χιλιαρχοῦντα, καὶ τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς εἴκοσι καὶ διακοσίους, ὧν Ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι, Τυρρηνοί· τεσσαράκοντα δὲ Φρεγελλανοὶ πεῖραν ἀρετῆς (ſic legendum eſſe admonuit P. Faber Toloſanus, libellorum in regia magiſter, non vt vulgò, ἀρχῆς) καὶ πίστεως δεδωκότες. ὑλώδεις δὲ τοῦ λόφου καὶ συνηρεφεῖς ὄντος, ἀνὴρ καθήμενος ἄνω, σκοπὴν εἶχε τοῖς πολεμίοις, αὐτὸς μὲν οὐ συνορώμενος, καθορῶν δὲ τῶν Ῥωμαίων τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ γινόμενα τούτοις φράσαντες τοῖς λοχῶσι, προσελαύνοντα τὸν Μάρκελλον ἐάσαντες ἐγγὺς προσελθεῖν, ἐξαίφνης ἀνίστανται,

καὶ περιχυθέντες ἅμα πανταχόθεν, ἠκόντιζον, ἔπαιον, ἐδίωκον τοὺς φεύγοντας, συνεπλέκοντο τοῖς ὑφισταμένοις. οὗτοι δ᾽ ἦσαν, οἱ τεσσαράκοντα Φρεγελλανοί· καὶ τῶν Τυρρηνῶν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ διατρεσάντων, αὐτοὶ συστραφέντες ἠμύνοντο πρὸ τῶν ὑπάτων, ἄχρι οὗ Κρισπῖνος μὲν ἀκοντίσμασι δυσὶ βεβλημένος, ἐπέστρεψεν ἐς φυγὴν τὸν ἵππον, Μάρκελλον δέ τις λόγχῃ πλατείᾳ διὰ τῶν πλευρῶν διήλασεν, ἣν λαγκίαν καλοῦσιν, &c. i. Erat autem inter vtraque castra collis planè vndique septus, & munitus natura, & varia silua consitus ac refertus. habebat porrò & speculas, & despectus in vtramque partem decliueis: & aquæ peremnes è fontibus subiectis manabant. Itaque mirabantur Romani, ab Hannibale, qui primus locum natura idoneum atque opportunum ceperat, ita hunc non esse occupatum, sed hostibus relictum. Verùm hic locus scilicet Hannibali ad castra metanda bellus ille quidem videbatur, sed longè ad insidias collocandas aptior. Quare cùm ad hãc rem eo magis vti vellet, siluam & valleis multis iaculatoribus, & lonchophoris, id est, militibus expeditis lanceam gestantibus compleuerat, persuasum habens, hæc loca sua naturali bonitate Romanos ad sese allectura: neque eum sua spes fefellit. Visum igitur est Marcello cum paucis equitibus ad hunc locum adequitare, eúmque considerare, atque explorare, &c. Exiuit igitur Crispino collega sibi adiuncto, & filio tribuno militum, & militibus omnino viginti & ducentis, quorum nullus Romanus erat, sed alij Etrusci, quadraginta autẽ Fregellani, qui specimẽ suæ virtutis & fidei dederãt. Cùm autẽ siluosus & densus collis esset, erat homo aliquis in loco superiore ab hostibus collocatus, qui speculabatur, & cùm ipse non videretur, castra hostium conspiciebat. hic cùm, quæ fierent, insidiatoribus nuntiasset: illi primùm adequitantem Marcellum propius accedere siuerunt: deinde repente surrexerunt. & simul vndique circumfusi iaculabantur, feriebant, fugienteis Romanos persequebantur, cum iis, qui instabant, confligebant. Hi autem erant quadraginta Fregellani: & cùm Etrusci statim ab initio pugnæ metu perterriti diffugissent, ij conglobati ante consules fortiter pugnarunt, donec & Crispinus duobus iaculi iactibus percussus, equũ ad fugam conuertit, & Marcellum quidam lata lancea ad latera adacta transfixit, &c. Appianus Ἀννιβαϊκῇ, paullo aliter. Ἀννίβας δὲ ἐπειγόμενος ἐς Τάραντα, ὡς ἔμαθεν εἰλημμένην, περιῆλθεν ἀχθόμενος ἐς Θουρίους. κἀκεῖθεν ἐς Οὐενουσίαν. ἔνθα αὐτῷ Κλαύδιός τε Μάρκελλος ὁ Σικελίαν ἑλών, πέμπτον ὑπατεύων τότε, καὶ Τῖτος Κρισπῖνος, ἀντεστρατοπεδεύοντες, οὐκ ἐτόλμων ἄρχειν μάχης· λείαν δέ τινα ὑπὸ Νομάδων ἀγομένην Μάρκελλος ἰδών, καὶ δόξας ὀλίγους εἶναι τοὺς ἄγοντας, ἐπέδραμεν αὐτοῖς μετὰ τριακοσίων ἱππέων σὺν καταφρονήσει· καὶ πρῶτος ἡγεῖτο, θυμικὸς ὢν ἐς μάχας, καὶ παρακινδυνευτικὸς ἀεί. ἄφνω δὲ πολλῶν τῶν Λιβύων φανέντων, καὶ πανταχόθεν αὐτῷ προσπεσόντων, οἱ μὲν ἔσχατοι τῶν Ῥωμαίων, πρῶτοι φυγῆς ἦρχον. ὁ δὲ Μάρκελλος, ὡς ἐπὶ Ῥωμαίων αὐτὸν ἐμάχετο γενναίως, μέχρι κατακοντισθεὶς ἀπέθανεν. i. Hannibal autem cùm Tarentũ properaret, vt eam vrbem captam esse cognouit, transiit iniquo animo ferens ad Thurios: & illinc in Venusiam: vbi M. Claudius Marcellus, qui Siciliam cepit, quintum tum cõsulatum gerens, & T. Crispinus castris aduersus eum positis, nõ audebant pugnandi initium facere. Verùm Marcellus Numidas conspicatus prædã agenteis, prædatores paucos esse ratus, in eos cum trecentis equitibus incurrit, paucitate eorum contemta: & præibat, vt qui esset animosus ad prœlia ineunda, atque ad pericula adeun-

da semper audax & proiectus. Repente autem multis Afris exortis, & vndique eum adortis, à Romanis iis, qui in extremo agmine erant, fugæ initium ortum est. At Marcellus, proinde quasi illi sequerentur, fortiter & generosè pugnabat, donec iaculo transfixus interiit.

92. Quandiu in Italia fuit) *Constat, Hannibalem annos quindecim & eo amplius, in Italia fuisse. T. Liuius lib. 30. dedisse tandem id (vacuam hostibus Italiam) deos sextodecimo pòst demum anno: nec esse qui diis gratias agendas censeat.* Idem ibid. *Nec satis certum constare apud animos poterat, vtrum gaudio dignius esset, Hannibalem post sextum decimum annum ex Italia decedentem, vacuam eius possessionem reliquisse populo Rom. an magis metuendum, quòd incolumi exercitu in Africam traiecisset. Appianus* Ἀννιβαϊκῇ *in extr.* Ἀννίβας δὲ ἐπὶ Λιβύης αὖ ἤγετο ἑκκαιδέκατα ἔτει πορθήσας τὴν Ἰταλίαν, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐμπλήσας κακῶν μυρίων καὶ ἐς κίνδυνον ἔσχατον πολλάκις συναγαγών, τοὺς δὲ ὑπηκόους αὐτῶν καὶ συμμάχους ὑβρίσας ὡς πολεμίους. *i. Hannibal autem in Africam nauibus reuertebatur, Italia per annos sexdecim vastata, & Romanis infinita malorum multitudine vexatis, & in extremum sæpe discrimen adductis: populis deniq; eorum imperio subiectis, & sociis, vt hostibus, contumeliosè tractatis, atque acceptis. Idē ex Fastis intelligere licet.*

93. reuocatus) *T. Liuius lib. 30. Annal. Nihil certè vltrà rei in Italia ab Hannibale gestum. Nam ad eum quoque legati ab Karthagine, vocantes in Africam, iis fortè diebus, quibus ad Magonem, venerunt. Frendens, geménsque, ac vix lacrymis temperans, dicitur legatorum verba audisse. Posteaquàm edita sunt mādata: Iam non perplexè, inquit, sed palàm reuocant, qui vetando supplementum, & pecuniam mitti, iampridem retrahebant. Vicit ergo Hannibalem non populus Rom. toties cæsus, fugatúsque, sed senatus Karthaginiensis obtrectatione, atque inuidia, neque hac deformitate reditus mei tam P. Scipio exsultabit, atque efferet sese, quàm Hanno: qui domum nostram, quando alia re non potuit, ruina Karthaginis oppressit. Considerct ex his attentus lector, sæpe priuatas inimicitias reip. nocere: & non his solùm temporibus, sed & multis antè sæculis, fuisse homines, qui, dum modò suos inimicos opprimerent, ac de medio tollerent, vniuersam remp. euertere parati essent: & dummodo suo dolori, suisque affectibus parérent, de reip. interitu non admodum laborarent.*

94. filium) *Africanum cognomento dictum à Karthagine capta.*

95. quem) *Scipionem patrem. His de rebus suprà dictum est.*

96. exhaustis iam patriæ f.) *id est consumtis: quod credibile est, diuturno bello. Vsus est autem Cornelius apto ad belli naturam consumtricem exprimendam vocabulo, exhaustis, à fontibus, aut puteis & similib. rebus translato.*

97. in præsentiarum) *vtuntur hoc genere loquendi Cornificius, Tacitus, Vlpianus, Gellius: quamquam apud Cornificium lib. 2. pro in præsentiarum, nostra editio habet, in præsentia, ex vno atque altero libro manuscr. quod idem valet.*

98. bellum componere) *sic loquitur suprà in Alcibiade, & in Hamilcare, & hîc ibidem infrà. Sed quod ad rem attinet, eam Liuius lib. 30. multis verbis exponit: quæ mox proferemus.*

99. *congrederetur) confligeret, manum consereret.*

100. *in colloquium conuenit)* T. Liuius eo, quem diximus, libro. *Iam* Adrumetū *peruenerat* Hannibal *(ex* Italia *scilicet. Est autem* Adrumetum *vrbs* Libyæ*)* vnde *ad reficiendum ex iactatione maritima militem paucis diebus sumtis, excitus pauidis nuntiis omnia circa* Karthaginem *obtineri armis afferentium, magnis itineribus* Zamam *contendit.* Zama *quinque dierum iter ab* Karthagine *abest. Inde præmissi speculatores cùm excepti à custodib.* Romanis*, deducti ad* Scipionem *essent: traditos eos tribunu militum, iussósque omisso metu visere omnia, & per castra, quà vellent, circumduci: percunctatúsque, satin' commodè omnia explorassent, datis qui prosequerētur, retrò ad* Hannibalem *dimisit, &c.* Sequitur aliquot pòst versib. *Itaque quamquam & ipse causa belli eius erat, & aduentu suo turbauerat pactas inducias, & spem fœderum: tamen, si integer, quàm si victus peteret pacem, æquiorem impetrari posse ratus, nuntium ad* Scipionem *misit, vt colloquendi secum potestatem faceret.* Sequitur paucis versib. interpositis. *Ceterùm* Scipio *cùm colloquium haud abnuisset, ambo ex composito duces castra protulerunt, vt coire ex propinquo possent, &c.* Polyb. lib. 15. μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἀδρύμητα τόπων προῆλθε, καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ Ζάμαν. αὕτη δ' ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε. κἀκεῖθεν ἐξέπεμψε τρεῖς κατασκόπους, βουλόμενος ἐπιγνῶναι ποῦ στρατοπεδεύουσι, καὶ πῶς χειρίζει Πόπλιος τὰ κατὰ τὰς παρεμβολάς. ὁ δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς Πόπλιος ἐπαναχθέντων ὡς αὐτὸν τῶν κατασκόπων, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κολάζειν τοὺς ἑαλωκότας, καθάπερ ἔθος ἐστὶν ἄλλοις, ὡς τοὐναντίον συστήσας αὐτοῖς, χιλίαρχον ἐπέταξε πάντα καθαρείως ὑποδεῖξαι τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. γενομένου δὲ τούτου, προσεπύθετο τῶν ἀνθρώπων, εἰ πάντα φιλοτίμως αὐτοῖς ὑποδέδειχεν ὁ συσταθείς. τῶν δὲ φησάντων, δοὺς ἐφόδια καὶ παραπομπὴν, ἐξαπέστειλε, προστάξας ἐπιμελῶς Ἀννίβᾳ διασαφεῖν περὶ τῶν ἀπηντημένων αὐτοῖς. ὧν παραγενηθέντων, θαυμάσας ὁ Ἀννίβας τὴν μεγαλοψυχίαν καὶ τόλμαν τἀνδρὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς ὁρμὴν ἔπεσε τοῦ βούλεσθαι συνελθεῖν εἰς λόγους τῷ Ποπλίῳ. κρίνας δὲ τοῦτο, διεπέμψατο κήρυκα, φάσκων βούλεσθαι κοινολογηθῆναι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων. ὁ δὲ Πόπλιος ἀκούσας ταῦτα τοῦ κήρυκος, συγκατετίθετο τοῖς παρακαλουμένοις, &c. i. *Post dies autem aliquot* Hannibal *motis ex vrbe* Adrumeto *castris, progressus longius, castra ad* Zamam *locauit: quæ abest* Karthagine *occasum versus quinque dierum iter. Atque inde treis speculatores misit, scire volens vbi hostes castra locata haberent, & quomodo quæ ad instruendum exercitum pertinerent, tractaret* Publius. *At* Publius *Romanorum imperator adductis ad eum speculatoribus, tantùm afuit ab eo, vt eos captos supplicio afficeret, (quod alij facere solent.) vt è contrario dederit negotium vni tribuno militū, vt eis sibi commendatis omnia, quæ essent in castris, liquidò demonstraret. Quo facto quæsiuit ab iis, omniáne eis studiosè ostendisset tribunus, cui essent commendati. qui cùm respondissent, omnia se vidisse: prosecutus eos viatico, & comitibus, qui deducerent, attributis, dimisit incolumeis, hoc tantùm ab eis petito, vt omnia, quæ vidissent,* Hannibali *diligenter declararēt. Qui cùm aduenissent,* Hannibali Scipionis *animi magnitudinem, & fiduciam admirato nescio quomodo venit in mentem colloquium* Scipionis *expetere. quo constituto, nuntium ad eum misit, qui ei nuntiaret,* Hannibalem *de summis rebus cum eo sermones con-*

ferre & communicare velle. Publius autem his auditis à præcone, quæ allata sunt, approbauit, &c. Exstant apud Polybium & Liuium vtriusque orationes: quas longum sit referre. petat ab iis lector, qui, quæ ab vtroque ducum eo cógressu dicta sint, cognoscere volet. Sic Appian. Σοεμακῷ. ὁ δὲ ἀνεζεύγνυε, τρεῖς τοὺς ῥωμαίους κατασκόπους ἐπιπέμψας, οὓς ὁ Σκιπίων ἔλαβέ τε, καὶ οὐκ ἔκτεινεν, ἀλλ' ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰς ὁπλοθήκας, καὶ τὰ μηχανήματα περιαχθῆναι κελεύσας, καὶ στρατιὰν γυμναζομένην ἰδεῖν, ἀπέλυσε φράζειν τῷ Ἀννίβᾳ περὶ ἑκάστων. ὁ δὲ ἠξίωσεν ἐπὶ συνοδῷ ἐς λόγους Σκιπίωνι, καὶ συνελθὼν ἔλεγε καρχηδονίους ἀγανακτῆσαι τῇ προτέρᾳ εἰρήνῃ διὰ τὰ χρήματα. καὶ εἰ τοῦτο ἐκλυθείη, Σικελίας δὲ μόνον ἀξιοῖεν οἱ ῥωμαῖοι, καὶ Ἰβηρίας, καὶ νήσων ὅσων ἄρχουσι, κρατοῦν, ἔσεσθαι τὰς συνθήκας βεβαίους. ὁ δὲ πολύ, ἔφη, κέρδος Ἀννίβᾳ τῆς φυγῆς ἔσται τῆς ἐξ Ἰταλίας, εἰ ταῦτα προσλάβοι παρὰ Σκιπίωνος· καὶ ἀπηγόρευε πέμπειν ἔτι πρὸς αὐτόν, διαπειλησάμενοί τι ἀλλήλοις, ἀνεζεύγνυον ἑκάτερος ἐς τὸ αὐτοῦ στρατόπεδον. i. Ille autem castra mouebat, tribus ad Romanos speculatoribus missis, quos Scipio cepit, neque interfecit, queadmodũ alij imperatores speculatores interficere solẽt: sed in castra, & ad armamentaria, & machinationes circumduci, & exercitũ armis se exercentem eis ostendi iussit: quo facto eos dimisit, vt Hannibali singula renuntiarent. Hannibal autem postulabat à Scipione, vt cum eo congredi & colloqui liceret: atque in congressu dixit, Karthaginienseis pacem superiorem iniquo animo ferre, propter pecunias imperatas: quòd si hoc remittatur, & Romani Siciliam tantùm, & Iberiam, & insulas, quibus præsunt, se tenere postulent: fore pacta conuenta firma: ille autem respondit, Hannibali fugam ex Italia magno emolumento, lucróque futuram, si hæc præterea à Scipione accipiat: & vetuit Hannibalem in reliquum de compositione ad se mittere: & comminati inter se in castra sua discesserunt. Facinus illud P. Scipionis à magnitudine animi profectum, quod Polybius, Liuius, Appianus commemorant, vt paullo antè indicauimus, etiam Polyænus refert libro, nisi fallor, 7. strategematum, his verbis. Σκιπίων κατασκόπους καρχηδονίων τρεῖς συλληφθέντας, νόμου ῥωμαίων κελεύοντος κατασκόπους ἀναιρεῖσθαι, τούτους μὲν οὐκ ἀνεῖλε. προσέταξε δ' αὐτοὺς περιαχθῆναι τὴν στρατιὰν ἅπασαν. οἱ δὲ ἰδόντες ῥωμαίους, τοὺς μὲν βάλλοντας, τοὺς δὲ ἀκοντίζοντας, τοὺς δὲ πηδῶντας, τοὺς δὲ ὅπλα ἐπισκευάζοντας, τοὺς δὲ ξίφη ἀκονῶντας, πάλιν ἤχθησαν ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα. ὁ δὲ δοὺς ἄριστον αὐτοῖς, ἀπαγγείλατε, εἶπεν, ἃ τεθέασθε, πρὸς τὸν πέμψαντα ὑμᾶς. οἱ δὲ ἐπανελθόντες, καὶ τῷ τε Ἀννίβᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις καρχηδονίοις ταῦτα ἀπαγγείλαντες ἐξέπληξαν αὐτοὺς τῇ τε ῥωμαίων παρασκευῇ, καὶ τῇ Σκιπίωνος μεγαλοψυχίᾳ. id est, Scipio Karthaginiensium exploratores treis comprehensos, cùm lex Romanorum exploratores comprehensos interfici iuberet, non interfecit quidem ille: sed iussit eos exercitum omnem circumire. Illi autem cùm Romanos vidissent alios sagittas mittenteis, alios iaculanteis, alios salienteis, alios arma concinnanteis, alios gladios acuenteis: reducti sunt ad Scipionem. Hic autem eis ad prandiũ vocatis, & benè acceptis, nuntiate, inquit, ei, qui vos misit, quæ spectauistis. Illi porrò reuersi, cùm Hannibali, & aliis Karthaginiensibus hæc renuntiassent, eos obstupefecerunt & Romanorum apparatu, & Scipionis animi magnitudine.

101. condiciones non conuen.) Liuius ibid. Ita infecta pace ex colloquio ad suos cùm se recepissent, frustra verba pacata renuntiant: armis decernendum es-

se, habendámque eam fortunam, quam dij dedissent. In castra vt est ventum, pronuntiant ambo, arma expedirent milites, animósque ad supremum certamẽ, non in vnum diem, sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores. Roma, an Karthago, iura gentibus daret, ante crastinam noctem scituros. neque enim Africam, aut Italiã, sed orbem terrarũ victoriæ præmium fore: par periculum præmio quibus aduersæ pugnæ fortuna fuisset. Polyb. ibid. ταῦτα μὲν οὖν διαλεχθέντες αὐτοῖς Ἀννίβας καὶ Πόπλιος, ἐχωρίσθησαν, ἀσύμβατον ποιησάμενοι τὴν κοινολογίαν, *&c. i. Hæc inter se collocuti Hannibal & Scipio, disiuncti sunt, condicionibus, quas in sermone vltrò, citróque tulerant, non acceptis, neque probatis.*

102. *Adrumetum peruẽnit) T. Liuius eod. lib. Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum perfugit, omnia & in prælio, & ante aciẽ, priusquàm excederet pugna, expertus: & confessione etiam Scipionis, omniúmq; peritorum militiæ, illam laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse. Polyb. eod. lib.* Ἀννίβας δὲ μετ' ὀλίγων ἱππέων κατὰ τὸ συνεχὲς ποιούμενος τὴν ἀναχώρησιν, εἰς Ἀδρύμητα διεσώθη, πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσας κατὰ τὸν κίνδυνον, ὅσα τὸν ἀγαθὸν ἔδει στρατηγὸν, καὶ πολλῶν ἤδη πραγμάτων πεῖραν εἰληφότα. *i. Hannibal autem cum paucis equitibus cõtinuato diebus & noctibus itinere, Adrumetum saluus se recepit, cùm omnia, quantum fieri potuisset, in periculo fecisset, quæ bonum imperatorem, multarúmque iam rerum vsu peritum, facere oportebat. Iterum Liuius eodem lib. Hoc edito veluti vltimo virtutis opere, Hannibal cùm Adrumetum refugisset, accitúsque inde Karthaginem sexto & trigesimo pòst anno, quàm puer inde profectus erat, redisset: fassus in curia est, non prælio modò se, sed bello victum: nec spem salutis alibi, quàm in pace impetrata esse. Idem eod. lib. aliquot pòst versib. narrat, decem legatos, principes ciuitatis, auctore Hannibale ad Scipionem missos esse ad pacem petendam. Appianus* Λιβυκῇ, *tradit, Hannibalem post hanc pugnam in vrbem quandam nomine Thonam, aufugisse: in qua cùm reperisset & agnouisset quosdam Hispanos & Brutios, veritum, ne ab Hispanis, vt barbaris, & audacibus: à Brutiis, vt eiusdem nationis Scipioni, spe impetrandæ veniæ eorum, quæ admisissent in Romanos, maleficiorum, ad eum comprehensus & vinctus duceretur, clam inde cum vno equite, cui maximã fidem habebat, sese subtraxisse, & duobus diebus, totidémq; noctibus trecenta & octoginta fere millia passuum equis, aut iumentis mutatis peruolasse, & Adrumetum ad mare situm peruenisse, vbi erat pars aliqua exercitus, rei frumentariæ custodiẽdæ præposita.*

103. *sed etiam ipsos oppr.) vox, ipsos, non est hic inanis, vt alicui videri posit, sed valde efficax. Hoc enim significat Cornelius, Numidas, qui Hannibali insidiabantur, quíque Hannibalem opprimere cogitabant, & conabantur, eos ipsos ab Hannibale esse oppressos.*

104. *nouis delectibus) legendum nouis dilectibus: neque dubium est, quin libri manu scripti, si modò non sunt ipsi quoque mendosi, sic habeant. Contraxerat autẽ iam sex peditum millia, & equites quingentos in vrbe Marthama, vt tradit Appianus* Λιβυκῇ.

105. *bellum cum Rom. compos) ipso Hannibale auctore, vt omnes fere alij narrant, in quibus hic idem Appianus eod. lib.* τέλος δ' ἔγνωσαν Ἀννίβαν ἔχοντα μὲν

ἤδη πεζοὺς ἑξακισχιλίους, ἱππέας δὲ πεντακοσίους, σταθμεύοντα δ᾽ ἐν πόλει Μαρθαμᾷ σύμβουλον ἐπὶ τοῖς παροῦσι καλεῖν. ὁ δ᾽ ἧκε, καὶ τῶν μετρίων δεδιότων μὴ πολεμικὸς ἀνὴρ ἐπιτρίψῃ τὸ πλῆθος, πάνυ σπουδαίως ἐκέλευσε τὴν εἰρήνην δέχεσθαι. Tandem autem decreuerunt Hannibalem, qui habebat iam sex peditum millia, quingentos equites, & in vrbe Marthama statiua habebat, in consilium his de rebus adhibere. Ille autem venit: & cùm moderati viri vererentur, ne homo ferox, & ad bellum natus multitudinem sumtibus belli attereret, valde grauiter censuit pacem esse accipiendam, atque approbandam.

106. nihilo secius) nihilo minus. sic sæpe loquitur Cornelius. & item boni scriptores.

107. résque in Africa gessit) quas narrat Appianus Λιβυκῷ.

108. His enim magistr.) id est, his enim consulibus: qui fuit annus quingentesimus, quadragesimus ab vrbe cóndita: vt testatur Liuius lib. 31. annal. his verbis. Anno quingētesimo, quadragesimo ab vrbe cóndita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Coss. bellū cum rege Philippo initum est paucis mensibus post pacem Karthaginiensib. datam. De hac pace autem, eiúsque condicionibus, legendus idem Liuius lib. XXX. sub extr.

109. cum his) cum Karthaginiensibus. al. cum eis. sed cur non dixit, secum? aut cur non suprà non longè, legati Karthaginiensium?

110. vt obsides eorum Fregellis ess.) T. Liuius libro 32. Annal. aliter. Petentibus iisdem, qui non reddebantur obsides vt ab Norba, vbi parum commodè essent, aliò traducerentur, concessum, vt Signium, & Ferentinum transirent.

111. prætor factus est) T. Liuius lib. 33. Annal. Horum in tam impotenti regno (neque enim ciuiliter nimiis opib. vtebantur) prætor factus Hannibal, vocare ad se quæstorem, &c.

112. Namque effecit) T. Liuius eod lib. Adiecit aliud, quod bono publico sibi proprias simultates irritauit. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur: partim prædæ ac diuisui principum quibusdam & magistratibus erant. quin & pecunia, quæ in stipendium Romanis suo quoque anno penderetur, deerat: tributúmque graue priuatis imminere videbatur. Hannibal postquàm vectigalia quanta terrestria, maritimáque essent, & in quas res erogarentur, animaduertit: & quid eorum ordinarij reip. vsus consumerent, quantum peculatus auerteret: omnibus residuis pecuniis exactis, tributo priuatis remisso, satis locupletem remp. fore ad vectigal præstandum Romanis, pronuntiauit in contione: & præstitit promissum.

113. superesset) redundaret, restaret, περιεῖν.

114. M. Claudio, L. Furio) M. Claudio Marcello, L. Furio Purpureone.

115. sui exposcendi) sic loquitur suprà in Themist. Nam cùm ab Atheniensibus, & Lacedæmoniis exposceretur publicè, supplicem non prodidit.

116. nauem conscendit) T. Liuius lib. 33. Annal. Hannibalem vnum se peti ab Romanis non fallebat: & ita pacem Karthaginiensib. datam esse, vt inexpiabile bellum aduersus se vnum maneret. Itaque cedere tempori & fortunæ statuit: & præparatis iam omnibus, ante fugam obuersatus eo die in foro auertendæ suspicionis

cionis causa, primis tenebris vestitu forensi ad portã cum duobus comitibus ignaris consilij est egressus. Cùm equi quo in loco fuerant dispositi, præstò fuissent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani transgressus, postero die manè inter Adrumetum, & Thapsum ad suam turrim peruenit. ibi eum parata, instructáq; remigio excepit nauis. Ita Hannibal Africa excessit, sæpius patriæ, quàm suorum euentus miseratus. Eo die in Cercinam insulam traiecit. vbi cùm in portu naueis aliquot Pœni onerarias cum mercibus inuenissent, & ad egressum eum è naue concursus salutantium esset factus: percontantibus, legatum se Tyrum dici iussit. veritus tamen nequa earum nauis nocte profecta, Thapsum, aut Adrumetum nuntiaret, se Cercinæ visum: sacrificio apparari iusso, magistros nauium, mercatorésque inuitari iussit: & vela in antemnis ex nauibus corrogari, vt vmbra (etenim media æstas erat) cenantibus in litore fieret. quantum res & tempus patiebãtur, apparatæ, celebratæque eius diei epulæ sunt: multóque vino in serum noctis conuiuium productum. Hannibal cùm primũ fallendi eos, qui in portu erant, tempus habuit, nauem soluit, &c. Sequitur aliquot pòst versib. Hannibal prospero cursu Tyrum peruenit: exceptúsque à conditorib. Karthaginis, vt alia patria, vir tam clarus omni genere honorum, paucos moratus dies Antiochiam nauigat. ibi profectum iam regem cùm audisset: filiúmque eius sollemne ludorum ad Daphnem celebrantem conuenisset: comiter ab eo exceptus, nullam moram nauigãdi fecit. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertúmque de Romano bello: sed haud paruum momentum animo eius ad moliendum aduentus Hannibalis fecit. Cõmemorát hanc Hannibalis fugam & M. Tullius lib. 2. de orat. ad Q. Fratr. his verbis. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi peruulgata præcepta decantet, cùm ipse numquam forum, numquam vllum iudicium aspexerit: ut Peripateticus ille dicitur Phormio, cùm Hannibal Karthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exsul, próque eo, quòd eius nomen erat magna apud omneis gloria, inuitatus esset ab hospitib. suis, vt eũ, quem dixi, si vellet, audiret: cúmque se non nolle dixisset, &c.

117. ad Antiochum, hac de re suprà. Erat autem Antiochus rex Syriæ.

118. à fundamentis) ἐκ βάθρων. funditus sic suprà in Timoleonte.

119. L. Corn. Q. Min.) L. Cornelio Merula, Q. Minucio Thermo consulib.

120. Africam accessit) Atqui non modò ipse eò non accessit, sed ne litteras quidem mittere ausus est, ne quo casu interceptæ, eius consilia patefacerent. Sic enim Liuius lib. 34. Annal. Hannibal patria profugus peruenerat ad Antiochum, sicut antè dictum est, & erat apud regem magno in honore, nulla alia arte, nisi quòd voluntanti diu consilia de Romano bello, nemo aptior super tali re particeps sermonis esse poterat. Sententia eius vna atque eadem semper erat, vt in Italia bellum gereretur: Italiam & commeatus, & militem præbituram externo hosti si nihil ibi moueatur, liceátque populo Romano viribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere: neque regem, neque gentem vllam, parem Romanis esse. sibi centum tectas naueis, XVI. millia peditum, mille equites deposcebat. ea se classe primùm Africam petiturum: magnoperè confidere & Karthaginienses ad rebellandum ab se compelli posse. sin illi cunctentur, se aliqua parte Italiæ bellum

excitaturum Romanis. Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere, & in aliqua parte Graeciae copias continere, neq; traiicientē, & quod in speciem, famámque belli satis sit, paratum traiicere. In hanc sententiam cùm adduxisset regem, praeparandos sibi ad id popularium animos ratus, litteras, ne quo casu interceptae palàm facerent conata, scribere non est ausus. Aristonem quendam Tyrium nactus Ephesi, expertúsque sollertiam leuioribus ministeriis, partim donis, partim spe praemiorum oneratum, quibus etiam ipse rex annuerat, Karthaginem cum mandatis mittit. edit nomina eorum, quibus conuentis opus esset. instruit etiam arcanis notis, per quas haud dubiè agnoscerent, sua mandata esse. Hunc Aristonē Karthagine obuersantē non prius amici, quàm inimici Hannibalis, qua de causa venisset, cognouerūt. & primò in circulis, cōuiuiisq; celebrata sermonibus res est: deinde in senatu quidā dicere nihil actū esse exsulio Hannibalis, si absens quoq; nouas moliri res, sollicitandóq; animos hominum turbare statum ciuitatis posset, &c. Conclamauere omnes, vocari Aristonem debere, & quaeri quid venisset, &c. Vocatus Ariston purgare sese, & firmissimo propugnaculo vti, quòd nihil litterarum ad quemquam attulisset, &c. Ariston Punico ingenio inter Poenos vsus, tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratus prima vespera suspendit. ipse de tertia vigilia nauem conscendit, & profugit. postero die cùm Suffetes ad ius dicendum consedissent, conspectae tabellae, demtaeque & lectae. scriptum in eis erat, Aristonem priuatim ad neminem, publicè ad seniores (ita senatum vocabant) mandata habuisse, &c. Appianus Συριακῷ. ὁ δὲ Ἀντίοχος ἐς πρόφασιν τὴν ἐπιοῦσαν τὴν Ἑλλάδα βαλεῖν, κἀκεῖθεν ἄρξασθαι τοῦ πρὸς ῥωμαίους πολέμου, ὑπηγόρευε τὴν γνώμην τοῦ Καρχηδονίου Ἀννίβα. ὁ δὲ ἔφη τὴν Ἑλλάδα ἐκ πολλοῦ πεπορθημένην, ἔργον εὐχείρωτον ἐστί. τοὺς δὲ πολέμους ἅπασι χαλεποὺς μὲν οἴκοι, διὰ λιμὸν τὸν ἐπιγιγνόμενον. ἔξω δὲ κουφοτέρους. καὶ τὰ ῥωμαίων οὔποτε Ἀντίοχον ἐν τῇ Ἑλλάδι καθαιρήσειν, ἀγορᾶς τε οἰκείας, καὶ παρασκευῆς ἱκανῆς εὐπορούντων. ἐκέλευσεν οὖν τὰ προλαβεῖν τῆς Ἰταλίας, καὶ πολεμοῦντι ἐκεῖθεν ὁρμώμενον, ἵνα ῥωμαίοις αἱ δυνάστειαι καὶ τὰ οἴκοι, καὶ τὰ ἔξω. ἔχω δ' ἐμπείρως, ἔφη, τῆς Ἰταλίας, καὶ μυρίοις ἀνδράσι δυνάμαι καταλαβεῖν τὰ ἐπίκαιρα, ἐς τε Καρχηδόνα τοῖς φίλοις ἐπιστέλλειν τὸν δῆμον ἐς ἀπόστασιν ἐγείρειν, δυσχεραίνοντα πως ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς ῥωμαίους ἀπίστως ἔχοντα, πλήρης τε καὶ ἐλπίδος ἐμπλησομένους, εἰ πύθοιτό με πορθοῦντα τὴν Ἰταλίαν αὖθις. ὁ δὲ ἄσμενος ἀκούσας τοῦ λόγου, καὶ μέγα, ὥσπερ ἦν, ἐς τὸν πόλεμον ἡγούμενος, Καρχηδόνα προσλαβεῖν, αὐτίκα αὐτὸν ἐπιστέλλειν τοῖς φίλοις ἐκέλευσεν. ὁ δὲ οὐκ ἐπέστελλε μέν (οὐ γὰρ ἀσφαλὲς ἡγεῖτό πω, ῥωμαίων τι πάντα αἰσθανομένων, καὶ τοῦ πολέμου μήπω φανερῶς γιγνομένης, καὶ πολλῶν οἱ διαφερομένων ἐν Καρχηδόνι, καὶ τῆς πολιτείας οὐδὲν βέβαιον, οὐδὲ εὐσταθὲς ἐχούσης, ἃ καὶ μετ' ὀλίγον αὐτὴν ἔτρεψε τὴν Καρχηδόνα.) Ἀρίστωνα δὲ ἔμπορον Τύριον ἐπὶ προφάσει τῆς ἐμπορίας ἔπεμψε πρὸς τοὺς φίλους, ἀξιῶν, ὅταν αὐτὸς ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐμβάλῃ, τότε ἐκείνους τὴν Καρχηδόνα ἐς ἄμυναν ὧν ἐπεπόνθεσαν, ἐγείρειν. καὶ ὁ μὲν Ἀρίστων οὕτως ἔπραξεν. οἱ δὲ τοῦ Ἀννίβου ἐχθροὶ αἰσθόμενοι τῆς Ἀρίστωνος ἐπιδημίας, ἐθορύβουν, ὡς ἐπὶ νεωτέροις ἔργοις, καὶ τὸν Ἀρίστωνα ἐζήτουν προδιδόντα. ὁ δέ, ἵνα τὴν διαβολὴν μὴ ἐξαίρετον ἔχοιεν οἱ Ἀννίβου φίλοι, προὔθηκε νυκτὸς λαθὼν γράμμα πρὸ τοῦ βουλευτηρίου, ὅτι πάντας ὁ Ἀννίβας τοὺς βουλευτὰς παρακαλοίη τῇ πατρίδι συναίρεσθαι μετ' Ἀντιόχου. καὶ τοῦτο πράξας, ἀνέπλευσεν. ἅμα δ' ἡμέρᾳ οἱ μὲν δέος ἐξῄρητο τῶν Ἀννίβου φίλων ἐκ τῆς Ἀρίστωνος ἐπινοίας, ὡς πρὸς ἅπασαν τὴν γερουσίαν ἀπεσταλμένου. ἡ δὲ πόλις

ἐνεπλήρωτο θορύβου ποικίλου, δυσμενῶς μὲν ἔχουσα ῥωμαίοις, λαθεῖν δὲ οὐ προσδοκῶσα. i. *Antiochus autem cogitans in Græciam primùm inuadere, & inde belli aduersus Romanos initium facere, sententiam Hannibalem Karthaginiensem rogabat. Ille autem dixit, Græciam iam pridem bellis vexatam & confectam, negotium esse captu facile: bella autem omnibus esse domi ad gerendum difficilia, propter famem, quæ suboriri, ac subsequi solet: foris leuiora, ac faciliora: & Romanorum potentiam Antiochum numquam in Græcia euersurum, si commeatum domi haberent, & apparatu idoneo instructi essent. Suadebat igitur, vt locum aliquē Italiæ præoccuparet, & illinc eruptione facta bellaret, vt Romanis & domestica & externa essent infirmiora. Nota autem mihi (inquit) Italia est, & decem hominū millibus possum magnas eorum opportunitates corrumpere, & comminuere: licet etiam mihi ad amicos Karthaginem litteras mittere, vt populum ad defectionem concitent, pacis pactiones, vt iniquas, in præsentia ægrè ferentem, & erga Romanos parum fidelem, & si me audiat Italiam rursus populari, & vastare, audaciæ ac spei plenum futurum. Ille eius oratione libenter audita, & magni momenti esse ratus, id quod erat, Karthaginem sibi adiungere: continuò iussit eum ad amicos suos scribere. Hannibal autem non scripsit ille quidem. non enim tutum arbitrabatur, Romanis omnia perscrutantib. & bello nondum palàm facto, & multis à se Karthagine dissidentibus, & reip. administratione nihil firmitatis, nihilque stabilitatis habente: quæ res breui pòst tempore Karthaginem euerterunt: Aristonem verò, mercatorem Tyrium, per speciem mercaturæ faciendæ ad amicos misit, postulans, vt, cùm ipse in Italiam inuaserit, tum illi Karthaginem ad repetendas eorum, quæ pertulit, pœnas, excitent. Atque Aristo quidem, quæ ei mandata fuerant, confecit. Hannibalis autem inimici, vbi senserunt, Aristonem in vrbe esse, tumultuabantur tanquam ad res nouas: & Aristonem, circumeuntes quærebant. Hic autem, ne amicis Hannibalis præcipua calumnia & inuidia conflaretur, noctu clam libellum pro vestibulo curiæ proposuit, hac sentētia, Hannibalem senatores omneis cohortari ad opem patriæ ferendam cum Antiocho. Quo facto nauem conscendit. Manè autem amici quidem Hannibalis omni metu erant soluti, astutia Aristonis, tamquam ad cunctum senatum missi: ciuitas autem vario strepitu personabat, ac redundabat, mentem quidem in Romanos inimicam gerens, sed non sperans rem occultari posse.*

121. *Magonem fratr.) Atqui, nonne frater Hannibalis Mago in prælio aduersus P. Quintilium Varum prætorem, & M. Cornelium proconsulem in agro Insubrium Gallorum vulnus accepit, ex quo interiit? sic enim Liuius lib. 30. Mago non imperio modò Senatus, periculóque patriæ motus, sed metuens etiam, ne victor hostis moranti instaret: Liguresque ipsi relinqui Italiam à Pœnis cernentes, ad eos, quorum mox in potestate futuri essent, deficerent: simul sperans leuiorem in nauigatione, quàm in via, iactationem vulneris fore, & curationi omnia commodiora: impositis copiis in naueis profectus, vixdum superata Sardinia, ex vulnere moritur.*

122. *eadem, qua fratr.) bona eius publicarunt, domum à fundamentis disiecerunt, eum exsulem iudicarunt.*

123. *cùm soluissent naueis)* Latini dicunt, soluere naueis è portu, & soluere è portu, & soluere simpliciter, pro eodem: id est, pro, discedere è portu.

124. *Antiochus autem si tam &c.)* Sententia enim eius vna, atque eadem semper erat, vt in Italia bellum gereretur, vt suprà ex Liuio retulimus indice numero 120. Quin cùm iam Romani in Græciam transissent, & Antiochus post cladē ad Thermopylas acceptā, Ephesi securus admodum de bello Romano esset, tamquam non transituris in Asiam Romanis: quam securitatem ei magna pars amicorum aut per errorem, aut assentando faciebant: Hannibal vnus, cuius eo tempore (inquit Liuius) maxima apud regem auctoritas erat, magis mirari se aiebat, quòd non iam in Asia essent Romani, quàm venturos dubitare. Propius enim esse in Asiam ex Græcia, quàm ex Italia in Græciam traiicere: & multo maiorem causam Antiochum, quàm Ætólos esse. Neque enim mari minus, quàm terra arma Romana pollere. iampridem classem circa Maleam esse. audire sese, nuper nouas naueis, nouúmque imperatorem rei gerendæ causa ex Italia venisse. Itaque desineret Antiochus pacem sibi ipse spe vana facere: in Asia & de ipsa Asia breui terra, maríque dimicandum ei cum Romanis esse, & aut imperium adimendum orbem terrarum affectantibus, aut ipsi regnum amittendum. Vnus vera & prouidere, & fideliter prædicere visus, &c.

125. *in agendo bello,)* id est, in administrando, seu gerendo. Sed videtur insolēs sermo, agere bellum: vt fortasse legendum sit, gerendo.

126. *quàm Thermopylas)* Nam Manius Acilius (non rectè Aquillium appellant Plutarchi interpretes) Glabrio, consul Antiochum ad Thermopylas vicit, & vnà Ætólos, qui à Romanis defecerant, seséque ad Antiochum applicarant. cuius rei tamen tam bene gestæ laus M. Catoni potissimùm debetur, vt tradit Plutarchus in eius vita. quem locum iam indicabimus, atque adeò referemus. Sic igitur Plutarchus in Catone. ἐπεὶ δ' Ἀντίοχος φράξας τὰ περὶ Θερμοπύλας στενὰ τῷ στρατοπέδῳ, καὶ τοῖς αὐτοφυέσι τῶν τόπων ἐρύμασι προσβαλὼν χαρακώματα, καὶ διατειχίσματα, καθῆστο τὸν πόλεμον ἐκκεκλεικύαι, (al. ἐκκεκλεικέναι) νομίζων, τὸ μὲν κατὰ στόμα βιάζεσθαι, παντάπασιν ἀπεγίνωσκον οἱ ῥωμαῖοι· τὴν δὲ περσικὴν ἐκείνην περιήλυσιν καὶ κύκλωσιν ὁ Κάτων εἰς νοῦν βαλόμενος, ἐξώδευσε νύκτωρ, ἀναλαβὼν μέρος τι τῆς στρατιᾶς. ἐπεὶ δ' ἄνω προελθόντων ὁ καθοδηγῶν αἰχμάλωτος ἐξέπεσε τῆς ὁδοῦ, καὶ πλανώμενοι ἐν τόποις ἀπόροις καὶ κρημνώδεσι δεινὴν ἀθυμίαν καὶ φόβον ἀπειργάσατο τοῖς στρατιώταις, ὁρῶν ὁ Κάτων τὸν κίνδυνον, ἐκέλευσε τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀτρεμεῖν, καὶ περιμένειν, αὐτὸς δὲ Λεύκιον τινὰ Μάλλιον, ἄνδρα δεινὸν ὀρειβατεῖν παραλαβὼν ἐχώρει πολυπόνως καὶ παραβόλως, ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ βαθείᾳ κοτίνους καὶ πάγους ἀνατεταμένους διὰ σκιάσματα τῆς ὄψεως καὶ ἀσάφειαν ἐχούσης, ἕως ἐμβαλόντες εἰς ἀτραπὸν, ὡς ᾤοντο, κάτω περαίνουσαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων, ἔθεντο σημεῖα πρός τινας εὐσκόπους κεραίας, ὑπὲρ τὸ Καλλίδρομον ἀνισχούσας· οὕτω δὲ πάλιν ἐπανελθόντες ὀπίσω, τὴν στρατιὰν ἀνέλαβον, καὶ πρὸς τὰ σημεῖα προσαγαγόντες, ἥψαντο μὲν ἐκείνης τῆς ἀτραποῦ, καὶ κατεστήσαντο τὴν πορείαν, μικρὸν δὲ προελθοῦσιν αὐτοῖς ἐπέλιπε, φάραγγος ὑπολαμβανούσης, καὶ πάλιν ἦν ἀπορία καὶ δέος, οὐκ ἐπισταμένων, οὐδὲ συνορώντων, ὅτι πλησίον ἐτύγχανον τῶν πολεμίων γεγονότες. ἤδη δὲ διέλαμπεν ἡμέρα, καὶ φθογγῆς τινος ἔδοξαν ὑπακοῦσαι· τάχα δὲ καὶ καθορᾶν ἑλληνικὸν χάρακα καὶ προφυλακὴν, ὑπὸ τὸ κρημνῶδες. οὕτως οὖν ἐπιστήσας ἐνταῦθα τὴν στρατιὰν ὁ Κάτων, ἐκέλευσεν αὐτῷ προσελθεῖν ἄ-

ρου τῶν ἄλλων τοὺς Φιρμανοὺς, οἷς ἀεὶ πιστοῖς ἐχρῆτο καὶ προθύμοις. συνδραμόντων δὲ καὶ περιεστώτων αὐτὸν ἀθρόων, εἶπεν, ἄνδρα χρῄζω λαβεῖν τῶν πολεμίων ζῶντα, καὶ πυθέσθαι τίνες οἱ προφυλάττοντες οὗτοι, πόσον πλῆθος αὐτῶν, τίς ὁ τῶν ὅπλων διάκοσμος, ἡ τάξις, ἡ παρασκευὴ, μεθ᾽ ἧς ὑπομένουσιν ἡμᾶς. τὸ δ᾽ ἔργον ἁρπάσματα τάχους δεῖται καὶ τόλμης, ᾗ καὶ λέοντες ἄνοπλοι θαρροῦντες, ἐπὶ τὰ δειλὰ τῶν θηρίων βαδίζουσι. ταῦτα δ᾽ εἰπόντος τοῦ Κάτωνος, αὐτόθεν ὁρμήσαντες, ὥσπερ εἶχον, οἱ Φιρμανοὶ, κατὰ τῶν ὀρῶν ἔθεον ἐπὶ τὰς προφυλακὰς, καὶ προσπεσόντες ἀπροσδόκητοι, πάντας μὲν διετάραξαν καὶ διεσκέδασαν, ἕνα δ᾽ αὐτοῖς ὅπλοις ἁρπάσαντες, ἐνεχείρισαν τῷ Κάτωνι. παρὰ τούτου μαθὼν, ὡς ἡ μὲν ἄλλη δύναμις ἐν τοῖς στενοῖς κάθηται μετὰ τοῦ βασιλέως· οἱ δὲ φρουροῦντες αὐτοῦ τὰς ὑπερβολὰς, Αἰτωλῶν εἰσὶν ἑξακόσιοι λογάδες· καταφρονήσας τῆς ὀλιγότητος ἅμα, καὶ τῆς ὀλιγωρίας, εὐθὺς ἐπῆγεν ἅμα σάλπιγξι καὶ ἀλαλαγμῷ, πρῶτος σπασάμενος τὴν μάχαιραν. οἱ δ᾽ ὡς εἶδον ἀπὸ τῶν κρημνῶν ἐπιφερομένους, φεύγοντες εἰς τὸ μέγα στρατόπεδον, ταραχῆς ἐνεπίμπλασαν ἅπαντα. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τοῦ Μανίου κάτωθεν πρὸς τὰ διατειχίσματα βιαζομένου, καὶ τοῖς στενοῖς προσβάλλοντος ἀθρόαν τὴν δύναμιν, ὁ μὲν Ἀντίοχος εἰς τὸ στόμα λίθῳ πληγεὶς, ἐκτιναχθέντων αὐτοῦ τῶν ὀδόντων, ἀπέστρεψε τὸν ἵππον ὀπίσω, περιαλγὴς γενόμενος. τοῦ δὲ στρατοῦ μέρος οὐδὲν ὑπέμεινε τοὺς Ῥωμαίους, ἀλλὰ καίπερ ἀπόρους καὶ ἀμηχάνους τῆς φυγῆς ὁδοὺς καὶ πλάνας ἐχούσης, ἑλῶν βαθέων καὶ πετρῶν ἀποτόμων τὰ πτώματα καὶ τὰς ὀλισθήσεις ὑποδεχομένων, εἰς ταῦτα διὰ τῶν στενῶν ὑπερχεόμενοι καὶ συνωθοῦντες ἀλλήλους, φόβῳ πληγῆς καὶ σιδήρου πολεμίων, αὑτοὺς διέφθειρον. ὁ δὲ Κάτων ἀεὶ μέν τις ἦν, ὡς ἔοικε, τῶν ἰδίων ἐγκωμίων ἀφειδὴς, καὶ τὴν ἄντικρυς μεγαλαυχίαν ὡς ἐπακολούθημα τῆς μεγαλουργίας, οὐκ ἔφευγε, πλεῖστον δὲ ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκον περιτέθεικε. καὶ φησὶ τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὸν τότε διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους, παραστῆναι μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον, ὅσον Κάτωνι τὸν δῆμον, αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον, θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα, πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι καὶ βοᾶν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ᾽ ἂν αὐτὸς, οὔτε ὁ σύμπας δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος εὐεργεσίαις, id est, Posteaquàm autem Antiochus Thermopylarum angustiis obstructis exercitu, castrorumque suorum oppositu, & natiuis locorum munimentis aggere, vallo, muro circumdatis, consedit, bellum se declinasse atque exclusisse existimans: Romani planè desperabant se posse per fauceis illas irrumpere. Cato verò, cùm ei venisset in mentem circuitionis illius Persicæ, cum haud ita magna parte exercitus noctu è castris eò profectus est. Vbi verò iis aliquantum progressis captiuus is, qui præibat, & dux erat viæ, à via aberrauit, & errans in locis impeditis, & inextricabilibus, & præruptis horribilem desperationem & terrorem militibus iniecit: Cato periculi magnitudinem cernens oculis, iussit alios omneis consistere, & exspectare: ipse Lucio quodam Manlio, viro ad monteis quantumuis arduos ascensu superandos mirè callido ac sollerte assumto, ibat laboriosè & periculosè, nocte obscura, & profunda, & propter oleastros crebros, & rupeis longè latéque porrectas, aspectu interrupto ac distracto, ita vt, quà iter facerent, aut quorsum irent, incerti essent, donec in semitam quandam ingressi, quæ vt putabant, infrà ad castra hostium pertinebat, & desinebat, signa quædam, & notas nonnullis montis cacuminibus suprà Callidromū exstantibus apposuerunt. Quo facto reuersi, copias suas receperunt, eisque ad signa illa perductis, semitam quidem illam attigerunt, & de integro iter fecerunt: sed aliquanto longius progressos semita destituit ac defecit, valle & hiatu excipiente. Ibi eos iterum con-

filij inopia & horror: metúsque occupauit, cùm neque scirent, neque viderent, se non longè ab hostibus abesse. Albescente iam cælo visi sunt sibi sonitum quẽdam & susurrum subaudire: mox autem etiam Græcorum vallum, & vigilias antè locatas prospicere sub loco illo præcipiti ac prærupto. Sic igitur copiis suis iterum hic repressis & consistere iussis, imperauit Cato, vt sine aliis Firmani, quorum fidem & alacritatem animi, & studium erga se expertus erat, quibúsque semper vtebatur, ad se venirent. cùm illi properè concurrissent, eúmque conferti circumstetissent: dixit sibi opus esse hostem aliquem viuum capi, ex quo scitari possit, qui sint hi vigiles, seu custodes, quantus eorum sit numerus, quæ eorum dispositio, aut ordinatio, quíve apparatus, quo nos adortos (inquit) sustinere queant. Hic autem conatus, esto raptus quidã, celeritatis & audaciæ plenus, quali freti leones inermes ad ignauas pecudes ruere solent. Hæc locuto Catone, è vestigio Firmani, ita vt ornati & instructi erant, exsilierunt, atque è montibus decurrerunt ad custodias & excubias ante vallum collocatas, & præter exspectationem adorti custodes omneis disturbarunt, ac dissiparunt: Vnum autem cum armis correptum Catoni tradiderunt. Cato vbi ex hoc cognouit, alium quidem Antiochi exercitum in angustiis cum rege considere: eos autem, qui loca illa superiora custodirent, Ætolos esse, viros delectos, sexcentos: eorum paucitate simul & negligentia cõtempta, statim in eos princeps nudato gladio impetum fecit, vnà cum tubarum clangore, & vniuerso militum clamore. Illi autem vt viderunt Romanos ex locis decliuibus & præcipitibus in se irruenteis: in magna castra fugientes, omnia trepidatione & tumultu compleuerunt. Interea Manio Acillio infernè in murum & aggerem impressionem faciente, & ad angustias densam & confertam militum multitudinem promouente, atque immittente, Antiochus in os lapide percussus, dentibus eius collabefactis, atque adeò excussis, equum in auersam partem flexit, acri dolore affectus. Nulla autem pars hostilis exercitus, Romanorum vim sustinuit, sed quamuis ad fugam capessendam viæ essent impeditæ, & inexplicabiles, & difficiles, & errationis plenæ, vt pote paludibus profundis, & saxis præruptis casus, & prolapsiones, & titubationes excipientibus: fugæ tamen salutem mandarunt. ex quo factum est, vt, dum fugiunt, & plagam, ferrúmque Romanorum pertimescunt, per angustias in paludes illas, & rupeis abruptas, præcipites effusi, & alter ab altero compulsi, & contrusi se ipsi interimerent. Cato autem cum semper antea laudum suarum largus buccinator fuit, neque vmquam fugit apertam iactationem verborum, & prædicationem suarum virtutum gloriosam, quasi magnarum rerum gestarum comitem, & pedisequam: tum has res maximè verbis magnificis grandeis atque amplas fecit: & ait ipse in Originibus suis, iis, qui tum eum hosteis insequentem, & ferientem viderunt, subitò venisse in mentem, non tantum Catonem populo debere, quantum populus Catoni: & Manium ipsum, consulem, ex victoria calidum ac recentem, implicatis ei etiam tunc calido lacertis, diu amplexum adhæsisse, & præ lætitia exclamasse, neque se, neque populum Rom. vniuersum parem Catonis erga patriam meritis gratiam relaturum. Sed Titus Liuius lib. XXXVI. Annal. apertè ostendit, Antiochum præuidisse, fieri posse, vt, quemadmodum quondam Lacedæmonij à Persis cir-

cumuenti fuerant, sic ipsi à Romanis, callibus per inuias rupeis inuentis, à tergo circumueniretur, nisi montium vertices occupandos curaret: neque id Plutarchus negat. (fatetur enim Ætólos fuisse in cacuminibus ad eam rem prohibēdam collocatos) quod posteaquàm vidit M' Acilius, tum illum M. Catoni, & L. Valerio Flacco, consularibus legatis, mādasse vt cum binis millibus delectorum peditum castella Ætolorum adorirentur: Flaccum in Rhoduntiam, & Tichiunta: Catonem in Callidromum (hæc nomina cacuminibus erant) misisse. Etiam M. Tullius in Catone Maiore: vbi Catonem ipsum loquentem facit, hoc forte Catonis & praeclarum facinus commemorat, his verbis: Sed tamen hoc queo dicere, non me quidem esse iis viribus, quibus aut miles Punico bello, aut quæstor in eodem bello, aut consul in Hispania fuerim, aut quadriennio pòst, cùm tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas, & M' Acilio Glabrione consule, &c. Libet autem Liuij verba de huius pugnæ initio, & euentu adscribere. Sic igitur ille eod. libro. Luce prima signo pugnæ proposito, instruit aciem consul arcta frōte, ad naturam & angustias loci. Rex posteaquàm signa hostium conspexit, & ipse copias eduxit. Leuis armaturæ partem ante vallum in primo locauit: tum Macedonum robur, quos sarissophoros appellabant, velut firmamentum, circa ipsas munitiones constituit. his ab sinistro cornu iaculatorum, sagittariorúmque & funditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit, vt ex altiore loco nuda látera hostium incesserent. ab dextro Macedonibus ad ipsum munimentorum finem, quà loca vsque ad mare inuia palustri limo & voraginibus claudunt, elefantos cum assueto præsidio posuit: post eos, equites: tum modico interuallo relicto, ceteras copias in secunda acie. Macedones pro vallo locati primò facilè sustinebant Romanos, tentantes ab omni parte aditus: multùm adiuuantibus, qui ex loco superiore fundis velut nimbum, glandes ac sagittas simul ac iacula ingerebant. Deinde, vt maior, nec iam toleranda vis hostium inferebat se, pulsi loco intra munimenta subductis ordinibus concesserant. inde ex vallo propè alterum vallum hastis præ se obiectis fecerunt. & ita modica altitudo valli erat, vt & locum superiorem ad pugnandum suis præberet, & propter longitudinem hastarum subiectum haberet hostem. Multi temere subeuntes vallum transfixi sunt: & aut incepto irrito recessissent, aut plures cecidissent, ni M. Porcius ab iugo Callidromi, deiectis inde Ætolis & magna ex parte cæsis (incautos enim & plerosque sopitos oppresserat) super imminentem castris collem apparuisset. Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta, & Rhoduntiam, nequicquam subire ad ea castella conato, fuerat. Macedones, quíque alij in castris regiis erant, primò, dum procul nihil aliud, quàm turba & agmen apparebat, Ætolos credere visa procul pugna subsidio venire. Ceterùm vt primùm signáque & arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pauor omneis cepit, vt abiectis armis fugerent. & munimenta sequenteis impedierunt, & angustiæ vallis, per quam sequendi erant: & maximè omnium quòd elefanti nouissimi agminis erant: quod pedes ægrè præterire, eques nullo poterat modo, timentibus equis, tumultúmque inter se maiorem, quàm in prœlio, edentibus. aliquantum temporis & direptio castrorum tenuit. Scarphiam tamen eo die persecuti sunt hostem. Multis in ipso itinere cæsis,

captisque, non equis, virisque tantum, sed etiam elefantis, quos capere non potuerant, interfectis, in castra reuerterunt: quæ tentata eo die inter ipsum pugnæ tempus ab Ætolis Heracléam obtinentibus præsidio, sine vllo haud parum audacis incepti effectu, fuerāt. Refert hoc & Frontinus lib. 2. strategem. cap. 4. his verbis: quæ eo libentius adscribam, quòd vulgò mendosè leguntur. Sic igitur ille. Acilius Glabrio consul aduersus Antiochi regis aciē, quam is in Achaiam per angustias Thermopylarum direxerat, iniquitatibus loci non territus tantum, sed cum iactura quoque repulsus esset, nisi circummissus ab eo Porcius Cato, qui tum tribunus militū à populo factus, in exercitu erat, deiectis de iugis Callidromi montis Ætolis, quorum præsidio tenebantur supereminentes castris regiis colles, à tergo, subitò apparuisset. quo facto perturbatis Antiochi copiis, vtrinque irrupere Romani, & fusis, fugatisque castra ceperunt. Thermopylarum autem saltus & iugum, (vt ait Liuius eodem libro suprà) sicut Apennini dorso Italia diuiditur, ita mediam Græciam dirimit. Ante saltum Thermopylarum septentrionem versus Epirus & Perrhæbia, & Magnesia & Thessalia est, & Phthiotæ Achæi, & sinus Maliacus. Intra fauces ad meridiem vergunt Ætoliæ pars maior, & Acarnania, & cum Locride Phocis, & Bœotia, adiunctáque insula Eubœa, & excurrente in altum velut promuntorio Attica terra sita ab tergo, & Peloponnesus. Hoc iugum ab Leucade & mari ad occidentem versò per Ætoliam ad alterum mare Orienti obiectum tendens, ea aspreta, rupeisque interiectas habet, vt nō modò exercitus, sed ne expediti quidem facilè vllos ad transitum calles inueniant. extremos ad Orientem monteis Oetam vocant: quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius, quàm sexaginta passus. Hæc vna militaris via est, quà traduci exercitus, si non prohibeātur, possunt, ideo Pylæ ab aliis: &, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus appellatur: nobilis Lacedæmoniorum aduersus Persas morte magis memorabili, quàm pugna.

127. quas ex Syria) T. Liuius lib. XXXVII. Itaque & Hannibalem in Syriam miserat (Antiochus) ad Phœnicum arcessendas naueis: & Polyxenidam, quo minus prosperè gesta res erat, eo enixius eas, quæ erant, reficere, & alias parare naueis iussit. Ipse in Phrygia hibernauit.

128. in Pamphylio mari) T. Liuius eod. lib. in confinio Lyciæ & Pamphyliæ Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturque prima terrarum Rhodum à Cilicia petentibus, & procul nauium præbet prospectum. eò maximè vt in obuio classi hostium essent, electus locus est. Ceterùm, quod non prouiderunt, & loco graui, & tempore anni (medium enim æstatis erat) ad hoc insolito odore ingruere morbi vulgò, maxime in remiges cœperunt. cuius pestilentia metu profecti cùm præterveherentur Pamphylium sinum, ad Eurymedontem amnem appulsa classe, audiunt ab Aspendiis, ad Sidam iam hosteis esse, &c.

129. ipse quà rem gessit, fuit superior) Paullo aliter Liuius eodem libro, & loco. Sic enim ille. Rhodiorū duæ & triginta quadriremes, quattuor triremes fuere: regia classis, VII. & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus treis hepteres, & quattuor hexereis habebat. præter has decem triremes erant, & ij adesse

adesse hosteis ex specula quadam cognouere. Vtraque classis postero die luce prima, tamquam eo die pugnatura, è portu mouit, & postea quàm superauere Rhodij promuntorium, quod ab Sida prominet in altum: extemplo & conspecti ab hostibus sunt, & ipsi eos viderunt. Ab regio sinistro cornu, quod ab alto obiectum erat, Hannibal: à dextero Apollonius purpuratorū vnus præerat. & iam in frontem directas habebant naueis: Rhodij longo agmine veniebant. prima prætoria nauis Eudami erat: cogebat agmen Chariclitus: Pamphilidas mediæ classi præerat. Eudamus postea quàm hostium aciem instructam & paratam ad concurrendum vidit, & ipse in altum euehitur: & deinceps quæ sequebantur, seruanteis ordinem in frontem dirigere iubet. Ea res primò tumultum præbuit. Nam nec sic in altum euectus erat, vt ordo omnium nauium ad terram explicari posset: & festinans ipse præproperè cum quinque solis nauibus Hannibali occurrit: ceteri, quia in frontem dirigere iussi erant, non sequebantur: extremo agmine, loci nihil ad terram relicti erat: trepidantibúsque iis inter se, iam in dextro cornu aduersus Hannibalem pugnabatur, sed momento corporis, & nauium virtus, & vsus rei maritimæ terrorem omnem Rhodiis demsit. nam & in altum celeriter euectæ naues locum post se quæque venienti ad terram dedere: & si qua concurrerat rostro cum hostium naui: aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines discursu præteruecta, in puppim impetum dabat. Maximè exterruit hepteris regia à multo minore Rhodia naue vno ictu demersa. itaque iam haud dubiè dexterum cornu hostium in fugam inclinabat. Eudamum in alto multitudine nauium maximè Hannibal, ceteris omnibus longè præstantem, vrgebat: & circumuenisset, ni signo sublato ex prætoria naue, quo dispersam classem in vnū colligi mos erat, omnes, quæ in dextro cornu vicerant naues, ad opem ferendam suis concurrissent. tum & Hannibal, quæque circa eum erant naues, capessunt fugam: nec insequi Rhodij, ex magna parte ægris, & ob id celerius fessis remigibus, potuerunt.

130. *ad Gortynios*) Stephanus de vrbibus, Γόρτυν πόλις Κρήτης. i. Gortyn, seu, vt Latini appellant, Gortyna, vrbs Cretæ. Plinius lib. 4. cap. XII. Cretæ oppida maximè insignia enumerat. Refert autem Gortynam inter eas, quæ in Mediterraneo sitæ sunt.

131. *callidißimus*) sic legendum, & ita habent omnia ferè exempla Germanica, non, vt Florentina & Veneta, clarißimus.

132. *exisse famam*) sic ferè suprà locutus est in Datame, ibi, sensit, si in turbam exisset ab homine tam necessario se relictum, futurum, vt, &c.

133. *in templo Dianæ*) res carißimas solitos esse in templis deponere veteres, notauimus suprà in Aristidem, numero indice 25,

134. *in propatulo*) in loco aperto, & publico. Cicero lib. 4. accus. Ante ædem Cereris in aperto, & propatulo loco signa duo sunt. &c. abiicit autem, id est, iacere sinit.

135. *Prusiam*) Bithyniæ regem. de quo M. Tullius lib. 2. de Diuinatione. Rex Prusias cùm Hannibali apud eum exsulanti pugnare placeret: negabat se audere, quòd exta prohiberent. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mauis, quàm impera-

tori veteri credere? Hunc eundem tradit Suidas fuisse deformem, & ipso aspectu semiuirum, & ad vsum rei militaris ineptum. Non enim (inquit ille) ignauus tantùm & timidus erat, verùm etiam ad labores perferendos mollis, & fluxus, &, vt paucis verbis complectar, animo & corpore per totam vitam effæminatus: quod in regibus minimè inesse debet. Nam cùm soleant esse reges omnes, aut certè videri velint, magnanimi, & magnarum rerum cupidi, & bellicosi, tum maximè Bithyniæ regum genus. Erat præterea libidinosus, impurus, atque impudicus. Doctrinam autem & philosophiam, & eius percepta ne primoribus quidem digitis attigerat. honesti ne cogitationem quidem vnquam susceperat. Sardanapali vitam vixit & interdiu & noctu. Itaque cùm ij, qui eius imperio subiecti erant, eius flagitiis offensi, in eum impetum fecissent, rebus suis desperatis, ipse de se supplicium sumsit. eodem animo, autem, quo scilicet fuerat apud Antiochum, & in patria sua.

136. erga Italiam) aduersus Italiam, vt alibi non semel.

137. minus) legendum fortasse est, non nimis: & ita quibusdam videtur. ego nihil muto.

138. Eumenes Romanis amiciss.) Plutarchus in Catone, φιλορώμαιον appellat. Sed præstat de hoc Eumene Plutarchi verba huc appingere. ἐπεὶ δὲ Εὐμένους τοῦ βασιλέως ἐπιδημήσαντος εἰς Ῥώμην, ἥ τε σύγκλητος ὑπερφυῶς ἀπεδέξατο, καὶ τῶν πρώτων ἅμιλλα, καὶ σπουδὴ περὶ αὐτὸν ἐγίνετο, δῆλος ἦν ὁ Κάτων ὑφορώμενος, καὶ φυλαττόμενος αὐτόν. εἰπόντος δέ τινος, ἀλλὰ μὴν χρηστός ἐστι, καὶ φιλορώμαιος, ἔστω εἶπεν, ἀλλὰ φύσει τοῦτο τὸ ζῷον ὁ βασιλεὺς, σαρκοφάγον ἐστίν. οὐδένα δὲ τῶν εὐδαιμονιζομένων βασιλέων, ἄξιον εἶναι παραβάλλειν πρὸς Ἐπαμεινώνδαν, ἢ Περικλέα, ἢ Θεμιστοκλέα, ἢ Μάρκον Κούριον, ἢ Ἀμίλκαν τὸν ἐπικληθέντα Βάρκαν. id est, Posteaquàm autem rex Eumenes Romam venit, eiúsque aduentus & præsentia senatui magnopere accepta & grata fuit, primorésque populi eum summo studio, maximáque contentione certatim obseruare cœperūt, præ se ferebat Cato sibi illum esse suspectum, & cauendum. Cùm autem dixisset ei quidā, At bonus est, & amicus populo Romano. esto, inquit, quantūuis amicus: verùm hoc animal, quod rex appellatur, rapax, & carniuorum est natura: neminem autem ex iis regibus, qui beati hodie habentur, dignum esse video, qui cum Epaminonda, aut Pericle, aut Themistocle, aut M. Curio, aut Hamilcare cognomento Barca compararetur. Sciunt autem omnes ij, qui libros Latinos tractant, regis nomen fuisse inuisum Romanis, vt pote apud quos nihil interesset inter regem & tyrannum. Hoc eò dico, quòd apud Aristotelem, & multos alios scriptores, tyrannus immensum quantum à rege distat, qua de re plura suprà. Et regis nomen nobis Gallis, qui in regno viuimus, non in tyrannide, quíque reges clementeis, non sæuos tyrannos, habemus, gratum, acceptum, plausibile, & iucundum est: tyranni verò, inuisum, odiosum, horribile, & molestum.

139. vtrobique) mari & terra.

140. dolo erat pugn. &c.) Hoc ex Lysandri sententia, qui dicere solebat, quò Leonina pellis peruenire non posset, eò vulpinam esse adhibendam, atque assuendam: quod iam suprà retulimus.

141. imperauit quàm plurim.) Hoc refert inter strategemata Frontinus lib. 4.

his verbis: Hannibal regi Antiocho monstrauit, vt in hostium classem vascula iacularetur viperis plena: quarum metu perterriti milites, à dimicatione, & nautici ministeriis impedirentur. Idem fecit iam cedente classe sua Prusias.

142. *confecisset) coëgisset, comparasset.*

143. *tant. satis habeant se def.) hoc vno contenti sint, si se defendant.*

144. *illos) classiarios.*

145. Rex autem) Eumenes.

145. *magno his pollicetur id præmio fore) sic loquitur suprà in Pausan. ibi. Quòd si eam veniam sibi dedisset, tàtisque implicitum rebus subleuasset: magno id esse ei præmio futurum.*

146. *quarum) nauium, quamuis antecedat nomen classis. spectatur enim id quod intelligitur, non quod dicitur, præterea classis ex multis nauibus constat.*

147. *vt palàm faceret) vt planum faceret, vt indicaret, seu potius, vt declararet. nam sic loquitur infrà, non longe, ducis naue declarata.*

148. *cum caducéo) tabellarium cum caducéo, id est, κήρυκα. nam caducéum appellant Latini, quod κηρύκιον Græci, conuerso ρ in d, nisi forte etiam Latinè dici, & scribi debet, carucéum quod doctis quibusdam videtur.*

149. *quòd nemo dubitabat, aliquid de pace) quòd nemo dubitabat, quin aliquid de pace esset scriptum. nemo dubitabat autem, quia caducéum gestabat tabellarius.*

150. *ducis) regis Eumenis.*

151. *suis) Prusiæ militibus, Bithyniis.*

152. *soluta) id est, resignata. Horat. epist. 7. lib. I. Adducit febreis, & testamenta resignat. M. Tullius lib. XI. epist. ad Attic. Nam quòd resignatæ sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. Suprà aliter idem Probus in Pausania, vincula epistolæ laxauit.*

153. *ad irridendum eum) licebat dicere, ad se irridendum. Sic suprà non ita longè dixit, Gortynij templum magna cura custodiunt, non tam à ceteris, quàm ab Hannibale, ne quid ille, inscientibus illis, tolleret. licebat enim ita loqui, Ne quid ille se inscientibus tolleret.*

154. *neque repertebatur) malim legi, neque reperiebat.*

155. *Hannibalis præcepto) Hannibalis præceptum secuti. præceperat enim classiariis Hannibal, vt omnes in vnam Eumenis nauem concurrerent.*

155. *fuga salutem petiit) sic sæpe loquitur Cæsar.*

156. *risum pugnantib. excitarunt) risum pugnantib. mouerunt.*

157. *puppeis auerterunt) legendum videtur vel puppeis aduerterunt, vel proras auerterunt. Nam qui prælium nauale committunt, proras habent aduersas: qui fugiunt, auertunt proras, & puppeis aduersariis aduertunt: quemadmodum qui in terra pugnant, aduersi stant: qui fugiunt, terga vertunt, & auersi fugam capessunt.*

158. *áccidit casu) nónne satis erat, dixisse, áccidit? nam videtur, quicquid áccidat, accidere non ratione, sed casu.*

159. *Flamininum, sic legendum, non Flaminium, vt habent libri vulgati.*

160. *consulem) quidam legi volunt, consularem: quibus assentior.* Hic enim *consul fuit bello Philippico, quod fuit bello Antiochico superius.*

161. *senatui detulit) legendum fortasse est, ad senatum detulit.*

162. *Flamininum)* Luciúmne, an Titū? Titū, opinor, idq; auctorem Liuiū secutus. Sic enim ille lib. 39. Annal. *Ad Prusiam regem legatus T. Quintius Flamininus venit, quem suspectum Romanis & receptus post fugam Antiochi Hannibal, & bellum aduersus Eumenem motum faciebat.*

163. *His Prusias negare ausus non est.* quid mirum? reges enim neminem existimant amicum, aut inimicum: sed amicitias, aut inimicitias vtilitate sua metiuntur, vt ait Polybius. sic enim ille lib. 2. τοὺς δὲ βασιλεῖς σαφῶς εἰδὼς, φύσει μὲν οὐδένα νομίζοντας οὔτε ἐχθρὸν, οὔτε φίλον, ταῖς δὲ τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετροῦντας τὰς ἔχθρας, καὶ τὰς φιλίας. i. Cùm certò sciret Aratus, reges neminem neque inimicum, neque amicum existimare natura, sed vtilitatis ponderibus inimicitias, & amicitias examinare.

164. *illud recusauit)* hoc erat ἀφοσιώσεως χάριν, id est, dicis causa, ius hospitij seruare. Nam si Prusias re vera nihil aduersus ius hospitij facere vellet, Hannibalem omnibus modis tueri & defendere debebat. Nisi quis fortè dicat, Prusiam eò nihil contra ius hospitij commisisse, quòd Hannibalem, quantùm in ipso fuerit, defenderit: Romanorum autem eum exposcentium opibus obsistere non potuisse. Sed non congruunt inter se Probus & Liuius. Sic enim Liuius eodem, quem modò protuli, loco. *Ibi seu quia à Flaminino inter cetera obiectum Prusiæ erat, hominem omnium, qui viuerent, infestißimum populo Romano, apud eum esse: qui patriæ suæ primùm, deinde fractis eius opibus, Antiocho regi auctor belli aduersus populum Rom. fuisset: seu quia ipse Prusias, vt gratificaretur præsenti Flaminino, Romanísque, per se necandi, aut tradendi eius in potestatem, consilium cepit: à primo colloquio Flaminini milites extemplo ad domum Hannibalis custodiendam missi sunt. Semper talem exitum vitæ suæ Hannibal prospexerat animo, & Romanorum inexplebile odium in se cernens, & fidei regum nihil sanè confisus: Prusiæ verò leuitatem etiam expertus erat: Flaminini quoque aduentum, velut fatalem sibi, horruerat.*

165. *vt in omnib. partib.)* Liuius eod. loco deinceps. *Ad omnia vndique infesta vt iter semper aliquod præparatum fugæ haberet, septem exitus è domo fecerat: & ex iis quosdam occultos, ne custodia sæpirentur. Sed graue imperium regum, nihil exploratum, quod vestigari volunt, efficit. Totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt, vt nemo inde elabi posset.*

166. *omneisque exitus)* sic Liuius, vt proximè retulimus, ibi, *Totius circuitum domus, &c.*

167. *dimitteret) amitteret.* Flaccus sat. I. lib. I. *neque vitam amittit in vndis.*

168. *virtutum) imperatoriarum scilicet.*

169. *venenum)* Liuius ibid. *Hannibal posteaquàm ei nuntiatum est, milites regios in vestibulo esse: postico, quod deuium maximè, atque occultißimi exitus erat, fugere conatus: vt id quoque occursu militum obsæptum sensit, & omnia circà clausa custodiis dispositis esse: venenum, quod multo antè præparatum ad*

taleis habebat casus,poposcit. Liberemus,inquit, diuturna cura populum Rom. quando mortem senis exspectare longum censent. nec magnam, nec memorabilem ex inermi, proditóque Flamininus victoriam feret. Mores quidem populus Rom. quantum mutauerit, vel hic dies argumento erit. Horum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, vt à veneno caueret, prædixerunt: hi legatum consularem, qui auctor esset Prusiæ per scelus occidendi hospitis, miserunt. Exsecratus deinde caput, regnúmque Prusiæ, & hospitaleis deos violatæ ab eo fidei testeis inuocans, poculum exhausit. Hic vitæ exitus fuit Hannibalis. Sed Appianus tradit, Flamininum, cùm ei nihil nominatim de Hannibale mandatum esset à senatu, Hannibalem per Prusiam veneno necasse. Verba Appiani sunt hæc, Συριακῇ, eo loco, vbi colloquium Hannibalis & Scipionis exponit. διαλυομένης δὲ τῆς συνόδου, Σκιπίωνα μὲν ὁ Ἀννίβας ἐπὶ ξενίαν ἐκάλει· Σκιπίων δὲ ἐλθεῖν ἂν ἔφη μάλα προθύμως, εἰ μὴ συνῆσθα τῷ Ἀντιόχῳ πρὸς ῥωμαίους ὑπόπτως ἔχοντι. ὧδε μὲν ἐκεῖνοι τῆς στρατηγίας ἀξίως τὴν ἔχθραν ὥριζον τοῖς πολέμοις. Φλαμίνιος δ' ἀνομοίως· ἡττηθέντος γὰρ ὕστερον Ἀντιόχου, φεύγοντα τὸν Ἀννίβαν, καὶ ἀλώμενον περὶ Βιθυνίαν πρεσβεύων ἐφ' ἕτερα πρὸς Προυσίαν, οὔτε πρὸς τοῦ Ἀννίβου προπαθών, οὔτε ῥωμαίων ἐντειλαμένων, οὔτε φοβερὸν ἔτι αὐτοῖς γενέσθαι δυνάμενον, Καρχηδόνος κατεστραμμένης, ἔκτεινε διὰ τοῦ Προυσίου φαρμάκῳ, λεγόμενον μὲν ἐγκεῖσθαι τινὶ χρησμὸν ὧδε ἔχοντα, Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας, καὶ οἰόμενον ἐν Λιβύῃ τεθνήξεσθαι. ποταμὸς δ' ἐστὶ Λίβυσσος ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, καὶ πεδίον, ἐκ τοῦ ποταμοῦ Λίβυσσα. καὶ τάδε μὲν ἐς ὑπομνήματα τῆς Ἀννίβου καὶ Σκιπίωνος μεγαλονοίας, καὶ Φλαμινίνου σμικρότητος παρεθέμην. *i. Congressu autem diremto, Scipionem Hannibal ad cenam hospitalem vocauit. Cui Scipio, Libenter irem, inquit, nisi nūc cum Antiocho Romanis suspecto commorareris. Sic quidem illi ex dignitate imperij, quod in bello gesserant, inimicitias cum bellis terminarunt. Non item Flamininus. Nam victo posterius à Romanis Antiocho, exsulantem Hannibalem, & in Bithynia procul à patria errantem, legatus ad Prusiam alijs de rebus missus, neque aliqua ab Hannibale antea affectus iniuria, neq; hoc sibi à Romanis mandato, & eò loci redactum, vt eis amplius terribilis esse non posset, præsertim Karthagine subacta, per Prusiam veneno necauit, cui dicebatur tale quoddam oraculum editum esse, Libyssa terra corpus Hannibalis teget: ex quo putabat ille, se in Africa moriturū. Sed Libyssus Bithyniæ fluuius est: & ab eo campus Libyssus dictus. Atque hæc ad Scipionis, & Hannibalis animi magnitudinis, Flaminini verò paruitatis memoriam prodendam, adieci.*

170. *acquieuit) rectè, acquieuit, à tot laboribus, quos in vita pertulerat. mors enim est laborum humanorum portus. Præterea mors somno simillima est, vt canunt poetæ, & nos suprà in Dione retulimus: somnus autem quies est.*

171. *non cōuenit) non constat inter historicos.*

172. *Atticus) qui annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit, vt scribit M. Tullius in oratore perfecto. Sed videtur hîc legendum Attius. Scripsit enim Attius annalium libros aliquot. Festus in voce Metelli. Metelli dicuntur in re militari, quasi mercenarij. Attius annalium vicesimo septimo. Calones, famulique, metellique, caculæque, &c. Commemorat & M. Tullius lib. I. de legib. non longè à princip. Nam quid Attium memorem? cuius loquacitas habet aliquid*

argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, &c. & lib. 2. nõ lõge ab extr. his verbis. (nam libet totum illum locum adscribere, quia non solùm vulgò mendosus & mutilatus est, verùm etiam in editione nostra non satis ex animi nostri sententia in integrum restitutus. Sic igitur Cicero. Venio nunc ad manium iura: quæ maiores nostri & sapientißimè instituerunt, & religiosißimè coluerunt. Februario autem mense, qui tum extremus anni mensis erat, mortuis parentari voluerunt quod tamen D. Brutus (vt scriptum est à Sisenna) decembri facere solebat. Cuius ego rei causam cùm mecum quærerem: Brutum reperiebam eccirco à more maiorum discessisse (nam Sisennam video causam, cur ille vetus institutum non seruarit, ignorare: Brutum autem maiorum institutum temere neglexisse mihi non fit verisimile, doctum sanè hominem, cuius fuit Attius perfamiliaris) sed mensem credo extremum anni, vt veteres Februarium, sic hic decembrem sequebatur. Hostia autem, &c. Et oratione pro Archia poëta. Decimus quidem Brutus, summus ille vir, & imperator, Attij amicißimi sui carminibus templorum aditus exornauit suorum. Nisi forte dicat aliquis, hunc Attium D. Bruti familiarem, alium esse ab eo, quem Festus testem producit. Esto vt libet: Satis est mihi, à quodam Attio annaleis esse scriptos, Atticum autem annaleis non scripsisse, quod quidem me vsquam legere meminerim. Quare tutius est hîc legere, Attius. quod item Claudio Puteano videbatur. Sed Annalium facta mentio me admonet, vt indicem lectori, in illo loco lib. I. de legib. qui est paullo ante eũ, quem suprà ex eodem libro protuli, ibi, Nam post annaleis pontificum maximorum, quibus nihil potest esse iucũdius. si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem &c. pro iucundius, legendum esse ieiunius: non, vt vulgò iucundius, neque, vt quidam volunt, nudius.

173. M. Claudio Marc. & Q. Fab.) anno ab vrbe cõdita IↃLXX.

174. L. Æmilio) anno sequente, anno IↃLXXI. ab vrbe cõdita. Legendum autem Cn. Bæbio Tamphilo, non, vt vulgò, C. Bebio Pamphilo.

175. P. Corn. Ceth. & M. Bæbio Tamph.) anno sequente: id est, IↃLXXII, ab vrbe cõdita. legendum etiam hîc M. Bæbio Tamphilo, non Bæbilo Pamphilo, vt habent exempla Ven. & Florent. neque L. Bæbio Pamphilo, vt nonnulla alia.

176. nonnihil temporis tribuit litt.) Vbi sunt isti præclari imperatores, qui dicũt, litteras à re militari esse alienas, & eis animos hominum effœminari ac molliri? Animi hominum immoderata pecuniæ cupiditate, luxuria, auaritia, libidine, ambitione, & similibus pestibus eneruantur, atque adeò corrumpuntur, non litteris. Nihil nunc dicam de quibusdam aliis, nisi quòd eos populi primoreis haberi audio, ceteroqui mihi ignotis: qui palàm vociferari, & paßim iactare dicũtur, mala omnia publica ex litteris, & liberalibus doctrinis oriri: quasi verò isti de populi salute magnopere laborent, aut Galliæ calamitate vel tantillum commoueantur. Non est ita. Sed, quamuis indocti sint, vt dicuntur esse ab iis, quibus noti sunt: intelligunt tamen, litteras esse quædam veluti specula, quibus ipsorum vita obuersa, atque admota, vt est turpis, & flagitiosa, & scelerata: sic talis videtur: &, quod horribilius est, talis infinitæ posteritati videatur necesse est. Hoc eos male habet, atque hoc potißimùm nomine litteras & litteratos non modò

dente venenato rodunt, verùm etiam omnibus machinis oppugnant. Nam viri boni, & abstinentes, & iusti, & innocentes, & integri, & puri, litteras amant, atque amplectuntur: litteratis fauent ac suffragantur. Improbi, iniusti, prædones, sicarij, auari, sacrilegi, impuri: Omnes hi metuunt versus, odere poëtas, vt ait noster Flaccus: omnes hi literis & doctis hominibus bellum inexpiabile indixerunt: Omnes hi bonarum artium, bonarúmque litterarum gymnasia deleri, ac funditus euerti dicunt reip. expedire: quasi litteris exstinctis, & libris omnibus de medio sublatis, incendióque absumtis, aut etiam scholis ipsis deletis, impunius peieraturi, fraudaturi, prædaturi, rapturi, latrocinaturi, mœchaturi, omneis denique libidines & cupiditates suas expleturi. Sed vehementer errant. Nam vt omnes scholæ vel sua sponte, vel illorum scelere còncidant, (quod omen deus opt. max. auerruncet) satis erit tamen litterarum ad ignorationem & improbitatem, profligandam: quemadmodum vitis olim apud Æsopum fabularum scriptorem, hirco dixisse fertur, cùm ab eo roderetur, ac depasceretur. Κἂν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω, Ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ. *id est, Me ad stirpem vt peredas, tot ero tamen aucta racemis, Ex his libamen fiat vt, hirce, tibi Interea pingueis dum tu mactatus ad aras, Procumbis, Bromio victima grata patri: neque vmquam docti & eloquentes viri aut in Gallia, aut in Italia, aut in Germania, aut in Hispaniis deerunt, qui Gothos, siue potius immaneis, & feros istos Cyclôpas insignibus, verísque infamiæ notis inustos tradant hominum memoriæ numquam intermoriturræ. Et litterarum quidem vituperatores, atque oppugnatores turpiter, & fœdè peribunt: litteræ verò, earúmque non solùm assertores & patroni, quales semper fuerunt nostri reges, cæterique similes, hoc est boni, principes: sed etiã fautores ac suffragatores, quales sunt in Gallia, et maximè circũ regẽ nostrum Karolum Christianiss. clarissimi & ampliss. viri, in his, Iacobus Amiotus magnus regis eleemosynarius, & Io. Moruillerius in senatu reconditiore regis consiliarius, & senator in primis grauis, & sapiens: neque hi tantùm, verùm etiam cultores & alumni, vt sunt omnes bonarum artium doctores, musarúmq;, vt ita dicam, sacerdotes: omnes hi viuent gloria, & commemoratione posteritatis honorifica, sempiterna. Libenter autem ex istis quæsierim, qui litteris tam infesti sunt, si veteres illi Homerus & Pindarus: si Plato, & Aristoteles: si Herodotus, & Thucydides, & Plutarchus, & Diodorus Siculus: si Demosthenes & Æschines: si M. Tullius, & T. Liuius: si P. Virgilius, & Q. Horatius, aliique, quos enumerare longum sit, poëtæ, philosophi, & historici, & oratores Græci, & Latini, reuiuiscant, sint'ne eorum præsentiam reueriturí, an eos vel impia manu, vel maledica & impotente lingua violaturi. Non dubito equidem, quamuis sint impudentissimi, atque audacissimi, quin vel solo eorum aspectu deterriti, hâc, & illâc sint dilapsuri. Atqui longè sceleratius sit eorum monumenta, quibus ij suas optimas cogitationes mandauerunt, exstinguere conari, quàm viua & animata corpora aliquando omnino iterum moritura, ferro lacerare. Quid si illorum statuæ hîc apud nos positæ essent? auderéntne eas mutilare, aut euertere? nõ arbitror. Quid si hîc ibidem eorundem sepulcra exstarent? auderent'ne ea violare? multo, opinor, minus. Comprimeret enim istorum audaciam aut religio, quæ debetur*

mortuis, aut lex, quæ sepulcra mortuorum violari vetat. At quanto sanctiora, & religiosiora sunt litterarum monumenta, quàm sepulcra? quanto mortuis, si quis sensus est mortuis, aut si animos mortuorum aliqua rerum humanarum earum, quarum studio, dum viuebant, dediti fuerant, cura tangit, vt credibile est, cariora sunt, quàm sepulcra? neque immeritò. Hæc enim corporum, illa animorum memoriam posteritati produnt: hæc cineres, illa accuratissimas, & euigilatissimas, & optimas cogitationes continent, & conseruant: hæc aut nullam, aut valde paruam, illa immensam, & immemorabilem vtilitatem posteris afferunt: hæc fluxa sunt, & caduca: illa immortalia, & sempiterna, nisi calamitosa quædam temporum iniuria incidat, manent. Quòd si isti opibus, aut potentia, aut nonnulla auctoritate freti tantum sibi sument, vt regum nostrorum superiorum, qui litterarum vindices, & custodes, & parentes semper haberi, dicique voluerunt, iudicia improbare, & rescindere conētur: hoc tantùm assequentur, quòd quo animo sint in patriam, imperiúmque Gallicum, declarabunt. Sin autem litteris oppugnandis, & iis scriptis, quibus sua iniusta, & scelerata, & impia, & flagitiosa facinora reprehendantur, ac notentur, opprimendis confident se ignominiam, infamiámq; sempiternam vitaturos: audiant verissimum, & prudentiss. historicum, Cornelium Tacitum cuius hæc verba sunt lib. 4. annal. Quo magis socordiam eorum irridere libet, qui præsenti potentia credunt exstingui posse etiam sequentis æui memoriam. Nam contrà, punitis ingeniis gliscit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem sæuitia vsi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriā peperere.

177. *de Cn. Manlij Vulsonis) sic legendum, vt indicant Fasti. habuit autem hic collegam M. Fuluium Nobiliorem. Commemorat eum T. Liuius lib. Annal. XXXVIII.*

178. *huius)* Hannibalis.

179. *Philænius) de hoc nihil compertum habeo.*

180. *Sosilus) legendum fortasse est, Sosibius. commemorat enim Sosibium quēdam grammaticum Laconem Suidas, his verbis, Σωσίβιος λάκων γραμματικός. Sed malim legi Sosilus. Quamuis enim mihi hic Sosilus sit ignotus, hoc nomen tamen Græcis notissimum est, & facilior fit mutatio Sosili, in Sosilum, quàm in Sosibium.*

181. *& Romanorum explicare imperatores) Vtinam hæ quoque vitæ exstarent. iuuaret, eas cum iis, quæ iam à Cornelio explicatæ sunt, & cum Plutarcho ipso conferre. Sed horum quoque scriptorum, vt aliorum multorum, quæ nobis inuidit fortuna, iactura æquo animo ferenda est, & iis, quæ nobis deus optimus maximus réliqua esse voluit, vtendum fruendum, eo consilio atque animo, vt horum lectione doctiores, & meliores facti, nostris, patriæ, rei publicæ deniq; cōsulere, & prodesse possimus. Verùm tamen M. Porcij Catonis vitam, quæ ex huius libri naufragio salua ad nos peruênit, quæque in nonnullis exemplis coniunctim cum superiore libro edita reperitur, etiam in hac nostra editione repræsentandam esse existimauimus.*

M. POR-

M. PORCIVS CATO, EX LIBRO secundo Aemilij Probi, seu Cornelij Nepotis.

CAto[2] ortus municipio Tusculo, adolescentulus[3] priùs quàm honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quòd ibi[4] heredium à[5] patre relictum habebat. Hortatu L. Valerij Flacci, quem in[6] consulatu,[7] censuráque habuit collegam, vt M.[8] Perperna Censorinus narrare solitus est, [9]Romam demigrauit: in foro esse cœpit.[10] Primum stipendium meruit annorum decem, septémque.[11] Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss.[12] tribunus militum in Sicilia fuit.[13] Inde vt rediit, castra secutus est C. Claudij Neronis:[14] magníque eius opera æstimata est in prœlio[15] apud Senam,[16] quo cécidit Hasdrubal, frater Hannibalis. [17] Quæstor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, consuli: cum quo non[18] pro sortis necessitudine vixit.[19] Namque ab eo perpetua dissensit vita. [20] Aedilis pl. factus est cum C. Heluio.[21] Prætor prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quæstor superiore tempore ex Africa decedens,[22] Q. Ennium poëtam deduxerat:[23] quod non minoris æstimamus, quàm quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum. [24] Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte prouinciam nactus Hispaniam citeriorem, ex'que ea[25] triumphum deportauit.[26] Ibi cùm diutius moraretur, P. Scipio Africanus consul iterum,[27] cuius in priore consulatu quæstor fuerat, voluit eum de prouincia depellere,[28] & ipse ei succedere:[29] neque hoc per senatum efficere potuit, cùm quidem Scipio in ciuitate principatum obtineret, quòd tum[30] non potentia, sed iure respub. administrabatur. Qua ex re iratus, senatu peracto,[31] priuatus in vrbe mansit.[32] At Cato, censor cum eodem Flacco factus, seuerè præfuit ei potestati.

[33] *Nam & in complureis nobileis*[34] *animaduertit, & multas res nouas in edictum addidit,*[35] *quare luxuria reprimeretur, quæ iam tum incipiebat*[36] *pullulare.*[37] *Circiter annos octoginta vsque ad extremam ætatem, ab adolescentia, reipub. causa*[38] *suscipere inimicitias non destitit:*[39] *à multis tentatus, non modò nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude creuit. In omnibus rebus singulari fuit prudentia &*[40] *industria. Nam &*[41] *agricola sollers, & reip. peritus, &*[42] *iurisconsultus, &*[43] *magnus imperator, &*[44] *probabilis orator, &*[45] *cupidißimus*[46] *litterarum fuit. Quarum studium*[47] *& si senior arripuerat, tamen tantum in eis progressum fecit, vt non facilè reperire poßis, neque de Græcis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia confecit*[48] *orationes. Senex historias scribere instituit, quarum sunt*[49] *libri septem. Primus continet res gestas rerum populi Rom. Secundus, & tertius, vnde quæque ciuitas orta sit Italica. Ob quam rem omneis,*[50] *Origines videtur appellasse. In quarto autē*[51] *bellum Punicum primum: in quinto*[52] *secundum. Atque hæc omnia*[53] *capitulatim sunt dicta. Reliquáque bella pari modo persecutus est, vsque ad præturam*[54] *Ser. Galbæ,*[55] *qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominauit, sed sine nominibus res notauit. In iisdem exposuit quæ*[56] *in Italia, Hispaniísque viderentur admiranda. In quibus multa industria & diligentia*[57] *compâret, multa doctrina. Huius de vita & moribus plura*[58] *in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponij Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen*[59] *delegamus.*

M. PORCIVS CATO.

1. *Cato)* M. Porcius Cato, *Censorius.*

2. *ortus municipio Tusc.) sic* Plutarchus *in* M. Catone. Μάρκῳ δὲ Κάτωνί φασιν ἀπὸ Τούσκλου τὸ γένος εἶναι. *i. Marcum autem Catonem ex Tusculo aiunt ortum esse.* M. Tullius *in* Planciana. *Num quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Coruncanio, municipe suo, num de tot Fabiis gloriari? Natus est L. Postumio Albino, Sp. Carvilio Maximo consulib.*

3. *prius quàm honorib. operam d.) prius quàm ad honores petendos se contulisset: prius quàm honoribus inseruiret.* Plutarch. δίαιταν καὶ βίον ἔχειν πρὸ τῶν στρατειῶν καὶ τῆς πολιτείας, ἐν χωρίοις πατρῴοις περὶ Σαβίνους. *i. Vixisse autem & versatum esse in agris paternis, in Sabinis, antè quàm militaret, & remp. attingeret.*

4. *heredium)* Festus. *Heres apud antiquos pro domino ponebatur, inde heredium, prædium paruulum. Sic autem legendum apud Festum. quem lege in voce, Heredium, & Heres, & coniunge vtrumque locum.* Nonius. *Heredij proprietatem indicat* Varro *de re rustica lib. I. Bina iugera, quòd à Romulo primùm diuisa dicebantur viritim, & quòd heredem sequebantur, heredium appellarunt. Vtitur &* Ausonius *hoc nomine, quamquam deminuto seu deminutiuo, edyll. 4. ex quo planius, quàm ex vllis Grammaticis, quid sit heredium, intelligere licet. Sic autem* Ausonius, *Salue herediolum, maiorum regna meorum: Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit. Quod mihi iam senior properata morte reliquit. Heheu: nolueram tam citò posse frui, &c. nam satis est mihi locum indicasse,*

5. *à patre relictum) quidam putant hoc totum esse delendum, vt inculcatum, & superuacaneum.*

6. *in consulatu) anno ab vrbe cõdita* IↃLIX. *belli Philippici sexto.* De hoc L. Valerio Flacco *autem mox cognoscemus.*

7. *censuráque) anno ab vrbe cõdita* IↃLXIX. *belli Antiochini octauo.*

8. *Perperna) sic legendum, & ita habent scripti omnes libri veteres, & ipsi Fasti. Sed sit ne legendum Censorinus, an Censorius, quærere distuli.*

9. *Romam demigrauit)* Plutarchus *in* Catone. Ἦν δέ τις ἀνὴρ εὐπατρίδης μὲν ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων, καὶ δυνατός, ἀρετὴν δὲ ἀρχομένην αἰσθάνεσθαι φυομένην, εὐμενὴς δὲ καὶ θρέψαι καὶ προαγαγεῖν εἰς δόξαν, Οὐαλλέριος Φλάκκος. οὗτος εἶχεν ὅμορα τὰ χωρία τοῖς Κάτωνος. πυνθανόμενος δὲ τὴν αὐτουργίαν, καὶ δίαιταν αὐτοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ θαυμάσας ἐξηγουμένων, ὅτι πρωῒ μὲν εἰς ἀγορὰν βαδίζει, καὶ παρίσταται τοῖς δεομένοις, ἐπανελθὼν δ' εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὲν ᾖ χειμών, ἐξωμίδα λαβών, θέρους δὲ, γυμνὸς ἐργασάμενος μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐσθίει τὸν αὐτὸν ἄρτον ὁμοῦ καθήμενος, καὶ πίνει τὸν αὐτὸν οἶνον, ἄλλην τε πολλὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ καὶ μετριότητα, καί τινας λόγους ἀποφθεγματικοὺς διαμνημονευόντων, ἐκέλευσε κληθῆναι πρὸς τὸ δεῖπνον. ἐκ δὲ τούτου χρώμενος αὐτῷ, καὶ κατανοῶν ἥμερον καὶ ἀστεῖον ἦθος, ὥσπερ φυτὸν ἀσκήσεως καὶ χώρας ἐπιφανοῦς δεόμενον, προέτρεψε, καὶ συνέπεισεν ἅψασθαι τῆς ἐν Ῥώμῃ πολιτείας. κατελθὼν οὖν, εὐθὺς τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκτᾶτο θαυμαστὰς καὶ φίλους διὰ τῶν συνηγοριῶν, πολλὴν δὲ τοῦ Οὐαλλερίου τιμὴν καὶ δύναμιν αὐτῷ προστιθέντος, χιλιαρχίας ἔτυχε πρῶτον, εἶτα ἐταμίευσεν. ἐκ τούτου δὲ λαμπρὸς ὢν ἤδη, καὶ περιφανής, αὐτῷ τῷ Οὐαλλε-

in Salentinis, & Lucanis oppositus esset: relictis castris, ita vt hostem lateret, cum sex virorum lectorum millibus ad Salinatorem collegam profectus, Hasdrubalem coniunctis copiis oppreßit. Qui tamen Salinatorem triumphantem in equo sequi, quàm triumpho, quem ei senatus decreuerat, vti maluit: quia res in prouincia Salinatoris gesta fuerat. auctor T. Liuius lib. 27. & Valer. Max. lib. V. cap. I. Exstat hac de re oda 4. Horatij lib. 4. cuius initium est, Qualem ministrum &c. in qua videtur Neroni eam victoriam referre acceptam. Sic enim ille, Quid debeas, ô Roma, Neronibus, Testis Metaurum flumen, & Hasdrubal Deuictus, & pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris. sequitur ad extr. Nil Claudiæ non perficient manus: Quas & benigno numine Iupiter Defendit, & curæ sagaces. Expediunt per acuta belli.

14. magnique eius op. æstimata est) sic legendum, non, vt habent libri vulgati, existimata est, & infrà non longe, quod non minoris æstimamus, &c.

15. apud Senam) quæ Senogallia à Plinio lib. 3. cap. 14. appellatur: Σῆναs nominat Appianus. sita est non longè à Metauro fl. in Vmbria, à Gallis Senonibus cóndita: quos constat iuxta Adriaticũ mare habitasse vel auctore Polybio lib. 2. Itaque M. Tullius in Bruto hoc prœlium, Senense à Sena appellat. Sic enim ille, Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi prœlio vouerat. Ostendunt etiam hodie Vmbri quo loco pugna illa fuerit pugnata.

16. quo cécidit Hasdrubal) cuius capite, quod cum cura seruatum fuerat, ante stationes Hannibalis proiecto, ille tanto simul publico, familiarique ictus luctu, dixisse fertur, Agnosco te fortuna Karthaginis. auctor Liuius lib. 27.

17. Quæstor obtigit) anno tertio à Neronis & Salinatoris consulatu. Nam anno proximo consules fuerunt Q. Cæcilius Metellus, & L. Veturius Philo. Quibus magistratu defunctis, P. Cornelius Scipio, qui postea Africanus dictus est ob deuictam & subactam Karthaginem, & P. Licinius Crassus Diues cõsules creati sunt. Ita XXVII. aut certè XXVIII. annos natus erat Cato, cùm quæstor factus est. Testatur & Liuius lib. 29. Catonem Scipioni quæstorẽ fuisse, his verbis: cum XX. rostratis nauibus se, ac L. Scipionem ab dextro cornu: ab læuo totidem rostratis C. Lælium præfectum classis cum M. Porcio Catone (quæstor tum is erat) onerariis futurum præsidio. Atqui Cicero in Bruto scribit, M. Catonem quæstorem fuisse Cethego & Tuditano coss. At M. Cornelius Cethegus, & P. Sempronius Tuditanus anno vno post Africanum & Crassum consules facti sunt. Respondéri posse puto, Catonem factum esse iterum quæstorem Romæ Cethego & Tuditano coss. posteaquàm quæstor Scipioni imperatori obtigisset.

18. pro sortis neceßitud.) Nam quæstor more maiorum, prætori, aut consuli est liberûm loco. M. Tullius Diuinatione in Verr. Quid cùm commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit? commemorare quæstoris cum prætore neceßitudinem constitutam, morem maiorum, sortis religionem? Idem ibid. duab. paginis post. Sic enim à maioribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiorem, neque grauiorem causam neceßitudinis posse reperiri, quàm cõiunctione m sortis, quam prouinciæ, quàm officij, quàm publici muneris societatẽ. Idem lib. I. accus. Ita ne

verò tu cùm quæstor ad exercitum missus sis, custos non solùm pecuniæ, sed etiam consulis, particeps omnium rerum, consiliorúmque fueris: habitus sis in liberûm loco, sicut mos maiorum ferebat: repente relinquas? deseras? ad aduersarios transeas? Idem post reditum in sen. Qui si mihi quæstor imperatori fuisset, in filij loco fuisset: nunc certè erit in parentis, cum fuerit quæstor non imperij, sed doloris. Idem pro Plancio. L. verò Apuleius hunc tanti facit, vt morem illum maiorum, qui præscribit, in parentum loco quæstoribus suis pretores esse oportere, officiis, beneuolentiáque superarit.

18. *Namque ab eo perpetua dissensit vita)* Propterea, opinor, quòd ad amicitiã Q. Fabij Maximi se iam adolescens applicarat: Q. Fabio autem cum Scipione Africano non satis conueniebat. Licet & ex Plutarcho intelligere, P. Scipionem, & M. Catonem gessisse inter se inimicitias. Sic enim ille. ἔτι δ᾽ αὐτοῦ διατρίβοντος ἐν Ἰβηρίᾳ, Σκηπίων ὁ μέγας ἐχθρὸς ὤν, καὶ βουλόμενος ἐνστῆναι κατορθοῦντι, καὶ τὰς Ἰβηρικὰς πράξεις ὑπολαβεῖν, διεπράξατο τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἀποδειχθῆναι διάδοχος. σπεύσας δ᾽ ὡς ἐνῆν τάχιστα, κατέπαυσε τὴν ἀρχὴν τοῦ Κάτωνος. ὁ δὲ λαβὼν σπείρας ὁπλιτῶν πέντε, καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς προπομπούς, κατεστρέψατο μὲν τὸ Λακετανῶν ἔθνος, ἑξακοσίους δὲ τῶν ηὐτομοληκότων κομισάμενος, ἀπέκτεινεν. ἐφ᾽ οἷς σχετλιάζοντα τὸν Σκηπίωνα κατειρωνευσάμενος, οὕτως ἔφη τὴν Ῥώμην ἔσεσθαι μεγίστην, τῶν μὲν ἐνδόξων καὶ μεγάλων τὰ τῆς ἀρετῆς πρωτεῖα μὴ μεθιέντων τοῖς ἀσημοτέροις, τῶν δ᾽, ὥσπερ αὐτός ἐστι, δημοτικῶν ἁμιλλωμένων ἀρετῇ πρὸς τοὺς τῷ γένει, καὶ τῇ δόξῃ προήκοντας. i. Cùm autem is (Cato) etiamnum in Vmbria versaretur, Scipio, qui eius erat acer inimicus, quíque volebat ei res præclaras gerenti obstare, & Ibericas actiones excipere, ac subtrahere, fecit vt in illa prouincia successor eius declararetur. Quo facto quanta maxima potuit celeritate vsus, imperium, quod gerebat Cato in prouincia, suo aduentu illi ademtum ad se transtulit. Ille autem sumtis peditum grauioris armaturæ cohortibus quinque, & equitibus quingentis, qui se prosequerentur, Lacentanos Hispaniæ populos subegit, & sexcentos transfugas receptos interemit. quod cùm molestè ferret Scipio, quasi sibi facta esset à Catone iniuria: Cato vrbanè eum ludens, dixit ita Romam futuram maximam, si clari quidem & magni viri non concederent præmia virtutis hominibus ignobilibus atq; obscuris: plebeij autẽ homines, qualis ipse esset, cum viris genere & gloria præstantibus, virtute certarent. Idem. τὸν δὲ πρεσβύτερον τῶν πολιτῶν Μάξιμον Φάβιον προσεταιρισάμενος ἑαυτῷ, ἐνδοξότατον ὄντα, καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντα, μᾶλλον δὲ τὸν τρόπον αὐτοῦ, καὶ τὸν βίον, ὡς κάλλιστα παραδείγματα, προθέμενος. διὸ καὶ Σκηπίωνι τῷ μεγάλῳ, νέῳ μὲν ὄντι τότε, πρὸς δὲ τὴν Φαβίου δύναμιν ἀνταίροντι, καὶ φθονεῖσθαι δοκοῦντι, παρ᾽ οὐδὲν ἐποιήσατο γενέσθαι διάφορος. ἀλλὰ καὶ ταμίας αὐτῷ πρὸς τὸν ἐν Λιβύῃ πόλεμον συνεκπεμφθείς, ὡς ἑώρα τῇ συνήθει πολυτελείᾳ χρώμενον τὸν ἄνδρα, καὶ καταχορηγοῦντα τοῖς στρατεύμασιν ἀφειδῶς τῶν χρημάτων, ἐπαρρησιάζετο πρὸς αὐτόν, οὐ τὸ τῆς δαπάνης μέγιστον εἶναι φάμενος, ἀλλ᾽ ὅτι διαφθείρει τὴν πάτριον εὐτέλειαν, τῶν στρατιωτῶν εἰς ἡδονὰς καὶ τρυφὰς τῷ περιόντι τῆς χρείας τρεπομένων. εἰπόντος δὲ τοῦ Σκηπίωνος, ὡς οὐδὲν δέοιτο ταμίου λίαν ἀκριβοῦς, πλησίστιος ἐπὶ τὸν πόλεμον φερόμενος. πράξεων γάρ, οὐ χρημάτων τῇ πόλει λόγον ὀφείλειν· ἀπῆλθεν ὁ Κάτων ἐκ Σικελίας. καὶ μετὰ τοῦ Φαβίου καταβοῶν ἐν τῷ συνεδρίῳ, φθοράν τε χρημάτων ἀμύθητον ὑπὸ τοῦ Σκηπίωνος, καὶ διατριβὰς αὐτοῦ μειρακιώδεις ἐν παλαίστραις καὶ θεάτροις, ὥσπερ οὐ στρατηγοῦντος, ἀλλὰ πανηγυρίζοντος, ἐξειργάσατο πεμ-

φθῆναι δημάρχους ἐπ' αὐτὸν, ἄξοντας εἰς Ῥώμην ἂν ἀληθεῖς αἱ κατηγορίαι φανῶσι. i. Ex natu grandioribus autem ciuibus ad Maximum Fabium maximè se applicauit, eúmque in primis coluit, non quòd ille esset vir clarissimus, summáque auctoritate, & maximis opibus præditus, vt erat, sed potius quòd eius mores, & vitam, vt exempla pulcherrima, sibi ad imitandum proponeret. Quapropter non dubitauit à Scipione Magno, iuuene quidem illo tunc, sed cum Fabii potentia in certamen descendente, & contendente, & inuidentis speciem præbente, dissentire, ac dissidere. Quin cùm vnà cum eo quæstor ad bellum Africanum missus esset, vt vidit eum solita profusione vti, & exercitui pecunias effusè largiri, liberè cum eo locutus est, cùm diceret, non in sumtu maximum malum versari, sed in eo, quòd patriam & antiquam continentiam ac frugalitatem corrumperet, dum milites ad voluptatem & luxuriam ex iis, quæ vsus necessarios superant, se conferunt. cui cùm Scipio respondisset, sibi ad bellum passis & turgidis velis proficiscenti, quæstore non opus esse, qui sumtus nimis accuratè ad calculum uocaret: se enim ciuitati rerum gestarum, non pecuniarum rationes referre debere: discessit ab eo Cato, medio in cursu, Romámque ex Sicilia reuersus est. & dum cum Fabio vociferatur in contione, & in senatu, vim pecuniæ immemorabilem à Scipione perdi ac dissipari, exagitátque cœtus & congressiones eius iuueniles in palæstris ac theatris, tamquam hominis non exercitum ducentis, sed ludos magna hominum celebritate facientis: effecit vt ad eum tribuni plebis mitterentur, quibus mandatum erat, vt eum Romam reducerent, si criminationes veræ repertæ essent.

Quin etiam mortuum Scipionem insectatus est M. Cato. Sic enim Liuius lib. 38. Morte Africani creuere inimicorum animi: quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui viuo quoque eo allatrare eius magnitudinem solitus erat. Hoc auctore existimantur Petilii & viuo Africano rem ingressi, & mortuo rogationem promulgasse. Fuit autem rogatio talis. Velitis, iubeatis, Quirites, quæratur quæ pecunia capta, ablata, coacta à rege Antiocho est, quíque sub eius imperio fuerunt: quod eius in publicum relatum non est, vti de ea re Ser. Sulpicius pr. vrbanus ad senatum referat, quem eam rem velit senatus quærere de iis, qui prætores nunc sunt.

19. Ædilis plebis factus est) T. Liuius lib. 32. Inde prætorum comitia habita. creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Heluius, qui ædiles plebis fuerant. Quòd si Cato quadriennio post quæsturam ædilis factus est: vt ait ipse de se in Catone maiore apud M. Tull. quem totum locum mox proferemus: agebat tum annum ætatis XXXI aut XXXII.

20. Prætor prou. obtin. Sard) T. Liuius eod. lib. Prætores L. Cornelius Merula vrbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Cato Sardiniam, C. Heluius Galliam est sortitus. Plutarchus. ἐπαρχίαν δὲ λαβὼν Σαρδόνα, τῶν πρὸ αὐτοῦ στρατηγῶν εἰωθότων χρῆσθαι σκηνώμασι δημοσίοις, καὶ κλίναις, καὶ ἱματίοις, πολλῇ γε καὶ θεραπείᾳ, καὶ φίλων πλήθει, καὶ τοῖς περὶ δίαιταν δαπάναις καὶ παρασκευαῖς βαρυνόντων, ἐκεῖνος ἄπιστον ἐποίησε τὴν διαφορὰν τῆς εὐτελείας, &c. i. Sardiniam autem nactus prouinciam, cùm superiores prætores tabernaculis, & lectis, & vestimentis publicis vti solerent, magnúmque comitatum, & ingentem amicorum multitudinem secum traherent, conuiuiorúmque sumtibus, & magnifico apparatu prouincialibus graues essent.

ille incredibilem continentiæ, & parsimoniæ dissimilitudinem instituit, &c. Nunc ad Ciceronis verba, quæ sunt in Catone, veniamus: eáque quomodo nobis legenda videntur, non, quomodo vulgò leguntur, proferamus. Sic igitur Cato de se apud Ciceronem. *Ego Q. Maximum eum, qui Tarentum recepit, senem adolescens ita dilexi, vt æqualem. Erat in illo viro comitate grauitas condita: nec senectus mores mutauerat. Quamquam eum colere cœpi non admodum grandem natu: sed tamen iam ætate prouectum. Anno enim pòst quàm primùm consul fuerat, ego natus sum: cum eo quartùm consule adolescentulus ad Capuam profectus sum: quintóque anno pòst ad Tarentum: deinde quæstor: quem magistratum gessi consulib. Tuditano & Cethego: cùm quidem ille admodum senex suasor legis Cinciæ de donis & muneribus fuit. ædilis quadriennio pòst factus sum: deinde prætor. Hic & bella, &c.*

22. *Q. Ennium poëtam deduxerat)* Atqui M. Cato in *quadam oratione obiicit, vt probrum, M. Nobiliori, quòd is in prouinciam poëtas duxisset. duxerat autem consul ille in Ætoliam, vt scimus, Ennium, inquit* M. Tullius lib. I. *Tusc. princip.* Idem Cicero pro Archia poëta. *Iam verò ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellauit, Fuluius, non dubitauit Martis manubias Musis consecrare.* Idem in Bruto. *dicunt etiam Q. Nobiliorem M. filium iam patrio instituto deditum fuisse studio litterarum: qui etiam Q. Ennium, qui cum patre eius in Ætolia militauerat, ciuitate donauit, cùm triumuir coloniam deduxisset.*

23. *quod non minoris æstum.) sic legendum, non vt vulgò, existimamus: quomodo & suprà, magnique opera eius æstimata est, vbi vulgo legitur, existimata est, &c.*

24. *Consulatum gessit)* Anno ab vrbe cóndita IↃLVIII. Plutarchus. ὕπατος δὲ μετὰ Φλάκκου Οὐαλερίου τοῦ φίλου καὶ συνήθους ἀποδειχθείς, ἔλαχε τὴν ἐπαρχίαν, ἣν ἐντὸς Ἰσπανίαν καλοῦσιν, &c. i. *Cùm autem consul cum* L. Valerio Flacco *creatus esset, prouinciam* Hispaniam *nactus est, eam, quam interiorem appellant* Romani. T. Liuius lib. 33. Annal. *Comitia inde habita à* M. Marcello *consule. creati consules* L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, *&c. sequitur aliquot pòst versib.* L. Valerius Flaccus, & M. Porcius *quo die magistratum inierunt, de prouinciis cùm ad senatum retulissent: patres censuerunt, cum in* Hispania *tantum gliscerei bellum, etiam consulari & duce, & exercitu opus esset: placere, consules* Hispaniam *citeriorem, &* Italiam *prouincias aut comparare inter se, aut sortiri. Vtri* Hispania *prouincia euenisset, eum duas legiones, & quinque millia sociûm Latini nominis, & quingentos equites secum portare, & naueis longas viginti ducere, &c. sequitur statim,* Cato Hispaniam, Valerius Italiam *est sortitus.*

25. *triumphum deportauit)* Sic Plutarch. *vt mox ex eo referemus.*

26. *Ibi)* in Hispania.

27. *cuius in priore consulatu) hac de re suprà.*

28. *& ipse ei succedere) & successit, vt suprà ex* Plutarcho *ostendimus.* Præterea P. Scipioni Africano, *qui consul fuit anno proximo, prouincia* Hispania *vlterior euenit, vt tradit* T. Liuius lib. 34. Annal.

29. *neque hoc per senatum eff.)* Contrà Plutarchus, *vt suprà retulimus.* Sed hoc

non

non potuit efficere, vt senatus, quæ essent acta à Catone, improbaret. Sic enim Plutarch. eod. loco. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συγκλήτου ψηφισαμένης μηδὲν ἀλλάττειν, μηδὲ κινεῖν τῶν διῳκημένων ὑπὸ τοῦ Κάτωνος, ἡ μὲν ἀρχὴ τῷ Σκηπίωνι τῆς αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ τῆς Κάτωνος ἀφελοῦσα δόξης, ἐν ἀπραξίᾳ καὶ σχολῇ μάτην διῆλθεν. ὁ δὲ Κάτων θριαμβεύσας οὐχ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι, τῶν μὴ πρὸς ἀρετήν, ἀλλὰ πρὸς δόξαν ἁμιλλωμένων, ὅταν εἰς τὰς ἄκρας τιμὰς ἐξίκωνται, καὶ τύχωσιν ὑπατείας, καὶ θριάμβων, ἤδη τὸ λοιπὸν εἰς ἡδονὴν, καὶ σχολὴν συσκευασάμενοι τὸν βίον, ἐκ τῶν κοινῶν ἀπίασιν. οὕτω καὶ αὐτὸς ἐξανῆκε, καὶ κατέλυσε τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ὅμοια τοῖς πρῶτον ἁπτομένοις πολιτείας, καὶ διψῶσι τιμῆς καὶ δόξης, ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς συντείνας, ἑαυτὸν ἐν μέσῳ παρεῖχε καὶ φίλοις χρῆσθαι καὶ πολίταις, οὔτε τὰς συνηγορίας, οὔτε τὰς στρατείας ἀπειπάμενος. Verum tamen cùm senatus decreuisset ne quid eorum, quæ à Catone administrata ac gesta essent, mutaretur, néve moueretur: imperium illud, quod Scipioni mandatum est, cum plus de Scipionis, quàm de Catonis gloria detraxisset, in vacuitate à negotiis, & otio traductum est. Cato verò post triumphum deportatum, non vt plerique, quos non virtus, sed inanis gloriæ cupiditas ad res gerendas, & labores pro rep. suscipiendos, excitat, vbi ad summos honoris gradus peruenerint, consulatúsque ac triumphos consecuti sint, in reliquum tempus vitam iam ad voluptatem, & otium conferentes, reip. curam abiiciunt: non, inquam, sic & Cato virtutis studium remisit, neruósque debilitauit, sed similiter atque ij, qui primùm remp. attingunt, & honorem, gloriámque sitiunt, ab altero initio contentionem virium orsus, seipsum in medio & amicis, & ciuibus vtendum præbebat atque exponebat, neque patrociniorum, neque militiæ labores defugiens.

30. *non potentia*) proinde quasi dicat, vt hodie. Mores enim suorum temporum notat, obscuréque potentiam Pompeij, aut Cæsaris, aut vtriusque carpit, ac vellicat. qui locus etiam argumento est, hunc scriptorem multis sæculis superiorem Theodosio fuisse.

31. *priuatus in vrbe mansit*) Nihil me hac de re neque apud Plutarch. neque apud Liuium legere memini. Hoc quidem traditum est, eum tribunitiis criminationibus & contionibus exagitatum ac vexatum, cùm accusatus de peculatu, & ad causam dicendam citatus, hoc tantum dixisset, hac die, Quirites, Karthaginem vici, & in Capitolium ascendisset: in voluntarium exsilium Liternum concessisse: ibique diem supremum obiisse. quamquam nonnulli alii tradiderunt Romæ è vita excessisse.

32. *At Cato, censor cum eod. Flac.*) Lubet mihi hac de re T. Liuij verba ascribere, neque quòd multa sint, eò velle desinam. Pondus enim vtilitatis, offensionem longitudinis compensabit: simúlque multa inde, quæ ad M. Porcij Catonis mores, & ingenium, & vitam pertinent, cognoscentur. Sic igitur Liuius lib. 39. Annal. censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. & L. Scipiones, Cn. Manlius Vulso, L. Furius Purpureo, patricij: plebeij autem, M. Porcius Cato, M. Fuluius Nobilior, T. & M. Sempronij, Longus & Tuditanus. Sed omneis patricios, plebeiósque nobilissimarum familiarum M. Porcius longè anteibat. In hoc viro tanta vis animi, ingeniíque fuit, vt, quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur, nulla ars neque priuatæ, neque publicæ rei ge-

rendæ ei defuit: vrbanas, rusticásq; res pariter callebat. ad summos honores alios scientia iuris, alios eloquentia alios gloria militaris prouexit. huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, vt natum ad id vnum diceres, quodcumque ageret. in bello manu fortissimus, multisq; insignibus clarus pugnis. Idem posteaquàm ad magnos honores peruenit, summus imperator: idem in pace, si ius consuleres, peritissimus: si causa oranda esset, eloquentissimus: nec is tantùm, cuius lingua viuo eo viguerit, monumentum eloquentiæ nullum exstet: viuit immò, vigétque eloquentia eius, sacrata scriptis omnis generis. Orationes & pro se multæ, & pro aliis, & in alios. nam non solùm accusando, sed etiam causam dicendo fatigauit inimicos. Simultates nimio plures & exercuerunt eum, & ipse exercuit eas. nec facilè dixeris, vtrùm magis presserit eum nobilitas, an ille agitauerit nobilitatem. Asperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immodicè liberæ fuit: sed inuicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ. contemtor gratiæ, & diuitiarum. in parsimonia, in patientia laboru. periculíque, ferrei propè corporis, animíque: quem ne senectus quidem, quæ soluit omnia, fregit. qui sextū & octogesimum annum agens causam dixerit, ipse pro se orauerit, scripseritque: nonagesimo anno Seruium Galbam ad populi adduxerit iudicium. Hunc sicut omni vita, ità tum petentem (censuram) premebat nobilitas: consenserántque præter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat, candidati omnes ad deiiciendum honore: non solùm vt ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur nouum hominem censorem videre, sed etiam: quòd tristem censuram, periculosamque multorum famæ, & ab læso à plerisque, & à lædendi cupido exspectabant. Etenim tum quoque minitabundus petebat, refragari sibi qui liberam & fortem censuram timerent, criminando. & simul L. Valerio suffragabatur: illo vno collega castigare se noua flagitia, & priscos mores reuocare posse. Nūc Plutarchū audiamus, ex eóq; de cēsura præclara quædā cognoscamus. τῆς ὑπατείας κατόπιν ἔτει δέκα, τιμητείαν ὁ Κάτων παρήγγειλε. κορυφὴ δέ τις ἐστὶ τιμῆς ἁπάσης ἡ ἀρχὴ, καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἐπιτελείωσις, ἄλλην τε πολλὴν ἐξουσίαν ἔχουσα, καὶ τὴν περὶ τὰ ἤθη, καὶ τοὺς βίους ἐξέτασιν. οὔτε γὰρ γάμον, οὔτε παιδοποιΐαν τινὸς, οὔτε δίαιταν, οὔτε συμπόσιον ᾤοντο δεῖν ἄκριτον, καὶ ἀνεξέταστον, ὡς ἕκαστος ἐπιθυμίας ἔχει καὶ προαιρέσεως, ἀφεῖσθαι. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν τούτοις νομίζοντες, ἢ ταῖς ὑπαίθροις καὶ πολιτικαῖς πράξεσι, τρόπον ἀνδρὸς ἐνορᾶσθαι, φύλακα, καὶ σωφρονιστὴν, καὶ κολαστὴν τοῦ μηδένα καθ᾽ ἡδονὰς ἐκτρέπεσθαι, καὶ παρεκβαίνειν τὸν ἐπιχώριον, καὶ συνήθη βίον, ᾑροῦντο τῶν καλουμένων πατρικίων καὶ τῶν δημοτικῶν ἕνα. τιμητὰς δὲ τούτους προσηγόρευον, ἐξουσίαν ἔχοντας ἀφελέσθαι μὲν ἵππον, ἐκβαλεῖν δὲ συγκλήτου τὸν ἀκολάστως βιοῦντα, καὶ ἀτάκτως. οὗτοι δὲ καὶ τὰ τιμήματα τῶν οὐσιῶν λαμβάνοντες ἐπεσκόπουν, καὶ ταῖς ἀπογραφαῖς τὰ γένη, καὶ τὰς πολιτείας διέκρινον. ἔχει δέ τι μεγάλας ἡ ἀρχὴ δυνάμεις. διὸ καὶ τῷ Κάτωνι πρὸς τὴν παραγγελίαν ἀπήντησαν, ἐνιστάμενοι σχεδὸν οἱ γνωριμώτατοι, καὶ πρῶτοι τῶν συγκλητικῶν. τοὺς μὲν γὰρ εὐπατρίδας ὁ φθόνος ἐλύπει, παντάπασιν οἰομένους προπηλακίζεσθαι τὴν εὐγένειαν, ἀνθρώπων ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀδόξων εἰς τὴν ἄκραν τιμὴν καὶ δύναμιν ἀναβιβαζομένων. οἱ δὲ μοχθηρὰ συνειδότες αὑτοῖς ἐπιτηδεύματα, καὶ πατρίων ἐκδιαιτήσεις ἐθῶν, ἐφοβοῦντο τὴν αὐστηρίαν τοῦ ἀνδρὸς ἀπαραίτητον ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ χαλεπὴν ἐσομένην. διὸ συμφρονήσαντες καὶ παρασκευάσαντες, ἑπτὰ κατῆγον ἐπὶ τὴν παραγγελίαν ἀντιπάλους τῷ Κάτωνι, θεραπεύοντας ἐλπίσι χρησταῖς τὸ πλῆθος, ὡς δὴ μαλα-

κῶς καὶ πρὸς ἡδονὴν ἄρχεσθαι δεόμενοι. τοὐναντίον δ' ὁ Κάτων οὐδ' ἡντινοῦν ἐπιείκειαν, ἀλλ' ἄντικρυς ἀπειλῶν τοῖς πονηροῖς ἀπὸ τοῦ βήματος, καὶ κεκραγὼς, μεγάλου καθαρμοῦ χρῄζειν τὴν πόλιν, ἠξίου τοὺς πολλοὺς, εἰ σωφρονοῦσι, μὴ τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ τὸν σφοδρότατον αἱρεῖσθαι τῶν ἰατρῶν. τοῦτον δὲ αὐτὸν εἶναι, καὶ τῶν πατρικίων ἕνα, Φλάκκον Οὐαλέριον. μετ' ἐκείνου γὰρ οἴεσθαι μόνου τὴν τρυφὴν, καὶ τὴν μαλακίαν, ὥσπερ ὕδραν, τέμνων, καὶ ἀποκαίων, προὔργου τι ποιήσειν. τῶν δ' ἄλλων ὁρᾶν ἕκαστον ἄρξαι κακῶς βιαζόμενον, ὅτι τοὺς καλῶς ἄρξοντας δέδοικε. i. *Decem annis post consulatum, censuram Cato petiuit. Est autem apex quidam honoris hic magistratus, & quodammodo reip. administrationis perfectio. qui cùm multa alia auctoritate praeditus sit, tum ius habet in mores, & vitam inquirendi, atque animaduertendi. Nam neque nuptias, neque liberorum procreationem, neque victus, cultúsque rationem, neque conuiuium cuiusquam existimabant oportere esse à iudicio, & animaduersione liberum, aut solutum, vt suam quisque cupiditatem, suúmque consilium in eis rebus sequeretur. cùm autem putarent, multo magis in his, quàm in propatulis, & forensibus, & ciuilibus actionibus mores hominis cerni, vt nequis in voluptatibus fruendis à vita patria, & moribus comprobata deflecteret, ac declinaret: vnum ex iis, qui patricij appellantur, & alterum ex plebeiis sumebant, custodem & magistrum veteris disciplinae, & correctorem, & castigatorem. Hos autem censores appellabant, quibus ius & potestas erat equi adimendi, & eiiciẽdi è senatu, si quis intemperanter & minus ordinatè viueret. Hi autem & pecunias sacrificiorum aestimatas accipientes inspiciebant: & descriptione facta ciuium genera, & totius reip. administrationem distinguebant. Denique magna est huius magistratus auctoritas ac potestas. Quocirca & Catoni petenti aduersati sunt, atque obstiterunt propè senatorum clarißimi, & principes. Nam patricios quidem vrebat inuidia, existimanteis nobilitatem contumeliosè tractari, atque indignè vexari, si homines ab initio aetatis obscuri ad amplißimum honoris gradum, & summam potestatem proueherentur. Nonnulli verò malarum artium, turpiúmque vitae studiorum sibi conscij, & patria instituta in vita degenda à se esse neglecta recordantes, huius viri austeritatem, tamquam in potestate inexorabilem & saeuam futuram, horrebant. Itaque conspirarunt inter se, & coitionem fecerunt, compositóque septem Catoni aduersarios & competitores in petitione subornarunt, qui multitudinem, et bonam spem ostentantes, demulcebant, tamquam quae molliter, & ad voluptatem à magistratibus tractari vellet. contrà Cato ad nullam se aequitatem inflectens, sed apertè improbis è loco superiore comminans, & ciuitatem magna expiatione egere vociferans, postulabat à multitudine, ne suauißimum, sed acerrimum eligeret medicum. Se porrò hunc esse, & vnum è patriciis, L. Valerium Flaccum. cum illo enim solo se putare aliquid reip. profuturum, mollitia, & luxuria, tamquam hydra, secanda atque vrenda: vnumquemque autem ex aliis videri sibi per vim ad magistratus obtinendos irrumpere, vt eos malè gerant, quia eos, qui benè gesturi sint, pertimescant.*

33. Nam & in compl. nobil., T. Liuius lib 39. Annal. censores Marcus Porcius, & L. Valerius, metu mista exspectatione senatum legerunt. septem mouerunt senatu: ex quibus vnum insignem nobilitate & honoribus, L. Quintium Flamini-

num consularem. Patrum memoria institutum fertur, vt censores motis è senatu ascriberent notas. Catonis & aliæ quidem acerbæ orationes exstant in eos, quos à senatorio loco mouit, aut quibus equos ademit: sed longè grauißima in L. Quintium oratio est, qua si accusator ante notam, non censor post notam, vsus esset: retinere L. Quintium in senatu ne frater quidem T. Quintius, si tum censor esset, potuisset. Inter cetera obiecit ei, Philippum Pœnum, carum ac nobile scortum, ab Roma in Galliam prouinciam spe ingentium donorum perductum. Eum puerum, per lasciuiam cùm cauillaretur, exprobrare consuli persæpe solitum, quòd sub ipsum spectaculum gladiatorum abductus ab Roma esset, vt obsequium amatori iactaret. Fortè epulantibus iis, cùm iam vino incaluissent, nuntiatum in conuiuio esse, nobilem Boium cum liberis transfugam venisse: conuenire consulem velle, vt ab eo fidem præsens acciperet: introductum in tabernaculum, per interpretem, consulem alloqui cœpisse: inter cuius sermonem Quintius scorto, Vis tu, inquit, quoniam gladiatorum spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem aspicere? & cum is vixdum seriò annuisset: ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primùm percußisse, deinde fugienti, fidémque populi Rom. atque eorum, qui aderant, imploranti, latus transfodisse. Valerius Antias, vt qui nec Catonis orationem legisset, & fabulæ tantùm sine auctore editæ credidisset: aliud argumentum, simile tamen & libidine & crudelitate, peragit. Placentiæ famosam mulierem, cuius amore deperiret, in conuiuium arceßitam scribit. ibi iactantem sese scorto inter cetera retulisse, quàm acriter quæstiones exercuisset, & quàm multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos securi percussurus esset. Tum illam infra eum accubantem negasse se vmquam vidisse quemquam securi feriri, & peruelle id videre. Hîc indulgentem amatorem, vnum ex illis miseris attrahi iussum securi percußisse. facinus siue eo modo, quo censor obiecit, siue, vt Valerius tradit, commissum est, sæuum atque atrox: inter pocula, atque epulas, vbi libare diis dapes, vbi benè precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse, & cruore mensam respersam. Plutarch. ἐξέβαλε δὲ τῆς βουλῆς ἄλλους τε συχνούς, καὶ Λεύκιον Κοΐντιον ὕπατον μὲν ἑπτὰ πρότερον ἐνιαυτοῖς γεγενημένον, ὃ δ' ἦν αὐτῷ πρὸς δόξαν, ὑπατείας μεῖζον, ἀδελφὸν Τίτου Φλαμινίνου, τοῦ καταπολεμήσαντος Φίλιππον. αἰτίαν δὲ τῆς ἐκβολῆς ἔγραψε τοιαύτην. μειράκιον ἐκ τῆς παιδικῆς ὥρας ἑταιρούμενον, ἀνειληφὼς ὁ Λεύκιος ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχε, καὶ συνεπήγετο στρατηγῶν, ἐπὶ τιμῆς καὶ δυνάμεως τοσαύτης, ὅσην οὐδεὶς εἶχε τῶν πρώτων παρ' αὐτῷ φίλων καὶ οἰκείων. ἐτύγχανε μὲν οὖν ἡγούμενος ὑπατικῆς ἐπαρχίας. ἐν δὲ συμποσίῳ τινὶ τὸ μειράκιον, ὥσπερ εἰώθει, συγκατακείμενον, ἄλλην τε κολακείαν ἐκίνει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐν οἴνῳ ῥᾳδίως ἀγόμενον, καὶ φιλεῖν αὐτὸν οὕτως ἔλεγεν, ὥστε, ἔφη, θέας οὔσης οἴκοι μονομάχων, οὐ τεθεαμένος πρότερον, ἐξώρμησα πρὸς σέ, καίπερ ἐπιθυμῶν ἰδεῖν ἄνθρωπον σφαττόμενον. ὁ δὲ Λεύκιος ἀντιφιλοφρονούμενος, ἀλλὰ τούτου γε χάριν, εἶπε, μή μοι κατάκεισο λυπούμενος. ἐγὼ γὰρ ἰάσομαι. καὶ κελεύσας ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτων εἰς τὸ συμπόσιον ἀχθῆναι, καὶ τὸν ὑπηρέτην ἔχοντα πέλεκυν ἐπιστῆναι, πάλιν ἠρώτησε τὸν ἐρώμενον, εἰ βούλεται τυπτόμενον θεάσασθαι. φήσαντος δὲ βούλεσθαι, προσέταξε τοῦ ἀνθρώπου τὸν τράχηλον ἀποκόψαι. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι ταῦτα ἱστοροῦσι. καὶ ὅ γε Κικέρων αὐτὸν τὸν Κάτωνα διηγούμενον ἐν τῷ περὶ γήρως διαλόγῳ πεποίηκεν. ὁ δὲ Λίβιος αὐτό-

μολόν τινα φησὶ Γαλάτην τ' ἀναιρεθέντα· τὸν δὲ Λύκιον, οὐ δι' ὑπηρέτου κελεῦσαι τ' ἄνθρωπον, ἀλλ' αὐτὸν ἰδίᾳ χειρὶ, καὶ τοῦτ' ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι Κάτωνος. i. Eiecit autem è senatu cùm alios multos, tum L. Quintium Flamininum, qui fuerat ille quidem septem annis antè consul: sed, quod erat ei ad gloriam consulatu maius, frater erat T. Flaminini, qui Philippum bello superarat. Causa autem, quamobrem eum eiecerit, talis fuit. Adolescentulum vsque à flore ætatis pueriliis scortãtem, domum admissum ac receptum, semper secum habebat, & in exercitu secum imperator ducebat, tantum ei honorem habens, tantámque potestatem tribuens, quantam ex amicis & familiaribus primi apud eum loci dabat omnino nemini. Cùm igitur prouinciæ consulari præesset, contigit vt hic adolescens vnà cum eo, vt solebat, recumbens, cùm alia blandimenta ad hominem capiendum, qui alioqui in vino facilè quouis ducebatur, adhiberet: tum se tanto illius amore flagrare diceret, vt, cùm domi gladiatorum ludi parati essent, neque vnquam gladiatores spectasset, ad eum exsilierit, quamuis magnopere videre cuperet hominem iugulari. Lucius autem eum pari comitate & paribus blandimentis excipere & complecti volẽs: At tu, inquit, ne mihi propterea vel pilo mæstior accũbito. ego enim isti incommodo medebor. & iussit continuò vnum ex iis, qui capitis damnati essent, in cõuiuium adduci, & lictorem cum securi intromitti. Quo facto iterum quæsiuit ab eo, quem amabat, vellét ne eum spectare, dum feritur. qui cùm ei respondisset, se velle: iussit homini illi ceruices præcidi. Plurimi igitur hæc ita narrant. Et verò Cicero Catonem ipsum in dialogo de Senectute hæc loquentem & narrantem fecit. Sed Liuius eum, qui occisus fuit, transfugam Gallum fuisse dicit. Et Lucium non per lictorem, sed ipsum sua manu hominem interfecisse: & hæc in oratione Catonis scripta esse. M. Tullius in Catone, Inuitus feci vt fortissimi viri T. Flaminini fratrem L. Flamininum è senatu eiicerem: sed notandam libidinem putaui. Ille enim cùm esset consul in Gallia, exoratus in conuiuio à scorto est, vt securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent, damnati rei capitalis. Hic fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est: mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus.

34. animaduertit) eleganter: ex quo animaduersio censoria. Cic. pro Cluentio. Maiores nostri numquam iudicium nominauerunt, neque proinde vt rem iudicatam, obseruauerunt, animaduersionem, auctoritatémque censoriam.

35. quare) quare siue vnica vox sit, siue duæ, valet idem, quod, quamobrem, siue quas ob res, vel quas ob causas. Multas res nouas, inquit, in edictum addidit, propter quas luxuria coërceretur. Sic Cicero ad Atticum. Miror quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. Idem pro Roscio Amerino. permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur, &c. Idem Nepos suprà in Themistocle. causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones, quare negarent oportere extra Peloponesum vllam vrbem haberi, &c.

36. pullulare) tralatio ducta ab arborum pullis. Virgil. lib. 2. Georg. princip. Pullulat ab radice aliis densissima silua.

37. Circiter annos octoginta) id est per annos circiter octoginta. Nam hoc to-

tum, annos octoginta, accusandi casus est, continuitatem, & perpetuitatem temporis significans. Vixit enim Cato nonaginta annos, & eo amplius. Quin annum agens nonagesimum Ser. Galbam accusauit, vt testatur Plutarchus. sic enim ille. τεσσάρων δὲ ἄλλων ἐνιαυτῶν διελθόντων, Σερουιλίου Γάλβα κατηγόρησεν ἐνενήκοντα γεγονὼς ἔτη. κινδυνεύει γὰρ, ὡς ὁ Νέστωρ, εἰς τριγονίαν τῷ βίῳ, καὶ ταῖς πράξεσι καταλῆξαι. i. Quattuor autem aliis exactis annis, Ser. Galbam accusauit, nonaginta annos natus. Videtur enim, vt Nestor, treis hominum aetates vita, & rebus gestis traduxisse.

38. *suscipere inimicitias)* Hoc paullo antè ex Liuio cognouimus. nunc idem ex Cicerone discamus. Sic Cicero Diuinatione in Qu. Caecilium, seu C. Verrem. *M. Catonem illum sapientem, clarissimum virum, & prudentissimum, cum multis graueis inimicitias gessisse accepimus propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, inimicitias.* Idem accus. lib. V. *Venit enim mihi in mentem M. Catonis, hominis sapientissimi. is, cùm se virtute, non genere populo Rom. commendari putaret: cùm ipse sui generis ac nominis initium ab se gigni & propagari vellet: hominum potentissimorum suscepit inimicitias, & maximis in laboribus vsque ad summam senectutem summa cum gloria vixit.* Idem pro L. Murena. *Quid? Ser. Galbam (nam traditum memoriae est) nónne proauo tuo fortissimo, atque florentissimo viro M. Catoni, incumbenti ad eius perniciem, populus Rom. eripuit?* Idem pro Sylla. *Nemo enim istuc M. illi Catoni seni, cùm plurimos haberet inimicos, nemo T. Coruncanio, nemo Curioni, nemo huic ipsi nostro C. Mario, cùm ei multi inuiderent, obiecit vmquam.*

39. *à multis tentatus) à multis petitus. multi enim eum conati sunt percellere.* Plutarchus tradit, eum fere quinquagies accusatum fuisse. sic ille: λέγεται γὰρ ὀλίγον ἀπολιπούσας τῶν πεντήκοντα φυγεῖν δίκας, μίαν δὲ τελευταίαν ἓξ ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα γεγονώς, ἐν ᾗ καὶ τὸ μνημονευόμενον εἶπεν, ὡς χαλεπόν ἐστιν ἐν ἄλλοις βεβιωκότα ἀνθρώποις, ἐν ἄλλοις ἀπολογεῖσθαι. i. *Fertur autem Cato causas capitis dixisse paullo pauciores quinquaginta: vnam autem postremam sex & octoginta annos natus: in qua & illud, quod omnium sermone celebratur, dixit, difficile esse, eum, qui apud alios homines vixerit, apud alios pro se dicere.*

40. *industria) industria Latinis est ea, quam Graeci φιλοπονίαν appellant, id est, laboris studium.*

41. *agricola sollers)* γεωργὸς δεινός. *declarant eius libri de re rustica.*

42. *reip. peritus)* πολιτικός. *declarant eius in rep. administranda consilia, dicta, & facta.*

42. *iurisconsultus) quod testantur commentarij iuris ciuilis ab eo conscripti.*

43. *magnus imperator) argumento ei rei sunt res ab eo in imperio gestae, & triumphus ex Hispania deportatus.* Citetur tamen testis Cicero: cuius haec verba sunt sub persona Pomponij Attici in Bruto. *Ego enim Catonem tuum, vt ciuem, vt senatorem, vt imperatorem, vt virum denique cùm prudentia & diligentia, tum omni virtute excellentem probo: orationes autem, &c.* & item eod. lib. alio loco, quem locum mox referemus: ad quem accedat Liuius, eo loco, vbi multa de Catone: quem locum suprà posuimus.

44. *probabilis orator)* Itaque comparat eum cum Lysia M. Tullius in Bruto,

quamquam dissentiente Attico. Sic enim ille. Catonem verò quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis nouit omnino? At quem virum? dij boni! mitto ciuem, aut senatorem, aut imperatorem. oratorē enim hoc loco quærimus. Quis illo grauior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior? in docendo, edisserendóque subtilior? refertæ sunt eius orationes amplius centum quinquaginta (quas quidem adhuc inuenerim & legerim) & verbis & rebus illustrib. Licet ex his eligant ea, quæ notatione, & laude digna sunt: omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. Ibidem multis pòst paginis. Atticus loquitur. Equidem in quibusdam risum vix tenebam, cùm Attico Lysiæ Catonem nostrum comparabas, magnum hercle hominem, vel potius summum & singularem virū: nemo dicet secus: sed oratorem, sed etiam Lysiæ similem, quo nihil potest esse pictius: bella ironia, si iocaremur: sin asseueramus, vide ne religiò nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus. Ego enim Catonem tuum, vt ciuem, vt senatorem, vt imperatorem, vt virum denique cùm prudentia & diligentia, tum omni virtute excellentem probo: orationes autem eius, vt illis temporebus valde laudo. significant enim formam quandam ingenij, sed admodum impolitam & planè rudem, &c. Ne Plutarchus quidem iis assentitur, qui Catonis orationes Lysiæ orationibus simileis esse dicunt. sic enim ille. ὅθεν οὐκ οἶδα τί πεπόνθασιν οἱ τῷ Λυσίου λόγῳ μάλιστα φάσκοντες ἐοικέναι τὸν Κάτωνος. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἷς μᾶλλον ἰδέας λόγων ῥωμαϊκῶν αἰσθάνεσθαι προσήκει, διακρινοῦσι. Ex quo nescio quid eis acciderit, qui Catonis dicendi genus Lysiæ orationibus simillimum esse dicunt. Verum tamen hæc quidem ij, quibus magis conuenit sermonis Romani figuras perspicere, diiudicabunt, &c.

45. cupidissimus litterarum) M Tull. lib. 3 de finib. Quò cùm venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat: quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipsa curia soleret legere sæpe, dum senatus cogeretur, nihil operæ reip. detrahens. quo magis tum in summo otio, maximáque copia, quasi heluo librorum, (al. helnari libros) si hoc verbo in tam præclara re vtendum est, videbatur.

46. litterarum) Græcarum & Latinarum.

47. etsi senior arripuerat) maximè Græcarum. M. Tullius in Catone princip. qui si eruditius videbitur disputare, quàm consueuit ipse in suis libris: attribuito Græcis litteris: quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. Idem ibid. sub persona ipsius Catonis, de senib. loquentis. Quid quòd etiam addiscunt aliquid? vt Solonem versib. gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem, dicit senem fieri: vt ego feci, qui litteras Græcas senex didici: quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Hîc obseruet studiosus bonarum litterarum lector, Ciceronem, & Nepotem eodem verbo translato vsos esse. hoc interest, quòd Cicero, addito aduerbio, dixit, litteras Græcas auidè arripui: Nepos sine aduerbio, litterarum studium senior arripuerat. Idem pro Archia poëta. ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderūt, diuinum hominem Africanum: ex hoc C. Lælium, L. Furium, modestiss. homines, & continentiss-

simos: ex hoc fortißimum virum, & illis temporib. doctißimum, M. Catonem *illum, senem: qui profectò si nihil ad percipiendam, colendámque virtutem litteris adiuuarentur, numquam se ad earum studium contulissent.* Plutarch. ἄλλως δὲ παιδείας ἑλληνικῆς ὀψιμαθὴς γενέσθαι λέγεται, καὶ πόῤῥω παντάπασιν ἡλικίας ἐληλακὼς, ἑλληνικὰ βιβλία λαβὼν εἰς χεῖρας, βραχέα μὲν ἀπὸ Θουκυδίδου, πλείονα δ' ἀπὸ Δημοσθένους εἰς τὸ ῥητορικὸν ὠφεληθῆναι. τὰ μέντοι συγγράμματα καὶ δόγμασιν ἑλληνικοῖς, καὶ ἱστορίαις ἐπιεικῶς διαπεποίκιλται· καὶ μεθηρμηνευμένα πολλὰ κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασι, καὶ ταῖς γνωμολογίαις τέτακται. *Dicitur autem alioqui* Cato *disciplinas, & litteras* Græcas *serò didicisse, & cùm lōgè omnino ætate prouectus libros* Græcos *in manus sumsisset, parum à* Thucydide, *plus à* Demosthene *ad dicendi genus oratorium adiutus esse.* Scripta *quidem eius & sententiis* Græcis, *& historiis re vera distincta & variata sunt, multáque de* Græcis *ad verbum expressa in apophthegmatis, & sermonibus sententiosis posita sunt.*

48. *orationes) centum quinquaginta, vt suprà ex* M. Tullio *ostendimus. quarum vix ad nos inscriptiones, nomináque peruenerunt.* Citantur *exempli gratia hæ à* Cicerone *&* Gellio, *& veteribus grammaticis, de ædilibus vitio creatis: de præda militum (al. militib.) diuidenda: ex qua, verba illa, quæ profert* A. Gellius *lib.* XI. *cap.* 17. *quia mihi, vt &* Gellio, *impensè placuerunt, continere me nō possum, quin huc ascribam.* Sic *igitur* Cato *de impunitate peculatus, atque licentia conquerens.* Fures *priuatorum furtorum in neruo, atque in compedibus ætatem agunt: fures publici, in auro, atque in purpura.* Pro *lege* Voconia: In M. Cæcilium: *pro* L. Cæsetio: De *morib.* C. Neronis: In Furium: In Pansam: De *tribunis militum.* In Q. Minucium Thermum *de suis virtutibus:* In Veturium *de sacrilegio cōmisso:* Pro Veturio: De *lege* Lætoria: De *lege* Bæbia: De *falsis pugnis:* De *re* Floriana: Ne *quis consul bis fiat:* Aduersus M'. Acilium *quarta:* Ad *lites* Censorias: In Annium: In M. Fuluium Nobiliorem: De *spoliis, ne figerentur, nisi quæ de hostibus, &c.* In Oppium: De *decem hominibus:* De *fæneratione legis* Iuniæ: Pro Rhodiensibus: Pro *lege* Orchia: Dissuasio *de rege* Attalo, *& vectigalibus* Asiæ: Ædiles *plebis sacrosanctos esse:* De *auguribus:* De *indigetibus:* De *coniuratione:* De *fundo oleario:* De *signis & tabulis apud equites:* De *re* Histriæ *militari:* De *consulatu:* In Cornelium *ad populum, &c.*

49. *libri septem) proferuntur nonnulla ex singulis à grammaticis veterib. & maximè à* Festo. Festus *in voce* Mulleos. M. Cato Originum *lib.* 7. Qui *magistratum curulem cepisset, calceos mulleos lunatos (al. alutatos) &c.* Idem *in voce,* Ruscum. Et M. Tullius *in* Catone: *cuius verba mox referemus.*

50. Origines) M. Tull. *in* Catone. Septimus *mihi liber* Originum *est in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: causarum illustrium, quascumq; defendi, nunc cùm maximè orationes conficio: ius augurium, pontificium, ciuile tracto. multum etiam litteris* Græcis *vtor,* Pythagoreorúmque *more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi.*

Reprehendit *hanc inscriptionem* Festus *in voce,* Originum, *his verbis:* Originum *libros quòd inscripsit* Cato, *non satis plenum titulum propositi sui videtur amplexus: quando prægrauant ea, quæ sunt rerum gestarum populi* Romani.

51. bellum

51. bellum Punicũ pr.)quod scripsit Næuius versib. M.Tull. in Bruto. Sit Ennius sanè, vt est, perfectior: qui si illũ (Næuiũ) vt simulat, cõtemneret, non, omnia bella persequens, primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. sed ipse dicit, cur id faciat-scripsere alij rem versibu'- supple ex alio loco-quos olim Fauni, vatésque canebant. Cùm neque musarum scopulos quisquam superar. t, Nec dicti studiosus erat- Ante hunc. Idem in Catone. Quàm gaudebat bello suo Punico Næuius! Versus eius, quòd erant antiquissimi, Saturnij dicti sunt, vt testatur Festus in voce, Saturno, his verbis. Versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnij appellantur, quibus & à Næuio bellum Punicum scriptum est, & à multis alius plura composita sunt. Eò pertinet illud Horatij, epistola ad Augustum. sic horridus ille Defluxit numerus Saturnius, & graue virus Munditiæ pepulere, &c.

52. secundum) quod ab Ennio item versibus scriptum est annalium libris XII.

53. capitulatim) κεφαλαιωδῶς, summatim, aceruatim.

54. Ser. Galbæ) sic legendum, non, vt vulgò, Sergij Galbæ. Galbæ enim erant Sulpiciæ gentis, non Sergiæ. Itaque huius Galbæ prænomen erat Seruius, nomen Sulpicius. Ita autem emendandum est hoc nomen apud Ciceronem, Liuium, & Suetonium in libris vulgatis, vbicumque legitur, Sergius Galba, pro Ser. id est, Seruius Galba. Quod quamuis sæpe iam viua voce ex cathedra regia docuerim, & per scripta monuerim, ludi magistri tamen isti, quæ semel didicerunt, dediscere non possunt.

55. qui diripuit Lusitanos) eóq; nomine à L. Scribonio Libone, & M. Porcio Catone in iudiciũ vocatus est: qui cùm se certò damnatũ iri videret: complexus duos filios prætextatos, & filiũ C. Sulpicii Galli, cuius tutor erat: ita miserabiliter pro se locutus est, vt rogatio antiquaretur. M. Tull. lib. 1. de oratore ad Q. Fr. Idem (P. Rutilius Rufus) homo doctus, & philosophiæ deditus, Ser. Sulpicium Galbam, quem hominem probè commeminisse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat, quòd is L. Scribonio Libone quæstionem in eum ferente, populi misericordiam concitasset: cùm M. Cato Galbæ grauis atque acer inimicus, asperè apud populum Rom. & vehementer esset locutus: quam orationem in Originib. suis exposuit ipse. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quòd is C. Sulpicii Galli propinqui sui filium pupillum Q. ipse pæne in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione, & memoria fletum populo moueret: & duos filios suos paruos tutelæ populi commendasset, ac se, tamquam in procinctu testamentum faceret, sine libra atque tabulis, populum Rom. tutorem instituere dixisset illorum òrbitati. Itaque cùm & inuidia & odio populi tum Galba premeretur: his quoque eum tragœdiis liberatum ferebat: quod item apud Catonem scriptum esse video, nisi pueris & lacrymis vsus esset, pœnas eum daturum fuisse. Idem in Bruto nõ multis paginis post princip. Atque etiam L. Æmilius Paullus Africani pater personam principis facile tuebatur: & verò etiam Catone viuo: qui annos quinque & octoginta natus excessit è vita, cùm quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset: quam etiam orationem scriptam reliquit. Idem eod. lib. aliquot pòst versib. Ex hac Rutiliana narratione suspicari li-

cet, cùm duæ summæ sint in oratione laudes, vna subtiliter disputandi ad docendum, altera grauiter agendi ad animos audientium permouẽdos: multóque plus proficiat is, qui inflammet iudicem, quàm ille, qui doceat: elegantiam in Lælio, vim in Galba fuisse. Quæ quidem vis tum maximè cognita est, cùm Lusitanus à Ser. Galba prætore contra interpositam (vt existimabatur) fidem interfectus: L. Scribonio Libone tribuno pl. populum incitante, & rogationem in Galbam priuilegij similem ferente: summa senectute, vt antè dixi, M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antè quàm mortuus est, an diebus, an mensibus? Tum igitur recusans Galba pro sese, & populi Rom. fidem implorans, cùm suos pueros, tum C. Sulpicij Galli etiam filium flens ei commendabat: cuius orbitas & fletus mirè miserabilis fuit propter recentem memoriam clarißimi patris: isque se tum eripuit flammæ propter pueros misericordia populi commota, sicut idem scriptum reliquit Cato.

56. *in Italia, Hisp.) vt C. Cæsar breuiter exponit quæ in Gallia, Germania, Britannia sunt admiranda, aut noua.*

57. *compâret) appâret, in promtu est. Cicero in Bruto. Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ vix iam compâret in hac turba nouorum voluminum. Idem in Oratore perfecto. In Thucydide orbem modò orationis desidero, ornamenta compârent. Idem pro C. Rabirio. Iccircóne oportuit C. Rabirium desciscere à repub.? non comparêre in illa armata multitudine bonorum?*

58. *in eo libro) qui non est in manibus, & vnà cum multis aliis & huius, & aliorum scriptis interiit.*

59. *delegamus) sic quidem habent libri omnes vulgati, sed, relegamus, censeo legendum. relegamus autem, interpretor, reiicimus. seu remittimus. Nam, ne quis forte existimet, relegare, locum habere tantum in iis, qui relegantur in insulam: de quibus exstat titulus libro Digestorum XLVIII de interdictis, & relegatis: relegare propriè valet, longè legare, seu longè mittere. Delegare autem hîc locum habere non potest. Nam delegare dicunt Latini onus, & laborem, & prouinciam, alteri, pro eo quod est, alteri tradere, seu in alterum transferre. Dicunt etiam delegare suum debitorem suo creditori, pro eo quod est, iubere suum debitorem creditori suo soluere: vt, si centum Mæuio deberem, & totidem mihi Titius deberet. ego Titium debitorem meum, ea centum meo creditori Mæuio soluere iuberem. qua de re legendus titulus de Nouationibus, & delegationibus, lib. XLVI. Digestorum. Harum igitur significationum cùm ad hunc locum neutra quadret, legendum est, relegamus.*

VITA T. POMPONII ATTICI Ex Cornelio Nepote.

1 *POmponius Atticus, ab origine vltima, stirpis Romanæ[2] generatus, perpetuò à maioribus acceptam, equestrem obtinuit dignitatem. Patre vsus est diligente, indul-*

gente,&,ut tum erant tempora,diti, in primísque studioso litterarum. hic, prout ipse amabat litteras,omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudiuit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenij, summa suauitas oris ac vocis, ut non solùm celeriter arriperet quæ tradebantur,sed etiam excellenter pronuntiaret. Qua ex re, in pueritia,nobilis inter æqualeis ferebatur, clariúsque exsplendescebat, quàm generosi condiscipuli animo æquo ferre possent. Itaque incitabat omneis studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius, C. filius, M. Cicero,quos consuetudine sua sic sibi deuinxit,ut nemo iis perpetuò fuerit carior. Pater maturè decessit. ipse adolescentulus, propter affinitatem P. Sulpicij,qui tribunus pleb. interfectus est,non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pomponij consobrina, nupserat Ser. Sulpicio, fratri P. Sulpicij. Itaque interfecto P. Sulpicio, posteaquàm vidit, Cinnano tumultu ciuitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate viuendi, quin alterutram partem offenderet,dissociatis animis ciuium, cùm alij Syllanis, alij Cinnanis fauerent partibus: idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis,Athenas se contulit: neque eo secius adolescentem Marium hostem iudicatum,iuuit opibus suis:cuius fugam pecunia subleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit suarum.Hîc ita vixit,ut vniuersis Atheniensibus meritò esset carissimus. Nam,præter gratiam, quæ iam in adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam leuauit. Quum enim versuram facere publicè necesse esset,neque eius condicionem æquam haberent: semper se interposuit, atque ita,ut neque vsuram

vmquam ab iis acceperit, neque longius, quàm dictum esset, eos debere passus sit. Quod vtrumque erat iis salutare. nam neque indulgendo inueterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis vsuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam vniuersos frumento donauit, ita vt singulis sex modij tritici darentur, qui modus mensuræ, medimnus Athenis appellatur. Hîc autem sic se gerebat, vt communis infimis, par principibus videretur. quo factum est, vt huic omneis honores, quos possent, publicè haberent, ciuémque facere studerent: quo beneficio ille vti noluit. quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia áscita. Quamdiu affuit, nequa sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, & Piliæ locis sanctißimis posuerunt. Hunc enim in omni procuratione reipubl. actorem, auctorémque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quòd in ea potißimùm vrbe natus est, in qua domicilium, orbis terrarum esset imperij, [4] vt eandem & patriam haberet, & dominam. hoc specimen prudentiæ, quòd, cùm in eam ciuitatem se contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrina præstaret omneis, ei vnus ante alios fuerit carißimus. Huc ex Asia Sylla decedens cùm venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis & humanitate, & doctrina. Sic enim Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem suauitas erat sermonis Latini, vt apparéret, in eo natiuum quendam lepórem esse, nõ ascitum. Idem poëmata pronuntiabat & [5] Græcè & Latinè, sic vt suprà nihil posset. Quibus rebus factum est, vt Sylla nusquam eùm ab se dimitteret, cuperétque secum deducere. cui cùm persuadere tentaret, noli, oro te, (inquit Pomponius.) aduer-

ſum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sylla adoleſcentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiſcens iuſsit deferri. Hîc complureis annos moratus, cùm & rei familiari tantum operę daret, quantum non indiligens deberet paterfamiliâs, & omnia reliqua tempora aut litteris, aut Athenienſium reip. tribueret, nihilo minus amicis vrbana officia præſtitit. Nam & ad comitia eorum ventitauit, & ſi qua res maior acta eſt, non defuit: ſicut Ciceroni in omnibus eius periculis ſingularem fidem prębuit: cui ex patria fugienti, LLS. ducēta, & quinquaginta millia donauit. Trãquillatis autem rebus Romanis, remigrauit Romam, vt opinor, L. Cotta, & L. Torquato Coss. quem diem ſic vniuerſa ciuitas Athenienſium proſecuta eſt, vt lacrymis deſiderij futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Qu. Cæcilium, equitem Rom. familiarem L. Luculli, diuitem, difficillima natura. cuius ſic aſperitatem veritus eſt, vt, quem nemo ferre poſſet; huius ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit beniuolentiam. quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens, teſtamento adoptauit eum, heredémque fecit ex dodrante. ex qua hereditate accepit circiter centies LLS. Erat nupta ſoror Attici Q. Tullio Ciceroni: easq; nuptias M. Cicero conciliarat. cum quo à condiſcipulatu viuebat coniunctiſsimè, multo etiam familiarius, quàm cum Q. vt iudicari poſsit plus in amicitia valere ſimilitudinem morum, quàm affinitatem. Vtebatur autem intimè Qu. Hortenſio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, vt intelligi non poſſet, vter eum plus diligeret, Cicero, an Hortenſius. & id, quod erat difficillimum, efficiebat, vt inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio, nulla

ZZ 3

intercederet obtrectatio, essetq; talium virorum copula. In repub. ita versatus est, vt semper optimarum partium & esset, & existimaretur. Neque tamen se ciuilibus fluctibus committeret, quòd non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quàm qui maritimis iactarentur. Honores non petiit, cùm ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem: quòd neque peti more maiorum, neque capi possent conseruatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus, neque[7] geri è rep. sine periculo, corruptis ciuitatis moribus. Ad hastam publicam numquam accessit. Nullius rei neque praes, neque manceps factus est. Neminem neque suo nomine, neque subscribens, accusauit. In ius de sua re numquam iit: iudicium nullum habuit. Multorum consulum, praetorúmque praefecturas delatas, sic accepit, vt neminem in prouinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum. qui[8] ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cùm apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cùm praeturam gerere noluisset, assedam esse praetoris. qua in re non solùm dignitati seruiebat, sed etiam tranquillitati, cùm suspiciones quoque vitaret criminum. quo fiebat, vt eius obseruantia omnibus esset carior, cùm eam officio, non timori, neque spei tribui viderent. Incidit Caesarianum ciuile bellum, cùm haberet annos circiter sexaginta. Vsus est aetatis vacatione, neque se quoquam mouit ex vrbe. Quae amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeium[9] coniunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum, vt ceteri, qui per eum aut honores, aut diuitias ceperant: quorum partim inuitissimi castra sunt secuti, partim summa cum

eius offensione, domi remanserunt. Attici autem quies, tantopere Cæsari fuit grata, vt victor, cùm priuatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solùm molestus non fuerit, sed etiam sororis, & Q. Ciceronis filium ex Pompeij castris concesserit. Sic vetere instituto vitæ, effugit noua pericula. Secutum est illud, occiso Cæsare, cùm Respublica penes Brutos videretur esse, & Caßium, ac tota ciuitas se ad eum conuertisse videretur. Sic M. Bruto vsus est, vt nullo ille adolescens æquali familiarius, quàm hoc sene: neque solùm eum principem consilij haberet, sed etiam in conuictu. Excogitatum est à quibusdam, vt priuatum ærarium, Cæsaris interfectoribus ab equitibus Rom. constitueretur. Id facilè effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaq; appellatus est à C. Flauio Bruti familiari Atticus, vt eius rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione existimaret, sempérque à talibus se consiliis remouisset, respondit, si quid Brutus de suis facultatibus vti voluisset, vsurum quantum eæ paterentur: sed neque cum quoquam de ea re collocuturum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus, huius vnius dissensione, disiectus est: neque multo pòst superior esse cœpit Antonius, ita vt Brutus & Caßius prouinciarum, quæ iis [10] *dicis causa datæ erant à consulibus, desperatis rebus, in exsulium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abiecto Bruto, Italiáq; cedenti LLS. centum millia muneri misit. eidem in Epiro absens, trecenta iußit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. In quo si tantùm eum prudentem dicam: minus, quàm debeam, prædicem,*

cùm ille potius diuinus fuerit, si diuinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus neq;[11] agitur, neq; minuitur. Hostis Antonius iudicatus Italia cesserat: spes restituendi nulla erat.[12] non solùm eius inimici, qui tum erãt potentissimi, & plurimi, sed etiam amici, aduersariis eius se dabant, & in eo lædendo se aliquam consecuturos sperabant cõmoditatem: eius familiareis insequebantur, vxorem Fuluiam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam exstinguere parabant. Atticus cùm Ciceronis intima familiaritate vteretur, amicissimus esset Bruto: non modò nihil iis indulsit ad Antonium violandum, sed è contrario familiareis eius ex vrbe profugienteis, quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt, adiuuit. P. verò Volumnio ea tribuit, vt plura à parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluiæ, cùm litibus distineretur, magnísque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum præstitit, vt nullum illa[13] stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cùm illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset: ille se interposuit, pecuniámque sine fænore, sineq; vlla stipulatione ei credidit, maximum existimans quęstum, memorem, gratúmque cognosci: simúlque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. quæ cùm faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed sensim is à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quòd parum odisse malos ciueis videretur. Ille autem [14] sui iudicij, potius quid se facere par esset, intuebatur, quàm quid alij laudaturi forent. Conuersa subitò fortuna est. Vt Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo

Atticum

Atticum futurum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad aduentum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem: latebátque apud P. Volumnium, cui, vt ostendimus paullo antè, opem tulerat: (Tanta varietas iis temporibus fuit fortunæ, vt modò hi, modò illi in summo essent aut fastigio, aut periculo,) habebátque secum Q. Gellium Canium, æqualem, simillimúmque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quòd cum eo, quem puerum in ludo cognouerat, adeò coniunctè vixit, vt ad extremam ætatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem, & si tanto odio ferebatur in Ciceronem, vt non solùm ei, sed omnibus etiam eius amicis esset inimicus, eósque vellet proscribere: multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officij, & ei, cùm requisisset vbínam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimq; ad se veniret. se eum, & Gellium Canium, de proscriptorum numero exemisse. ac, nequod in periculum incideret, quòd noctu fiebat: præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solùm sibi, sed etiam ei, quem carißimum habebat, præsidio fuit. Neque enim suæ solùm à quoquam auxilium petiit salutis, sed coniunctim: vt apparêret nullam seiunctam sibi ab eo velle esse fortunam. Quòd si gubernator præcipua laude fertur, qui nauem ex hieme, maríque scopuloso seruat, cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, támque grauibus procellis ciuilibus, ad incolumitatem peruênit? Quibus ex malis vt se emersit, nihil aliud egit, quàm vt plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cùm proscriptos præmiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum vênit, cui res vlla defuerit. nemini non ibi perpetuò manendi potestas facta est. Quin etiam post prælium Philippense, interitum-

que C.Caßij, & M. Bruti, L. Iulium Mocillam prætorem, & eius filium, Aulúmque Torquatum, cęterósque pari fortuna perculsos, instituit tueri: atque ex Epiro his omnia Samothraciam supportari iußit. Difficile enim est omnia persequi, & non necessaria. Illud vnum intelligi volumus, illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidam fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus iudicari potest, quòd non florentibus se venditauit, sed afflictis semper succurrit. qui quidem Seruiliam; Bruti matrem, non minus post mortem eius,[15] quàm florente, coluerit. Sic liberalitate vtens, nullas inimicitias geßit, quòd neque lædebat quemquam,[16] neque, si quam iniuriam acceperat, malebat vlcisci, quàm obliuisci. Idem immortali memoria[17] præcepta retinebat beneficia: quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, vt verè dictum videatur, SVI CVIQVE MORES FINGVNT FORTVNAM. *Neque tamen prius ille fortunam, quàm se ipse, finxit: qui cauit ne qua in re iure plecteretur. His igitur rebus effecit, vt M. Vipsanius Agrippa, intima familiaritate coniunctus adolescenti Cæsari, cùm propter suam gratiam, & Cæsaris potentiam, nullius condicionis non haberet potestatem, potißimùm eius deligeret affinitatem, præoptarétque equitis Romani filiam generosam nuptiis. atque harum nuptiarum conciliator fuit (non enim est celandum) M. Antonius[18] triumuir reipub. constituendæ: cuius gratia cùm augere possesiones posset suas, tantum afuit à cupiditate pecuniæ, vt nulla in re vsus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem sub ipsam proscriptionem perillustre fuit. Nam cùm L. Saufeij equitis Rom. æqualis sui, qui*

compluresis annos studio ductus philosophiæ, Athenis habitabat, habebátque in Italia pretiosas possessiones, triumuiri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur: Attici labore, atq; industria factum est, vt eodem nuntio Saufeius fieret certior se patrimonium amisisse, & recuperasse. Idem L. Iulium Calidium, quem post Lucretij, Catullique mortem, multo elegantissimum poëtam nostram tulisse ætatem verè videor posse contendere, neque minus virum bonum, optimísque artibus eruditum, post proscriptionem equitum, propter magnas eius Africanas possessiones, in proscriptorum numerum à P. Volumnio, præfecto fabrûm Antonij, absentem relatum, expediuit. Quod in præsenti vtrùm ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare, quòd in eorum periculis, non secus absenteis, quàm præsenteis amicos Attico esse curæ cognitum est. Neque verò minus ille vir, bonus paterfamiliâs habitus est, quàm ciuis. Nam cùm esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. Neque tamen non in primis bene habitauit, omnibúsque optimis rebus vsus est. Nam domum habuit in colle Quirinali [19] Tamphilanam, ab auunculo hereditate relictam: cuius amœnitas non ædificio, sed silua constabat. ipsum enim tectum antiquitus constitutum, plus salis, quàm sumtus habebat: in quo nihil commutauit, nisi si quid vetustate coactus est. Vsus est familia, si vtilitate iudicandum est, optima: si forma, vix mediocri. namque in ea erant pueri litteratissimi, anagnostæ optimi, & plurimi librarij, vt ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non vtrumque horum pulchrè facere posset. pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprimè boni. neq; tamen horum quemquam, nisi domi natum, domíque factum habuit: quod est si-

gnum non solùm continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam & non intemperanter concupiscere quod à plurimis videas, continentis debet duci: & potius diligentia, quàm pretio, parare, non mediocris est industriæ. Elegans, non magnificus: splendidus, non sumtuosus, omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. supellex modica, non multa, [10] ut in neutram partem * conspici posset. Nec hoc præteribo, quamquam nonnullis leue visum iri putem. cùm in primis lautus esset eques Rom. & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines inuitaret, scimus non amplius, quàm terna millia æris, peræquè in singulos menses, ex ephemeride eum expensum sumtui ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud acroama audiuit, quàm anagnosten: quod nos quidem iucundissimum arbitramur. Neq; vmquam sine aliqua lectione apud eum cenatum est: ut non minus animo, quàm ventre, conuiuæ delectarentur. Namque eos vocabat, quorum mores à suis non abhorrerent. Cùm tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de vitæ consuetudine. tantáque vsus est moderatione, vt neque in sestertio vicies, quod à patre acceperat, parum se splendidè gesserit: neque in sestertio centies, affluentius vixerit, quàm instituerat, paríque fastigio steterit in vtraque fortuna. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam villam, neque in Italia, præter Ardeatinum, & Nomentanum, rusticum prædium: omnísque eius pecuniæ reditus constabat in Epiroticis, & vrbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum, vsum pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri solitum. Mendacium neque

dicebat, neque pati poterat. Itaque eius comitas, non sine seueritate erat, neque grauitas sine facilitate: vt difficile esset intellectu, vtrùm eum amici magis vererentur,[21] quàm amarent. Quicquid rogabatur, religiose promittebat, quòd non liberalis, sed leuis arbitrabatur, polliceri, quod præstare non posset. Idem in nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, vt non mandatam, sed suam rem videretur agere. Numquam suscepti negotij eum pertæsum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius. quo fiebat, vt omnia M. & Q. Ciceronum, Catonis, Hortensii, Auli Torquati, multorum præterea equitum Ro. negotia procuraret. Ex quo iudicari poterat, non inertia, sed iudicio, fugisse reipub. procurationem. Humanitatis verò nullum afferre maius testimonium possum, quàm quòd adolescens idem seni Syllæ fuerit iucundissimus, senex adolescenti M. Bruto: cum æqualibus autem suis, Qu. Hortensio, & M. Cicerone sic vixerit, vt iudicari difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus. quamquam eum præcipuè dilexit Cicero, vt ne frater quidem ei Quintus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus iam sunt editi, sexdecim volumina epistolarum, ab consulatu eius vsque ad extremum tempus, ad Atticum missarum: quæ qui legat, non multùm desideret historiam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum,[22] mutationibus reip. perscripta sunt, vt nihil in iis non appareat: & facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse diuinationem. Non enim Cicero ea solùm, quæ viuo se acciderunt, futura prædixit, sed etiam quæ nunc vsu veniunt, cecinit, vt vates. De pietate autem Attici quid plura comme-

morem, cùm hoc ipsum verè gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta, cùm esset septem & sexaginta, se numquam cum matre in gratiam rediisse, numquam cum sorore fuisse in simultate, quam propè æqualem habebat. Quod est signum, aut nullam vmquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, vt, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. neque id fecit natura solùm, quamquam omnes ei paremus, sed etiam doctrina. nam & principum philosophorum ita percepta habuit præcepta, vt iis ad vitam agendam, non ad ostẽtationem vteretur. Moris etiam maiorum summus imitator fuit, antiquitatísque amator: quam adeò diligenter habuit cognitam, vt eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ornauit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Rom. quæ non in eo suo tempore sit notata: &, quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit, vt ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris, vt M. Bruti rogatu Iuniam familiam à stirpe ad hanc ætatem, ordine enumerauerit, notans qui, à quo ortus, quos honores, quibúsque temporibus cepisset: pari modo Marcelli Claudij de Marcellorum: Scipionis Cornelij, & Fabij Maximi, de Corneliorum, & Fabiorum, & Aemiliorum quoque: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitię clarorum virorum. Attigit quoque poëticen, credimus, ne eius expers esset suauitatis. Namque versibus qui honore, rerúmque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit: ita, vt sub singulorum imaginibus facta, magistratúsque eorum non amplius quaternis, quinísque versibus descripserit. quod

vix credendum sit, tantas res, tam breuiter potuisse declarari. Est etiam liber Græcè confectus, de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico viuo edita hæc à nobis sunt. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: & , quantum potuerimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut suprà significauimus, SVOS CVIQVE MORES PLERVMQVE CONCILIARE FORTVNAM. Namque hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem peruênit imperatoris Diui Iulij filij, cùm iam ante familiaritatem eius esset consecutus nulla alia re, quàm elegantia vitæ, qua ceteros ceperat principes ciuitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. Tanta enim prosperitas Cæsarem est consecuta, vt nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam antè detulerit & conciliarit, quod ciuis Romanus quiuit consequi. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Cæsar vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni Drusilla nato, priuigno suo, despondit. quę coniunctio necessitudinem eorum[21] sanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem. quamuis ante hæc sponsalia non solùm cùm ab vrbe abesset, numquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret, in primis, quid legeret, quibúsque in locis, & quamdiu esset moraturus: sed etiam cùm esset in vrbe, & propter suas infinitas occupationes, minus sæpe, quàm vellet, Attico frueretur, nullus dies tamen temere intercessit, quo non ad eum scriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret: modò aliquam ei quæstionem poëticam proponeret, interdum iocans eius verbosiores eliceret epistolas. Ex quo áccidit, cùm ædes Iouis Feretrij, in Capitolio ab Romulo constituta, vetusta-

te, atque incuria detecta, prolaberetur, vt Attici ammonitu, Cæsar eam reficiendam curaret. Neque verò ab M. Antonio minus absens litteris colebatur: adeò, vt accuratè ille [24]exsul tum his terris, quid ageret, quid curæ sibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui iudicare poterit, quantæ sit sapientiæ, eorum retinere vsum, beniuolentiámque, inter quos maximarum rerum non solùm æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit incidere necesse inter Cæsarem, atque Antonium, cùm se vterq; principem nō solùm vrbis Romanæ, sed orbis terrarum esse cuperet. Tali modo cùm VII. & LXX. annos complesset, atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quàm gratia, fortunáque creuisset (multas enim hereditates nulla alia re, quàm bonitate, est consecutus) tantáque prosperitate vsus esset valetudinis, vt annos triginta medicina non indiguisset: nactus est morbum, quem initiò & ipse, & medici contemserunt. nam putarunt esse [25]tenesmon: cui remedia celeria, faciliáque proponebantur. In hoc cùm treis menses sine vllis doloribus, præterquàm quos ex curatione capiebat, consumsisset: subitò tanta vis morbi in vnum intestinum prorupit, vt extremo tempore, per lumbos fistula putris eruperit. Atque hoc prius, quàm ei accideret, postquàm in dies dolores accrescere, febrémque accessisse sensit, Agrippam generum ad se [26]arcersi iussit, & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextúmque Peducæum. hos vt venisse vidit: in cubitum nixus: quantam, inquit, curam, diligentiámque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cùm vos testeis habeam, nihil opus est pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, vt spero, satisfeci, nihílque réliqui feci, quod ad sanandum me pertineret, reli-

quum

quum eſt, vt egomet mihi conſulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi ſtat alere morbum deſinere. namque his diebus quicquid cibi ſumſi, ita produxi vitam, vt auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. Quare à vobis peto primùm, vt conſilium probetis meum: deinde ne fruſtra dehortando conemini. Hac oratione habita, tanta conſtantia vocis atque vultus, vt non ex vita, ſed ex domo in domum videretur migrare, cùm quidem Agrippa eum flens, atque oſculans, oraret atque obſecraret, ne id, quod natura cogeret, ipſe quoque ſibi accelerare: & quoniam tum quoque poſſet temporibus ſupereſſe, ſe ſibi, ſuíſque reſeruaret: preces eius taciturna ſua obſtinatione compreſſit. Sic cùm biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceſſit, leuiórque morbus eſſe cœpit. tamen propoſitum nihilo ſecius peregit. Itaque die quinto, poſtquàm id conſilium inierat, pridie Kal. Apríleis,[27] *Cn. Domitio, C. Soſio Coſs. deceſſit. Elatus eſt in lecticula, vt ipſe præſcripſerat, ſine vlla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus eſt iuxta viam Appiam, ad quintum lapidem in monumento Qu. Cæcilij, auunculi ſui.*

1. Pomponius) Non conſtitueramus initiò Pomponij Attici vitam cum imperatorum vitis contexere. Sed partim conſilium atque auctoritatem amicorum quorundam noſtrorũ ſecuti, partim hac ratione adducti, quòd Cornelius Nepos, quem docti quidam viri, quamuis nonnullis item doctis diſſentientibus, exiſtimant illarum vitarum eſſe ſcriptorem, hanc vitam ſine dubio, & ſine controuerſia conſcripſit: eam cum ſuperioribus coniunctim edendam curauimus. Sed nullas notas adſcripſimus, quæ quidem ſint ſermone dignæ. tantùm elaborauimus, vt quàm emendatiſſima, hac editione, in manus hominis perueniret. Nam, quamuis iam cum Cicerone noſtro longè emendatior, quàm anteà, ſit edita: hæc tamen editio etiam illam ſuperabit, partim quorundam doctorum opera, partim etiam noſtra.

2. generatus) vocem, generatus, delendam puto.

3. verſuram facere) ſic reſtituit hunc locum Cuiacius noſter, iuriſconſultorum noſtræ, & maiorum noſtrorum ætatis doctiſſimus. Verſuram facere autẽ, eſt mutare creditorem, id eſt, à nouo creditore pecuniam mutuam ſumere, quàm anti-

quiori, & molestè flagitanti, dissoluas. Mendosè autem vulgò legebatur, vsuram facere.

4. vt eandem & patriam haberet, & dominam) sic edendum curaui, reiecta scriptura vulgata, & domum. Roma enim omnium gentium domina dicebatur: & Romani rerum domini. Virgil. lib. I. Æn. Romanos rerum dominos, gentémque togatam. M. Tull. oratione post red. in sen. Roma, arx omnium terrarum. & in Catil. lux orbis terrarum, & arx omnium gentium. Idem Philipp. 6. Non modò hic latro, quem clientem habere nemo velit, sed quis vnquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Rom. victoris, dominique omnium gentium patronum dicere auderet? Horat. oda. 14. lib. 4. O tutela præsens, Italiæ, dominæ que Romæ. Præterea congruit hæc lectio cum superioribus illis, quòd in ea potissimùm vrbe natus est, in qua domicilium orbis terr. esset imp. vrbem enim Romam intelligit.

5. Q. Cæcilium) de quo lege Valerium Max. lib. 7. cap. 8. & quæ notauimus suprà ad Emmenem, indice numero 28.

6. adoptauit eum) quod ei gratulatur M. Tull. lib. 3. epist. ad Atticum, epistola, cuius initium est, Quod quidem ita esse, &c. cuius inscriptio est, Cicero salutem D. Q. Cæcilio Q. F. Pomponiano Attico.

7. neque geri è rep.) sic edendum curaui, cùm libri vulgati habeant partim, neque reip. sine periculo, &c. partim, neque è repub. sine periculo &c. Quæ scripturæ sine dubio sunt mendosæ, & laceræ: quod iam antè viderat Cuiacius, restitueràtque hoc modo, neque geri sine periculo &c. planè ingeniosè, & doctè. Sed vt verbum geri diuinitus restitutum arbitror, ita, hoc quod est in nonnullis libris vulgatis, è rep. censeo retinendum. poterant enim geri magistratus sine periculo, sed non poterunt è rep. geri sine periculo.

8. qui ne cum Qu. quidem Cicerone, &c.) qua de re M. Tull. epistol. 15. lib. 1. epist. ad Att. sub extr.

9. ipsum Pompeium coniunctum) locus mihi suspectus. nam quid sibi velit hoc, coniunctum, non video. Quid si legamus, nondum victum? vix placet. quid si, quòd eum non secutus esset? nimis longè à scriptura recepta remotū est. Quid si, Ipse Pompeium non secutus non offendit? Hunc locum igitur consideret lector eruditus, sagax, & acutus.

10. dicis causa) etiam huius loci restitutio Cuiacio accepta referenda est. Est autem dicis causa aliquid facere, non ex animo facere, sed perfungendi tantùm muneris, & religioni cuidam satisfaciendi gratia, quod Græci dicunt, ἀφοσιώσεως χάριν, quasi verbi causa, per speciem, per simulationem. Vulgata porrò lectio, necis causa, ferri non poterat.

11. nullis casib. agitur) agitur, si vera scriptura est, interpretor, impellitur. quidam legi volunt, frangitur: nonnulli, augetur, vt opponatur verbo, quod sequitur, minuitur.

12. non solùm eius inimici) hic locus fœdè in libris vulgatis contaminatus est, in integrum à nobis restitutus.

13. sisterit vadimoniū) sic legēdū, nō vt vulgò, præstiterit. sistere autē vadimo-

niũ, est, sistere se in iudicio, quod se facturũ promiserit datis vadibus, & ita liberare vades: vel est liberare vades, sistentẽ se in iudicio. M. Cato apud A. Gellium lib. 2. cap. 14. Quid si vadimonium capite obuoluto stitisses? M. Tullius oratione pro Quintio. Venit Romam Quintius. Vadimonium sistit. Iste homo, &c. Quamuis autem aliter legatur in nostra editione, admonuimus tamen in notis posterioribus, lectionem vulgatam esse retinendam.

14. *Ille autem sui iudicij) id est, ille autem, qui esset homo sui iudicij, hoc est, qui non tam aliorum, quàm suo iudicio niteretur.* Homo *sui iudicij fortasse est is, quem* Græci ἰδιογνώμονα, *seu potius* αὐτογνώμονα *appellant.*

15. *quàm florente)* Bruto *scilicet, id est, quàm opibus & copiis valente.* Suprà *autem non longè fortasse legendum est.* Difficile *enim est omnia persequi, & non necessarium.*

16. *neque si q. iniur. acc. mal. vlcisci) alij quidam libri habent, nõ malebat vlcisci, quàm obl planè mendosè. nam si negatio retinetur, legendum mutato ordine verborum, non malebat obliuisci, quàm vlcisci. quo fortasse modo à* Cornelio *scriptum est. & ita habet editio nostra* Ciceroniana.

17. *præcepta) id est, antè accepta,* προληφθέντα.

18. *triumuir reip. constituendæ) sic prior legendum esse coniecit iuuenis eruditiss.* Cl. Puteanus: *quam coniecturam suam cum ad me retulisset, ita approbaui, atque adeò arripui, vt non dubitarim continuò receptam scripturam, vt corruptam, damnare.* Natum *autem mendum est ex antiqua scriptura, quæ talis erat,* M. Antonius III vir R. P. C. *Cuius gratia, &c. id est,* M. Antonius *triumuir reipub. constituendæ. cuius gratia, &c.* Putauit *scilicet scriptor aliquis librarius litteram C. esse inanem & supernacaneam, atque iccirco eam in describendo, vel sciens omisit, vel propterea quòd vox proximè sequens ab eadem littera initium capit, imprudens prætermisit.* Huius *autem triumuiratus crebra fit mentio ab historicis.* Dion *lib. 46.* ἵνα δὲ μὴ καὶ τῆς ὀλιγαρχίας αὖ πως ἐφίεσθαι δόξωσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς φθόνος κἀκ τούτου, καὶ ἐναντιώσεις παρὰ τῶν ἄλλων γένωνται, τάδε διωμολογήσαντο· κοινῇ μὲν τοὺς τρεῖς πρός τε διοίκησιν, καὶ πρὸς κατάστασιν τῶν πραγμάτων ἐπιμελητάς τε τινὰς καὶ διορθωτάς, καὶ τοῦτο οὐκ εἰς ἀεὶ δῆθεν, ἀλλ' ἐς ἔτη πέντε αἱρεθῆναι, ὥστε τ' ἄλλα πάντα, κἂν μηδὲν ὑπὲρ αὐτῶν μήτε τῷ δήμῳ, μήτε τῇ βουλῇ κοινώσωσι, διοικεῖν, καὶ τὰς ἀρχὰς, τάς τε ἄλλας τιμὰς, οἷς ἂν ἐθελήσωσι, διδόναι, *&c. id est,* Ne *autem & paucorum potentiam, siue tyrannidem appetere viderentur,* (Octauianus, Lepidus, Antonius) *& aliqua sibi inuidia etiam ex hoc apud alios conflaretur, atque aduersandi, obsistendíque voluntas & conatus nasceretur, hæc inter se pacti sunt: vt ipsi tres communiter ad res gerendas, & constituendas, tamquam procuratores, & correctores quidam, crearentur, idque non in perpetuum scilicet, sed in quinquennium: ita vt alia omnia, quamuis de eis neque cum populo egissent, neque ad senatum retulissent, administrare, & magistratus, aliósque honores, quibus vellent, mandare, & deferre possent.* Et Appianus *lib. 4. de bellis ciuilib. non longè à principio.* δύο δὲ ἡμέρας ἕωθεν ἐς ἑσπέραν συνιόντες, τάδε ἔκριναν, ἀποθέσθαι μὲν τὴν ὕπατον ἀρχὴν Καίσαρα, καὶ Οὐεντίδιον αὐτὴν εἰς τὸ λοιπὸν τοῦ ἔτους μεταλαβεῖν, καινὴν δὲ ἀρχὴν ἐς διόρθωσιν τῶν ἐμφυλίων νομοθετηθῆναι Λεπίδῳ τε, καὶ Ἀντωνίῳ, καὶ Καίσαρι, *&c. id est,*

Cùm autem biduum à manè ad vesperam cõuenissent Cæsar, Antonius, Lepidus, hæc statuerunt, vt Cæsar quidem abdicaret se consulatu, eúmque Ventidius in reliquam anni partem exciperet, nouum imperium verò ad res ciuileis constituẽdas, & reparandas Lepido, Antonio, Cæsari lege decerneretur, &c. Idem eodem lib. duabus fere paginis pòst. καὶ εἶχεν οὕτως ἡ προγραφή, Μάρκος Λέπιδος, Μάρκος Ἀντώνιος, Ὀκτάουιος Καῖσαρ, οἱ χειροτονηθέντες ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινά, οὕτω λέγουσιν, &c. id est, Atque his verbis erat concepta proscriptio: M. Lepidus, M. Antonius, Octauius Cæsar, qui creati sunt ad remp. constituendam, & reparandam, ita dicũt, &c. Suetonius in Octauiano Augusto. Triumuiratũ reip. cõstituẽdæ per decẽ annos administrauit, &c. FASTI. M. ÆMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS, M. ANTONIVS M. F. M. N: C. IVLIVS C. F. C. N. CÆSAR. OCTAVIAN. IIIVIRI R. P. C. Florus Epitoma T. Liuij lib. CXX. C. Cæsar pacem cum Antonio & Lepido fecit, ita vt tresviri reip. constituendæ per quinquennium præessent, &c. Memini præterea me videre apud Clementem Teueninum sex nmmmos argenteos, quorum duo altera ex parte capita habebãt Cæsaris Octauiani cũ hac inscriptione, CÆSAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. ex altera, capita M. Antonij cum hac inscript. M. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C. Duo à recta parte, Cæsaris imaginem præ se ferebant cum hac inscript. IMP. CÆSAR DIVI FIL. IIIVIR ITER. R. P. C. Quintus habebat altera in parte caput M. Antonij impressum, in altera effigiem iuuenis imberbis radiatam, cum hac inscript. ANTONIVS IIIVIR R. P. C. Sextus neutra in parte cuiusquam imaginem habebat impressam, sed partim vas inter fulmen & caduceum, partim lituum, & vrnam, insignia auguratus, cum hac inscript. M. ANT. IIIVIR R. P. C. Quorum aliquot non dissimileis etiam apud Err. Memmium, & Hieronymum Chomedæum, affinem meum, sæpenumero inspexi: & præterea vnum cum hac inscript. in postica parte, M. ÆMIL. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

19. Tamphilanam) sic edendum curaui. Tamphilanam domum autem accipio à Tamphilo quodam Romano, sic appellatam. Tamphili enim Romæ fuerunt, Pamphili non item.

20. Vt in neutram partem consp.) Vel deest hîc aliquid, vt integra sit scriptura, si ita scriptum sit, vt in neutram partem nimius consp. posset, aut, vt in neutram partem propensus consp. posset: aut aliquo alio tali modo: vel verbum, conspici, mendosum est: & pro eo, propendêre, seu aliquid aliud tale reponendum: vel hoc totum, vt in neutram partem conspici posset, aliunde profectum, & alienum est, non à Nepote scriptum. Iudicet sollers & acutus lector. Suprà autem proximè, legendum fortasse est, affluentiam, pro affluentem.

21. quàm amarent) quidam libri habent, an amarent.

22. mutationib. reip.) sic legendum, & ita habet liber antiquissimus: quamquam in editione nostra Ciceroniana impressum est, æmulationibus, minus rectè: quemadmodum & mendosè legitur in eadem, suprà, parique fastidio steterit in vtraque fort. &c. cùm legendum sit, ~~in vtraque~~ fastigio, &c.

23. sanxit) id est, confirmauit, stabiliuit. Sed legendum puto, auxit.

24. *exsul tum his terris) quidam codices habent, exsul cum litteris quid ageret &c. Ego eam, quam secutus sum, lectionē veriorem, immò verò sine cōparatione, veram puto. Sic & infrà nō longè malim legi, vrbis* Romæ, *quàm vrbis* Romanæ.

25. *tenesmon) quid sit* τεινεσμὸς, *consulendi sunt medici. definiunt autem illi tenesmum, assiduam, & implacabilem leuandi ventris cupiditatem, inanem tamen, &, vt ita dicam, frustratoriam, quòd nihil præter cruenta quædam, & mucosa egeratur. Infrà non longè, nonnulla exempla habent, fistulæ putres eruperint, nos fistula putris eruperit, edendum curauimus.* Præterea *pag.* 551. V. 19. *fortasse legendum est, se neque cum quoquam de ea re, &c.*

26. *arcessi) quædam exempla habent, arcessiri: vnde legendum suspicor, arciri. arcire autem dicebant veteres, pro accire, seu adcire, r. pro d. quod & alij notarunt, & nos quodam alio loco admonuimus.*

27. Cn. Domitio, Cn. Sosio) Cn. Domitio L. F. Cn. N. Aënobarbo, C. Sosio, C. F. T. N. Anno ab vrbe cóndita IↃ. CCXXI.

PRIVS QVAM HAS, QVÆ DEINCEPS SEQVVNTVR, *erratorum emendationes, & hæc prætermissorum supplementa legas, nonnullarum paginarum numeros sic corrigito.*

In pag. quæ sequitur pag. 22. *scribe* 23. *pro* 15. *In ea, quæ sequitur pag* 180. *scribe* 181. *pro* 118. *In ea, quæ sequitur pag.* 263. *scribe* 264. *pro* 254. & *in sequente* 265. *pro* 255. *In ea, quæ sequitur pag.* 372. *scribe* 373. *pro* 733. *In ea, quæ sequitur paginam* 465. *scribe* 466, & *in seq.* 467. & *post pag.* 469. *scribe* 470. & *deinceps* 471.

ERRATA OPERARVM, ET PRÆTERMISSA, SEV OMISSA, *vel ab iisdem operis, vel ab auctore, sic corrigito, & suppleto, ac restituito. Prior numerus paginam, posterior versum indicat.*

Pag. 1. *versu* 11. *Græcarum, nihil rectum, nisi.*

Pag. 4. *versu* 3. *post, scenam autem, adde,* Romæ, *vt sic legatur,* Scenam autem Romæ *non fuisse honestam, &c.*

Pag. *ead. versu* 26. *lege, præsertim tam familiari in loco*

Pag. 6. V. 20. *omissus est numerus index in contextu, ibi* 25. quibus singul. *Neque te moueat, lector, quòd mox idem numerus sequetur, & iterabitur: quod eueniet quoties numerus indicans aliquid esse annotatum ad eum locum, cui præpositus est, omissus fuerit. Satis est enim te admoneri, ad eum locum aliquid esse à* Lambino *annotatum, vt, si voles, annotationem legas. In alia editione, vt numeri suo ordine consequantur, opera dabitur. Admonēdus es præterea, annotationem, quæ debet respondere numero indici posito in contextu, aliquando cum eodē & pari numero in annotationibus, seu commentariis futuram: aliquādo reperturum iri in prætermissis, seu omissis, vt eam, quæ ad hunc locum pertinet.*

Pag. 11. V. 33. & *considerassem, eos, qui* Pag. 13. V. 24. καὶ μάλιστα αὐτὴ ἡ

Pagina eadem, versu 37. *post. interea dum ipse abesset, adde hanc annotationem ad illum locum cum numero indice, hoc modo.* 25. *quibus singulis ipsarum vrbium) Legendum fortasse est, quibus singulis ipsorum*

vrbium perpetua ded. imp. vt intelligamus, hunc esse Cornelij sensum, regē Persarum singulis principibus Ioniæ, & Æolidis dedisse imperia earum vrbium, in quibus ipsi erant nati, hoc modo, vrbium ipsorum, id est, vrbium, in quibus ipsi principes erant nati.

Pag. eadem, V. 19. lege, amicis suis, iisdémque Græciæ, &c.

Pag. 16. V. 15. Phidippidémque.) &c.

Pag. eadem, V. 29. post στρατηγὶς vocat. adde, Itaque fere assentior Cl. Puteano, qui putat, hoc totum, qui exercitui præessent, esse alienum, & foris profectum, & aliunde inculcatum. Non sum tamen tollere ausus, existimans siue Cornelium, siue Æmilium hæc verba addidisse, tamquam hominem Romanum, vt, quod Romano lectori obscurius dictum videri posset, his additis perspicuum esset.

Pag. 17. V. 25. PolyZelus, Cynægirus, &c.

Pag. eadem. V. 13. lege, suo quæque ordine: sinistrum Plat.

Pag. ead. V. 32. post, radentes corpori tractum, adde, Sed quid sibi volunt illa verba. Namque arbores multis locis erant raræ, hoc consilio, vt & montium tegerentur altitud. &c. quid illa, noua arte, &c. quæ denique totius huius loci sententia est? Nam primùm Marathon, vt testatur Herodotus in Eratone, locus erat ad equitationem opportunissimus, & aptissimus. sic ille. καὶ γὰρ ἦν ὁ μαραθὼν ἐπιτηδεότατον χωρίον τῆς ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, &c. At si erat ad inequitandum aptus, ergo & contra Athenienseis faciebat, qui equitatu non valebant: & hostibus erat expetendus, qui ea parte plurimum poterant. loco igitur idoneo castra non fecerunt Athenienses cùm in Marathone castra fecerunt. Deinde si quis dicat, arbores fuisse longo ordine, & tractim sitas, quæ eos tegerent ab hostium equitatu: cùm dicat scriptor noster, eas fuisse raras: parum Athenienseis adiuuabant. Nam asperitas locorum, & arborum crebritas, siluæque densitas equitatui impedimento est, non raritas: vt licet ex Cæsare, Sallustio, & Vegetio intelligere. Cæsar lib. 2. de bello Gallico. Adiuuabat etiam eorum consilium, qui rem deferebant, quòd Neruij antiquitus, cùm equitatu nihil possent (neque enim ad hoc tempus ei rei student, sed, quicquid possunt, pedestribus valent copiis) quo facilius finitimorum equitatū, si prædandi causa ad eos venisset, impedirent, teneris arboribus incisis, atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis enatis, & rubis sentibúsque interiectis, effecerant, vt instar muri hæ sæpes munimenta præberent, quò non modò non intrari, sed ne perspici quidem posset. Idem lib. 5. vbi de Britannis loquitur. Repulsi ab equitatu, se in siluas abdiderūt, locum nacti egregiè & natura & opere munitum, quem domestici belli (vt videbatur) causa iam antè præparauerant. Nam crebris arboribus succisis, omnes introitus erant præclusi. Ipsi ex siluis rari propugnabant, nostrósque intra munitiones ingredi prohibebant. Et Sallustius de bello Iugurth. Antè iam docti ab Iugurtha equites, vbi Romanorum turma insequi cœperat, non confertim, neque in vnum se recipiebant: sed alius aliò quàm maximè diuersi. Ita numero priores, si à persequendo hosteis deterrere nequiuerant, disiectos ab tergo, aut lateribus circumueniebant: sin opportunior fugæ collis, quàm campi, fuerant, eà verò consueti Numidarū equi facilè inter virgulta euadebāt: nostros asperitas & insolentia loci retinebat. & Vegetius lib. 3. cap. 13. Quòd si

à peditibus tuis victoriam speras contra equites hostium: loca aspera, inæqualia, montosa debes eligere. Si verò ab equitibus tuis contra aduersariorum pedites victoriam quæris, sequi debes paullo quidem editiora loca, sed plana atque patentia, neque siluis, neque paludibus impedita. Idem eod. lib. cap. 22. *Multi cùm ab hoste discedunt, si per siluas ituri sunt, post se præcisis arboribus vias claudũt, quas concædeis vocant. (sic autem se scriptum reperisse in codice manuscripto mihi asseuerauit* Cl. Puteanus, *non vt vulgò legitur, compedes.)* His difficultatibus adductus P. Delbenus, *adolescens probus, & eruditus cùm me nuper inuisisset (vt solet, idque mihi gratum est) & locos illos, quos suprà posui, quósque probè memineram, indicasset: existimabat, Cornelium Nepotem hîc esse corruptum, méque, quid de toto hoc loco sentirem, consulebat.* Coniiciebat autem nunc hoc, *nunc illo modo esse legendum. Nam fluctuabat, nihilque certi habebat, verumtamen coniecturas mihi suas vt liberè, ita pudenter & modestè proferebat: & pro raræ, vel satæ, vel tractæ, vel fractæ reponendum existimabat. Respondi igitur ei, mihi videri apud Cornelium Nepotem nihil esse mutandum, præter ordinẽ verborum. Nam omnino hæc verba, hoc consilio vt & montium tegerẽtur, &c. puto esse referenda, non ad hæc proxima, namque arbores multis locis erant raræ, sed ad illa remotiora, deinde postero die sub montis radicibus acie è regione instructa. Arbores enim illæ, quæ multis locis erant raræ, ita scilicet erant natæ, non hominũ opera, aut industria sic positæ, aut locatæ. Ergo non consilio. pugnãt enim inter se hæc, aliquid esse natura, & esse consilio. Sententia igitur Nepotis hæc est, Athenienseis in eo loco aciem instruxisse, vbi multis locis erat arbores raræ, id est per quædam interualla natæ, eo (inquam) consilio sub montis radicibus aciem instruxisse, vt & montium tegerentur altitudine, & arborum tractu equitatus hostium impediretur, & ne multitudine clauderentur. Denique hoc ordine hunc locum scribendum esse arbitror: Deinde postero die sub montis radicibus acie è regione instructa, hoc consilio, vt & montium tegerentur altitudine, & arborum tractu, (namque arbores multis locis erant raræ) equitatus hostium impediretur, ne multitudine hostium clauderẽtur: noua arte, vi summa, prælium commiserũt.* Cl. Puteanus *tamen putabat, eodem quidem ordine, qui in libris vulgatis reperitur, seruato, sed his verbis (namque arbores multis locis erant raræ) interpositionis nota interclusis, sententiam eandem futuram. Quod quamuis demus, tamen duriusculum sit. Iudicium igitur esto lectoris eruditi.*

Pag. 23. V. 25. deleuit, cuius fama

Pag. 27. V. 7. Hac re audita

Pag. 32. V. 7. *post, factum esset: scribe, in quo essetis spem hab.*

Pag. ead V. 31. *post, quàm naueis declarari.* adde. Refert & Polyænus lib. I. *strategem. his verbis,* Ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἔχρησεν· Ὦ θείη Σαλαμὶς ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν. Θεμιστοκλῆς, Ἀθηναίων τὸ λόγιον δεδιότων, κατά γε τῶν πολεμίων εἶναι ἔφη· οὐ γὰρ ἂν θείην τὴν Σαλαμῖνα ὁ θεὸς ἀνηγόρευσεν, εἰ ἔμελλεν ἀπολλύειν τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων. τοῦτο λεχθὲν θάρσος Ἀθηναίοις ἔδωκε. καὶ τὴν νίκα τὴν ἐξήγησιν ἐπιστώσατο. τοῦ θεοῦ γὰρ χρήσαντος, Τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς, οἱ μὲν ἄλλοι Ἀθηναῖοι τειχίζειν τὴν ἀκρόπολιν ὑγόρθουν. Θεμιστοκλῆς δὲ εἰς τὰς τριήρεις ἐμβαίνειν, ὡς ταύτας οὔσας τὸ ξύλινον τεῖχος.

τῶν ἀθηναίων. ἐπιβήσεαι, ἐπιβήσεαι, ἀναμαχέσεαι, νικήσεαι. id est, Atheniensibus respondit Apollo consultus. Diuina ô Salamis, tu matrum perdere prolem Iam properas. Cùm Athenienses hoc oraculum extimescerent: immò contra hosteis facit oraculum, inquit Themistocles. Non enim deus Salaminem diuinam appellasset, si Græcorum filios perditurus esset. Hoc à Themistocle dictum, Atheniensibus animum & fiduciã addidit. Et eodem tempore interpretationem suam confirmauit. Nam cùm deus hoc alterum oraculum edidisset, Iupiter altitonans dat mœnia sola Mineruæ Lignea: alij quidem Athenienses dicebant, arcem muris esse muniendam: Themistocles vero naueis esse conscendendas, tamquam hæ essent mœnia lignea Atheniensium. Paruerunt Athenienses: naueis conscenderunt: prælium nauale commiserunt: vicerunt.

Pag. 33. V. 19. scribe, sic enim ille.

Pag. ead. V. 35. post, ad mortem ire. adde, Ctesias autem lib. 12. Περσικῶν, non ponit ille quidem Lacedæmoniorum, nec sociorum numerum, sed eorum virtutem tantam facit verbis, tantisque laudibus effert, vt mihi temperare non possim, quin eius verba ad hunc locum adscribam. Sic igitur ille. Ξέρξης δὲ συναγείρας στρατιὰν περσικὴν, ἄνευ τῶν ἁρμάτων, ὀγδοήκοντα μυριάδας, καὶ τριήρεις χιλίας, ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν ἑλλάδα, ζεύξας τὴν ἄβυδον. Δημάρατος οὖν ὁ λακεδαιμόνιος παρεγένετο ἤδη πρότερον, καὶ συνὼν αὐτοῦ ἐν διαβάσει, καὶ ἀπεῖργε τῆς εἰς λακεδαίμονα ἐφόδου. Ξέρξης δὲ προσβάλλει ἐν θερμοπύλαις λεωνίδᾳ τῷ στρατηγῷ τῶν λακεδαιμονίων δι' ἀρταπάνου ἔχοντος μυρίους. καὶ κατακόπτεται τὸ περσικὸν πλῆθος, τῶν λακεδαιμονίων δύο, ἢ τριῶν ἀναιρεθέντων. εἶτα προσβάλλειν κελεύει μετὰ δισμυρίων, καὶ ἧττα γίνεται κἀκείνων. εἶτα μαστιγοῦνται ἐπὶ τὸν πόλεμον. καὶ μαστιγούμενοι ἔτι ἡττῶντο. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κελεύει μάχεσθαι μετὰ πεντακισμυρίων. καὶ ἐπεὶ οὐδὲν ἤνυεν, ἔλυσε τὸν πόλεμον. Θώραξ δὲ ὁ θεσσαλὸς καὶ τραχινίων οἱ δυνατοὶ, Καλλιάδης, καὶ Τιμαφέρνης παρῆσαν, στρατιὰν ἔχοντες. καλέσας δὲ Ξέρξης τούτους τε, καὶ τὸν δημάρατον, καὶ τὸν ἡγίαν τὸν ἐφέσιον, ἔμαθεν ὡς οὐκ ἂν ἡττηθεῖεν λακεδαιμόνιοι εἰ μὴ κυκλωθεῖεν. ἡγουμένων δὲ τῶν δύο τραχινίων διὰ δυσβάτου, στρατὸς περσικὸς διεληλύθει, μυριάδες τέσσαρες, καὶ κατὰ νώτου γίνονται τῶν λακεδαιμονίων, καὶ κυκλωθέντες, ἀπέθανον μαχόμενοι ἀνδρείως ἅπαντες. id est, Xerxes autem contractis Persicis copiis, quæ præter currus constabant ex octingentis hominum millibus, & mille triremibus, Græciæ bellum inferebat, illúmque vniuersum exercitum eò ducebat, ponte ad Abydum facto. Demaratus autem Lacedæmonius etiam tum primùm præstò fuit, & vnà cum eo pontem transiit, & dissuadebat ne Lacedæmonios inuaderet. At Xerxes ad Thermopylas cum Leonida Lacedæmoniorum duce conflixit, instructis, eique oppositis decem hominum millibus, quibus præerat Artapanus. Quæ Persarum multitudo tota à Lacedæmoniis concisa est, cùm ex Lacedæmoniis duo, aut tres tantùm occubuissent: deinde iussit suos in eosdem impetum facere cum viginti hominum millibus. hi quoque superati & in fugam versi sunt. quo facto flagellis cæduntur inter præliandum. Sed quamuis flagellis & verberibus mulcarentur, nihilo secius victi sunt tamen. Die postero iubet Xerxes quinquaginta Persarum millia cum illis prælium committere. Atque vbi se nihil proficere videt, tum bellandi finem facit. Thorax autem Thessalus, & Tracheniorum primores, Calliades & Timaphernes, aderant vnà exercitum habentes. Quibus aduocatis, & vnà cum eis Demarato & Hegia Ephesio.

Ephesio, cognouit, Lacedæmonios aliter vinci non posse, nisi circumuenirentur. Cùm igitur duo Trachenij viæ duces fuissent, per viam quandam impeditam, ac pæne inuiam exercitus Persicus iter facit, non omnes, sed quadraginta hominum millia: qui cùm Lacedæmonios à tergo adorti essent, illi multitudine hostium circumfusi omnes fortiter pugnantes occiderunt. Eodem consilio vsus M. Porcius Cato ad Thermopylas Ætolos à tergo adortus M'. Acilio Glabrioni consuli imperatori victoriam illam præclaram aduersus Antiochum Magnum, hostem Romanis horribilem, facilem reddidit. de quo alibi dicemus.

Pag. 36. V. 27. post, refert hoc quoque Polyænus lib. I. strategematum. adde, his verbis. Θεμιστοκλῆς ἐναυλόχει περὶ Σαλαμῖνα. τοῖς Ἕλλησι δ' ἐδόκει μὴ ναυμαχεῖν ἐν στενῇ θαλάσσῃ. ὡς δὲ πείθειν οὐκ ἐπῄει, ἦν αὐτῷ Σίκιννος εὐνοῦχος, παιδαγωγὸς τῶν παίδων. τοῦτον τὸν Σίκιννον οὗτος ὡς βασιλέα πέμπει, μηνύσοντα κατ' εὔνοιαν, ὅτι ἀποδιδράσκει τὸ ἑλληνικόν. ἀλλὰ ναυμάχει, ἔφη. πείθεται ὁ βασιλεύς, καὶ ναυμαχεῖ. καὶ τὸ πλῆθος τῶν τριήρων συνέτριψεν ἐν στενῇ θαλάσσῃ. οἱ δὲ Ἕλληνες ἄκοντες ἐνίκησαν τῇ σοφίᾳ τοῦ στρατηγοῦ: id est, Themistocles ad Salaminem naueis habebat in portu dispositas. Græcis autem videbatur non esse in angusto mari præliandum. Vbi videt Themistocles, se iis persuadere non posse, vt maneant: erat ei quidam Sicinnus eunuchus, filiorum eius magister, & custos. Noctu autem hunc Sicinnum ad regem mittit, qui ei beneuolentiæ causa indicaret, classem Græcorum fugam capessere. At tu prælium nauale committe, inquit. Rex consilio Themistoclis páret, & prælium nauale committit: & multitudinem nauium barbararum comminuit, & contriuit mare angustum. Græci autem inuiti superiores abierunt, Themistoclis sapientia.

Pag. ead. versu 42. post, eunuchum missum esse, adde, his verbis: Οἱ Ἕλληνες νικήσαντες ἐν Σαλαμῖνι, βουλεύονται πλεῖν ἐφ' Ἑλλήσποντον, καὶ τὸ ζεῦγμα λύειν, ἵνα βασιλεὺς μὴ φύγῃ. Θεμιστοκλῆς ἀντεβουλεύετο, λέγων, βασιλεὺς ἀποκλεισθεὶς ἀναμαχήσεται τάχα. πολλάκις γὰρ ἀπόνοια δίδωσιν ὅσα μὴ ἔδωκεν ἀνδρία. πέμπει δὲ πάλιν ὡς βασιλέα εὐνοῦχον ἄλλον Ἀρσάκην, οὑτωσὶ προσαγγέλλοντα, εἰ μὴ φύγοι διὰ τάχους, ἡ γέφυρα διὰ τάχους διαλύεται. βασιλεὺς ἔδεισε, καὶ φθάσας τὸ ἑλληνικὸν, διέβη τὸ ζεῦγμα, καὶ φυγὼν ᾤχετο. Θεμιστοκλῆς δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἐφύλαξε τὴν νίκην ἀκίνδυνον. id est, Græci apud Salaminem victoria potiti, cõsultant vtrùm in Hellespontum nauigent, & pontem soluant, & in hanc sententiam sunt propensiores, vt pontem soluant, ne rex effugere possit. Themistoclis cõtraria est sententia, dicentis, verendum esse ne rex interceptus, prælium redintegret. Sæpenumerò enim desperatio dat hominibus quod non dat fortitudo. Mittit autem rursus alium eunuchum ad regem Persarũ, Arsacen nomine, qui ei prædicat, nisi celeritatem in fugiendo adhibeat, nullam ei futuram effugiendi facultatem, quòd Græci pontem dissoluere statuerint. Rex timuit, & cum ad Hellespontum prior peruenisset, pontem transit, & effugit. Themistocles autem Græcis victoriam seruauit periculi expertem.

Pag. 37. versu 16. scribe, structum prius, quàm vrbis m.

Pag. ead. V. 31. post, retulit inter strategemata, adde, retulit & Polyænus lib I. cuius verba mox proferemus.

Pag. 38. V. I. post, illusisse ac decepisse dicatur, &c. adde. Commemorat denique & Polyænus lib. I. strategematum, his verbis. Ἀθηναῖοι τὸ τεῖχος τοῦ ἄστεος ἤγειρον. Λα-

χαντες ἐφθόνουν. ἐξαπάτησεν αὐτοὺς Θεμιστοκλῆς. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀπάτης ἦν. ἀφίκετο εἰς Λακεδαίμονα πρεσβευτής. καὶ ἦν πρὸς τοὺς λάκωνας ἔξαρνος μὴ ἐν ἐγείρεσθαι τὸ τεῖχος. εἰ δὲ ἀπιστεῖτε, ἔφη, τοὺς ἀρίστους ἐκπέμψατε κατασκόπους, ἐμὲ κατασχόντες. οἱ δὲ ἔπεμψαν. Θεμιστοκλῆς δὲ κρύφα πέμψας ἀνέπειθεν Ἀθηναίους κατέχειν τοὺς κατασκόπους, ἕως ἂν ἐγείρωσι τὸ τεῖχος. ἐπειδὰν δὲ ἐγείρωσι, μὴ πρότερον αὐτοὺς ἀποπέμπειν, εἰ μὴ πρότερον αὐτὸν ἀπολάβοιεν. καὶ ταῦτα οὕτως ἐγένετο. ἠγέρθη τὸ τεῖχος· ἐπανῆλθε Θεμιστοκλῆς· ἀπεδόθησαν οἱ κατάσκοποι· ἐτειχίσθησαν Ἀθῆναι Λακεδαιμονίων ἀκόντων. id est, Athenienses vrbis muros (à Persis dirutos) excitarunt. Lacedæmonij eis inuidebant. dedit eis verba Themistocles. decipiendi autem ratio hæc fuit. Iuit Lacedæmonem legatus: & negabat apud Laconas muros excitari. quod si non creditis, inquit: optimateis Athenas mittite, qui rem explorent, me retento. Illi miserunt. Themistocles autem misso clam nuntio mandauit Atheniensibus, vt exploratores Lacedæmone missos retinerent, donec murum excitassent. Muro autem excitato, ne prius eos dimitterent, quàm se recepissent. Atque hæc ita facta sunt. Murus excitatus est: reuersus est Themistocles: redditi sunt exploratores: muris septæ fuerunt Athenæ Lacedæmoniis inuitis.

Pag. ead. V. 31. lege hoc modo. quando humano consilio sine insigni totius Galliæ calamitate, & summo imperij Gallici discrimine hoc obtineri, aut præstari non potest, conc. Hæc enim sunt ab operis omissa.

Pag 40. V. 6. post, verumtamen nihil muto. adde, Infrà autem proximo versu, verbum facere, quibusdam suspectum est, & ita legendum videtur, eo detracto, quod communi iure gentium possent. Ego sine libri veteris auctoritate tollere nõ sum ausus. Possum tamen eorum sententiam tueri, & confirmare cùm multis ex M. Tullio, & aliis bonis scriptoribus, exemplis, tum ex ipso Cornelio in Timoleonte, ibi. nam, quod ceteri reges imperio potuerunt, hic beniuolentia tenuit.

Pag. 41. V. 24. post, non consentiunt adde, cum Probo Thucyd. vt sic legatur, non consentiunt cum Probo Thucydides, & Plutarchus.

Pag. ead. V. 40. post, partim alios adde, secutus, qui Admeto &c,

Pag 4.. V. 41. post refert lib. 1. strategem. adde, his verbis: Θεμιστοκλῆς φεύγων Ἀθηναίους, νεὼς ἐπιβάς, ἀγνοούμενος ἐκομίζετο τὴν ἐπὶ Ἰωνίας. ἐπεὶ δὲ ἡ ναῦς ὑπὸ χειμῶνος ἐπὶ νάξον κατεφέρετο, πολιορκουμένην ὑπ' Ἀθηναίων· τῷ ναυκλήρῳ φοβηθεὶς ἔφρασεν ὅστις εἴη. καὶ εἰ μὴ σώσει αὐτόν, κατερεῖν ἠπείλησεν Ἀθηναίοις ὡς χρήμασιν αὐτὸν πεισθεὶς ἄγοι. ὅπως οὖν ἀμφότεροι σώζοιντο, μηδένα ἐκβαίνειν τῆς νεώς. ὁ ναύκληρος φοβηθεὶς οὕτως ἐκβῆναι συνεχώρησε, καὶ ἀναχθῆναι διὰ τάχους ἔπεισεν. id est, Themistocles Atheniensis fugiens, nauem ingressus, ignotus, in Ioniam vehebatur. Cùm autem nauis tempestate in Naxum insulam abrepta ferretur, quæ ab Atheniensibus circumsidebatur: metu perterritus nauclero dixit, quis esset: &, nisi ipsum seruaret, interminatus est, se dicturum Atheniensibus, nauclerum pecunia adductum Themistoclem in nauem suam recepisse, & vehendum suscepisse. Quare, vt vterque saluus sit, nauclero suasit, daret operam, ne quis ex naui egrederetur. Nauclerus perterritus neque quemquam ex naui exire siuit, & primo quoque tempore altum petiuit.

Pag. 43. V. 17. post, & refert Plutarch adde hãc annotationẽ cum loci indice numero, hoc modo 103. quòd ætate proximus erat, &c.). i. quòd Thucydides ætate

Themiſtocli proximus erat illorum omnium hiſtoricorum, qui illorum temporum hiſtoriam ſcripſerunt. Sic autem loqui ſolere Cornelium, alio loco lectorem admonebimus, quamuis memorem.

Pag. ead. V. 28. *ſcribe, non enim credibile eſt, eum verba illa Græca, &c.*

Pag. ead. V. 32. *poſt, acrem inimicum. adde.* Horatius *epiſt. 9. lib. I. Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonúmque.*

Pag. 44. V. 22. *poſt, in crineis. adde.* Sed *admonendus eſt lector, infrà proximè, vbi legitur vulgò, ex qua regione ei talenta, &c. videri legendum potius, ex qua regi quinquaginta talenta quotannis redibant. quod* Cl. Puteano *priori venerat in mentem.* Cuius *ſcripturæ optima ſententia eſt. ex qua, nempe* Magneſia, *regi* Perſarum *quinquag. tal. quotann. red.* Atque *hanc emendationem adiuuat vulgata lectio, quæ non habet voculam, ei.* Sic *enim habent omnes libri vulgati,* Ex *qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant.* Ex *voce, regi, ſcilicet factum eſt, regione, vel à ſemidocto aliquo, vel à ſcriptore librario plus nimio ſibi permittente, aut etiam ſumente.*

Pag. 45. V. 14. *lege,* teſtula II illa, exſulio decem ann.

Pag. 46. V. 29. *poſt, ipſi nõ amicus, immò verò inimiciſſimus. adde,* Sed *propter magnitudinem præſentium malorũ obliuiſcens ſimultates præteritas, eum euocauit, volens cum eo ſeorſum congredi & colloqui.* Iam *antè autem cognouerat,* Peloponneſios *conſtituiſſe primo quoque tempore naueis in* Iſthmum *reducere.* Vbi *igitur exiit è conſilio* Themiſtocles, *dixit ei hæc* Ariſtides. Nos *oportet cùm omni alio tempore, tum hoc maxime inter nos contendere, & certare vter noſtrûm plura officia ac beneficia in patriam conferat, &c.* Refert *hoc &* Polyænus *lib.* I. *ſtrategematum, his verbis.* Ἀριστείδης καὶ Θεμιστοκλῆς ἐχθρότατοι πάντων ὄντες διεπολιτεύοντο. τοῦ δὲ Πέρσου διαβαίνοντος, ἀλλήλων λαβόμενοι, καὶ τῆς πόλεως ἔξω προελθόντες, εἰς βόθρον ἑκάτερος τὴν δεξιὰν χεῖρα καθιέντες συνηγμένων τῶν δακτύλων, ἐπεφώνουν· τὴν ἔχθραν ἐνταῦθα κατατιθέμεθα, ἕως ἂν πρὸς τὸν Πέρσην διαπολεμήσωμεν. ταῦτα εἰπόντες ἀναίροντες τὰς χεῖρας διαλυθέντων τῶν δακτύλων ὡς δή τι καταθέντες, ἐπιχώσαντες τὸν βόθρον, ἐπανῆλθον. καὶ διετέλεσαν παρὰ πάντα τὸν πόλεμον ὁμονοοῦντες. ἡ δὲ τῶν στρατηγῶν ὁμόνοια μάλιστα δὴ τοὺς βαρβάρους ἐνίκησεν. *id eſt,* Ariſtides *&* Themiſtocles *remp. adminiſtrabant, cùm eſſent inter ſe omnium inimiciſſimi* Cùm *autem rex* Perſarum *in* Europam *tranſiſſet, prehendit alter alterum, & ex vrbe egreſſi in eandem foſſam manum dexteram contractis digitis demiſerunt, atque eodem tempore acclamarunt: inimicitias hîc deponimus, donec cum* Perſa *debellatum ſit.* Hæc *locuti, & manus tollentes primùm digitis explicatis, tanquam aliqua re ibi depoſita, deinde terra congeſta, & exaggerata, domum reuerterunt: & per totum belli tempus concordes fuerunt: ducum autem concordia maximè barbaros ſuperauit.*

Pag. 47. V. 33 *poſt, quod minus probo. adde,* Confirmat *hanc lectionem, quam ſecutus ſum, illud in* Cimone. Nam *cùm ille forti animo inuidiæ ingratorum ciuium ceſſiſſet, &c.*

Pag. eadem, V. 35. *poſt, præclarum & memorabile eius facinus. adde, his verbis.* Ἀριστείδης δὲ ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, τοῦ καὶ ὀλίγῳ τε πρότερον τούτων ἐμνήσθην, ὡς ἀνδρὸς ἀρίστου, οὗτος ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ τῷ περὶ Σαλαμῖνα γινομένῳ, τάδε ἐποίεε. παρα-

λαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων, οἱ πολλοὶ παρετετάχατο περὶ τὴν ἀκτὴν τῆς Σαλαμινίης χώρας, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων, οἳ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησῖδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας. id est, Aristides autem Lysimachi fil. vir Atheniēsis, cuius paullo ante mentionem feci, vt viri optimi, hic sub hunc tumultum, qui ad Salaminem excitatus est, hæc fecit. sumsit multos milites grauioris armaturæ, qui dispositi erāt ad litus Salaminiæ regionis, genere Athenienseis, & in Psytaleam insulam portauit. hi Persas omneis, qui in hac parua insula erāt, ad vnum interemerunt.

Pag.50.V.19.omissus est numerus index, ibi 31. Rex tot hominum salute tam s.

Pag.53.V.37.lege, reliquissent, paucos superfuturos.

Pag.54.V.14.lege, vt Diodorus, X.myriad.

Pag.55.V.11. post ἄνδρα πεῖν. Thucyd. adde hanc annotationem cum numero indice, hoc modo. 31. Rex tot hominum salute, tā sibi) legendū fortasse est, adiecta copulationis particula, Rex tot hominum salute, & tam sibi necessariorum, &c. quod & Cl. Puteano videbatur.

Pag.ead.V.23.post, agere cogitaret. adde, Quod si quis malit reponi, conata: equidem non repugnem. quin ego ei valde assentiar. Nam hæc scriptura magis cum verbis Thucydidis, quàm superior, congruit: (eam dico, quam secutus sum) & minus longè à vulgata discedit. Credibilius enim est, ex, conata, factum esse à librario errante, conita, & hinc, cógnita, quàm ex, cogitata, cognita. Vtitur autem eadem voce Cornelius in Dione. ibi: verens, ne priùs consilium aperiretur suum, quàm conata perfecisset: & T. Liuius lib. 34. annal. litteras, ne quo casu interceptæ palàm facerent conata, scribere non est ausus.

Pag.ead. versu vltimo, adde, post, & audire noluisse. Commemorat & Ælius Aristides sophista, seu rhetor, in oratione de laudibus M. Aurelij philosophi, eiusdémque imperatoris, his verbis, οἰόμενος δεῖν τὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέα τῷ τῶν ὅλων ἀπεικάσθαι βασιλεῖ κατά τε τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ κατὰ τὴν πρόνοιαν ἁπάντων τῶν ἀρχομένων, καὶ μὴ πρὸ μὲν τῆς βασιλείας χρηστόν τε καὶ μέτριον ἦθος ἐμφαίνειν ἑαυτοῦ, βασιλέα δὲ ἀποδειχθέντα, χαλεπὸν καὶ βίαιον εἶναι περὶ τοὺς ἀρχομένους. οὐ γὰρ βασιλείας σχῆμα εἶναι τὸ τοιοῦτον ἐπιεικοῦς, ἀλλὰ σκαιότητος, καὶ ἀπαιδευσίας ἔλεγχον φανερώτατον. οἷος ἦν καὶ ὁ τῶν λακεδαιμονίων στρατηγός, ὁ τοῖς ἕλλησι πρὸς τοὺς βαρβάρους ἡγησάμενος· παυσανίαν λέγω, τὸν κλεομβρότου, ὃς οἴκοι μένων ἐδύνατο σωφρονεῖν, πλεύσας δὲ εἰς ἑλλήσποντον, ἐπιλέλησο μὲν τῶν οἴκοι, ἐπιλέλησο δὲ αὐτοῦ. παντὶ δὲ μᾶλλον ἐῴκει, ἢ ἀνδρὶ σπαρτιάτῃ, χαλεπὸς μὲν ὢν καὶ βίαιος περὶ τοὺς συμμάχους, ἀκόλαστος δὲ καὶ ὑβριστὴς περὶ τὴν δίαιταν, πραγματικὸς δὲ τὸν τρόπον. id est, existimans (M. Aurelius imper.) eum, qui re vera sit rex, huius vniuersi regi similem esse oportere, cùm humanitate, hoc est amore in homines, tum prouidentia, & procuratione eorum, qui imperio subiecti sunt: & non antè quidem, quàm regnet, probos quosdam & moderatos mores præ se ferre: vbi verò rex declaratus sit, sæuum se & importunum, & violentum in eos, qui imperio suo subiecti sunt, præbere. non enim talem speciem esse boni regni, & moderati, sed immanitatis, & inhumanitatis esse argumentum certißimum, & clarißimū: qualis erat Lacedæmoniorum imperator, qui Græcorum exercitui aduersus Barbaros dux præfuit: Pausaniam dico Cleombroti filium: qui cùm domi manebat,

intra modestiæ fineis sese continere, sibíque temperare poterat. vbi autem in Hellespontum nauigauit, non suorum ciuium modò, verùm etiam sui oblitus est: cuius porrò potius, quàm viro Spartiatæ similis erat: in socios asper, & violentus erat: intemperanter & libidinosè viuebat: tyrannicum in morem se gerebat.

Pag. 58. V. 17. *lege, iuxtáque veterrima laurus.*

Pag. 59. V. 28. *scribe, in ædem Mineruæ Chalciœcu*

Pag. 60. V. 31. *post, non, dicitur matrem dixisse, &c. adde,* Pausaniæ *autem mater, Theano nominata est, vt mox ex Polyæno cognoscemus.*

Pag. ead. V. 37. *post, ex Diod. positum adde,* Retulit *autem hoc admirabile mulieris Lacænæ facinus inter strategemata Polyænus lib. 8. strategem. his verbis.* Θεανὼ Παυσανίου μήτηρ ἡνίκα Παυσανίας Μηδίζων ὤφθη καταφυγὼν ἱκέτης εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου, ὅθεν ἀποσπάσαι τὸν ἱκέτην οὐκ ἦν θέμις, αὐτὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἀφικομένη, πλίνθον πρὸς ταῖς θύραις ἀπηρείσατο. οἱ Λάκωνες θαυμάσαντες τὴν ἀνδρείαν, καὶ τὴν σοφίαν, ἕκαστος αὐτῶν ἐνήρμοσε ταῖς θύραις, ὥστε ἄμφω γενέσθαι. οὔτε τὸν ἱκέτην ἀποσπάσαι, καὶ τὸν προδότην ἐναποικοδομήσαντας διαφθεῖραι. *id est, Theano Pausaniæ mater, quo tempore Pausanias rebus Medormm studere compertus, & in manifesto facinore deprehensus, confûgit supplex in templum Mineruæ Chalciœcu, vnde auellere supplicem nefas erat: hæc ante alios omneis eò se contulit, & láterem ad obstruendas templi foreis posuit, & calce aggluttinauit. Lacones mulieris virtutem & sapientiam admirati, eámque imitati, láteres singuli foribus admouerunt, ita vt duas res assequerentur: alteram ne supplicem à templo abstraherent, alteram vt proditorem valuis templi obstructis inclusum necarent.*

Pag. 64. V. 9. *post. exsoluit eius filius* Cimo. *adde,* Sed *nihil hæc inter se pugnant. Fuit enim coniectus in carcerem Cimo, Miltiadis filius, ea lege, vt eò vsque ibi esset, donec pecuniam illam solueret.* Præclare *autem hac de re Valerius Maximus lib. V. cap. III. cuius verba eo libentiùs referam, quòd, quo pacto locus in eis corruptus, ex cod. manuscripto sit emendandus, lectori eadem opera indicabo. Sic igitur Valerius. Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si eum post trecenta Persarum millia in Marathone deuicta, in exsulium protinus misissent, ac non in carcere & vinculis mori coëgissent. Sed, vt puto, hactenus sæuire aduersus optimè meritum abunde non duxerunt. Immo ne corpus quidem eius sic exspirare coacti, sepulturæ prius mandari passi sunt, quàm filius eius Cimon eisdem vinculis se constringendum traderet. Hanc hereditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solam se sortitum, catenas scilicet, & carcerem, gloriari potuit.* sic *habent omnia omnium editionum exempla: etiam ea, quæ nuper ex officina diligentis, & elegantis typographi, Christophori Plantini, prodierunt. Sed legendum, pro, solam se sortitum, vt habet liber manuscriptus ex bibliotheca D. Victoris. solā se creuisse. Cuius rei mihi testis est Cl. Puteanus, cui liber ille fuerat cōmodatus. Cernere hereditatē autem, genus loquēdi antiquū, & bonis scriptoribus vsitatū. Videtur autē legendū apud Corneliū suprà eodē versu, neq; legibus Atheniensiū: non, vt habēt omnes ferè libri vulgati, legibus Atheniensibus. Quin sic in quibusdā exemplis Germanicis scriptum vidi.*

Pag. ead. V. 27. *lege (quæ deinde Calliæ in matrimonium collocata est.)*

Pag.ead.V.34.*lege,secutum,hæc tradidisse,&c.*

Pag.69.V.3.*post,sic suprà de* Aristide. *Sed videtur hìc legendum, post annum quintum,quàm &c.Sic enim potius solet loqui* Cornelius.

Pag.70.V.23 *post iniqua,irata,atque adde,offensa,id est,*

Pag.ead.V.24.*post habet actiuam,adde,interdum passiuam:*

Pag.71.V.12.*post,ingressi cenabant.adde,Sed existimaui aliquando,neque nunc aliter sentio,legendum esse apud* Cornel.*quod facere nullum diem intermittebat. Sic enim loquuntur Latini potius.*M.Tullius *lib.7.epist.ad* Attic.*epist.*15. *Vt ab vrbe discessi,nullum adhuc intermisi diem,quin aliquid ad te litterarum darē,&c.Idem lib.8.epistola* 16. *Huius autem epistolæ non solùm ea causa est, vt ne quis à me dies intermittatur,quin dem ad te litteras,sed &c.*

Pag.72.V.12.*scribe,*Thasúmq; *deuertisset:& ita semper scribe,*Thasus,*&* Thasij,*&c.vnico.s.*

Pag.74.V.40.*lege,Lysander autem signum dat suis, vt* Athenienseis *contento cursu adorìantur.*

Pag.77.V.29.*scribe,eos peruertere cupit.eodem,post cupit.adde,congruit cum* Thucydide,*& confirmat hanc lectionem id,quod est apud* Demosthenem*, oratione* πρὸς Λεπτίνην. τοῦτο μὲν τοίνυν Θασίους τοὺς μετ' Ἐκφάντου, πῶς οὐκ ἀδικήσετε, ἐὰν ἀφέλησθε τὴν ἀτέλειαν; οἱ παραδόντες ὑμῖν Θάσον, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν μεθ' ὅπλων ἐκβαλόντες, καὶ Θρασύβουλον εἰσαγαγόντες, καὶ παρασχόντες φίλην ὑμῖν τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, αἴτιοι τοῦ γενέσθαι σύμμαχον τὸν περὶ Θρᾴκην τόπον ὑμῖν ἐγένοντο.*id est,*Quod *igitur ad hoc decretum attinet,quam causam dicere possitis,quare* Thasios *iniuste non lædatis,si eis immunitatem adimatis? qui* Thaso *vobis tradita,&* Lacedæmoniorum *præsidio cum armis ex vrbe eiecto, &* Thrasybulo *recepto,atq; introducto,& patria sua vobis conciliata,& amica reddita, in causa fuerunt, quare tota illa ora* Thraciæ *vobiscum societate belli iungeretur?*

Pag.80.V.19.*lege,*Dodonæus *colebatur, & consulebatur.*

Pag.89.V.1.*scribe,*in Asiam transiit.

Pag.92.V.23.*lege,tam ex contrariis,diuersisque,atque*

Pag.94.V.19.*lege,de fortuna,aut virtute* Alexand.

Pag.98.V.35.νοῆσαι παραχῦναι,*&c.*

Pag.102.V.14.*post,qui erranti viam non monstrarent,adde,* Idem ibidem *infrà.* Iidem *illi* Eumolpidæ, *&* Keryces *rursus resacrare,seu resecrare sunt coacti, qui eum deuouerant.* Iosephus Cassaneus,*seu potius* Casianus:*(est enim iudex plane* casianus,*hoc est integer,incorruptus,religiosus,seuerus,&* Casio *illi,qui identidem in causis quærere solebat,* CVI BONO, *simillimus, & tamen valde comis,& humanus,& omni doctrina liberali ornatus)* Hic *igitur, quem dico siue* Cassaneus,*siue* Casianus,*quem honoris causa nomino, præses curiæ* Burdigalensis,*ordine quintus, virtute iis,qui gradu antecedūt,par, cùm domum meam nuper,qua est cùm in omneis humanitate,tum erga me beneuolentia, nō multo pòst quàm* Lutetiam *aduenerat,inuisendi mei longo interuallo gratia me absente venisset:egóque vicissim simul atque,quo in loco deuersaretur,cognouissem, in eius deuersorium me contulissem: post salutationes amicis vsitatas, initiò sermonem*

de litteris nostris intulit:deinde,quoniam audierat iam, Æmilium Probum meis commentariis explicatum,propediem in lucem proditurum, quæsiuit ex me, ecquid obseruassem,& meminissem locum,vbi hic scriptor,deuouere,vsurpauisset pro eo,quod aliàs Latini dicunt,aqua & igni interdicere, seu potius ex hominū communione eiicere, & (vt vulgato verbo vtar)excommunicare: respondi, id verbum,sicubi esset,esse in Alcibiade:continuóque hūc locum protuli. Quoniam autem viri eruditissimi & ornatissimi obseruatio visa mihi est digna, quæ litteris mandaretur,memoriæque proderetur,& quia paullo angustius, & breuius, quàm par erat,huius verbi vim hoc loco demonstraram,visum est mihi,cùm præsertim à tali viro essem admonitus,hæc ad ea,quæ iam notaueram, adscribere: deuouere hoc loco ex Cassiani,& mea sententia,idem valere quod aqua & igni interdicere,quódque vulgò dicimus excommunicare. Quamquam,vt etiam planius dicam quod sentio,qui hodie è communione christianorum eiecti sunt, excepto quòd sacris,& rebus diuinis prohibentur,eis ceteroquin fortunas suas incolumeis retinere, & saluis in patria viuere licet,neque eos interficere fas est. At deuotos interficere impune,opinor,licebat. Iccirco patriam relinquere, si vitā retinere vellent,necesse habebant. Exstat titulus XXII. lib. XLVIII. digest de interdictis & relegatis:qui vtrùm ad hanc deuotionem pertineant, néc ne, videant iurisconsulti. ego enim aliò propero.

Pag. 104. V. 34. lege,cuiúsque,& collegarum eius opera,

Pag. 108. V. 42. post,soluere ac liberare. adde, Festus. Resecrare,soluere religione. vtique cùm reus populum comitiis orauerat per deos,vt eo periculo liberaretur,iubebat magistratus eum resecrare. Plautus. Resecróque mater,quod dudum obsecraram. Vtrùm autem scribatur,resacrare,aut resecrare,parum réfert. malim tamen scribi resecrare,quàm resacrare,vt dicimus obsecrare,consecrare,exsecrari,non obsacrare,neque consacrare,neque exsacrari.

Pag. 114. V. 35. post,aut decem exceptis adde,cū quibus fugit Conon ad Euagorā:

Pag. 120. V. 13. omissus est numerus index,ibi,tempore 19 ad comparandum dato f.r.

Pag. 126. V. 16. -crates siquidem plureis milites,quàm hosteis,&c.

Pag. ead. V. 35. lege,interitus futurus,se ab his ipsis nimium tim.

Pag. 127. V. 7. post,dici adde,enim:vt sic legatur:dici enim non potest &c.

Pag. 128. V. 25. post, bellúmque composuisse, adde, Sed videtur hîc legendum, Hoc deiecto,Pausanias venit aliis auxilio,&c. non,vt vulgò, venit Atticis auxil. vt sit hæc sententia,critia tyranno deiecto, venit aliis tyrannis auxilio Pausanias. credibile est natum esse mendum ex deprauata voce aliis,in atiis: & ex atiis voce inani,& ad hunc locum inepta,factū esse ab aliquo semidocto,Atticis.

Pag. 131. V. 39. lege,cùm ex aliis multis vrbib. pecuniam &c.

Pag. 133. V. 15. quem vellet,eligere ad dispensf.pec.

Pag. 136. V. 31 post,expertus enim in prœlio adde,ad Eurymedontem commisso fortun. adu.

Pag. 142. V. 41. scribe, καὶ τὰς πρὸ τῶν τοῖς ἄλλοις ἐπιτήδευσι,

P. 143. V. 1. ἐλευθέρωσι τὰς Ἀχαιῶν συμμάχους, &c.

P.147.V.14.*lege*, factum 51. multi indignarentur, m.

P.151.V.9. Hi *falsa suspicione*

Pag.151.V.44. *Seleuco in matrimonium dedisset, &c.*

Pag.153.V.37. *post, propter affinitatem, adde, & propinquitatem.*

Pag.155.V.1.*epist.*1.*lib.*XV. *epist.ad* Attic.

Pag.*ead*.V.2 *antequàm ederet.*

Pag.156.V.9.*post, colloquendi.adde*, Sed *non celabo lectorem, quibusdam videri, apud* Corn. *infrà, versu proximo, legendum, detracta voce, sermonem, & ad* Dionysium *retulerũt*. Quò *enim pertinet vox, sermonem? inquiunt illi: aut quorsum ponitur? planè videtur superuacanea, & inanis*. Nam *satis disertè dixit* Cornelius, Id *medici non tacuerunt, &c*. Id *autem, nempe quod cum ipsis* Dio *locutus erat: vel* Dionem *secum locutum esse de talibus rebus. sequitur tam, & ad* Dionysium *retulerunt, nempe illud idem, vt repetatur* ἀπὸ κοινοῦ, *id*. Ego *tamen nihil mutare ausus sum, quòd lectio vulgata, & recepta ferri possit. sequitur enim, quo ille commotus &c. quo, videlicet, sermone*. Iudicabit *lector eruditus, & emunctæ naris.*

Pag.*ead*.V.15.*lege, à morte nulla ferè re differt,*

Pag.162.V.33.*lege, in ædibus* Errici Memmij *diligenter, & attentè consideraui,*

Pag.*ead*.V.41.*quæ vel ex* M.Tullij Frumentaria *persp.*

Pag.167.V.20.*post, idoneum ad hoc simulandum.adde, Omnino oratio perplexa est, & ordo verborum perturbatus*. Quare *malim, totum hunc locum hoc ordine legi: quod &* Cl.Puteano *videbatur: quod nullo modo euitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, quem inuenisset idoneum: qui se simularet illi inimicum*. Sic *facilè omnium animos, &c*. Non *celabo lectorem tamen, ita in nonnullis libris legi: nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum: quem si inuenisset idoneum, facilè omnium animos cogniturum, &c.*

P.168.V.29.*scribe, lib.*3.*od.*7.Maturare *necem, &c.*

P.*ead*.V.36.*post, domum circumsteterunt.adde*, Sed *videtur totus hic locus hoc potius ordine legendus*. Hac *mente proximo die festo cùm à conuentu se remotum* Dion *domi teneret, atque in conclaui édito recubuisset, domum custodibus sæpsisset, certos præfecisset, à foribus qui non discederent: conscius loca munitiora oppidi tradit, nauem triremem armatis ornat, &c*. Namque & Plutarchi *verba ea ipsa, quæ modò retulimus, hoc significant*, Dionem *custodibus domum sæpsisse, certos præfecisse, qui à foribus & fenestris non discederent: & ipsius* Cornelij, *infrà, non longè, ibi*. Namque *illi ipsi custodes, si propitia fuissent voluntate, &c. tradit autem, nempe* Callicrates. Non *dissimulabo verò, hoc etiam* Cl. Puteano *venisse in mentem.*

Pag.169.V.25.*scribe, id est vita eorum, qui, &c*. Sic *autem solet loqui* Probus.

Pag.171.V.26.*omissus est numerus, index, ibi*, Epaminondæ 27 retardauit impetus.

Pag.172.V.22. *post*, ἐξ ὧν (*al*. ἐξ οἵων) ὑπῆρξε ἔωσπερ, *id est, adde*. Et Iphicrates *se ipse laudabat cùm ita diceret, ex quibus (al. ex qualibus) hæc supp.*

Pag.174.V.23.*lege, toto agmine, lectissimos quosque retinuit,*

Pag.175.V.9.*post*, De his diximus nonnulla in Alcib.*adde*, Sed Polyænus lib.7. *strategem.* hunc Seuthen, Cersobleptis præfectum tantùm, non etiam regem fuisse significat: cuius hoc strategema ponit. Σεύθης ὕπαρχος Κερσοβλέπτου ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων γενόμενος προσέταξε τῶν γεωργῶν ἑκάστῳ πέντε μεδίμνων χωρίον αὐτῷ κατασπεῖραι. οἱ μὲν κατέσπειραν πολὺ πλῆθος γεωργῶν. σίτου δὲ παμπόλλου γενομένου, καταγαγὼν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἐπίπρασκεν ὑφειμένος τι τῆς τιμῆς. ὥστε ταχέως τῷ Κερσοβλέπτῃ πολλὰ χρήματα συνέλεξεν. id est, Seuthes Cersobleptis præfectus ad pænuriam pecuniæ redactus, vnicuique aratori mandauit, vti quinque medimnorum spatium araret, & obsereret. Illi seuerunt, cùm esset eorum magna multitudo. Magno autem frumēti numero nato & percepto, id omne ad mare deportandum curauit, & vendidit, pretio aliquantùm imminuto. Hoc pacto magnas pecunias regi coēgit, & comparauit.

Pag.179.V.10.*scribe*, Atque hæc locuta, eum iam & pro vobis, &c.

Pag.180.V.16.*scribe*, 33. Thressa)

Pag.ead.V.27.*scribe*. Namque in eo victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis, &c.

P.183.V.25.*post*, de quo in Agesilao.*adde*, Sed quid sibi hæc verba volunt? Namque in ea victoria fidentem summum ducem Agesilaum, fugatus iam ab eo conductitius cateruis reliquam phalangem loco vetuit cedere, &c. (sic enim habent omnes libri vulgati) quò refertur hoc totum, fidentem summum ducem Agesilaum: & à quo verbo, (vt grāmatici loquuntur) regitur? Præterea quid est illud, in ea victoria fidentē? si Agesilaus progredi non est ausus, qui victor esse potuit? Omnino locus est non sincerus. de quo cùm mecum loqueretur, & communicaret Claudius Puteanus, diceréique sibi videri, legendum, in eo, vt subintelligatur, prælio: dubium illud quidem mihi non erat: sed horum verborum, in accusandi casu positorum, fidentem summum ducem Agesilaum, ratio non poterat expediri. Ego putabam locum esse deprauatum, & legendum, fidente summo duce Agesilao, in casu sexto, absolutè accepto. fidente victoria autem Agesilao, sic interpretabar: qui sibi victoriam promittebat: qui spem victoriæ exploratam habebat. cuius quidem spei, & fiduciæ ratio probabilis erat, quia iam conductitias cateruas fugauerat. Sic igitur totus hic locus legendus, Namque in eo victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis iam ab eo conductitiis cateruis, reliquam phalangem loco vetuit cedere.

P.187.V.27.*scribe*, supremo fine domari.

P.ead.V.34.*post*, à recto, opulens.*adde*, quo & Ausonius vtitur, poēta si non vetus, at veterum diligens & prudens imitator, atque adeò æmulator. Sic igitur ille in catalogo vrbium, de Mediolano loquens. Templa, palatinæque arces, opulénsque Moneta.

Pag.188.V.20.*scribe*, εἰπὼν ὁ φωκίων, ὅτι δεῖ μὴ ζητεῖν.

P.189.V.6.à Mausolo, Cariæ regulo,

Pag.ead.V.13.*scribe*, perfugium calamitatis?

Pag.194.V.4.*post*, videntur pertinere.*adde*, Verumtamen Timotheum aduersus Olynthios bellum gessisse, vel ex Demosthene cognoscere licet, Olynthiaca 2. ibi.

Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ, ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστί τις οὐ σμικρὰ, οἷον ὑπῆρξέ ποθ' ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους, &c. id est, Omnino potentia Macedonica, & imperium Macedonicum in accesionis numero & loco, est fortasse non paruum, quemadmodum olim vobis fuit, imperatore Timotheo aduersus Olynthios, &c.

Pag. ead. V. 26. scribe, aliter Diodorus lib. 15. pag. 481. ibi, Ἀθηναῖοι, &c.

P ead. V. 30. scribe, τὸ μὲν πρῶτον ἀπέβαλε τὴν στρατηγίαν, τοῦ δήμου χαλεπῶς ἔχοντος. (al. διατιθέντος) ὡς δὲ. &c.

Pag. 195. V. 36. post, ad Acheloum siti. adde, Sed præstat ad hunc locum illustrandum, totum illum Diodori locum huc adscribere. Τιμόθεος δὲ παραλαβὼν τὴν ναυαρχίαν, καὶ πλεύσας εἰς τὴν Κεφαλληνίαν, τάς τε ἐκεῖ πόλεις προσηγάγετο, καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν ὁμοίως ἔπεισεν ἀποκλῖναι πρὸς Ἀθηναίους, Ἀλκέταν τε, τὸν Μολοττῶν βασιλέα φίλον κατασκευάσας, καὶ καθόλου τὰς χώρας τὰς τῶν περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους πόλεων, ἐξιδιοποιησάμενος, ἐνίκησε ναυμαχίᾳ τοὺς Λακεδαιμονίους περὶ Λευκάδα. ταῦτα δὲ πάντα ταχέως καὶ ῥᾳδίως ἐπετέλεσε πείθων μὲν διὰ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, νικῶν δὲ δι' ἀνδρείας, καὶ στρατηγίας. Διόπερ οὐ μόνον παρὰ τοῖς πολίταις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι μεγάλης ἐτύγχανεν ἀποδοχῆς. id est, Timotheus autem triremium præfecturam adeptus, & in Cephalleniam nauibus profectus, & naueis, quæ ibi erant, ciuitati Atheniensium adiunxit, & nauibus, (al. ciuitatibus) Acarnaniæ similiter persuasit, vt sese ad Athenienseis applicarent. Tum Alceta Molossorum rege sibi amico reddito, &, vt semel dicam, regionibus ciuitatum, quæ locis illis erant finitimæ, sibi conciliatis, Lacedæmonios prælio nauali ad Leucadem. seu potius, Leucatam, superauit. Atque hæc omnia citò & facilè ad finem perduxit partim dicendi facultate. & eloquentia persuadendo, partim virtute, & scientia rei militaris vincẽdo. Quapropter non solùm ciuibus suis, verùm etiam aliis Græcis valde gratus atque acceptus fuit.

Pag. 196. V. 9. scribe, Veneta & Florentina.

Pag. 97. V. 15. post, vsus erat.) at ille, Menestheus, scilicet. adde, Immo Chares. Nam sic Chares apud Diod &c.

Pag. 198. V. 25. scribe, quæ dixit. Prædicabat enim, se in terram continentem

Pag, ead. V. 34. post, sibi deposcerent, ac vendicarent. adde, Ne Polyænus quidem eum silentio præteriit: sed aliquot eius strategemata lib. VI. strategem. posuit. ex quibus duo referam. Ἰάσων βουλόμενος ἐπιθέσθαι πόλει τινὶ Θετταλικῇ, μηδενὸς τὴν ἐπίθεσιν προειδότος, παρήγγειλεν ἐπὶ ἀριθμὸν, καὶ μισθοδοσίαν ἐξοπλίσασθαι. οἱ μὲν δὴ πάντες ἐξωπλίσαντο, καὶ τῶν σωμάτων, καὶ τῶν ὅπλων ἔχοντες. Καθήμενοι δὲ ἄγγελοι θέοντες ἧκον ἀγγέλλοντες πολεμίους ἐμβεβληκέναι τῇ χώρᾳ τοσοῦτον ἀπέχοντας, ὅσον ἀπέχει ἡ πόλις, ἣ προσπολεμεῖν ἐσπουδάκει. οἱ δὲ στρατιῶται πρὸς μάχην οὕτως ἐπείγοντες ἠξίωσαν αὐτοὶ μὴ μέλλειν Ἰάσονα, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἄγειν. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν προσβαλὼν ἀδοκήτως ἐκράτησε μηδενὸς προεγνόντος μηδὲ τῶν νικώντων, μηδὲ τῶν νικωμένων. id est, Iason cùm vellet vrbem quandam Thessaliæ inuadere, atque oppugnare, eius consilio vrbis illius inuadendæ nulli antè cognito, edixit, vt omnes arma caperent recensendi numeri, & accipiendi stipendij gratia. Illi igitur armati conuenerunt, corúmque & corpora, & arma probata sunt. nuntij autem certo loco sedentes, tum cursim

venerunt, nuntiantes, hosteis in fineis patriæ incurrisse, qui tam longè aberant, quàm longè distabat vrbs ea, quam oppugnare studebat. Milites porrò, qui ad pugnam parati erant, postularunt ipsi, ne Iason cunctaretur, néve procrastinaret, sed quàm primùm ipsos duceret. At Iason vrbem illã præter omnium exspectationem aggressus, cepit, cùm neque eorum, qui vincerent, neque eorum, qui vincerentur, quisquam id præsciuisset. Sequitur alterum. Ἰάσων πολέμῳ νικήσας ἔφη πρὸς τὴν μητέρα τοὺς Διοσκούρους φανερωτάτους αὐτῷ γενέσθαι συμμάχους. καὶ διὰ τοῦτο εὔξασθαι νικήσας ξενίσαι τοὺς θεούς. κεκληκέναι δ' ἐπὶ τὴν θοίνην τοὺς ἡγεμόνας τοῦ στρατεύματος καὶ λοχαγοὺς, καὶ ταξιάρχους, καὶ τοὺς ἐν τέλει πάντας. ἡ δὲ πιστεύσασα, ὅσον εἶχε κόσμον (al. κόσμου) ἐκπωμάτων ἀργύρων, τραπεζῶν, ἀργύρου, χρυσοῦ, πάντα ἔπεμψεν. ὁ δὲ πολλῶν χρημάτων κύριος γενόμενος, τὸν μισθὸν ἀπέδωκε τοῖς μισθοφόροις. id est, Iason cùm in bello gerendo superior fuisset, matri suæ dixit Castorem & Pollucem manifestißimos sibi fuisse adiutores: atque iccirco se vota fecisse, se, si vicisset, deos epulis hospitalibus accepturum. vocasse autem ad hæc vota soluenda duces exercitus, centuriones, tribunos militum, omneis denique aliqua dignitate præditos. Illa cùm fidem filio habuisset, quantum habebat ornamenti (al. mundi muliebris) poculorum argenteorum, mensarum, auri, argenti, omnia ad eum misit. Ille autem pecuniarum compos factus, militibus conductitiis mercedem persoluit.

Pag. 200. V. 18. inscribendus est numerus index, ibi, 26 quòd ab amico nullas

Pag. 205. V. 24. Itaque eò profectus est,

Pag. 209. V. 36. Pylæmenes, vir cordatus.

Pag. 210. V. 2. post, imperatoribus suis non erant, &c. adde, Sed videtur hîc legendum, regi dicto audiens non erat, quo modo & in exemplo proximè posito Cornelius locutus est, & item M. Tullius, ceterique boni scriptores loqui consueuerunt.

Pag. eadem. V. 8. post, amita erat cum Datame. ascribe annotationem ad illum locum cum numero indice, hoc modo, 26 quòd ab amico nullas vereretur insidias,) & rectè. Nam cùm in amicitia nihil fictum, nihil simulatum, nihil clausum esse debeat: &, quicquid est, id & verum, & simplex, & apertum esse cõueniat, vt ait M. Tullius in Lælio: qui ab amico metuit insidias, is primùm amico facit iniuriam, quòd eum insidiatorem esse existimet, cui maximam fidem habere, cui omnia sua committere lex amicitiæ postulat: deinde se quoque occasionem & facultatem nactum, idem in illum facturum declarat. Præterea eadem fere ratio amicitiæ est, & societatis. At M. Tullius scribit, eum, qui socium metuit, ius officij lædere. Sed non erit ab instituto nostro fortaßis alienum eius verba huc adscribere. Sic igitur ille pro Roscio Amerino. In rebus minoribus socium fallere, turpißimum est, æquéq; turpe, atq; illud, de quo antè dixi (rem mandatã malafide, aut etiam negligenter gerere): neque iniuria: propterea quòd auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cùm per eius fidem læditur, cui se commiserit? Atqui ea sunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. Tecti esse ad alienos poßumus. intimi multa apertiora videant necesse est. socium verò cauere qui poßumus? quem etiam si metuimus, ius officij lædimus. Hactenus M. Tullius.

Itaque Agesilaus, (vt scribit Xenophon in Ages.) eos non vituperabat, qui ab amicis deciperentur, quia scilicet non sua, sed amicorum infidelium culpa deciperentur: qui ab hostibus verò, aut inimicus dolo circumuentrentur, & caperentur, eos prorsus reprehendebat. Idem, eos, qui nobis diffiderent, decipere, callidi & sollertis esse iudicabat: eos verò, qui fidem haberent, violare, scelerati & impij hominis esse existimabat.

Pag. 212. V. 24. post, minus lōgè ab antiquæ scripturæ vestigiis recedat adde, Sed, ne quid dißimulē, existimaui aliquādo, & verò multo antè, quàm, Acēsem, mihi venisset in mentem, legendum mutato ordine duarum litterarum, Carem, vt per exercitum Carem, intelligamus significari à Cornelio Nepote, exercitum, qui sit in Caria, vel potius, qui constet ex Caribus aut totus, aut magna ex parte. quod cùm olim dixissem Errico Memmio, viro clarißimo, in præsentia quidem considerandum esse respondit, sed postea ita probauit, vt nihil huic loco aptius reperiri posse arbitraretur: persuasitque mihi, hanc esse germanam scripturam, quamuis res iam non esset integra, posterioremque illam coniecturam, Acensem, secutus essem. Sententiam & iudicium Memmij, quod plurimi facio, vt debeo, adiuuant Græcorum historiæ, quæ docent, Caras fuisse bellicosos, & in re militari studiosè versatos, atque ob eam causam mercenarios & cōductitios. Notat Eustathius in ῥαψῳδ. β. Ἰλιάδ. Hom. ad illum versum, Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. Et Strabo lib. 14. sic de Caribus scribit, οὗτοι δὲ (Κᾶρες) καθ' ὅλην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα μισθοῦ στρατεύοντες. id est, Hi autem (Cares) per totam Græciam mercede militantes errauerunt. Et Herodotus lib. I. tradit, Caras primos galeis cristas illigare, & in clypeis simulacra fingere, & lora scutis adiungere docuisse. sic Herod. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες, καὶ ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημήια ποιέεσθαι, καὶ ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι. & Theocritus εἰδ. ιζ. φιλοπτολέμους. i. bellicosos, appellat, ibi. Παμφύλοισί τε πᾶσι, καὶ αἰχμηταῖς Κιλίκεσσι σαμαίνει, Λυκίοις τε, φιλοπτολέμοισί τε Κάρσι. Eodem pertinent & illa T. Liuij lib. XXXVII. annal. Et eodem armatu Cares & Cilices mille, & quingenti, &c. quem Liuij locum mihi Memmius indicauit.

Pag 213. V. 7. post, exceptis Coloniensib. adde, & Argentoratensib.

Pag 214. V. 19. post, notat, commodum, tantumquòd. adde, Ad superiora exempla, hæc afferam, quæ mihi Erricus Memmius ex suis aduersariis impertiuit: idq; eo libentius faciā, quod quibus locis mendosè leguntur in codicibus vulgatis, in eis locis ex codicib. manuscriptis illa sunt ab hoc clariß. viro restituta, atq; emendata. Suetonius Augusto. Iuliam Marcello Octauiæ sororis suæ filio tantumquòd pueritiam egresso nuptum dedit. Idem ibidem sub extr. Forte Puteolanum sinum præteruehenti vectores, nautæque de naui Alexandrina, quæ tantumquòd appulsa erat, candidati, coronatique, & tura libantes, fausta omina, & eximias laudes congesserant. Idem Nerone. Nero natus est Antij post nonum mensem, quàm Tiberius excesßit, XVIII. Kal. Ianuar. tantumquòd exoriente sole. Idem Vespas. euenitque, vt sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei ostenderit tantumquòd exemtum. Velleius Paterculus. Tantumquòd vltimam imposuerat Pannonico, & Dalmatico bello Cæsar manum, cùm intra quinque con-

summati tanti operis dies funestæ ex Germania epistolæ cæsi Vari, trucidatarúmque legionum trium, totidémque alarum, & sex cohortium afferuntur, &c.

Pag. 215. V. 17. lege, καὶ τῶν μὲν ὡς προσδοτῶν ἀμυνομένων,

Pag. 227. vers. 14. QVOS ANTE SE IMPERATOREM NEMO BOEOTIORVM AVSVS FVIT ASPICERE IN ACIE: QVO'DQVE VNO

Pag 230. V. 14. post, à Pronomo didicisse, adde, ab Aristoxeno Epaminondam Thebanum apud Olympiodorum, & Orthagoram huic scientiæ operam dedisse, multósque, &c.

P. ead eodem versu, post, & Architam ipsum adde, eandem artem didicisse, atque exercuisse. M. Tull. &c.

Pag. ead. V. 28. Corybantes, quos fab.

Pag. 233. V. 24. fiduciæ pleni, & opt.

Pag. 239. V. 14. post, antecesserunt, & præsignificarunt: adde, quæ sciens prætereo. Ne quid autem in eo se iacturæ fecisse putet auidus lector, ea ipsa referam, vt à M. Tullio lib. I. de diuin. commemorata sunt. Quid? Lacedæmoniis paullo ante Leuctricam calamitatem quæ significatio facta est, cùm in Herculis fano arma sonuerunt, Herculísque simulacrum multo sudore manauit? At eodem tempore Thebis, vt ait Callisthenes, in templo Herculis valuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt, armáque, quæ fixa in parietibus fuerant, ea humi sunt inuenta: cúmque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret, gallos gallinaceos sic assiduè canere cœpisse, vt nihil intermitterent. tum augures dixisse Bœotios, Thebanorum esse victoriam, propterea quòd auis illa victa silere solet: canere, si vicisset. Eadémque tempestate multis signis, Lacedæmoniis Leuctricæ pugnæ calamitas denuntiabatur. Namque & Lysandri, qui Lacedæmoniorum clarissimus fuerat statuæ, quæ Delphis stabat, in capite corona subitò exstitit ex asperis herbis, & agrestibus: stellæque aureæ, quæ Delphis erant à Lacedæmoniis positæ post naualem illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt, quia in ea pugna Castor & Pollux cum Lacedæmoniorum classe visi esse dicebantur: eorum insignia deorum, stellæ aureæ, quas dixi, Delphis positæ, paullo ante Leuctricam pugnam deciderũt, neque repertæ sunt. Maximum verò illud portẽtum iisdem Spartiatis fuit, quòd, cùm oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent, de victoria sciscitantes, legatique illud, in quo inerant sortes, collocauissent: simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sorteis ipsas, & cetera, quæ erant ad sortem parata, disturbauit, & aliud aliò dissipauit. Tum ea, quæ præposita erat oraculo, sacerdos, dixisse dicitur, de salute Lacedæmoniis esse, non de victoria cogitandum.

Pag. 243. V. 28. scribe, seu columellas, seu pilas quasdam.

Pag. 244. V. 10. post, Spectat aceruos. adde, Sed admonendus est lector, in omnium editionum libris mendosè legi, meo quidem iudicio, ausus fuit aspicere. In acie quoque vno prælio, &c. sententia planè inconcinna atque inepta, quamuis etiã in hac nostra editione ita impressum sit. Hoc enim me imprudente, & aliis cogitationibus, curísque (quæ tamen ad negotium susceptum conferebantur) districto

factum est. Nam cùm iam pridem ad oram libri mei *lectionem, & interpunctionem emendatam annotassem, quæ talis est: quòd eos coëgit apud* Leuctra *superare* Lacedæmonios, *quos ante se imperatorem nemo* Bœotiorũ *ausus fuit aspicere in acie: quódque vno prælio, &c. fugit me hunc locum in exemplo, quòd typographum sequi iussi, sic emendare.* Ita mendum *vetus in hac nostra prima editione hæsit.*

Pag. ead. V. 42. *scribe, euertissemus, inquit, &c.*

Pag. 247. V. 41 *scribe,* Agresteisque *manus armat sparus.*

Pag. 249. V. 9. *scribe, in sepulcro autem pila posita est,*

Pag. 253. V. 35. *scribe hæc cum numero indice, hoc modo,* 3. si res explicare incipiam,

Pag. 255. V. 13. vulgo ad arma, libertatémque vocato,

Pag. 257. V. 11. *post, nobilitatis suæ. adde,* Legendum *autem puto, historicis potius, quàm vulgo notus, quamuis omnes alij libri vulgati habeant, historiis.* Idque *declarant verba* Ciceronis, *quæ modò protuli.*

Pag ead. V. 20. *post, & crimina discit. scribe annotationem ad hæc verba cum suo indice numero, hoc modo,* 3. *si res explicare incipiam)* Putant *quidam hîc legendum, si eas explicare incipiam: vt subintelligatur, virtutes. quam lectionem probo.* Potest *tamen ferri hæc lectio, vt* Cornelium *per res, res gestas* Pelopidæ *significare, & res summis rerum opponere intelligamus.*

Pag. 271. V. 6. *scribe,* Pheris *tantùm imperans, socius esse* Bœot.

Pag. 273. V. 13. *omissus est numerus index, ibi,* 54 tanta modestia dicto audiens f.

P. 274. V. 23. *omissus est numerus index, ibi* 76 Græciæ suppliciũ Persas da-

Pag. 278. V. 10. *scribe, restituti sunt* Aristodemi

Pag ead. V. 36. *reges* Lacedæmoniorum *ex duabus famil.*

Pag. 279. V. 15. *scribe,* Cleombroto *natu maior.*

Pag. 285. V. 40. *post, & iudices iurabãt. adde, duobus, aut tribus exẽplis cõtenti erimus.* M. Tullius *in* Cœliana. Hoc *ex genere siqui se in hoc iudicium forte proiecerint, excludito te eorum cupiditatem, iudices, sapientia vestra: vt eodem tempore & huius saluti, & religioni vestræ, & contra periculosas hominum potentias condicioni omnium ciuium prouidisse videamini.* Idem Off. 3. *Cùm verò iurato sententia dicenda sit, meminerit deum se habere testem, &c.* Idem *pro* Cæcina. Si *enim sunt viri boni, me adiuuant, cùm id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo.* Idem *lib.* 3. *epist. ad* Qu. Fr. *epistola.* 4. Ego *verò hac mediocritate delector, ac mihi illud iucundum est, quòd cùm testimonium secundum fidem, & religionem grauissimè dixissem: reus dixit, &c.*

Pag. 288. V. 41. *scribe,* Ex *hoc autem tempore videre erat, &c.*

Pag. 289. V. 6. *scribe, delendam puto vocem, tempus,*

Pag. ead. V. 14. *scribe, eandem* Cariam)

Pag. 291. V. 31. *scribe, omneis ciuitates consul.*

Pag. 292. V. 13. *scribe,* ἀπλῶς τί τῷ ἐπὶ ἔργῳ,

Pag. 296. V. 6. *scribe,* δυνάμεως οὔσης, καταλιπόντες τὰ

Pag.297.V.22.*scribe*, ὅμως ἐκ ἐπλάθητο τοῦ

Pag.303.V.1.*scribe*,*occupare conatus est*,

Pag.311.V.15.*scribe*, ἑαυτὸς ἐν μέσῳ τιθείς,

Pag.ead.V.19.*omissus est numerus index ibi*, 2. ſed multo illuſtrior,atque

Pag.ead.V.25.*omissus est numerus index*, *ibi*, Macedones eum 8. ſibi aliquando antep.

Pag.312.V.12.*omissus est numerus index*,*ibi*,28. ex quo omnes coniecerant, eum r.

Pag.313.V.16.*interpunge hoc modo*,intelligebat,ſi copiæ ſuæ cognoſc.

Pag.327.V.9.*scribe*, *Iam verò in matrimonio habebat*,

Pag.ead.V.38.*scribe*, διαβῆναι ἐβούλετο.

Pag.330 V.18.*scribe*,*imperium in se transferre conar.*

Pag.332.V.17.*scribe*,*copias ex* Europa *traiecissent*,

Pag.341.V.14.*post*, *ctionem,tutiorem esse putat.adde*, *nisi quis malit,mutato membrorum orationis ordine,sic legi. Tenuit autem se vno loco quamdiu fuit hiems. Ver appropinquabat,Quòd castrum subsidio habere non poterat,simulata deditione,dum de condicionibus tractat,praefectis* Anugoni *imposuit. Quae lectio esset facilior, si addita particula,cùm, ita legeretur. Cùm ver appropinquabat,quòd castrum subsidia,&c.*

Pag.344.V.21.*scribe*,*ad* Antigenem,*&* Teutamum,*argyrasp.*

Pag.345.V.6.*scribe*,*nominat* Pompeius Trogus.

Pag.346.V.26.*scribe*,*memini me videre in aedib.*

Pag.350.V.1.*scribe*,*tum ad instantia praeparanda*,

Pag 351.V.3.*post*,*& auro illitos. adde*, *Immo ex nummis antiquis intelligere licet,diadema fuisse non admodum dissimile, (quod ad figuram attinet) galero altitudine circiter* XII. *digitorum, cuiusmodi galeris vtuntur hodie ij, quos vulgò* Albanos *appellamus,excepto quòd diadema, qua parte caput tangebat, oram latam,& repandam,qualem habent nostrae causiae,seu nostri galeri,quibus ad arcendam caeli iniuriam, aestum scilicet,aut imbrem,vtimur,non habebat. sed erat omni ex parte aequabile: in summa ora verò radios complureis prominenteis, pari inter se interuallo collocatos,prae se ferebat:ambitus porrò,quantum ex impressione cognoscere licet,erat gemmis.& auro distinctus, & plumario, seu polymitario opere elaboratus ac perfectus.Denique hoc tantùm à coronis regalibus hodiernis differebat,quòd hae ferè sunt totae aureae,neque tanta sunt altitudine.. Vix enim quattuor digitorum altitudine constant. Nummos autem duos,in quibus talis diadematis figura impressa est, quantum consequi potero, humanitate polito lectori repraesentabo. Alter in recta parte effigiem prae se fert* Antonij,*cuius post ceruicem est diadema,& circùm, haec inscriptio*, ANTONI. ARMENIA DEVICTA. *In auersa parte* Cleopatrae *effigies,cum hac inscriptione*, CLEOPATRÆ REGINÆ REGVM FILIORVM REGVM. *& rostrum nauis ante oculos. In alterius nummi parte recta impressa est* Augusti *effigies,cum hac inscriptione*, AVGVST. PONT. MAX. TR. POT. XXI. COS. XIII. IMP. XIIII.*In parte auersa,diadema est impressum*,

& arcus Parthicus, & pharetra, cum hac scriptura, transuersa, & recta lines, non, vt sunt aliæ, oris numorũ ascriptæ, quæ curuæ sunt, DE PARTHEIS. *in qua scriptura admonendus est lector, treis litteras* THE *esse inter se connexas & colligatas: quam connexionem typographus non potuit imitari. Contrà non videtur hoc satis firmum, neque solidum, neque hoc capitis ornamentum, fortasse est diadema, sed potius* κίταρις, *seu* κίδαρις. *Quæ sine dubio erat quoque capitis ornamentum regium. idque vel ex Plutarcho intelligere licet, in Pompeio, vbi loquitur de Tigrane.* καὶ τέλος ὡς πρὸς αὐτὸν ἧκε τὸν Πομπήϊον, ἀφελόμενος τὴν κίταριν, ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι, καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν αἴσχιστα δὴ πάντων προσπεσεῖν αὐτοῦ τοῖς γόνασι. ἀλλ' ὁ Πομπήϊος ἔφθη τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ λαβόμενος, προσαγαγέσθαι, καὶ πλησίον ἱδρύσασθαι ἑαυτοῦ, *&c. id est, Et ad extremum vbi ad ipsum Pompeium venit Tigranes, detractam citarin capiti, conatus est ante pedes eius ponere, & prostratus ac proiectus turpißimè omnium genibus eius accidere. Sed Pompeius anteuertit, & prehensa eius dextera, prius quàm se abiiceret, eum ad se adduxit, atque admouit, &c. Quòd si quis contendat,* κίταριν *non fuisse ornamentum capitis regium, refelletur verbis Ciceronis, cuius eadem de re loquentis in Sextiana hæc verba sunt. Hunc (Tigranem) Cn. Pompeius, cùm in suis castris supplicem, abiectùmque vidisset, erexit: atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, & certis rebus imperatis, regnare iußit. Præterea videtur diadema, genus quoddam fasciæ fuisse, ex iis, quæ scribit Plutarchus de cognominibus Græcorum, & Romanorum, in his de Diademato, L. Metelli cognomine. Sic enim ille.* ἐπὶ πλέον δὲ τῷ γένει τούτῳ Ῥωμαῖοι κέχρηνται, Διαδηματόν τινα τῶν Μετέλλων καλέσαντες, ὅτι πολὺν χρόνον ἕλκος ἔχων περιῄει διαδεδεμένος τὸ μέτωπον. *id est, Magis autem hoc cognominum genere vsi sunt Romani, qui quendam ex Metellis Diadematum cognomento dixerunt, quòd diu circumligata fronte, cùm in ea vlcus haberet, deambulasset. Fuit autem hic, L. Metellus, quem commemorat M. Tullius in oratione ad Quir. post red. his verbis, non, vt pro Q. Metello clarißimo viro iam spectatæ ætate filius: L. Diadematus, consularis, summa auctoritate vir, &c. Sic enim edidimus, & ita legendum, non, vt vulgò, L. Dalmaticus. Commemorat & Plinius lib. 7. cap. 44. Eodem pertinent verba Iustini lib. XV. sub extr. Sed Lysimachum desiliens equo Alexander hastæ cuspide ita in fronte vulnerauit, vt sanguis aliter claudi non posset, quàm diadema sibi demtum rex alligandi vulneris causa capiti eius imponeret. quod auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Addam & illud de Pompeio, quod refert Valerius Maximus lib. VI. cap. 2. Cui candida fascia crus alligatum habenti, Fauonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema. Quod spectauit Cicero lib. 2. epistolar. ad Att. epist. 3. ibi. Et Epicratem suspicor, vt scribis, lasciuum fuisse. etenim mihi caligæ eius, & fasciæ cretatæ non placebant. Hæc habui, quæ de diademate nunc quidem dicerem. Aliàs fortasse plura.*

Pag. 358. V. 20 scribe, ne, qui eos ex supernis locis animadu.

Pag. ead. V. 21. scribe, plana, & campestris, sed vndi-

Pag. 362. V. 23. scribe, numquámque eum deserturos,

Pag. 364. V. 23. scribe, in castris eorum, qui vicerant,

Pag. 367.

Pag.367.V.25.scribe, κτήσοιτο τάχιον, οὔτε ἀνῆψας
Pag.373.V.30.i.Phocio Athenienses bellum
Pag.383.V.35.scribe, οἱ μὲν σὺν Ἀθηναίοις διέλαβον (al. ὑπέλαβον)
Pag.385.V.17.scribe, & se ipsam vnà cum oppido
Pag.386.V.23.scribe, Alexandri Magni filium ex Roxane,
Pag.387.V.7.scribe, τὰ γὰρ δὲ τοῦ Πολυσπέρχοντος
Pag.ead.V.40.scribe, id est, ἀεὶ τῷ Διὶ πάρεδρον ἦν),
Pag.388.V.25.scribe, λόγῳ μὲν κριθησομένους, ἔργῳ δὲ
Pag.391.V.34.in his Socrates philosophus,
Pag.400.V.35.scribe, ἠξίουν τὴν ταχίστην ἀποστεῖλαι
Pag.402.V.25.scribe, καὶ καταδουλωσάμενον ἀποκλείσας. οἱ δὲ μὲν
Pag.404.V.38.scribe, insperata felicitate gauisus,
P.405.V.8. & post Dionis expeditionē exercitus, duodecim, prælijs ac bellis confl.
Pag.407.V.3.scribe, ita fiebat, vt Corinthij hosteis non viderent,
Pag ead.V.9 scribe, sibi tradi, atque offerri ratus:
Pag.408.V.4.scribe, καὶ ταῖς δυσχερείαις, πολὺ ἐξήνεγκεν.
Pag.413.V.12.scribe, magnitudinem & pulchritudinem regionis,
Pag.417.V.21.post -latione celebrata est. adde, Eodem pertinet etiam illud, quod scribit idem M. Tullius lib. singulari epistolarum ad M. Brutum de D. Bruto: his verbis, Ego enim D. Bruto liberato, cùm lætissimus ille ciuitati dies illuxisset, idémque casu Bruti natalis esset: decreui, vt in Fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur, &c.
Pag.ead.V.22.scribe, quidam Lam. homo petulans)
Pag.420.V.24.scribe, functionem ex senatusconsulto indictam,
Pag.422.V.10.scribe, vbi nonnulli ex iis conuersi prospexe-
Pag.424 V.7. scribe, quem Indus quidam ex equo lapsum
Pag.ead.V.19.lege, eiúsque fratrem Patizitem de medio sustulerat, interfecerit: & Magis subl.
Pag.428.V.12.post, interierunt sexcenta millia. Videor autem nihil à meo instituto, nihilque à re alienum facturus, si iusiurandum illud pulcherrimum, admirabilem Græcorum animi magnitudinem indicans ac declarans, quo illi fidem suam adstrinxerunt, antequàm ad Platæas cum Persis prælium inirent, referam, à Diodoro Siculo expositum lib. XI. Sic Diodorus. Συναχθέντων δὲ τῶν Ἑλλήνων εἰς τὸν ἰσθμόν, ἔδοξε τοῖς πᾶσιν ὅρκον ὀμόσαι περὶ τοῦ πολέμου, τὸν στερεώσοντα μὲν τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν, ἀναγκάσοντα δὲ γενναίως τοὺς κινδύνους ὑπομένειν. ὁ δὲ ὅρκος ἦν τοιοῦτος, Οὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τῆς ἐλευθερίας, οὐδὲ καταλείψω τοὺς ἡγεμόνας οὔτε ζῶντας, οὔτε ἀποθανόντας. ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμάχων πάντας θάψω· καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων, οὐδεμίαν τῶν ἀγωνισαμένων πόλεων ἀνάστατον ποιήσω· τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας ἁπάσας δεκατεύσω· καὶ τῶν ἱερῶν τῶν ἐμπρησθέντων, καὶ καταβληθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων οὐδὲν ἀνοικοδομήσω, ἀλλ' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγινομένοις, ἐάσω καταλείψω τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας, id est, Conductis autem & congregatis in Isthmum Græcis, visum est omnibus iusiurandum iurare de bello, quod & eorum concordiam stabiliret, & eos periculum fortiter adire, ac perfer-

re cogeret. Iusiurandum autem erat tale. Vitam pluris non faciam, quàm libertatem, neque duces deseram neque viuos, neque mortuos: sed ex socus eos, qui in prœlio interierint, omneis sepulturæ honore afficiam: & barbaris bello superatis, earum vrbium, quarum ciues pro Græciæ libertate decertarint, nullam euertam: eas autem ciuitates, quæ Barbari parteis secutæ sunt, omneis decimabo: templorū & fanorum, quæ à Barbaris incensa, & diruta fuerunt, nullum reficiam, sed ea sic relicta posteris barbarorum impietatis monumentum exstare sinam. Hoc idem iusiurandum reperiet lector etiam in oratione Lycurgi κατὰ λεωκράτους: ex qua membrum illud integrum, τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ βαρβάρου ἐμπρησθέντα. &c. quod desideratur apud Diodorum, suppleui. desunt etiam apud eundem post καταβληθέντων. hæ tres voces, ὑπὸ τῶν βαρβάρων, quæ apud Lycurgum comparent. Hoc praeterea interest inter Diodorum & Lycurgum, vt alia quædam leuia præteream, quòd Lycurgus pro, καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων, οὐδεμίαν τῶν ἀγωνισαμένων πόλεων ἀνάστατον ποιήσω. quo modo legitur apud Diodorum, habet, καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοὺς βαρβάρους, τῶν μὲν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος πόλεων οὐδεμίαν ἀνάστατον &c. quæ scriptura viro clariss. & doctiss. cuius consuetudo & familiaritas, quandiu Romæ, & Venetiis vnà fuimus, mihi fuit periucunda, quémque absentem, quandiu anima spirabo mea, constanter & ex animo amabo, M. Antonio Mureto, fraudi fuit. Putauit enim, vocem, πόλεμος, quia sit accusandi casus, cohærere cum verbo θάψω, & ab ea regi, cùm regatur à participio κρατήσας. (κρατεῖν enim apud Græcos pro vincere, cum patrio, & accusandi casu iungi solet) ideóque sic interpretatus est, lib. 3. var. lect. cap. X. vbi hoc iusiurandum refert, neque vnde sumserit, indicat. sumsit autem ex Lycurgo. Verba igitur illa sic interpretatus est, & vbi bello victor exstitero, etiam barbaros. subintell. sepeliam. quæ sententia à Græcorum mente, & moribus aliena est, neque vllo modo ferri potest. quod non vt hominem reprehendam mihi carissimum, cuiúsque doctrinam singularem, & virtutes egregias admiror, ac veneror, commemoraui, sed partim ne quis tanti viri auctoritate adductus fallatur, partim vt quosdam insolentissimos, & arrogantissimos Thrasones, qui nuper se ad scribendum contulerunt, & quæ vel à magistro dictata exceperant, vel ab amicis secum communicata, & sua fidei cōmissa acceperant, in vulgus pro suis ediderunt, moneam (si quid monendo proficere potero) vt desinant insanire, neque, vt instituerunt, statim vt aliquid legerint apud hunc, vel alium minus considerate scriptum, cuiusmodi multa cuiuis homini excidere possunt, insultent, irrideant, contumeliosè insectentur, sed meminerint se quoque homines esse, & multa quotidie peccare, & plura, si plura scribent, peccaturos, cùm videant, viros omnium hominum consensu, & testimonio doctissimos, nonnumquam ipsos quoque labi, errare, offendere, aut titubare,

Pag. ead. V. 27. lege, καὶ αὐτῇ συνεσθίει. ὀργῇ, &c.

Pag. 433. V. 1. scribe, ex quibus hæc referemus.

Pag. ead. V. 19. scribe, ἐν κοίλῃ πέτρᾳ μικρὸν ὑδάτιον: & paucis pòst versibus, in caua rupe. pro, in cauitate rupis

Pag. 437. V. 9. scribe, ἐπὶ δὲ πολλοὺς τρέψας τὴν φήμην

Pag. 439. V. 22. post, quasi popularis esset. adde, Sed quod tradidit Diodorus in

iis, quæ paullo antè ex eo retuli, Dionysium ex scribæ filio, ciuitatis maximæ factum esse tyrannum, idem exstat & apud Demosthenem in oratione πρὸς Λεπτίνην, his verbis, Οὐδὲ γὰρ αὖ Λακεδαιμόνιοι ποτ' ἤλπισαν εἰς τοιαῦτα πράγματα ἀφίξεσθαι· οὐδέ γε ἴσως Συρακούσιοι τὸ πάλαι δημοκρατούμενοι, καὶ φόρους Καρχηδονίους πραττόμενοι, καὶ πάντων τῶν περὶ αὐτοὺς ἄρχοντες, καὶ ναυμαχίᾳ νενικηκότες ἡμᾶς, ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ὥς φασι, τυραννηθήσεσθαι. id est, Nam neque Lacedæmonij sperassent vnquam, se in talem rerum statum peruenturos, neque fortasse Syracusani, qui iam olim in potētia populari viuebāt, & tributa à Karthaginiensibus exigebant, & omnibus suis finitimis imperabant, & nos prælio nauali superarant, se sub vnius scribæ, qui, vt aiunt, minister erat ciuitatis, dominationē casuros.

Pag. 440. V. 9. scribe, audiit, illum Siciliæ,

Pag. 44'. V. 9. post, aliquot annis minor natu. adde, Idem accusationis lib. 2. C. Clodius adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit: in quibus multa sanxit, de ætate hominum, ne quis minor triginta annis natu: de quæstu, quem qui fecisset, ne legeretur, &c. Et auctor huius libri iterum infrà in Hannib. Sic Hannibal minor quinque & viginti annis natu imperator factus, &c.

Pag. ead. V. 33. lege, Ac Dionysius quidem hunc nuntium præmio aff.

Pag. 443. V. 4. lege, fidem non habere, cùm ita d.

Pag. ead. V. 27. lege, περιαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω

Pag. 446. V. 12. scribe, auxilium consecutus est humano viro, seu humanitate dignum.

Pag. ead. V. 26. scribe, quod & Canterus lib. I. cap 14.

Pag. 447. V. 5. & intrare visæ. imperato rem aduertere,

Pag. ead. V. 13. lege, humidus, substituerunt.

Pag. 450. V. 28. post, vigiliis & inedia necatus est. adde, Quod retulit Polyænus lib. 7. strategem. his verbis, Ἀτίλιος ὅρκους ὑπὸ Καρχηδονίων ὤμοσεν αὐτοῖς, ἦ ἀφεθεὶς πείσειν αὖ τὴν σύγκλητον διαλύσασθαι τὸν πόλεμον. μὴ πείσας δὲ, ὡς αὐτοὺς ἀνασχέψαι. ἀφικόμενος ἐς τὴν Ῥώμην τοὐναντίον ἔπεισε τὴν σύγκλητον. τοῦτο δὴ καὶ τοσόνδε μᾶλλον, ὡς Καρχηδόνιοι ἀπηγορεύουσι, καὶ τὰ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν ἀπόρρητα, καὶ ὃν τρόπον εἶναι ἁλώσιμοι, προηγόρευσε. τῆς δὲ συγκλήτου παρακαλούσης αὐτὸν μένειν, καὶ τὸν ἐν ταῖς ἀνάγκαις ὅρκον ἀδύνατον ἡγεῖσθαι, περιπλεκομένων παίδων, γυναικός, φίλων, συγγενῶν, οὐχ ὑπέμεινε παραβῆναι τὸν ὅρκον. πλεύσας δὲ ὡς τοὺς Καρχηδονίους ἀπήγγελλεν αὐτοῖς τό τε αὑτοῦ στρατήγημα, καὶ τὴν Ῥωμαίων γνώμην. οἱ δὲ κατείρξαντες αὐτὸν ἐς γαλεάγραν, αἰκίσαντές τε χρόνῳ μακρῷ, καὶ βασανίσαντες ἔκτειναν. id est, Atilius à Karthaginiensib. captus, iusiurandum eis dedit, se, si missus factus sit, senatui persuasurum, vt bellum componat. Quod si efficere non potuerit, ad eos reuersurum. Vbi Romam peruēnit, contrarium senatuī persuasit. Idque tanto magis, quòd prædixit eis Karthaginienseis esse defessos, & ab omni spe derelictos, & quà essent imbecilli, & quo modo capi possent, aperuit. Cùm autem senatus eum hortaretur, vt maneret, & iusiurandum necessitate expressum, iniuratum existimaret, complectentibus, & retinentibus eum liberis, vxore, amicis, cognatis, non potuit à se impetrare, vt iusiurandum migraret, ac violaret. Profectus porrò naui ad Karthaginienseis, enuntiauit eis & consilium

suum callidum, atque acutum, & Romanorum sententiam Illi autem eum in cauea ferrea inclusum, diu verberibus male mulcatũ & excruciatũ, necauerunt.

Pag.452.V.28.*scribe, sic remu, quasi habenus, &c.*

Pag.461.V.3 .*scribe, vrbs, siue ciuitas*, Tyr.

Pag 471.V.18.*omissus est numer. index, ibi*, 145. Rex autem qua n.

Pag 475.V.17 *scribe, &* M. Bæbio Tamphilo.

Pag.479.V.29.*scribe*, τὴν ὑποικουρουμένην ἐν αὐτοῖς

Pag.492.V.1,2.*scribe, campósque patenteis f.*

Pag.493.V.37.ὤφθη τι, καὶ ἠλάλαξε.

Pag.499.V.32.ἐπὶ τὴν φαντασίαν τ.

Pag.505.V.34 *deest vox, numero, post, verbum, manebant. Quare ita scribe, ex eorum, qui etiã in amicitia* Romanorũ *manebant, numero, nomine* Flauius, *&c.*

Pag.510.V 41.*post, &* Scipionis *animi magnitudine. adde*, Sed *videtur legẽdum apud* Cornelium, In *colloquium venit, non, vt vulgò, conuenit.*

Pag.514.V.28 *scribe*, διὰ μὲν καταβαλεῖν αὐτοὺς τὰ ὅπλα ἠξίωσε, (*al.* καταλαβεῖν)

Pag.516.V.35.*scribe* κονίοις καὶ πάγοις ἀναπεπταμένοις

Pag.517.V.1.*scribe*, ὃς ἀεὶ πιστὸς ἦν ἐπί, καὶ

Pag.519.V.12.*lege, apud* Thermoyplas, M' Acilio Glabr.

Pag 521.V.5.*lege, sed momento temporu, &c.*

Pag.530.V.9 *scribe numerum indicem, ibi*, & 42: reip. peritus, &

Pag.548.V.27 *indicem numerum, qui est ibi, hoc modo*, & 5. Græcè, & Latinè, *hinc tolle, vt alieno loco positum, & transfer in* V.15.*pag.549.ad hæc verba, hoc modo*, Habebat 5. auunculum Qu. Cæcilium, *&c.*

Pag.561.V.27.*scribe, in manus hominum peru.*

Pag.ead.V.vlt.*lege, quam anti-*

Pag.562.V.15.*lege, ad* Eumenem,

Pag.ead, V.25.*lege, sed non poterant*

Pag.563.V.22.*scribe*, M. Antonius III.*vir, vel* III.VIR R.P.C. *vt sit punctum inter* III. *&* VIR. *& ita semper scribendum cura. nam operæ vbique punctum omiserunt, & sic impresserunt*, IIIVIR, *&* IIIVIRI, *contra nummorum antiquorum, & fastorum auctoritatem: in quibus ita scribitur*, III.VIR. R.P C.

Pag.564.V.27.*post* PONT. MAX. III.VIR R.P.C. *adde*, Idẽ Teueninus *ostendit mihi non ita pridem & aliquot alios nummos ad hanc rem pertinenteis, quorum alius habebat in recta parte imaginem* Octauiani *cum hac inscriptione*, IMP. CÆSAR DIVI F. III.VIR ITER.R.P.C. *in auersa, acerram, & instrumentũ ad aspergendũ, quod aspersorium vulgus appellat, & vrceum, & lituum, cum hac inscriptione*, COS. ITER. ET TER. DESIG. *Alius similiter* Octauiani *effigiem in antica parte, cum hac inscript.* IMP. CÆSAR, DIVI F. III.VIR ITER. R.P.C. *in postica, templum cum hac inscriptione, litteris recta linea collocatis*, DIVO IVL. *ad latus dextrum aram: in aditu templi flaminem, in frontispicio stellam, id est, cometam. est & inscriptio alia circum nummum linea curua.* COS. ITER. *&* TER. DESIGN. Si

quis autem quærat quid ſibi velint illa, III. VIR ITER. hoc eſt, ITERVM, ſignificant, triumuiratum in alterum quinquennium prorogatum. Nam initiò triumuiratus in quinquennium duntaxat fuit inſtitutus: deinde poſt hoc quinquennium in alterum quinquennium productus. Alius altera in parte nauem roſtratam ſuis remigib. inſtructam, cum hac inſcriptione circum nummum, ANT. AVG. III. VIR R. P. C. in altera, aquilam (ſignum legionis) inter duo ſigna cohortium ſigno legionis valde diſsimilia, cum hac inſcriptione in ima parte LEG. II. id eſt, legionis ſecundæ. Alius in recta parte Antonij effigiem: pone cuius ceruicem eſt lituus, inſigne auguratus, cum hac inſcriptione circùm. ANT. IMP. III. VIR R. P. C. in auerſa roſtrum nauis, ſupra quod ſtella eſt, videlicet Cynoſura: cum hac inſcriptione circum. CN. DOMIT. AHENOBARBVS. Erat & alius à M. Antonino, & L. Vero Diuis fratribus cuſus, ſeu potius recuſus & reſtitutus, in cuius antica parte erat triremis ſuis remigib. ornata, atque inſtructa, cum hac inſcript. ANT. AVG. III. VIR R. P. C. in poſtica ſignum legionis inter duo ſigna cohortium cum inſcript. infima LEG. VI. circum nummum hæc inſcriptio, ANTONINVS ET VERVS AVG. REST. id eſt, Antoninus & Verus reſtituerunt.

Pag.551.V 21. ſcribe, ὧδ' ἐγὼ ταῦτα τοι πόλεμον ὁμοιοῦντες.

Pag.573.V.14. ſcribe, ἵνα σε αὐτὸν χαλεπῶς ὀνήρμησεν.

HÆC FERE ANIMADVERTIMVS INTER RECOGNOſcendum (præter ea, quæ in negotio tam multiplici, & vario, & impedito, non venerant nobis in mentem, aut, cùm etiam veniſſent, è memoria exciderant, & poſtea ſunt addita) ab operis eſſe aut prætermiſſa, aut peccata. Nec cui autem ſit mirum, aut incredibile, voces, atque adeò ſententias integras eſſe per imprudentiam prætermiſſas, id oſtendemus aliquando, ſi vita ſuppetet, in Platone, Xenophonte, Demoſthene, Cicerone, & multis aliis ſcriptoribus antiquis accidiſſe. Exempli cauſa, vt hunc potiſsimùm ſumam, apud Ciceronem in Miloniana, pagina noſtræ editionis 547. Verſu 24. omiſſum eſt, vt ſit, & ita legendum, non, vt ſit, religione aliqua, &c. Pag.549. verſu 4. legendum, eum Milonem vnum eſſe. & c. vnum, eſt omiſſum in libr. vulg. Ead. pag. V. 22. omiſſum eſt hoc totum; iudiciúmne timui? poſt illa verba, vrbe ceſsi. Pag.552. V. 41 omiſſum eſt, verbi cauſa, & ita legendum, Heus tu Ruſcio, verbi cauſa, caue ſis mentiaris. Sexcenta alia omitto, quæ aliàs ſuo loco indicabuntur. Sic anno ſuperiore in noſtra Alcinoi interpretatione Latina, pag. I. verſu 10. legendum eſt, vel ſolutio & circumactio animi à corpore, cùm ad ea, &c. omiſſum eſt, à corpore. Pag.10. V. 15. legendum, deinde ab hoc ad id, &c. Pag.15. V. 20. poſt, & partiendo. omiſſum eſt hoc totum, quæ vim artis dialecticæ maximè oſtendunt, ac declarant. Pag. 58. V. 11 legendum, eius totius. pag. 64. V. 8. redundat negatio, ibi, non participarent, &c. eáque detracta, legendum, ſi non etiam ipſa quæ ſunt, participarent, &c. Denique & hic, & alibi fieri poteſt, vt multa inſint errata multæque lacunæ, & defectiones non cuiuis cognitæ: quas humana natura vel exſcribendo, vel excudendo vix effugere poteſt. Vale.

INDEX RERVM ET VERBORUM memorabilium, quæ sunt in contextu Aemilij, seu Cornelij.

agmen.

committere

INDEX RERVM, ET VERBO-rum memorabilium, quæ ſunt in commen-mentariis Lambini.

I

virtus

HAEC, QVAE AD PRIOREM INDICEM pertinent, fuerant per imprudentiam à glutinatore in posteriorem coniecta: quod cùm esset paullo antè quàm alieno loco imprimerentur, animaduersum, hîc separatim excudenda curauimus, vt ea suis quæque locis lector, si ei videretur, reponeret.

PRÆTER EA, QVÆ SVPRA PAG. 565. PER IMPRVdentiam esse omissa lectorem admonuimus, & ab illa pag. exorsi repræsentauimus vnà cum erratorum emendationibus, hæc pauca post indicum impreßionem reperta, quia vnà cum aliis omißis non fuerunt locata, hic κατ' δεύτερον πλοῦν, vt aiunt, posuimus, vt ea suis quæque locis reponantur.

Pag. 56. V. 34. post, eiusdem longitudinis. adde, Pulcherrimè autem scytalam describit Ausonius in epistola quadam ad Paullinum, quæ est ordine nona, his versibus:

Vel Lacedæmoniam scytalen imitare, libelli
Segmina pergamei tereti circumdata ligno,
Perpetuo inscribens versu: qui deinde solutus
Non respondenteis sparso dabit ordine formas.

Pag. 92. V. 2. post, superabat. adde. Idem lib. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν μεγάλων ἔργα κολάκων, καὶ τῶν δημαγωγῶν, ὧν ὁ μέγιστος Ἀλκιβιάδης, Ἀθήνησι μὲν σκώπτων, καὶ ἱπποτροφῶν, καὶ μετ' εὐτραπελίας ζῶν καὶ χάριτος· ἐν δὲ Λακεδαίμονι κειρόμενος ἐν χρῷ, καὶ τριβωνοφορῶν, καὶ ψυχρολουτῶν, ἐν δὲ Θρᾴκῃ πολεμῶν καὶ πίνων, ἐπεὶ δὲ πρὸς Τισσαφέρνην ἀφίκετο, τρυφῇ καὶ ἁβρότητι καὶ ἀλαζονείᾳ χρώμενος· ἐδημαγώγει καὶ καθωμίλει τῷ συναφομοιοῦν καὶ συνοικειοῦν ἑαυτὸν ἅπασι, id est, Testimonio autem huic rei sunt magnorum facta assentatorum, & blandorum populi contionatorum, quorum maximus Alcibiades, Athenis quidem falsè in ciueis dicendo, & equis alendis, & facete ac lepide viuendo: Lacedæmone verò sese vsque ad cutem tondendum curando, & veste trita gerenda, & frigidis lauacris vtendo: in Thracia verò bellum gerendo, & potando: ad Tissaphernem autem profectus, luxuriæ, & mollitiei, & deliciis indulgendo, & arroganter se gerendo, eorum quibuscum viuebat, voluntates eblandiebatur, & sibi conciliabat, quòd seipsum omnibus similem redderet, atque accommodaret.

Pag. 118 V. 38. post aliorum accusatorem. adde, Sed locupletißimus huius rei testis est Polybius, cuius hæc verba sunt lib. 12. διὸ δὴ καὶ νῦν ἡμεῖς μὲν εἰκότως ἂν δόξαιμεν ἀθετεῖν τὰς ὑπὸ Τιμαίου κατὰ Δημοχάρους εἰρημένας. ἐκεῖνος δ' ἂν οὐκ εἰκότως τυγχάνοι συγγνώμης, οὐδὲ πίστεως ὑπ' οὐδενὸς διὰ τὸ προφανῶς ἐν ταῖς λοιδορίαις ἐκπίπτειν τοῦ καθήκοντος διὰ τὴν ἔμφυτον πικρίαν. id est, Quocirca nunc quoque etiam nos ea, quæ à Timæo in Democharem dicta sunt, meritò improbare videamur. Ille autem indignus cui à quoquam ignoscatur, & fides habeatur, videri debet, quia apertè in maledictis ab officio discedit, ac deflectit propter insitam acerbitatem.

pag. 153 V. 15. post, Platonis profert. adde, Et in lib. πῶς ἄν τις διακρι. τὸν κόλακα τοῦ φίλου, eo loco, vbi docet, tunc potius monendos & reprehendendos esse amicos, cùm rem suam bene gerunt, & fortunati sunt, quàm cùm eis fortuna aduersatur. Plutarchi verba sunt hæc. τοιαῦτα δὲ Κύρου πρὸς Κυαξάρην, καὶ τὰ πρὸς Δίωνα Πλάτωνος, ὅτι λαμπρότατος ἦν, καὶ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐπιστρέφοι διὰ τὸ κάλλος τῶν πράξεων καὶ τὸ μέγεθος παρακελευομένου φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὴν αὐθάδειαν, ὡς ἐρημίᾳ ξύνοικον. id est, Talia Cyri in Cyaxaren, & Platonis in Dionem facta. Plato enim quo tempore Dio florentißimus ac fortunatißimus erat, & om-

nium mortalium oculos in seipsum conuertebat propter pulchritudinem ac magnitudinem rerum gestarum, hortabatur eum, vt vitaret, ac metueret contumaciam & acerbitatem, tanquam solitudini contubernalem.

Pag 155. V. 26. post, minis viginti. adde, Offensiones autem alias inter Dionysium, & Platonem ortas esse, neque has solas, propter quas Plato venundatus est, licet ex Plutarcho cognoscere, lib. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα, *&c. quem locũ eo libentius totum ascribam, quòd ex eodem etiam AEschinem Socraticum ad Dionysium nauigasse intelligemus. Sic igitur Plutarch.* Πλάτων ἐν ταῖς Διονυσίου πρὸς αὐτὸν ὑποψίαις, καὶ διαφοραῖς ᾐτήσατο καιρὸν ἐντυχίας· εἶτα ὁ μὲν ἔδωκεν, οἰόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τι μέμψασθαι τὸν Πλάτωνα, καὶ διεξελθεῖν. ὁ δὲ Πλάτων οὕτω πως διελέχθη πρὸς αὐτόν. εἴ τινα αἴσθοιο Διονύσιε δυσμενῆ πεπλευκότα εἰς Σικελίαν, κακόν τι σε ποιῆσαι βουλόμενον, οὐκ ἔχοντα δὲ καιρόν, ἆρ' ἂν ἐάσειας αὐτὸν ἐκπλεῦσαι, καὶ περιίδοις ἀθῷον ἀπαλλαγέντα; πολλοῦ δέω, εἶπεν ὁ Διονύσιος, ὦ Πλάτων. δεῖ γὰρ οὐ τὰ ἔργα τῶν ἐχθρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν προαίρεσιν μισεῖν, καὶ κολάζειν. εἰ τοίνυν, εἶπεν ὁ Πλάτων, ἐπ' εὐνοίᾳ τις ἀφιγμένος τῇ σῇ δεῦρο, βούλεται μὲ ἀγαθοῦ τινὸς αἴτιος σοι γενέσθαι, σὺ δὲ καιρὸν οὐ παρέχῃς, ἄξιόν ἐστι τοῦτον ἀχαρίστως περιορᾶσθαι, καὶ ὀλιγωρεῖν; ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου τίς ἐστιν οὗτος· Αἰσχίνης, εἶπεν, ἀνὴρ τῷ τε ἤθει παρ' ὁντινοῦν τῶν Σωκράτους ἑταίρων, ἐπιεικὴς, καὶ τῷ λόγῳ δυνατὸς ἐπανορθοῦν οἷς συνείη. πλεύσας δὲ δεῦρο πολλὴν θάλατταν ὡς συγγένοιτό σοι διὰ φιλοσοφίας, ἠμέληται. ταῦτα οὕτως ἐκίνησε τὸν Διονύσιον, ὥστε τὰς μὲν χεῖρας τῷ Πλάτωνι εὐθὺς περιβαλεῖν, καὶ κατασπάζεσθαι, τὴν δ' εὐμένειαν καὶ μεγαλοφροσύνην αὐτοῦ ἀγάμενον, τοῦ δ' Αἰσχίνου καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐπιμεληθῆναι, *id est, Plato à Dionysio fastidiosè, & superbè tractatus, ideóque dissidiis & offensionib. inter eos natis, tempus congressus, & colloquij petiuit. quod dedit quidem ille, existimans, Platonem aliquid quod ad ipsum attineret, esse questurum, & commemoraturum. At Plato talem quandam apud eum orationem habuit. Siquem maleuolum, & inimicum hominem in Siciliam, Dionysi, nauigasse cognouisses, qui aliquid in te mali cogitaret, non faceret autem, quòd ei deesset tempus ad faciendum opportunum, sineresne eum è Sicilia proficisci, & impunè discedere? Ego verò nulla ratione adduci possim, vt sinam eum discedere (inquit Dionysius) Oportet enim non facta inimicorum solùm, verùm etiam consilium odisse, & castigare. Ergo (inquit Plato) si quis beneuolentia & studio erga te adductus huc peruenerit, & de te aliqua in re bene mereri velit, neque ei faciendi quod in animo habeat, occasio detur abs te, debeásne eum ingratè & negligenter missum facere, ac proiicere? Cùm autem ex eo quæsiuisset Dionysius, quis hic esset: AEschines, inquit, vir cuiuis ex Socratis familiaribus bonitate par, atque adeò anteponendus, & eorum, quibus cum viuat, aut commoretur, oratione corrigendorum, mira facultate præditus. qui tamen, vt tecum philosophicos sermones communicaret, & conferret, magnum mare permensus, abs te neglectus iacet. Hæc Dionysium ita mouerunt, vt Platonem continuò vtraque manu circumfusum complexus sit, beneuolentiam eius in amicos & animi magnitudinem admiratus: AEschinem autem liberaliter, & magnificè apud se habuerit ac tractarit.*

FINIS.

APPENDICVLA COMMENtariorum D. Lambini in AEmilium Probum, siue Cornelium Nepotem.

D. LAMBINVS PAVLLO FOXIO, ornatiss. & clariss. viro, Regis consiliario, eiusdémque apud Venetos legato, S. D.

MIsi nuper ad te Æmilium Probum, siue Cornelium Nepotem, commentariis nostris explicatum, atque illustratum. Quem non dubito, quin, quo animo nostra accipere soles, eo animo acceperis, si forte iam accepisti. Nam & longum est iter, & viæ impeditæ, & armatis obsessæ, propter huius belli calamitosissimi, quo nimium diu Gallia nostra afflictatur, magnitudinem, atque atrocitatem: cuius exitum Deus opt. max. det nobis breuem, atque optatum. Verùm siue librum acceperis, siue nondum etiam, mitto quoque eius appendiculam breuem, seu additamentum quoddam exiguum: quod ego scribere institui de amicorum quorundam meorum sententia, vt nonnullis hominibus satisfacerem, quibus quædam à me optimo animo, in illum scriptorem annotata, non satis probari audiebam. Quanquam poteram hac opera supersedere. Nam cùm optimo cuiq, notissimus sim, cùm totius meæ vitæ quasi decursus spectatus sit, perspectus, ac cognitus, (vixi enim, vt scis, iam vsque ab adolescentia cum viris magnis, & claris, & maximè cum heroë illo numquam satis laudato, Francisco Turnonio, Ecclesiæ Rom. Cardinale, acerrimo religionis antiquæ, nobisq; à D. Petro, & eius successoribus per manus traditæ, propugnatore atque assertore) satis pro me vel tacente, vita mea & anteacta, & quotidiana respondebat. Verumtamen quia varia sunt hominum iudicia, multóque plura (vt ait M. Tullius) amore, vel odio, vel simili aliquo motu, quàm ratione, iudicãtur, facilè mihi persuaderi passus sum, vt hanc appendiculam Commentationibus meis adiungerem, mei sensus, meæque sententiæ, si quibus nondum etiam notus sum, testem futuram. Si litteras, quas te ad me Venetiis misisse dixit mihi Poblatius tuus, vir optimus, tuique amantissimus, accepissem, ex eis longioris epistolæ argumentum mihi fortasse natum esset, & ad eas pluribus verbis rescripsissem. Nunc hoc tantũ ex hac epistola cognosces, quod ad nos maximè pertinet, qui bonas arteis colimus, Academiam Parisiensem, communis calamitatis participem, multis quidem maculis, atque adeò vlceribus esse purgatam, ac releuatam, sed propter solitudinem, &

infrequentiam inusitatam, miserum in modum squalere, & lugere. Quod tamen tibi neque mirum, neque insperatum accidet. Non enim fas esset membrum reip. cum primis necessarium, & summo studio retinendum, mali communis sensu carere. Spes est tamen, si resp. aliquando recreata exsurget, (quod Deus immortalis breui faxit) litteras quoque, & bonas arteis vnà cum ea suam pristinam dignitatem, suúmque antiquum splendorem recuperaturas. Cuius rei eo spem exploratiorem habemus, quòd in hac rerum, & disciplinæ veteris perturbatione, viros habemus circũ regem amplißimos, in litteras, & bonas arteis, optimè animatos: in his Iacobum Amiotum, singulari (vt scis) doctrina virum, magnum Regis Eleemosynarium, & Ioan. Moruillerium, Regis senatorem, virum integerrimũ, & sapientiß. aliósque viros apud regem gratia valenteis, sed omneis longo interuallo superantem Carolum Lotharingium, Cardinalem illustrißimum, nostri collegij patronum, & custodem, quem principe loco commemorare debui: qui profectò non patientur, vbi primùm Gallia ab his malis conquieuerit, hanc Academiam, olim totius orbis terrarum florentißimam & celeberrimam, diutius pæne desertam squalere. Hæc habui, quæ ad te in præsentia scriberem. Cùm primùm litteras tuas legero, plura scribam. Tu interea, pro tua humanitate, & fide, tuam erga me pristinam voluntatem tueberis, ac seruabis, méque, vt soles, amabis. Vale, Lutetiæ, a.d. XV. Kalend. Aprileis.

Iosephus Cassanæus, Præses Burdigalensis, vir doctiß. & ornatiß. qui mecum perhonorificos & amantißimos de te sermones habere solet, tibi salutem ascribi iußit.

CVM sæpe aliàs senserim periculosum esse scribere, & quæ scripseris, in vulgus edere, quoniam qui sua scripta diuulgant, iudicium subire coguntur suæ existimationis non eius solùm, quæ ad ingenium, & doctrinam, verùm etiam eius, quæ ad mores, & religionem pertinet, eóque magis, quòd varia sunt hominum iudicia, sensusque dißimiles, ac diuersi, quodque eorum, qui librum in manus sumturi, & lecturi sunt, alij in scriptorem benè animati sunt, alij non satis æqui, & interdum aliqua maleuolentia suffusi, alij moderati, & in neutram perturbationis animi partem propensi: (quorum solorum iudicium, sincerum, integrum, atque incorruptum est,) tum maximè his proximis diebus hoc expertus sum. Nam cùm haud ita pridem studio bene merendi de hominibus litterarum ac doctrinæ studio deditis, commentarios in Æmilium Probum, seu Cornelium Nepotẽ edidissem, ab amicis accepi, (quod tamẽ futurũ nõ erat difficile præuidere) meas vigiliolas non æquè omnibus placuisse. Ac de aliis quidem locis, in quibus item fortasse non omnium palato satisfeci, in præsentia nihil dicam: sed vnus est in Epaminonda, quẽ ab hominibus quibusdã, eruditis quidẽ illis, sed nimiùm diligẽter in aliena scripta anquirentibus, longè aliã in partẽ, atq; scripserim, acceptũ esse molestè fero. Verba autẽ Æmilij Probi prius mihi huc esse ascribẽda videntur, quàm, quid ad ea annotarim, referendum. sic igitur Probus de Epaminonda,

Quo tempore duce Pelopida exsules Thebas occuparunt, & præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est cædes ciuium, domi se retinuit, quòd malos neque defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem ciuilem victoriam, funestam putabat. *Ad hæc Æmilij verba, quibus narrat ille nobis, Epaminondam, quandiu cædes ciuium facta sit, domi se continuisse: hanc quæstionem tractaui, rectène fecerit Epaminondas, quòd in seditione & discordia ciuili quieuerit. In qua disputatione, ex Plutarchi, & quorundam aliorum philosophorum veterum sententia, Plutarchi ipsius argumentis, & rationibus vsus, concludo, dubitanter tamen, bonum ciuem & moderatorem reip. melius facturum, si in seditione quiescat, quàm si sese cum alterutra parte coniungat. Ostendo præterea, id quod Plato, qui seditionem morbum ciuitatum appellat, & Aristoteles, & idem ille, quem suprà commemoraui, Plutarchus, aliique scriptores antiqui litteris mandauerunt, eorum omnium bonorum, quæ ciuitati maximè exoptanda sunt, concordiam maxime esse expetendam. Postremò profiteor ibidem, me vnum ex iis fuisse, qui quieuerint, propterea quòd ad arma gerenda non solùm ætate, verùm etiam natura ineptus sim: neque tamen eos, qui arma sibi à rege, aut à præfectis vrbis mandata, ac tradita gerant, ac gesserint, vitupero, immò verò in epistola ad regis fratrem Erricum, fortissimum, ac maximi animi principem, me magnopere laudare ac laudasse, eorúmque factum æmulari cupiisse dico. Quòd autem perditos quosdam cieuis fuisse significo, qui legibus inter arma silentibus, multa auarè, & inhumaniter, & iniustè, & improbè fecerint, cieuis perditos eos esse intelligo, qui bonas parteis secuti non sunt, qui religionem antiquam, atque auitam oppugnant, qui denique nefarium bellum patriæ inferunt, non eos, qui Lutetiæ, aut alibi arma pro rege, & religione antiqua, atque vsu recepta regis iussu, aut publica auctoritate ceperunt, vt illi minus sincere interpretantur. Nam primùm non ij tantùm ciues sunt, qui Lutetiæ habitant, sed etiam qui in ceteris Galliæ vrbibus: qui denique regis imperio subiecti sunt: ij sunt (inquam) Galliæ, tanquam vnius ciuitatis, ciues. At quis nescit, aduersarios nostros, vbicumque potuerunt, in eos, qui nobiscum sentiunt, indignis modis sæuisse? præterea, vt moderatus lector liquidò perspiciat, me id non sentire, quod putant, aut volunt illi, quis, nisi perditus, laudat perditos? Atqui in illa ad Erricum regis fratrem epistola eos laudo, & me laudasse dico, qui arma pro patria, pro rege, pro religione antiqua gerant, ac gesserint, vt paullo antè dixi: & nisi me ætas, & imbecillitas corporis, & similia incommoda impedirent, idem, quod illi faciant ac fecerint, facturum fuisse, & facere cupiisse.*

Non sunt igitur ij, qui Lutetiæ, aut in aliis Galliæ vrbibus arma pro rege, & religione gerunt, aut gesserunt, veluti centuriones, & tribuni militum, & signiferi Parisienses, ceterique similes, perditi. Atque, vt huius argumenti vis cuiuis minus acuto facilius appareat, conficiatur hic syllogismus. Nemo laudat perdita, neque perditos, nisi se ipse fatentur esse perditum. Et philosophi aiunt ea propriè & verè laudari, quæ honesta, & recta sunt, contraria vituperari. At mea sententia laudandi sunt, & à me laudati sunt, qui arma pro patria, & rege, &

religione gerunt ac gesserunt. Parisienses igitur, & eorum similes, Galliæ ciues, qui arma pro patria, & rege, & religione gerunt, ac gesserunt, non sunt perditi, sed boni, & vtiles reip. ciues. Accedat & hic alter. Non potest quis & pro religione antiqua, & prædandi, siue iniuriæ faciendæ causa arma cepisse. At Parisienses pro rege, & religione arma ceperunt. Parisienses igitur prædandi, aut iniuriæ faciendæ causa arma non ceperunt. Addatur & tertius. Qui religionis auitæ causa arma ceperunt, boni ciues sunt: qui prædandi, & iniuriæ faciēdæ gratia, perditi. At Parisienses pro religione auita arma ceperunt: non possunt autem esse iidem boni ciues, & perditi. Ergo Parisienses cùm sint boni ciues, non sunt perditi. Quòd autem quosdam dico arreptis armis ruisse: indomitum, & ferum & ignobile vulgus, intelligo, quod iniussu regis, & sine auctoritate publica, & inuitis centurionibus ac tribunis, quibus arma fuerant vel à rege, vel à præfectis vrbanis tradita, hac & illac præceps ferebatur, non sine horrore bonorum, & prudentium ciuium, periculoque totius ciuitatis. Verba autem, quæ in illa epistola vsurpaui, hæc sunt. Itaque quod ipse per me efficere, atque exsequi nequibam, id per aliam personam, communi omnium bonorum ciuium incommodo, periculóque excitatus, & communi dolore commotus, subrogato meæ operæ, meíque laboris vicario, homine tractandorum armorum non imperito, libenter & diligenter obibam: qui pro me & noctu statis diebus excubabat, & interdiu ad certam vrbis portam in præsidio stabat: quod ab illo vsque tempore ad hodiernum diem fieri desitum non est, propterea scilicet, quòd res ne pace quidem constituta, vt pote parum certa, & firma, satis tranquillatæ fuerunt. sedulitatem autem eorum, qui vel corporis robore pollentes, vel ætatis maturitate florentes vel in laboribus militaribus exercitati, pro patria, pro aris, & focis, pro reip. statu, pro regni incolumitate, pro religione denique arma capiebant, seque ipsi in discrimen capitis offerebant, non solùm laudabam, verùm etiam æmulari cupiebam, &c. *Eos igitur perditos cineis appello, qui in tota Gallia fana spoliarunt, aut etiam diruerunt, vrbeis Galliæ iniussu regis expugnarunt, bonorum ciuium & innocentium virorum facultates diripuerunt, atque ad se transtulerunt, bonos cineis è sedibus, & possessionibus antiquis, atque auitis expulerunt, aut terrore mortis lares patrios relinquere coëgerunt. Quin ausim dicere, eos, qui armis specie & simulatione religionis nostræ defendendæ arreptis, sese, alieno incommodo ac detrimento, locupletarunt, & sine lege, sine iudicio, indicta causa, nullo auctore, non adhibito eo, qui magistratum haberet, inuito rege, atque adeò vetante, homines trucidarunt, malos cineis esse, siquidem boni ciuis est nihil audere, nihilque conari, quod sit à legibus, & ab eius, penes quem summa potestas est, auctoritate, ac voluntate alienum.* Non enim (*vt ait iurisconsultus Paullus*) singulis est concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. *Quòd verò ad decuriones, centuriones, tribunos, præfectos vrbis attinet, hoc sentio, & non semel multis audientibus dixi: primùm, nisi Deus opt. max. nos seruasset: deinde nisi illi vigilātes,*

& fortes

& fortes in vrbe custodienda fuissent: Lutetia hodie non staret, nos non viueremus, imperiũ Gallicum, (quod abominor) concidisset. Vnum præterea locũ tangam, *quem audio iisdem hominib. item non probari, vbi dico, finitimos, quantumuis pacatos, esse metuendos, vt æmulos, & parum certos amicos. Verba autem Æmilij Probi, ad quæ hanc notam apposui, sunt in Themistocle: quæ hic referam. Sic igitur Probus.* Idémque (*Themistocles*) muros Atheniensium restituit pręcipuo periculo suo. Namque Lacedæmonij causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones, quare negarent oportere extra Peloponnesum vllam vrbem haberi, ne essent loca munita, quæ hostes possiderent, Athenienseis ædificanteis prohibere sunt conati. Hoc longè aliò spectabat, quàm quò videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonia & Salaminia, tantam gloriam apud omneis genteis erant consecuti, vt intelligerent Lacedæmonij, de principatu sibi cum his certamen fore. Quare eos quàm infirmissimos esse volebant. *Hactenus Probus. Quæ igitur ad illa annotaui, mea non sunt, sed ex illo nobili rhetore, & philosopho, Herode, qui temporib. Traiani, Adriani, M. Antonini philosophi, floruit, quémque summis laudibus effert Philostratus, & commemorat Suidas, ad verbum fere expressa. Eius autem verba paullo altius repetam, quæ exstant in fragmento cuiusdam orationis, hoc titulo,* περὶ πολιτείας.

Ὁμολογεῖται γὰρ πόλεμος τῶν ἄλλων κακῶν τοσούτῳ μέγιστον εἶναι, ὅσῳ περ εἰρήνη τῶν ἀγαθῶν. Ἴσον μέντοι μεγέθει τοῦ πολέμου ἡ στάσις ὑπερβάλλει, ὅσον περ ὁ πόλεμος τὴν εἰρήνην. ἐν μὲν γὰρ τῷ ξενικῷ πολέμῳ τὴν πατρίδα σώζοντες ἀποθνήσκουσιν. ἐν δὲ τῷ πολιτικῷ, διαφθείροντες ἑαυτούς, ὥστε μήτε τοὺς ἀποκτείναντας ἀγάλλεσθαι, μήτε τοὺς ἀποθανόντας εὐδοκιμεῖν. Ἄλλοις μὲν γὰρ πολεμοῦντες, πολεμοῦμεν ὑπὲρ τῶν φίλων· οἰκείοις δέ, κατὰ τῶν ποτὲ γενομένων φίλων. καὶ τοὺς μὲν ἀλλοτρίους νικῶντες, ἑτέρους κτώμεθα φίλους. ὅταν δὲ τοὺς οἰκείους νικῶμεν, ἀποστερούμεθα καὶ τῶν ὑπαρχόντων. Ἁρπαγὴ δὲ χώρας, καὶ φθορὰ χρημάτων ὅση γίνεται, πλείων ἀριθμὸς καθ' ἕκαστα ἐξηγήσασθαι. Καὶ τοίνυν ἡ ἀπαλλαγὴ ῥᾴδιον. ἐπειδὰν ἄρξηταί τις. τὸ διάλογον γάρ, (al. τὴν διαλλαγὴν γάρ) οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. οἱ γὰρ πλησίον οἰκοῦντες, οὐκ ἀνέχονται στασιαζόντων τῶν πλησίον, οἱ μὲν ἀσθενέστεροι, ὅπως ἂν μὴ ἄρχωνται· οἱ δὲ ὅμοιοι τὴν δύναμιν, ὅπως ἂν κρείττονες γένωνται· οἱ δὲ ἰσχυροί, ὅπως ἂν ῥᾷον ἄρχωσιν. *id est,* Cónuenit enim inter omneis, bellum, aliorum malorum tanto esse maximum, quanto pax bonorum est maximum. Pari autem grauitate & magnitudine seditio bellum externum exsuperat, atque bello externo præstat pax & concordia ciuitatis. Nam in bello externo qui occumbunt, patriam seruando moriuntur: in ciuili verò, seipsos interficiendo vitam amittunt, animámque profundunt, ita vt neque qui interfecerunt, magnopere lætentur, neque qui cæsi sunt, laudem & gloriam consequantur, sed potius vituperentur. Nam cùm aduersus alios bellum gerimus, pro amicis bellamus: cùm vero nostri generis hominibus bellum inferimus, eos, qui aliquádo amici fuerunt, oppugnamus: & cùm externos hosteis superamus, alios amicos comparamus: vbi verò nostros vincimus, etiam iis amicis, quos anteà habuimus, orbamur. Quanta autem agrorum, & vrbium fiat direptio, ac vastitas, quanta pecuniæ iactura,

qualisque rerum ad vitæ cultum vtilium interitus, infinitum sit singillatim enarrare. Atque horum malorum non est facilè liberationem, aut modum reperire, vbi quis semel eorum initium fecerit. Colloquendi enim, & discordiæ sedandæ, concordiæque constituendæ ratio non facilè expediri, aut inueniri potest. Nam finitimi non dolent finitimis seditione inter se conflictantibus: imbecilliores, vt ne illorum imperio subiiciantur: pares potestate, vt superiores euadant: potentiores, vt facilius imperio potiri poßint. Hactenus ille. Quis autē nescit ita natura cōparatum esse, vt plurima inter vicinos iurgia nascantur? ad quæ dirimenda sexcenta exstant iurisconsultorum responsa. Subiungo autem deinceps hanc ferè sententiam, optabile nobis, & reip. fuisse, aliquos exoriri, & exortos audiri, qui suadendo, & hortādo tantū mali à rep. auerterēt, hominibúsq; furore præcipitibus, ratione & oratione persuaderēt, vt ab incepto desisterēt, & ad sanitatē redirent: contrà deplorandū esse, nimis attente audiri, qui ortum incēdium augerent. Quis est verò vsque adeò belli cupidus, & inhumanus, qui neget, lōgè regi fuisse optabilius, si qua ratione fieri potuisset, ciuibus insanis ac perditis, qui à nobis desciuerunt, qui religionem antiquam, atque auitam deseruerunt, qui denique armis & castris suā propagare conantur, persuasum fuisse, vt in viā redirēt, & resipiscerēt, & eam, quam debent, fidem ac pietatem Deo, & regi de integro præstarent, & ita pristinam regis erga se voluntatem recuperarent, & nobiscum consentirent, quàm regem, quòd illi in sententia sua permanserunt, necesse habuisse eos bello persequi? Quis medicus tam sæuus, atque immitis est, qui si διαίτῃ, aut aliquo leni medicamēto siue ἐγχίσῳ, siue ὀπταπίσῳ, siue πτῶ siue καλαπτῶ, ægrum sanare posset, non hoc facere malit, quàm membrum aliquod vrere, ac secare? Nemo, opinor. Tum enim ad vrendum & secandum bonus & fidelis medicus adducitur, cùm malum est desperatum, & cetera remedia nihil prodesse possunt: quoniam, vt iubet Hippocrates, extremis malis, extrema remedia quærenda, & adhibenda sunt. Quemadmodum igitur bonus, & sollers medicus, si quid est in corpore humano, quod reliquo corpori noceat, neque vlla arte sanari queat, id vrit, aut secat, atque amputat, vt membrum aliquod potius, quàm totum corpus, intereat: sin sanari poßit, remedium vsitatum adhibet: sic bonus reip. gubernator, malos ciueis ad sanitatem, & bonam mentem reuocare studet: si sint insanabiles, inuitus quidem, & serò, sed necessariò tamen, & aliquando, bello suscepto, eos ex reliquo ciuitatis corpore, quod integrum manet, auellere ac delere cōnatur. Itaque bellum ciuile, vt in corpore humano curando vrere, & secare, ita in rep. administranda, extremum, & necessarium remedium est: ad quod, ceteris omnibus remediis, & rationibus frustra tentatis, est decurrendum. Atque hoc tale fuisse clementißimi regis nostri consilium, talémque mentem, res ipsa declarat. Quòd si Menenius ille Agrippa tantopere ab omnibus historicis laudatur, tantámque à suis ciuibus gratiam iniit, quia, cùm plebs à patribus seceßisset, cúmque suspensa & perculsa metu ciuitas esset, similitudine illa notißima, à membris corporis humanis ducta, quæ de ventre querebantur, quòd is in medio corpore quietus, voluptatibus frueretur, ipsa omnem laborem tolerarent, ac perferrent, cúmque ob eam causam fa-

me enecare cogitabant, flexit hominum menteis, eisque persuasit, vt cum senatu conspirarent, & consentirent: paruámne laudem consecutus esset, aut non optimè de rege, & de rep. meritus esset, si quis facundia, & prudentia, & amore in regem, & remp. excellens, initio bellorum ciuilium ciueis erranteis, & opinione labenteis de sententia demouere, eisque persuadere potuisset, vt nobiscum consentientes, religionem antiquam, nobisque à maioribus per manus traditam colerẽt, pristinámque erga regem nostrum fidem, ac pietatem redintegrarent? Contrà *si qui serendis discordiis, quo minus ciues amenteis ad sanitatem reuerterentur, impedimento fuerunt, nónne maximo & optatissimo reip. bono obstiterunt?* Hæc *igitur mea est his de rebus sententia, bonis omnibus ciuibus, nisi fallor, probata.* Nunc, *vt ad quæstionem, ac disputationem illam reuertar, vtrùm bono ciui, aut politico in seditione, ac discordia ciuili sit quiescendum, an verò cum alterutra parte, & ea maximè quæ melior est, voluntate & re consentiendum, & conspirandum:* Epaminondæ *factũ me tunc commouit, vt ad illã sententiam magis propenderem, eámque potius probarem, quæ illi facto magis congrueret, & conueniret, quia existimabam decere eum, qui scriptorẽ aliquem veterẽ explicaret, sententiam illam tueri, quæ scriptori placuisse videretur.* Nunc *autem partim à viris optimis, & mei amantissimis certior factus sententiam illam ipsam nonnullis eorum, qui patriam communem nostrûm omnium parentem studiosissimè defenderunt, ac defendunt, (in quo ego illis nihil concedo.) idque maximè, vt par est, præ se ferunt, displicere: partim mea sponte, & re attentius mecum considerata, quòd boni ciuis esse statuam, totum se ad sui principis, eiusdémq; pij nutũ, voluntatémque conuertere, quódque discordiam illam* Thebanã *videam ei discordiæ, quæ in* Galliam *nostram iam pridem peruasit, longè dissimilem esse, & à multò leuiorib. causis ortri: faciendum esse existimaui, vt sententiam tandem* τὴν ἀρέσκουσαν, *quemadmodum loquebantur* Academici, *id est quæ mihi magis placeat, quasi alteram illam non tam ex meo, quàm ex* Æmilij Probi, *& ex* Plutarchi *sensu probauerim, ac defenderim, expromere.* Neque *verò me vnquam pudebit, aut pigebit rationibus verioribus cedentem, sententiam verisimiliorem, aut etiã veriorem comprobare.* Nam *si* Stesichorus *ille, cùm* Helenam *quodam carmine vituperasset, atque infamasset, malo suo edoctus, & coactus palinodiam canere non dubitauit, & cùm scripsisset,* Helenam *fuisse à* Paride *raptam, & è* Græcia *in* Phrygiam, *auectam stilo verso carmen illud contrarium scribere instituit,* οὐκ ἔς' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶ ἐυσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας: *quorum verborum hæc sententia est:* Non verus est hic sermo: numquam puppibus Vecta es veliuolis opulentæ ad Pergama Troiæ: *quid est quòd verear sententiæ minus probabili, quam olim dubitanter secutus sim, probabiliorẽ, & cõpluriũ iudicio veriorẽ, serò quidẽ, sed aliquãdo tamen anteferre?* Arbitror *igitur, in seditione & bello ciuili, & maximè tali, quale hoc nostrum est, & ex talibus causis conflato, quiescere bono ciui nefas esse: sed alterutras parteis eum sequi oportere: immò non alterutras eum parteis sequi oportere, sed eas tantùm, quæ bonitate, & æquitate, & veritate causæ sint meliores ac superiores.* Neque *me* Solonis *modò mouet auctoritas, qui suæ legi satisfactum esse ducebat,*

siquis ad alterutram partem sese applicaret, atque aggregaret: sed & rationes, & auctoritates longè grauiores. Hoc autem primùm constituendum, ac pro certo & concesso habendum est, nostrum hoc bellum ciuile ab omnibus bellis ciuilibus, quæ vnquam apud Romanos exstiterunt, vt de his potissimùm loquamur, eo maximè differre, quòd in illis de leuibus rebus, si cum his conferantur, certabatur. Verbi causa, Sylla cum Sulpicio de iure legum, quas Sylla à Sulpicio per vim latas esse dicebat: Cinna cum Octauio de nouorum ciuium suffragiis, contendebat: rursus cum Mario & Carbone Sylla ne dominarentur humiles, & plebeij, & vt clarissimorum virorum necem crudelissimam vlcisceretur: Cæsar cum Pompeio de dignitate certabat: & ille intercessionem sublatam esse querebatur: hic auctoritatem senatus defendebat. In hoc verò bello agitur primùm nostrûm omnium salus: deinde regis nostri maiestas, & reip. status: postremò (quod omnium est grauissimum) religio antiqua, nobisque à maioribus per manus tradita: pro quibus non solùm periculo capitis decertare, verùm etiam mortem vltro oppetere rectum & praeclarum est. Neque tamen iccirco bellum ciuile mihi, aut cuiquam eorum, qui hodie, & superiorib. annis pro rege, & religionè arma ceperunt, iucundum est. Quis enim, nisi ferus, aut sicarius, aut barbarus, bello ciuili delectatur? Nemo opinor. Itaque M. Tullio assentior, qui quodam loco scribit, dulce esse nomen pacis: rem verò ipsam tum iucundam, tum salutarem. deinde mox ex auctoritate Homeri hæc verba subijcit. Nam nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere videtur, quem discordiæ, quem cædes ciuium delectat: & qui talis est, eum ex hominum numero, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Itaque siue Sylla, siue Marius, siue vterque, siue Octauius, siue Cinna, siue iterum Sylla, siue alter Marius bellum ciuile optauit, eum detestabilem ciuem reip. natum iudico. *Sequitur deinceps.* Sed hoc primùm videndum est, *(inquit)* cum omnibúsne pax esse posit, an sit aliquod bellum inexpiabile, in quo pactio pacis lex sit seruitutis. Pacem cum Scipione Sylla siue faciebat, siue simulabat. Non erat desperandum, si inter eos conuenisset, fore aliquem tolerabilem statum ciuitatis. Cinna si concordiam cum Octauio confimare voluisset, omnino in rep. sanitas remanere potuisset. Proximo bello si aliquid de summa grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæsar remisisset: & pacem stabilem, & aliquã remp. nobis habere licuisset. Hoc verò quid est? cum Antoniis pax potest esse? *Hactenus M. Tullius. Neq; me igitur, neq; quemquã bonũ, & sanũ ciuẽ bellũ ciuile delectat. Sed, vt ait M. Tull. videndũ est, sitne aliquod bellum inexpiabile, atque ita necessarium, vt non nisi parta ferro victoria paci locus esse videatur. Quamobrem autem M. Tullius cum M. Antonio, & iis, qui eum sequebantur, pacem esse non posse putat? Nominatim enumeratis aliquot M. Antonij comitibus, indignis scilicet, & flagitiosis, & sceleratis hominibus, has causas affert: Quòd senatus grauissimas in eos sententias dixerit: quòd acta M. Antonij resciderit: quòd eius leges refixerit: quòd eas per vim, & cõtra auspicia latas decreuerit: quòd totius Italiæ delectus excitarit: quòd eius collegam, &*

socium

socium scelerum omninm P. Dolabellam, hostem iudicarit. Conferamus nunc hoc nostrum bellum ciuile cum illo Antoniano, siquid forte sit simile. Mea autem hæc sententia & ratio est. Primùm nihil est ciuitatib. & rebus publicis, & imperiis omnibus, discordia & bello ciuili horribilius, nihil calamitosius, nihil funestius: & omnia bono reip. moderatori experienda sunt, ne bellum ciuile oriatur, vt suprà dixi. quòd si, cùm sapiens & cordatus, & vsuperitus reip. moderator omnem operam dederit, omnémque diligentiam adhibuerit, ne tantum mali eueniat, nihil profecerit: omnibus opibus, omnibúsque modis huic malo occurrendum, atque obsistendum est. Deinde considerare oportet, quæ sint belli ciuilis causæ. Aliæ enim aliis possint esse aut grauiores, aut leuiores. si sunt leues, & non admodum magni ponderis: & facilius est controuersiam omnem, seu discordiam componere, & honestius. sin grauissimæ: cùm difficilius sit pacem cōciliare, tum minus honestum est: atque interdum ne pium quidem, est alia ratione, quàm ferro, & victoria contentionem diiudicare, ac dirimere. Postremò quia fieri potest, vt leues quidem initio belli causæ fuerint, sed vel diuturnitate, vel atrocitate, & sæuitia belli ita creuerint, vt, quæ antè leues erant, nunc factæ sint grauissimæ: hoc quoque attendendum, atque animaduertendum est, eius belli, de quo forte quæritur, causæ, quamuis initio leues & paruæ fuerint, an aliquo pacto maiores, & grauiores euaserint. His antè expositis nunc ad huius belli causas veniamus, eásque cum belli illius Antoniani, quod Cicero vult esse inexpiabile, causis conferamus. Ac primùm quidem religionis dissensionem, ac dissidium, fontem atque originem huius belli esse constat. neque obstat quòd ad eam fortaßis accedunt quidam animorū motus turbidi, maximè ab illis partib. nam satis est ad id, quod quærimus, hanc esse præcipuam belli causam, & maximè in promtu positam, & ab vtraque parte concessam. Atqui nulla res est, quæ cùm apud omneis nationes, tum maximè apud Gallos, quos antiqui scriptores maxime religionibus deditos esse tradiderunt, maioris sit momenti, plúsque valeat ad animos commouendos, quàm religio. Huc accedit, quòd rex Gallorum hunc titulum, atque hoc cognomen iam pridem ob sua in religionem Christianam, & Ecclesiam Rom. merita consecutus est, vt rex Christianißimus diceretur. Quòd si rex Gallorum huius cognominis decus defendenda, & constituenda religione meritus, atque adeptus est: iniquum videatur, hunc, ex qua re laudem & præmium reperit, eam rem negligere ac deserere. Deserere autē videretur, si incolumi regno, & integris viribus pacem cum iis cōciliaret, eósque pacatos dimitteret, qui se religionē intra imperij sui fineis publicè profiteri & colere postulant, ab ea, quæ sibi à maioribus suis tradita est, & quā ipse sanctè seruat & colit, diuersam ac discrepantē. Quòd si aut nō esset hæc tā grauis huius belli causa, sed alia quædā leuis: aut, cùm leuis esset, nō esset partim atrocißimis iniurijs, partim multiplici belli renouatione aucta, atque amplificata; aut grauißima quidē esset, hoc est, ea ipsa, quæ nūc est, sed aduersarij nostri religionē suā intra parietes domesticos colere satis haberēt, neq; vrbeis Galliæ expugnarēt, atq; expugnaßēt, neq; multa alia similia facinora edidissent: fortasse ferri potuißēt: quamquā: sed tamen minus odiosi essent, & fortasse pax aliqua cōdicione fieri potuisset. Nūc autē cùm

& belli causa grauissima sit, & iniuriarum magnitudine, atque atrocitate, belloque semel atque iterum renouato, maximum incrementum sumserit: cùm illi fana diuorum augustissima, & praeclarissima, & ornatiss. & incredibili sumtu aedificata partim spoliauerint, partim diruerint: cùm vrbeis maximas & celeberrimas alias vi captas munierint, alias diripuerint, at vastarint: cùm homines innumerabileis partim ex suis antiquis possessionibus, ac sedibus exturbarint, partim trucidarint: quae compositionis spes esse possit, non satis dispicio. Adde quòd tot regijs edictis, tot senatusconsultis, tot curiarum Gallicanarum decretis, atque auctoritatibus grauissimis notati & damnati sunt, toties hostes declarati sunt, vt nec illi nobiscum, nec nos cum illis in gratiam facilè redire possimus. Sed nunc tandem Ciceronis sententiam de bello Antoniano, cur id esse inexpiabile, nulláque condicione componi posse arbitretur, audiamus. Pacem M. Tullius cum Antonijs fieri non vult. Quid ita? quia turpis est, *inquit:* quia periculosa: quia fieri nō potest. Turpis est, quia nihil est, *inquit*, inconstantia, mobilitate, leuitate cùm singulis hominibus, tum vniuerso senatui turpius. Nihil autem inconstantius, *inquit idem*, quàm, quos modò hosteis non verbo, sed re multis decretis iudicaritis, cum iis subitò pace velle coniungi. Periculosa est, quia non erit explorata, neque certa, neque fida: quia Antoniorum potentia maxima in vrbe futura est: quia concursus ad eos perditorum ciuium futurus est: quia pacis nomine bellum inuolutum reformidandum est. Non potest autem pax esse M. Antonio neque cum senatu, neque cum populo: cum senatu, quia Antonius eum odit, à quo tot senatusconsultis sit iugulatus: cum populo, quia populus pleno ac referto foro bis Ciceronem in concionem vocauit, maximámq; libertatis recuperandae cupiditatem declarauit. *Haec ferè Cicero. Nunc pacem illam cum hac pace, si pax esse queat, conferamus. Primùm de turpitudine, eadem opinor, verba, quibus M. Tullius est vsus, ad hanc quaestionem accommodare licet. auget eam ipsam turpitudinem, causarum omnium grauissima, religio: quam deserere turpissimum videatur. Deinde quòd ad periculum attinet, difficile est nos in vtramque aurem intra eadem moenia cum ijs somnum capere, quorum ferrum iugulis nostris intentum non semel viderimus, & saepe metuerimus: quique vicissim saepenumerò gladiorum nostrorum mucrones extimuerint. Postremò ad demonstrandum ne coagmentari quidem cum aduersarijs nostris posse pacem, easdem rationes, easdem argumenta, eadem denique verba, quae M. Tullius vsurpauit, quadrare possent. Nos ciues benè erga regem nostrum Carolum nonum animati, meritò illos odimus: illi vicissim iccirco nos oderunt, quoniam iustis armis eos persecuti sumus, & persequimur. Sequitur deinceps apud M. Tullium.* At incertus belli exitus est. *Quae à M. Tullio ad haec tum responsa sunt, eadem à nobis quoque hoc tempore responsa esse intelligantur. sic igitur ille.* Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, virtute praestare tantùm, vt posint fortunae culpam non extimescere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solùm, verùm etiam sapientia postulatur: quamquā vix haec videntur posse seiungi, seiungamus tamen. Fortitudo dimicare iu-

bet: iustum odium incendit: ad confligendum impellit: vocat ad periculum. Quid sapientia? cautioribus vtitur consiliis: in posterum prouidet. Est omni ratione rectior. Quid igitur censet? parēdum est enim: atque id optimum iudicandum, quod sit sapientissimè constitutum. Si hoc præcipit, ne quid vita existimem antiquius, ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimen: quæram ex ea, etiámne si erit, cùm id fecero, seruiendum. si annuerit, næ ego sapientiam istam, quamuis sit erudita, non audiam. sin responderit, Tu verò ita vitam, corpúsque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hęc posteriora libertate ducas: itáque his vti velis, si libera rep. possis, nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc proiicias, tanquam pignora iniuriæ: tum sapientiæ vocem videar audire, eique, vti Deo, paream. *Hactenus M. Tullius: cuius verba illa omnia ad hanc rem, & ad hoc tempus transfero, atque accommodo: nisi quòd nonnulla paullum immuto: & primum pro illis*, etiámne si erit, cùm id fecero, seruiendum? *hæc substituo:* etiámne si erit, cùm id fecero, plurimum, quàm vnius regis, imperio, parendum? etiámne si erit alia religio colenda? *verba illa M. Tullij*, Tu verò ita vitam, corpúsque seruato, *& c. sic paullùm immutata vsurpo.* Sin responderit, Tu verò ita vitam, corpúsq; seruato: ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora regis maiestate, regni incolumitate, antiqua & recepta religione ducas: itáq; his vti velis, si regno incolumi, & religione salua possis: nec pro his reip. salutem, & regni incolumitatem, & religionem antiquā, sed pro reip. salute, & regni incolumitate, & religione antiqua hęc proiicias, tanquā pignora iniuriæ: tum sapientię vocē audire videar, eiq;, vti Deo, pareā.

Cùm igitur tale sit hoc bellum, quod hodie geritur: Primùm non videtur esse boni ciuis in tanto reip. motu, & rege Carolo nostro armato, & ad hoc bellum omnibus viribus incumbente, omnésque suas opes aduersus eos, qui religionem suam, quam reformatam appellant, armis & castris tuentur, nostram, quam à maioribus nostris per manus traditam accepimus, oppugnant, colligente: neque solùm ciuiles copias comparante, verùm etiam externa auxilia corrogante, & conuocante, quiescere, & otiosè euentum belli exspectare, sed vltro cum bonis ciuibus, cum rege & eius fratre Errico, ceterísque nobilibus, & claris viris coeunda societas est: iis, qui arma per ætatem ferre possunt, decertando: iis, qui sunt locupletes & copiosi, libenter & liberaliter ad belli sumtus tolerandos pecuniam suppeditando: iis, qui neutrum possunt, studiis saltem, & voluntatibus tantum omnium bonorū consensum adiuuando, & bonis ominibus prosequendo. Deinde boni ciuis est eum reip. statum, in quo versatur, & in quo natus, educatus, institutus sit, siue sit imperium singulare, siue popularis potentia, siue optimatum potestas, ex animo amare. Non amat autem ex animo qui eum omnibus suis neruis, ac facultatibus non tuetur, ac defendit. Postremò hæc nostri seruatoris vox est, qui in meis castris non est, mihi aduersatur, & me oppugnat. Quare cùm rex noster religionem antiquam atque auitam, & καθολικὴν, nobísque à D. Petro, & ceteris Apostolis per manus traditam, sanctè colat, & studiosè retineat, vt debet,

eósque, qui aliam publicè profiteri & colere se inuito volunt, oppugnet, & bello persequatur: illique patriæ bellum inferant, & vrbeis diripiant, atque euertant: non potest sine scelere bonus ciuis interea quiescere, hoc est securus, atque otiosus esse: sed regi suo sese adiutorem præbeat, patriæque, & religioni, quacumque ratione potest, opem ferat, necesse est. Porrò autem quòd hoc bellum inexpiabile, & eius compositionē difficilem, atq; adeò ἀδύνατον esse dixi: ne quis fortè me, hominem priuatum, tanta de re pronuntiare, & quasi præiudicare miretur, aut etiam indignè ferat: primùm non ita insanio, vt, quæ à me dicuntur, aut scribuntur, ea iudicati, aut præiudicati, aut decreti vim atque auctoritatē habere postulem: sed animi mei sensum aperio apud eos homines, quibus non placet his de rebus philosophicè disputari. Deinde quod hîc à me scriptū est, ita accipi velim, vt penes regē belli gerendi, & ducēdi, & componendi iudiciū, atq; arbitrium esse putē, quoniā mihi persuasum est, regem, eiúsq; senatum, & consiliū, (cum mens regis in manu Dei sit, vt à diuino vate scriptum est) nihil, nisi sapienter, & piè, & è rep. facturum. Præterea hoc statuo, quicquid à rege, re deliberata, constitutum, decretum, edictum, gestum, administratum fuerit, nobis omnibus, qui eius ciues sumus, cùm princeps Christianissimus nihil non religioni probatæ consentaneum sit acturus, esse comprobandum, ac laudandum. Postremò assiduis precibus exopto, vt rex noster Carolus domitis ac subactis hostibus & intestinis, & externis securè regnare, remp. ex aduersa tempestate ereptam in tranquillo statu collocare, religionem antiquam, & probatam & vsu receptam, constabilire, populum suum pacatè moderari, ac regere possit.